This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

36.
842.

8. (-).
33.

M. TULLII CICERONIS

TUSCULANARUM

DISPUTATIONUM

LIBRI QUINQUE,

CUM COMMENTARIO

JO. DAVISII, R. BENTLEII EMENDATIONIBUS,
LALLEMANNI ANIMADVERSIONIBUS INTEGRIS,
RELIQUORUM INTERPRETUM SELECTIS.

AD. CODD. MSS. RECENS COLLATORUM EDITIONUMQUE
VETERUM FIDEM DENUO RECOGNOVIT,
ALIORUM INEDITAM SUAMQUE ANNOTATIONEM,
EXCURSUS ET INDICES

ADIECIT

GEORGIUS HENRICUS MOSER,
PH. DR., GYMN. ULM. RECTOR ET PROF.

TOMUS PRIMUS.

HANOVERAE,
IN BIBLIOPOLIO AULICO HAHNIANO.

MDCCCXXXVI.

842.

36.
842.

8. (-).
33.

rim, sim assecutus, an ab ipso proposito aberraverim. Spissum esse librum qui videbunt, quique magnum librum magnum esse malum clamitare solent, eos moneo, ut quaerant, utrum bona sint an mala, quae attulerim, neque omnia omnibus ita esse perlegenda, ut scriptorem iure queri possint interpretum annotatione oneratum, obrutum, suffocatum. Erunt fortasse alii, qui ex me quaerant, cur non plura etiam sive a libris manu scriptis sive editis mihi comparaverim, adiumenta, quae exstare sine dubio probe sciverim. Scivi, fateor; sed primum non licebat, per rei familiaris conditionem plura etiam comparare, cum horum quidem, quae comparavi, sumptus sat magni, magno rerum mearum detrimento, ea, quod significavi potius, quam exposui, libri mei fato plane mihi perierint. Deinde cum satis multa eaque optima haberem, quorum indicem exhibeo post praefationem, non admodum aegre carere me posse existimavi iis, quae attingere iam non liceret. Aliis ornamentis ideo caret haec editio, quia promissa quidem, sed, quamquam diu expectata, non sunt ad me transmissa. In his, quod maxime doleo, ea quoque sunt, quorum spem fecerat literis ultro ad me datis Gocrenzius, cuius viri de Cicerone meritissimi Tusculanarum editionem dudum promissam frustra adhuc desideramus. Respondi ei viro animo, ut merebatur officiosa eius voluntas, gratissimo, de nonnullis, qui me diu torserant, locis cum consulens; nec vero unquam responsum tuli. Ego certe nunquam censurâ eius paullo iniquiore, quam conscripsit in meam librorum de Divinatione editionem, offenso adversus eum fui animo. Dudum etiam ignovi viro cuidam iuveni multo insigniorem imo gravissimam acerbissimamque iniuriam cum insolentia coniunctam, qui editis iisdem libris specimen edidit cum ingenii, quod volebat, tum animi, quod fortasse nolebat.

Quod ad annotationem pertinet, video etiam fere haud paucos, qui lectionis varietatem ab ipsa annotatione, qua res et sententiae et verba explicantur, seperatam velint, quique, cum in hac editione non magis hoc factum sit, quam in illis, quas prioribus annis publici iuris feci, quasi de rerum disiungendarum confusione, de peccato et errore pertinaci querantur. Id vero, quod volunt, fieri nequaquam potuisse, nisi si vellem et aliorum et meam annotationem ita discerpere atque lacerare, ut vel intelligi non posset, vel unam eandemque rem magno spatii dispendio duobus saepissime locis scribi necesse esset, id facile intelligent, qui huius editionis rationem et formam necessariam reputare voluerint. Erunt item alii, qui in lectionis varietate annotanda nimios nos fuisse dicant, omittendaque fuisse omnia praecipiant, quae vel manifesto falsa sint, vel ad sententiam nihil plane differant a receptis, vel verborum modo ordinem mutatum exhibeant, vel ὀρθογραφίας tantum diver-

sitate distinguantur, vel librariorum denique stupori originem debeant. His quidem quo minus respondere cogar, otium mihi fecit Creuzerus meus, cui haec quoque editio plurimum debet, ut ego omnia, in Praefatione libris Ciceronis de Legibus praemissa p. VIII. Denique quod, quas hodie in recensendis libris manu scriptis fere iactant et flagitant, Codicum, quos dicunt, familias non distinxi, neque uni me plane dedi atque addixi, quamquam scio hoc quoque nomine me reprehensum iri, nolui tamen fucum facere hominibus imperitis: periti sciunt, in tanto librorum numero operis tam saepe et lecti et correcti, quorum praeterea omnium iidem fere sunt inveterati nonnulli errores, inveteratae lacunae, unum quidem librum alteri sive vetustate sive diligentia librarii praestare, ut sunt in nostris Regius, Gudianus primus, Brutinus, Bernensis: sed nullum esse tamen optimum, nullum eiusmodi, ut eum solum sequi vel debeas vel possis etiam. Et quamquam operam dedi summam, ut a coniecturarum me temeritate atque libidine continerem, erat tamen, ubi emendandi pebiculum faciendum, erat, ubi deterioris notae aliqui codex, relictis optimis, sequendus videretur. Qua de re, quod ad codicum illas familias attinet, cum utiliter praeceperit prudentissimeque disputaverit Kritzius, V. Cl., in praefatione ad Sallustii Catilinam p. XXV. sq., de ea, in re simillima, disputandi labore supersedere mihi licebit. Quod vero editorum nullius me auctoritati ita emancipavi, ut ad eum plane me applicarem, id quidem minime reprobabunt ii viri, qui in his ipsis libris emendandis felicissime elaboraverint, cum nec ipsi idem sibi in prioribus vetitum existimaverint. Contrarium potius factum iri suspicor, ut meo me saepius iudicio stare, quam cum aliis quibuscumque facere velint nonnulli, ut sunt hodie permulti, qui suo Marte errare, dum sui ingenii homines videantur, quam cum aliis verum sentire, volunt.

Paradoxa Ciceronis, non semel promissa, cur non addiderim, erant qui, nec immerito, quaerant. Et est certe ad ea exornanda nobis ad manum apparatus haud exiguus, qualem eorum, qui ante me eum ediderunt libellum, nemo facile habuerit. Sed cum absolutis Tusculanis incommodum illud ingruisset, cuius significandi potius, quam exponendi, causas habeo instissimas, factum est, ut eius opusculi, suavissimam alio tempore, tractationem aggrediendi et perficiendi animus plane me deficeret. Posteaquam vero nactus sum virum honestissimum, qui Tusculanarum edendarum sumptus erogandos susciperet, additurus eram, quae spoponderam, nisi idem ipse significasset, satius sibi videri, ne libri huius moles in nimium crescat, seorsim aliquando edi libellum, cuius cum hoc iungendi necessitas urgere videatur nulla. Quare seposui ad tempus laborem istum, qui mihi certe iucundissimus futurus est, et quum primum contigerit aliquid otii,

absolvam quae proposui, siquidem scio esse, qui a me id muneris exspectent adeoque flagitent.

Unum restat, de quo monere necessarium videtur, ne quis me meliora sive ignorare sive nota neglexisse existimet. Hodie enim plerique, qui in Ciceronis libris edendis versantur, alia plane, quam consueta, vocum scribendarum ratione, ὀρθογραφίαν dicunt, utuntur, ut a recepta longissime recedente, ita inter se admodum adhuc discrepante. Videte modo, ut hoc utar, C. Beieri editiones minime sibi constantes, aliorumque quorundam scriptionem ita comparatam, ut diversarum aetatum quasi specimina eos exhibere, et omnes permiscere voluisse credas. Mihi quidem primum hoc certum videtur, nondum esse repertam plane et in singulis vocibus ad liquidum perductam eam rationem, qua usus est Cicero: deinde ipsum Ciceronem non semper et in omnibus uno eodemque modo esse usum, nec eo semper rectissimo verissimoque, cuius rei exempla scientibus prodere putidum sit: denique si vel maxime cognitum haberemus usum, qui in plurimis vocabulis illa aetate probabatur, vide ne, dum reliqua, quae obscura manent, consueto scribas more, confusio scriptionis exsistat, quam non magis suam diceret Cicero, atque eam, quam nunc reprobare iubemur. Ne vero quis meam ita sententiam detorqueat, quasi vel inanem operam poni dicam atque inutilem in inquirenda vera cuiusque aetatis scriptione, cuius utilitatem in critica factitanda nemo me magis agnoscit, vel eos reprehendam, qui, quae sibi vera reperisse videntur, ad usum literarum convertere, quam silentio premere malunt. Id modo rogo, ut meam me sententiam sequi mihi liceat, quae fuit virorum mea laude longe superiorum, quamque hodie quoque suos habere patronos haud contemnendos vidi nuper in scriptione publica (A. L. Z. 1834. 17.), cuius verba cum huc latine reddita posuero, praefandi finem faciam. „Palimpsestos hodie libros (ita vir ille mihi plane ignotus) antiquissimosque Codices manu scriptos sequuntur. Sed neque hi inter se consentiunt, nec, qui eos ut normam sibi proponunt, satis sibi constant. Neque qui nobis sunt codices vetustissimi, non accedentibus vetustioribus iisque certis testimoniis, certam nobis scribendi quasi legem exhibent, quippe non descripti ex ipso scriptoris αὐτογράφῳ, sed ex ἀπογράφῳ, quod seculo sive secundo sive tertio factum est: eo nimirum tempore, quo volatico quodam moris antiqui amore correpti homines veterem priscae aetatis quasi rubiginem ad auream aetatem, sine certa ratione atque iudicio, referre eique obtrudere solebant. Quare nisi accuratissima diligentissimaque omnis aevi inquisitione instituta, grammaticorumque, in primis vero Quinctiliani, auctoritate fulta, collatisque inscriptionibus, veris videlicet, lapidibus aerique insculptis, nec vero prius codices manu scripti in numero testium certorum poterunt poni, ut de scriptione iis sit quasi

iuris dictio atque cognitio. Quod nisi prius fuerit factum, speciosa, quam praebent, auctoritate in errores potius, quam ad veritatem, ducunt."

Sed haec quidem hactenus. Satis diu vos moratus sum, Viri amicissimi, neque est, quod praeter ea addam, quae de adiumentis criticis praefatus sum, nisi gratias habere me atque agere Viro Honestissimo Hahnio, quod, ne incassum plane et frustra tantum huic libro scribendo tot annorum laborem impenderim, eius humanitati literarumque adiuvandarum amori debeam, quodque, ut quam elegantissime et accuratissime exscriptus prodiret liber, neque curae neque *sumptibus* pepercerit.

Ita valete, mihique, quod facitis, favere pergite.
Ulmae. Calendis Iulii MDCCCXXXV.

EX PRAEFATIONE
RUDOLPHI GODOHOLDI RATHII.

Tusculanas Disputationes ter edidit Davisius. Qua de re quum notitia litteraria manca esse soleat, quoniam raro accidit, ut omnes horum librorum editiones Davisianae in manus unius veniant; pauca haec praefari liceat.

Primum editus est hicce liber a Davisio A. 1709, Cantabrigiae, typis Academicis, impensis Edm. Jeffery. Quibus Cdd. usus sit, quibusve subsidiis aliis, tacitus praetereo, ab ipso enim recensita leguntur in praefatione ad primam Editionem. Permultum autem haec princeps a posterioribus duabus differt. Modestae sunt correctiones, timide ab editoribus superioribus recedit, ne Gebhardum quidem contemnit. In rebus leviusculis unus de multis esse voluisse videtur; unde nihil in ea reperitur orthographiae affectatae; hic enim nec *ecferre*, nec *conlegere*, nec *minumus*, nec *temptare*, nec simile quidquam legitur, quod declaret, anxie eum verborum originem ducem fuisse secutum. In nominibus tertiae formae, omnis hîc accusativus nominum plurali genitivo *ium* habentium, exit in *ES*, in reliquis autem in *IS*, ut apud Lambinum, Gruterum aliosque in *EIS*. In animadversionibus occurrunt non pauca, quae, quare in reliquis induxerit, vix ac ne vix quidem interdum intelliges. Duo praeterea in calce reperiuntur, quae a duabus posterioribus absunt. Unum est *lectionis varietas*, cum ex suis Cdd. et edit. Ven. 1491. tum ex libris Gebhardi aliorumque collecta: alterum, quod huic editioni singulari ornamento est, *emendationes* sunt *Richardi Bentleii*, quae, ut ex viri summi epistola, istis suis emendationibus praemissa apparet, post laborem Davisianum, utpote iam typis impressum,

confectae sunt. Unde fit, ut Davisius nullam in hac pr. adnotationum Bentleianarum mentionem faciat.

Editio altera inscribitur M. T. C. Tusculanae Disp. etc. Editio secunda, auctior et emendatior. Cantabrigiae, typis academicis, sumtibus Cornelii Crownfield. etc. 1723. Admodum memorabilis est haec editio: novam enim in ea habes recensionem, non Davisii, sed Bentleii, et in ipsis locis, (qui non ita multi sunt) in quibus Davisius ab illa recensione discedit, commemorat saltem Bentleianam lectionem, quod in tertia non ubique factum esse video. Deinde, quidquid in adnotationibus edit. primae aut deletum est, aut additum, aut omnino immutatum, id hic potissimum factum est. Quemadmodum autem se res habeat cum Bentleiana recensione, id ex praefatione Davisii ad sec. intelligitur. Propositum ei fuisse videtur, novas illas, quas Bentleius pollicitus erat, *animadversiones*, reliquis viri summi *emendationibus* addere et utrasque novae subiungere editioni: quum vero illas frustra exspectasset, has quoque, ne, credo, Bentleii labor sine illa accessione mancus videretur, cum in hac secunda tum in tertia praeterinisit. De novis subsidiis criticis, quae accesserant, vid. praefat. ad secund.

Tertium edidit hos libros A. 1730. inscripsitque M. T. C. Tusc. Disp. cet. Editio tertia auctior et emendatior, ibidem et apud eundem. Haec quasi voluntas moribundi Davisii est. Multae lectiones ex edit. pr. revocatae sunt, multae Bentleianae eiectae, et quae receptae sunt, earum fere ratio reddita est, multae novae a novis istis subsidiis profectae, de quibus vid. praef. ad tert. Permultum itaque recensio haec a prioribus duabus differt. Ad annotationes autem quod attinet, si eas excipis, quae ad recensionem novam pertinent, reliquae omnes, ut in secunda mutatae sunt, ita in tertia sunt retentae: nam quae aut addita sunt aut ademta, parvi sane momenti esse videntur. Haec tertia est, quam tibi tradimus, additis in calce Bentleii emendationibus.

Quarta exstat horum librorum editio A. 1738 ibidem vulgata et apud eundem. Quae, quamquam inprimis laudari solet, et sane repetita est ex tertia habetque adiunctas Emendationes Bentleianas; attamen tot mendis typographicis scatet, ut interdum totius loci mens prorsus tollatur. Scito autem, quidquid Davisianorum librorum post A. 1730. impressum est, id aliena cura prodiisse: Davisius enim A. 1731. supremum diem obiit.

Ceterum Davisius suam, qua reliquos Ciceronis libros tractavit, rationem, in Tusculanis edendis non est secutus. In ceteris enim omnibus notas integras Victorii, Pauli Manucii, Camerarii, Lambini et Fulvii Ursini, Ciceronis verbis subiecit; in Tusculanis non item. Scilicet ab iis ordiebatur, et nondum, ut arbitror, ita Ciceronis libros tractandi consilium inierat.

PRAEFATIO
EDITIONIS DAVISIANAE PRIMAE 1708.

Quam paucissimis exsequar, quae praefanda censeo, ne longa verborum ambage mihi scribenti, non minus ac tibi legenti, creetur taedium.

Editionem Roberti Stephani, cum duobus optimis Msstis collatam, mihi mutuo dedit Reverendissimus Antistes *Joan. Morus* *). Hosce libros propterea Norvicenses appellavi, quoniam, cum eos primum accepi, Norvicensium Dioecesi praefuit vir ille praestantissimus, quem maxima sua merita, et Serenissimae Reginae gratia, nuper ad sedem *Eliensem* promoverunt.

Codicem manu exaratum, quem servat Bibliotheca Petrensis, humane suppeditavit Thomas Stukesius, illius Collegii Socius dignissimus; Catabrigiensis autem Msti collationem amice, ut solet, obtulit vir clarissimus Jos. Wassius. Impressos veteres, quorum passim in hisce notis memini, utendos praebuerunt Joannes Laughtonus, meritissimus Bibliothecae Publicae Praefectus, Gul. Piersius, et Rob. Greenius, hic Aulae Clarensis, ille vero Collegii Emmanuelensis Socius laudatissimus. Horum omnium nomina recensui, ut iis debitas gratias referrem, meque beneficiorum non immemorem esse testarer. [Haec omnia a verbis *Hosce libros — testarer*, ab altera et tertia absunt.]

His *subsidiis* [Ed. 3. *opibus*] instructus, multas, nisi fallor, mendas sustuli, quibus [Ed. 3. om. *aut*] aut solennis

*) Post nomen J. Mori in duabus posterioribus haec leguntur: „Hos Elienses primum ac secundum nominavi. Iis nunc accessit ab „eadem manu tertius in pergamena scriptus. *Quin et* praeter Elienses illos usus sum Codicibus *quatuor* [in Ed. sec. *quinque* autem in „Ed. tert.] quos viri doctissimi Richardus Meadius, [is ipse, qui quintum Cd. cum Davisio communicavit, cuiusque nomen in Ed. tert. „modo appellatur] Thomas Bakerus, Thomas Stukesius, et Josephus „Wassius mecum benigne communicarunt.“ Post haec verba Ed. tert. haec addit: — „At subsidium longe desideratissimum praebuit „humanissimus et eruditissimus J. A. Fabricius; is enim ad me †) „Codicum Regii Pithoeanique collationes misit. Et ad Regium quidem Msstum, omnium qui noti sunt vetustissimum, velut ad Cynosuram, dirigenda videbatur haec editio. Quin etiam non paucas „emendationes memoravi, quae perspicacissimo summi Bentleii debentur ingenio; pluresque memoratam, si vir celeberrimus, ut facere statuerat, in Animadversionibus huic libro subiungendis ostendisset; „quibus fundamentis nixae fuerint. Cum tamen ea spes decolasset; „multas lectiones, quas ille recipiendas iudicarat, a fide Codicum „pendere declaravimus: id quod, ut opinor, lectorem iuvabit; hoc „enim modo non temere, nec sine gravi causa vulgatam lectionem „deseri videbit.“

†) *Editionem Seb. Gryphii* 1545 *cum Codice Regio contulit vir doctus A. D.* 1623 *et cum Msto Francisci Pithoei A. D.* 1597. *Mutilus Pithoeanus, nec incipit, nisi paulo post initium lib. II. cap.* 19. *adeoque diversus est ab eo, quem Gulielmius adhibuit.*

incuria Librariorum, aut nimia Criticorum audacia [Ed. 3. *simul ac audacia nimia Criticorum*] Ciceronem [Ed. 3. *maculârant*] *inquinarant*. In reliquis [Ed. 3. *adnotationibus*] *animadversionibus* id egi, ut dogmata paullo obscuriora, aut historias non ita [Ed. 3. pervulgatas] *notas* illustrarem; tritas enim et obvias non attingendas putavi. Frustra itaque de Herculis laboribus, de Alcmaeonis et Orestis insania, de Sardanapali luxu, ac id genus aliis, hîc quaerentur commentarii. Ubique prostant Lexica, ex quibus affatim hauriri potest talium naeniarum cognitio.

Plerosque Graecorum scriptorum locos, quos vertit Cicero, iamdudum indicarant [Ed. 3. —runt] Petr. Victorius, Joach. Camerarius, et Henric. Stephanus. In nonnullis etiam testimoniis ad Historiam spectantibus praeivit Fr. Fabricius: sed ea perpauca sunt, et a me [Ed. 3. non habet *a me*] vix unquam sine auctario prolata. Haec fuerant [Ed. 3. *fuere*] memoranda, quoniam candoris est, per quos profecerim, ingenue confiteri. Forsan etiam utiles fuissent M. A. Mureti Notae in primam Tusculanam; sed eas, quamvis sedulo quaesitas, videre [Ed. 3. reperire] non contigit *).

Licet in observationibus unicuique paginae substratis varias lectiones notarim, ex quibus verba Ciceronis emendari posse credebam, ceteras tamen calci voluminis adnexas habes, ne tuo, Lector, ingenio deesset materia: fieri enim potest, ut ex iis, quae mihi corrupta videbantur, ipsa Tullii manus eruatur. Eae ex Jani Gebhardi aut meis libris fere sunt collectae.

Ultimum locum tenent Emendationes, quas meo rogatu scribere dignatus est Rich. Bentleius. Illi propterea gratias quam maximas habeo atque ago; nec dispari animo erunt ii, qui suo quaeque pretio solent aestimare. Quantopere vero mihi placeant, melius indicare nequeo, quam si tester, eas Auctore suo dignas videri: Huius enim summam eruditionem ac mirum acumen exosculantur omnes, qui non sunt aut invidi aut ab hisce litteris alieni **).

*) Hic terminatur praefatio Ed. tert. In secunda autem haec adduntur: „Fieri potest, ut mireris, quod in hisce notis passim dicatur „sic *vulgo* legi, cum tamen nulla mutationis reddita sit ratio. Rem „igitur sic habe. Meis notis omnibus praelo paratis, recensionem „suam, quam plerumque sequor, mihi in manus tradidit celeberrimus „Rich. Bentleius; secumque statuit in animadversionibus huic libro „adiungendis ostendere, quibus fundamentis nixae sint emendationes „suae. Sed cum eruditissimus ille vir multis negotiis adeo sit impeditus, ut promissis stare non possit; isto thesauro careas oportet „impraesentiarum. Ne tamen dubites, quin fidem datam cumulate „sit liberaturus; postquam labores literarii, quibus distinetur, ei concesserunt otium."

**) Praefationem *Edit. tert.* excipiunt testimonia de Mato Regio.

TESTIMONIA DE MSTO REGIO.

Cl. Salmasius in Epistola ad Cl. Sarravium pagg. 235. 236.

Uno ac perpetuo ductu sine ullo interstitio voces omnes exarari *solebant*, et sententiae etiam continuari: nisi quod, ubi perfecta fuerat, non in eadem linea alteram auspicabantur; sed principium alterius lineae sive versus inchoabant. Inde nata ***distinctio per versus***, qui maiores aut minores erant, prout sententia pluribus aut paucioribus verbis absolvebatur. Interdum quippe duas, interdum tres aut plures lineas singuli versus occupabant. Graeci στίχους appellant. Opera autem ipsa numerabantur per versus, quorum summa in fine libri subducta notabatur. Inde πολύστιχον βιβλίον de grandi volumine dicebant. Diu duravit haec ratio. In veteri codice Epistolarum *Pauli*, qui penes Puteanos est, ad finem totius Scripturae sacrae librorum στιχομετρίαν notatam invenies. ***Quaestiones Tusculanas*** in antiquissimo exemplari Bibliothecae Regiae ita ***per versus distinctas*** reperis.

Idem *Salmasius in Prolegomenis ad Solinum* c. 5.

Sciendum extare in Bibliotheca Regis codicem Tusculanarum Quaestionum manu exaratum satis magnae vetustatis; in quo non ordine continuo, sicut in aliis tralatitium est, libri descripti feruntur, sed saltuatim per inaequales periodos, eo prorsus modo, quo Biblia sacra videmus.

Marquardus Gudius ad Phaedri lib. 1. Fab. 25.

Extat Lutetiae in Bibliotheca Regia ***Ciceronis Tusculanarum*** Quaestionum codex vetustissimus et incomparabilis, per versus distinctus.

INDEX APPARATUS CRITICI.

I. Codices.

1) Codex Bibliothecae Regiae Parisiensis N. 6332. quem nos κατ' ἐξοχήν dicimus *Regium*, in primis octo capitibus Regium primum. Est seculi noni. Octo capitum primorum collationem debemus *Lud. Kayserο*, Ph. Dr., Heidelbergensi, qui et aliorum Codicum specimina, Parisiis nostram in gratiam collatorum, amicissime nobis utenda tradidit. Integram Codicis collationem debemus *J. C. Orellio*, viro amicissimo, sub quid Cicero debeat, et nostra aetas agnoscit et posteri nunquam non praedicabunt. De ea collatione vide, quae posuit Orellius in Ed. Opp. Cic. Vol. IV. 1. p. 222. in Ed. peculiari p. 3—6. Utinam, qui contulit Codicem, vir iuvenis doctissimus, verborum etiam ordinem aliaque, quae leviora fortasse ei videbantur, exscribere non omisisset! Quem tamen defectum in plurimis locis nobis quidem supplevit Collatio Codicis Guelferbytani accuratissima, quem nos primum appellamus, Regio et aetate et lectione supparis, aeque praestantis. Omnes exhibemus Codicis Regii lectiones, cuius, pro suae Editionis consilio, non dedit lectionem integram Orellius. Ceterum mihi non magis quam Orellio videtur vel hic codex vel quisquam alius is esse liber, ex quo omnia, quae hodie exstant, manaverint exemplaria.

2) 3) 4) *Reg.* 2. 3. 4. Acceptam, ut dixi, refero octo capitum collationem horum Codicum munificentiae *Kayseri* nostri. Est quidem *secundus* seculi decimi tertii, numero 6333. insignitus. *Tertius*, N. 6334., seculi decimi quarti; *quartus* decimi quinti seculi. Sunt hi Codd. fortasse in iis, quos subinde inspexit Lallemandus. Ad primi praestantiam, quantum ex his specimenibus iudicare licet, minime accedunt: quamquam sunt, quae cum illo habeant communia.

5) 6) 7) *Guelferbytani*, quorum collationem debeo accuratissimam *Fr. Guil. Schneidewino*, tum, cum excerperet lectiones, philologiae studioso, seminarii regii philologici societatisque philologicae Gottingensis sodali, nunc, quantum comperi, Philosophiae Doctori, qui edito ex nostris literis specimine*) probabilem exhibuit studiorum suorum fructum. Is igitur de his Codicibus haec ad nos scripsit:

„Primus Codex idemque horum trium, addidenim omnium, quotquot ubique gentium exstant, longe praestantissimus est *Gudianus*, ap. Ebert. nr. 238, domi autem 294. Membranaceus est, in 4. min., in unaquaque pagina 20. versus habet; lineae ductae sunt instrumento acuto, ut aliquot locis dissecta membrana sit. Praeter Tusculanas nihil continet. In fronte Lauterbachius, bibliothecae olim ab epistulis, notavit: „Codex integer et bonae notae:" quae verba omissa fontis declaratione, in catal. codd. Wolfenb. tanstulit Ebert. V. Cl. Saeculo scriptus est decimo nonove, et plerumque conspirat cum Regio optumo. Verba ipsa nullo intervallo distincta cohaerent, scribendi compendia fere nulla. Scribendi ratio integra et Cicerone digna, ut quae Beierianam rationem plerumque sequatur. Singula

*) *Ibyci Rhegini Carminum reliquiae.* Quaest. Lyricarum Lib. I. Praefixa Ep. *C. O. Mülleri.* Gotting. 1833. XXIV. et 232. pp. 8. cuius vid. Censuram G. Hermanni in Seebod. Jahn. et Klotzii Annall. Philoll. 1833. 8. p. 371—389.

hoc loco enumerare supersedeo, quoniam singulis in locis accuratissime notata sunt omnia. Ubi verba mutata sunt, quod factum perraro est, mutata sunt a manu librario fere aequalis interdum ab eadem manu."

„*Alter* est *Rottendorphianus*, exaratus in membr. form. 8, inter Codd. Gud. 293; ap. Ebert. 237. Solas Tusculanas complectitur, quae 74 fol. implent, quorum in singulis pagg. 29 vel 30 versus exstant. Compendiis scribendi refertus est: a manu 2. nunquam correctum est. Librarius stupidissimus fuit procul dubio et neglegenter egit. Multa saepe omittit haud quaquam omittenda, praecipue in periodis similiter terminatis, ubi oculus a priore membro ad alterum fere aberravit. Saepe tamen cum optumis conspirat, ita ut ex archetypo fluxisse videatur non contemnendo. Scribendi rationem ex varr. lectt. vides. Lauterbachius, quem dixi, in fronte haec: „NB. In L. III. p. 50. hiatus est viginti et amplius capp. et totidem capp. in fine Cod. p. 74. etiam desunt." Quibus verbis erroris laqueis irretitus est Ebert., qui in Catal. „In lib., ait, III. mutilus est, desunt enim capp. 11 — 30. Item in fine. Desinit enim in L. V. c. 22. his verbis: *quam bonum nihil ad rem. In hoc enim.* —" Fons huius erroris est stupor bibliopegi, qui recenti tempore folia mirum in modum confudit, ut in recto ordine exquirendo temporis mihi consumendum fuerit plurimum. Uno tantum fol. truncatus Cod. fuit iam antequam denuo compingeretur, quod colligitur ex testimonio manus aequalis, quae V. §. 117. post *aurium*, quo in verbo deficit Cod.) subscripsit: „*traducebamus.* Hic deficit unum folium." Ebertus Codicem seculo XIII assignat. Minus recte, opinor; recentior enim paulo videtur, siquidem fides habenda erit testimonio manus antiquae, eiusdem cum librario aetatis, quae in fol. 73. ima marg. haec: „„Dati anno dm. m. cccc c°navi."" Exeuntis erit igitur saec. XIV." „*Tertius* Cod. est *Augustanus*, membran. in fol., ap. Ebert. nri 236. domi 4, 13, MS. Aug. 4. In Italia exaratus, membrana nitidissuma, ut aetate illis est inferior, (scriptus est saec. XV.) sic auctoritate minime videtur aequiparandus. Innumeris locis mihi VV. DD. Italorum, tunc temporis florentium, depravationes, vel correctiones (si Dis placet) in ipsam orationis continuationem importare non videtur abhorruisse. Hinc mirae saepe et ab omnibus aliis libris adhuc excussis longe recedentes scripturae et verborum praeiectiones: quae res fecit, ut in eo excerpendo temporis spatium contriverim longissumum. Non multum eius lectionibus dederim equidem: hic illic tamen et ipse bona sua videtur habere. In fronte est: Iste liber est meus Bonifacii de falliandis. In calce: Joannes Thomas Vela. Graecis verbis vacuum spatium relictum est." — Desinit Codex, certe collatio, in fine cap. 21. libri V.

8) *Cod. Bernensis*, Chartaceus, interpositis aliquot foliis membranaceis. De cuius libri praestantia, plerumque cum Regio consentientis, vid. disputantem Orellium ad calcem libri Tusculanarum primi. Hanc quoque collationem debeo munificentiae Orellii, V. Cl. Ipse quidem codex est Seculi XV. sed ex optimo exemplari descriptus. Collationem instituit *L. Usteri*, Professor Bernensis. Is Codex cum inde a §. 18. libri primi glossis interlinearibus (sit venia vocabulo barbaro), lituris, rasuris ita sit deformatus, ut lectu sit difficillimus, factum est, ut vir doctus, quem diximus, nonnisi eorum locorum excerperet lectiones, quibus discrepat F. A. Wolfii lectio ab Ernestina. Ea vero inita ratione factum est, ut plurimis locis, quippe quibus consentit Wolfius cum Ernesto, quid Codex Bernensis exhibeat, aut plane nesciamus, aut, si quando, divinando tantummodo assequi possimus.

9) *Cod. Rehdigerianus*, Vratislaviensis. Duas huius Codicis habeo collationes, neque tamen ipsius Codicis accuratam notitiam. Attamen cum idem esse videatur, qui adhibitus est libris de Natura Deorum edendis ab Heindorfio, satis descriptus est in Praefatione eorum librorum Heindorfiana p. VII. sq. Utramque collationem Orellio debeo. Priorem instituit *F. N. Kleinius*, Silesius, Gymnasii, quod Confluentibus est, Director: alteram aliquot seminarii philologici Vratislaviensis sodales, *Franc. Passovio*, viro, dum viveret, nobis quoque amico, procurante. Et posterior quidem collatio multo priore est accuratior. Nec tamen id eo dico, quo minorem habendam fidem priori existimem: sed quia posterior omnes, minutissimos etiam, literarum apices persequitur, ne minimis quidem scriptoris erroribus alucinationibusque, quibus refertus est liber, omissis. Quae quidem omnia referre piguit: quamquam erunt sine dubio, qui nos in talibus rebus nimis fuisse diligentes clamitent. De codice ipso ita existimo: consentire cum multis locis cum optimis, plurimis tamen locis ita discedere a reliquorum scriptione, ut statuendum esse videatur, consulto sexcenties librarium a verborum ordine, quem reliqui exhibent, discessisse, ut elegantius, si diis placet, loqui disceret Cicero. Nec desunt interpolationes, eundem saepe, ut videtur, in finem Ciceroni obtrusae. Adde his, quae de eo libro disputat Orellius noster in Ed. Tusculanarum peculiari p. 324.

10) *Cod. Gudianus*, quem nos, nullo addito numero, Gudianum appellamus, Orellius secundum (in Ed. Tusc. peculiari p. 324.): cum nobis sit secundus is, quem Schneidewinus Rottendorphianum appellat. Est membranaceus, formae maximae, seculo XIV. in Gallia exaratus: apud Ebertum (Bibl. Guelf. Codd. p. 54.) numero 235. insignitur. Verborum ordo saepe a Regii et Gud. 1. ordine recedit, nec vero eo melior est. Contulit eum Kleinius, V. Cl., cui et Rehdigeriani collationem debemus et, quem proxime recensebimus, Duisburgensis. Misit eam ad nos cum aliis plurimis adiumentis Orellius iam ante hos quinque annos.

11) *Cod. Duisburgensis*, item, ut dixi, a Kleinio collatus, seculi XIV. de quo quod iudicat Orellius in ed. Tusc. peculiari p. 325. idem fere nobis iudicandum videtur. Habet sua bona, praestat Rehdigeriano et Gudiano (10.): in verborum tamen ordine immutando, eoque Ciceronem corrigendo, ad Rehdigeriani licentiam prope accedit, ceterum satis diversus, non illius more, sed suo utens. Partem lectionum huius Codicis, inde ab initio usque ad Libri II. caput 23, iam pridem edidit Grimmius in *J. H. Withofii* libris, qui inscribuntur: Krit. Anmerk. über Horaz (Düsseld. 1791 — 93.) et: Conjecturen über verschiedene latein. Dichter (Düsseld. 1798. sq.).

12) 13) *Codices Monacenses*, collati a viro iuvene *E. Krausio*, cui mandata erat ea cura ab *H. F. Mafsmanno*, V. D. (*Primum* dicit Victorianum, membranaceum, saeculi decimi quinti, in Bibl. Monac. numero 58 signatum: *alterum* Electoralem nr. 277. Est item seculi XV. In fine enim adscriptum est: *Libri Tusculanarum Disputationum Marci Tullii Ciceronis foeliciter Finiunt. Anno* MCCCCLV *Padue Laudes Deo infinite.* Primus in calce habet: *Explicit Joannes Arretinus IIII Id. Aug. IXV Post* MIIII *Annum Salvatoris Feliciter in urbe Florentina Hunc librum absolvit.* Neuter Codex singulari quadam praestantia excellit, neuter ad optimos accedit libros: uterque interpolatus est haud paucis locis, nec tamen eiusdem plane sunt fontis, quae vel adduntur vel ab illis melioribus discrepant. Non sunt nullius momenti et pretii: auctoritate tamen graviore destituuntur. Sed vere Orellius l. c. monuit, hac nostra in operâ ne minima

quidem esse spernenda, neque peioris etiam notae codices esse negligendos, quippe qui aliquid certe ad iudicandum conferant.

14) *Cod. Marburgensis* chartaceus, seculi, ut videtur, decimi quinti, f. m. Eius mihi Codicis usum procuravit *Creuzerus* meus, eumque ego ipse contuli. Qui scripsit Codicem, homo fuit omni plane eruditione destitutus: videtur autem habuisse ad manum Codicem, quem describeret, bonae notae, sed paullo difficiliorem ad legendum. Ubicunque enim aliquid esset difficultatis vel in nominibus propriis vel vocabulis rarioribus vel Graecis, ridicule fere lapsum deprehendi librarium. Sed saepissime cum optimis facit, eorumque auctoritati calculum adiicit. In fine Codicis scriptum est: *Opus M. Ciceronis Tusculanarum questionum fel̄r. explicit Scriptum pro venerabili et egregio viro dño Martino Grusczinski scolastico Crusuicien̄ in domo sua Bononie Anno studii sui qnto p Gregorium balathe Deo gratias.*

15) *MS. in marg. Ascensianae nostrae secundae.* Adscripsit manus docta seculo decimo sexto varias lectiones ex libro MS. excerptas, quae in plerisque cum lectionibus Ed. Erasmi 1525 conveniunt, ut prope aliquando suspicio mihi suborta sit, esse ab illo viro Ascensianam illam collatam cum Erasmiana, eiusque lectiones margini adpictas. Attamen cum propria in iis lectionibus eaque nonnunquam admodum probabilia reperissem, evanuit illa suspicio.

16) 17) *Codd. Vindobonenses*, quorum collatio est ad calcem Ed. Alteri, Viennae 1786. 8. Insigniti dicuntur ab Altero numeris CCV et IIC. Prior est membranaceus, scriptus, ut est in calce voluminis, anno 1461. Posterioris nullam plane Alterus notitiam exhibet. Neutra collatio admodum diligenter instituta est, posterioris minus etiam, quam prioris. Neque hi Codices in optimis habendi. Insunt tamen, quae vel aliorum lectiones firment, vel errorum fontes monstrent, vel editorum librorum negligentiam arguant.

18) *Codices Oxonienses* novem collatos habemus in Ed. Oxoniensi, quae prodiit A. MDCCLXXXIII. Ea vero mihi Editione ipsa uti non licuit, sed repetitione Halensi, de cuius fide non repetam, quae satis acerbe monuerunt censores. Illud addo, nullum eorum librorum magni videri esse aestimandum, aliquot fere nihili, duos vero (E et ξ) ita esse corruptos et depravatos, ut consulto, qui eos scripserunt, Ciceronem commaculare et lacerare voluisse videantur. Sed nec sic est, quod eam collationem plane aspernemur: cuius rei causas non est quod ultra exponam.

19) *Codicis Gryphiani* lectiones, qui optimis vetustissimisque annumerandus est, excerpsi ex annotatione Ed. J. M. Bruti, Lugdun. 1570. 16.

20) *Codicis Caroli Stephani* lectiones, neque multas, neque auctoritate praestantes, inserui ex Ed. Car. Steph. Paris. 1554. f. m. operum Ciceronis omnium.

21) *Codicum Leidensium* eas exhibemus lectiones, (duos plerumque inspexit Bouhierius,) quae sunt in annotationibus Gallice conscriptis ad calcem conversionis Gallicae (Amst. 1739. 8. III. Voll.) enotatae a Bouhierio. Inspexit idem vir multis locis codicem optimum Regium, itemque editionem quandam veterem, praestantem, ut videtur, certe memorabilem. Verum, nescio quomodo, cum in libris Leidensibus satis confidam ei viro, in istius editionis lectionibus itemque Codicis Regii ita versatus videtur, ut fidem ei habere vix ac ne vix quidem iis in locis possis, ubi eorum testimonio fulcire vult suas coniecturas, parum nonnunquam veri similes, et a librorum, quos novimus, omnium lectione nimium quantum abhorrentes. Accedit, quod certissime haud raro ex collatione, vel nostra, vel

Davisiana, nonnunquam ex Codice Gudiano primo, contendere atque affirmare licet, aliam plane eamque meliorem esse lectionem in Codice Regio, quam quae in eo inesse dicitur a Bouhierio.

22) *Codicis Coloniensis*, quem *Fabricianum* appellat Gebhardus, lectiones exhibere possumus non alias, quam quae sunt in annotationibus Francisci Fabricii Marcodurani et Jani Gebhardi excerptae, non sane multae.

Quas *Lallemannus* exhibet Codicum aliquot Parisinorum, in his etiam Regii optimi, lectiones, eae nec multae sunt, nec accurate distinctae. Non enim libros inspexit vir ille, nisi ubi varietate aliqua maiore in Ed. Bentleii conspecta haereret. Haesit autem rarissime: neque in referendis lectionibus codices accurate distinguit.

23) *Ursini Codici*, cuius item habemus in annotationibus Fulvii Ursini lectiones admodum paucas, non multum videtur tribuendum, nisi aliorum librorum auctoritas accedit. Magna enim est suspicio, eum virum, quae sibi placerent, nonnunquam pia, nisi mavis impia, fraude finxisse.

Lambini Codices quid habuerint, quid ipse sibi licere existimaverit, paucis tantum locis certo cognosci potest, cum non magis, quam *Victorius*, quam *Aldus*, quam *Camerarius*, in annotationibus omnes librorum suorum lectiones enotaverit, omnium emendationum suarum rationem reddiderit.

Andreas etiam *Schottus* in scribendis quatuor Nodorum Ciceronianorum libris *Codicem* adhibuit *Toletanum*, Longobardicis literis exaratum, membranaceum, aliosque, ut videtur: cuius viri, quae ibi allata sunt, non negligenda non negleximus.

24) *Codices Palatinos*, aliosque, quibus usus est Janus Gebhardus in conscribenda ad Editionem Gruterianam annotatione: *Davisianos*, quorum fit mentio in Edd. 2. et 3: *Guelferbytanum Ernesti*, non ubique ab eo viro, nimium quantum festinante, inspectum, *Codices* anonymos, qui laudantur in margine Edd. *Lambinianarum* (non verae Lambinianae, quae prodiit anno 1566), *Gothofredi*, *Verburgii*, hos omnes accurato diligentique usu nostros fecimus, neque, quas exhibent Edd. *Cratandri*, *Herwagiana prima* et *secunda*, varias lectiones negleximus; quippe quibus editionibus adornandis Codices MSSti adhibiti sint.

25) Unum hic addo adiumentum, quod quidem non maioris facio, quam meretur, nec vero plane inutile censere possum. Est liber, qui inscribitur. *Summa Joannis Valensis de regimine vitae humanae seu Margarita doctorum ad omne propositum.* Impressus est *Venetiis per Georgium Arrivabenis Mantuanum anno MCCCCXCVI*, octonis. Vixit huius libri scriptor Anno Christi MCCC. Plures Ciceronis aliorumque veterum locos (v. c. Senecae) suo operi intexuit; lectiones nonnunquam habet memorabiles, sed eas saepe, ut ex memoria videatur laudasse Ciceronem, quippe cuius sententiam potius, quam verba agnoscas. Distribuit opus suum in aliquot partes. *Prima* inscribitur *Communiloquium*, *altera Compendiloquium*, *tertia Breviloquium*, *quarta Ordinarium vitae religiosae*. Habet liber trecenta et quinque folia, praeter indicem capitum admodum amplum. Loci Ciceronis in prima potissimum et altera parte leguntur. De scriptore libri vid. Gesneri Bibliothecam in Epitomen redactam per Simlerum p. 376. b. lin. 29. Dicitur ibi *Joannes Gualensis*, Anglus. Fuit ex ordine Fratrum Minorum.

II. Editiones.

Quanta in Editionibus veteribus insint emendandi adiumenta, si quis iis recte utatur, neque numeret auctoritates, sed ponderet, id,

postquam tam egregie iis ad emendandum Ciceronem usus est Orellius, ii tantum in dubium vocabunt, qui vel iis uti recte nesciant, vel ideo, quod ab aliis factum vident, improbent, quod ab ipsorum sive more sive socordia abhorreat. Qua de re plura praefari nil attinet: unum moneo, nunquam Ernestum, quo nemo fuit bonis editionibus veteribus instructior, tam multa festinationis vestigia, in his praesertim libris, relicturum fuisse, si earum copias in suum, vel Ciceronis potius, usum convertere, quam aspernari, maluisset. Et primum quidem in hoc editionum recensu nobis nominandus est, quem modo laudavi, Orellius, V. Cl. qui non editiones tantum, sed paratas earum collationes nobis utendas dedit multas easque utilissimas. Ei igitur viro debemus

1) Collationem Editionis *Ulrici Hahn de Vienna*, quae prodiit *Romae* a. 1469, institutam ad marg. Ed. Wolf. 2. Contulit *F. N. Kleinius*, vir doctissimus, quem supra laudavi. Insignivimus eam litera *H.* Desinit collatio in libro secundo. Habet quaedam singularia.

Proximas novem ipse contulit *Orellius*, earumque collationes, margini Ed. Wolfianae 3. adscriptas accuratissime, ad nos misit, quae nostrae editioni ornamento essent: Sunt eae

2) *P.*, praestantissima, f. m. *impr. Venetiis per philippum quondam petri a. 1450. d. 16. Sept.* Est eadem, quam, non satis accurate, contulit Alterus ad calcem suae editionis. Sunt tamen in ea collatione quaedam singularia.

3) *A.* sine typographi nomine f. m. *impr. Venetiis a. 1481. mens. decembr. die quinta.* Habet commentarium Anonymi. Praecedenti non aequiparanda.

4) *B.* cum *A.* in plerisque conspirans. Inscribitur: *Commentarii Questionum Tusculanarum Editi a Philippo Beroaldo* — impr. Bened. Hectoris — Bonon. A. S. 1496. 6. Kal. Aug. f. m.

5) *S.*, quae facit plerumque cum *A.* et *B.* Est ex *aedibus Matth. Schurerii: M. T. C. Tuscul. questionum libri qu.* — *Argentor.* 1511. 4. Habet praefationem *Vulphgani Angstii.* Insunt quaedam, quae in sua Ed. vet. inesse dicit Bouhierius.

6) *E.* Editio *Erasmi, Basil. in Aed. Valent. Curionis.* Cal. Jan. 1525. Facit plerumque cum *S.* Cum ea, ut dixi, plerumque convenit marg. MS. Ed. nostrae Asc. 2.

7) *C. Cratandrina*, Basil. 1528. Bonas non raro habet lectiones in margine. Est etiam in meis libris. Herwagiana prima (v. n. 14.) ab ea non multum discrepat.

8) *V. Victoriana.* Venetiis, 1537. Saepe Victorius solus optimorum Codicum lectiones recepit a prioribus posterioribusque neglectas.

9) *M. Manutiana.* Venetiis 1555. Non in omnibus convenit cum ea, quam nos Aldinam appellamus.

10) *L. Lambiniana*, 1566. Parisiis, quae sola habet genuinam *Lambini* lectionem. Omnes eius lectiones, ut Victorianae, exhibet Ed. Orellii. De eius editionis praestantia non est, quod moneam post *Orellii, Kleinii*, aliorum iudicia haud ita pridem publice lata.

11) *Juntinam* quoque, quae prodiit Florentiae 1514. debeo benignitati *Orellii.* Eam ego ipse contuli, non sine fructu, quamquam non habet eiusmodi bona, quae aliunde repeti non potuissent. — Quae sequuntur quadraginta tres Editiones, in meis libris sunt:

12) Misit ad me etiam *Orellius* collationem Editionis *Francisci Fabricii, Marcodurani*, quae prodiit Coloniae 1583. factam ad Wolfii Ed. 3. a *Sal. Voegelin*, V. D. M. Turicensi, accuratissime. „Plerumque in contextu sequitur Lambinum (1566.), non tamen in omnibus: veluti Tusc. I. §. 16. habet in contextu: *non modo malum non esse*

mortem, sed bonum etiam esse mortem; ipse tamen Fabr. in adnot. improbat. Contextus tamen non ad certam aliquam normam constitutus videtur, ita ut adnotationibus solis suum tribuendum sit pretium. Duae sunt Edd. Fabricianae. Prior prodiit Düsseldorpi, ap. Jo. Oridryum et Alb. Busium. 1568. 8. Repetitio ne uno quidem verbo est auctior: immo omittuntur quaedam ex annott., veluti tres ad Lib. I. §. 85. 86." *Or.*

13) *Ven. nostr.* Quam appellamus *Venetam* nostram, ea est f. m. *impressa Venetiis per Jo. de Tridino maxima cum diligentia. MCCCCLXXXXIII. d. 3. Januar.* Inscribitur: *Marci Tulii* [sic] *Ciceronis Tusculanarum Quaestionum.* Annotationes habet ad marginem, quae videntur nihil differre ab iis, quas incipere in Ed. *A.* (3.) dixit Or. a verbis: „*Temporibus, quibus Caesar rerum potiebatur.*" Neque multum discedit huius editionis contextus ab ea, quam modo dixi, editione.

14) 15) *Herw. 1. et 2.* — Basileenses *Operum Ciceronis* ex Officina *Hervagiana* f. m. a. 1534. et 1540. Utrâque mihi inde a quinto tantum libro uti licuit. Prior non fere diversa est ab Ed. C. (7.) nec vero plane eadem: adhibita enim sunt nova librorum subsidia. Posterior curata est a *Camerario.* Is vir cum suum sequeretur in Cicerone edendo iudicium, ab illius editionis saepe recessit contextu, non raro etiam cum *Victorio* facit, cuius Castigationes, vel potius Castigationum Explicationes, suis annotationibus, brevioribus illis, adiunxit. Sed de hac editione vide vere iudicantem *Ernestum* Praef. Ed. maj. p. 22 sq. (in Ed. min. ante Annott.)

16) 17) *Rob. et Car. Steph.* — *Operum Ciceronis* Editiones Parisienses, *Roberti Stephani* V. Voll. 1539. f. m. et *Caroli Stephani* 1554. IV. Voll. f. m. Prior habet Castigationes Victorii eiusdemque, inde ab Orationibus, contextum: qui quanti sit pretii, non est quod exponam. Posteriorem ab Ernesto aliisque minoris, quam meretur, aestimatam, nuper viri docti postliminii quasi iure in bonarum Editionum ordinem restituerunt. Quamquam in his quidem libris non tanti est, quanti (ut hoc utar) in Orationibus Verrinis. Nec tamen negligendae sunt, quas ex vet. Cod. ad calcem unius cuiusque Voluminis exhibet lectiones. In contextis plerumque cum Aldina facit, a Victoriana longe recedit.

18) 19) *Asc. 1. 2.* — *Ascensiana prior* et *posterior Operum Ciceronis* omnium. De tertia quam exstare mihi aliquando per epistolam significavit Bardilius noster, V. Cl. edocebimur sine dubio in Historia critica editionum Ciceronis, cui conscribendae nemo fortasse eo viro est aptior. Quae utinam tandem publici fiat iuris! Sed de Ascensianis nostris, minime spernendis, a se invicem autem diversis, cum prior ad Mediolanensem propius accedat, quae prodiit a. 1498. et 1499, posterior ad Aldinam primam anni 1519, de his igitur vid. Ernesti Praefat. Ed. maj., quae praemissa est notis Ern. Ed. min., p. 17 sq. Prodiit autem Ascensiana prima quatuor Voluminibus f. m. Parisiis 1511, secunda totidem voluminibus ib. f. m. 1522. Nos utramque non sine fructu adhibuimus. De lectionibus MS. in marg. Ed. Asc. nostrae 2. vide quae ad Codices monuimus n. 15.

20) *Sturmiana,* ad Naugerianam et Victorianam correctionem. Argentorat. 1549. 8. Habet *omnia Ciceronis opera* decem voluminibus comprehensa.

21) *Aldina, Operum Ciceronis* Editio *omnium,* apud Aldi filios, Venet. 1550—1552. Octo Voluminibus: elegans, nec semper cum *M.* (9.) conspirans.

22) *Leod.* — Est Editio peculiaris librorum nostrorum, quae Parisiis 1558. 4. prodiit, ita inscripta: *M. T. Ciceronis Tusculanarum*

Quaest. lib. V. ad vetustiss. exemplaria MSS. nunc summa diligentia correcti, ac commentariis Beroaldi, J. Camerarii, deinde Er. Roterod., P. Manutii, P. Victorii variis lectt. et annott. illustrati, quibus nunc primum accessit doctissimi cuiusdam viri commentarius, cum annott. *Leodegarii a Quercu.* Eiusdem Editionis habuit Or. exemplum a. 1562. expressum. Scribit de ea: „Propria bona habet nulla. Insunt interpolationes." Idem in schedis ad nos missis haec: „Nisi vehementer fallor, secutus est Editor iam anno 1549, quo anno haec editio primum publici iuris facta est, eam, quae tum in Gallia maxime recepta erat, scilicet Roberti Stephani repetitionem Victorianae." Et fallitur quidem vir doctissimus. Habet quidem haec editio Victorianas ad hos libros annotationes, habet item nonnullas Victorii lectiones, et plures quidem in postrema operis parte, quam in principio. Sed suo etiam stat nonnunquam iudicio. Sic, ut hoc utar, V. 39. 113 est in Ed. Rob. Steph. Victoriana *tum quod sine oculis vix fieri posse videtur*, in Ed. Leod. plane ut in Ald. et quae eam sequuntur: *tamen quod sine oculis fieri posse vix videtur.* Et sic saepissime. Est etiam, ubi in margine habet lectionem cum neutra consentientem. Sic IV. 21. 47. Rob. Steph. et Ald. habent *adversa ratione*, et sic Leod. in contextis. Sed in marg. cum Lamb. et optimis quibusque Codd. *aversa a ratione.* Quare ego ei Editioni ut non nimium tribuo, ita eam ob varias, quibus splendet, dotes, non parvi fecerim. Et est fortasse *Leodegarius a Quercu* personatus *Adrianus Turnebus*, qui tanto opere de Ciceronis de Legibus libris meritus est. Illo certe nomine non semel Turnebum esse usum vides ex Vinc. Placcii Theatro Anonymorum et Pseudonymorum (Hamb. 1708. f. m.) T. II. p. 627.

23) *Vascosani* Tusculanarum Editionem, accuratam illam et elegantem, quae prodiit Parisiis (4. 1549. ap. Vascosanum, via Jacobaea ad insigne Fontis) nonnisi absoluto iam opere aliquoties inspicere licuit. Locis modo laudatis convenit priore cum Ald. et Leod., posteriore cum Lambino.

24) *Jo. Boulierii* Editio (*Opp. Cic. Philos.* III. Voll. Lugd. ap. Ant. Vincentium 1560. 8.) obscurata quidem est, et merito, Lambinianâ: nec tamen, quod Ernestus fecit, plane nihili est facienda. Talia nonnunquam pronuntiasse videtur iudicia de editionibus vett. vir de Cicerone meritissimus (cuius veris laudibus hac animadversione similibusque nihil detractum volo), ut labore earum conferendarum, vel modo inspiciendarum, supersederet. Et reperi ego apud Boulierium, quae, non inspecta eius editione, Lambini ingenio tribuunt nonnulli.

25) *Brutina Gryphii, Opp. Cic.* Lugd. 1570. 16. ob collationem Codicis Gryphiani, Regio non peioris, magni aestimanda, neque alias ob causas spernenda: quamquam Lambinus nonnunquam in J. M. Brutum superbe invehitur.

26) *Hieron. Wolfii* editio, quae inscribitur *M. T. C. Tusculanarum Quaestionum Aphorismi, hoc est separatae selectaeque sententiae, cum explicatione Hier. Wolfii: in qua non tam grammatica et historica tractantur, quam qua ratione Philosophica scripta legenda sint, illustribus exemplis propositis indicatur. Basil. p. Euseb. Episcopium* 1580. 8. Verum est, quod profitetur inscriptio, non tam grammatica et historica tractari, quam ipsum, pro illorum temporum more, argumentum et philosopham rationem. Sed insunt tamen, quorum causa hanc editionem ad criticam quoque rationem contulisse non me poenitet. In plerisque Erasmum sequitur Wolfius, ad manum tamen habuit etiam Lambinum: in paucis suum ipsius de lectione interponit iudicium.

27) 28) *Lambb.* et *Goth.* Repetitiones *Lambinianae* et Ed. *Operum Ciceronis* D. *Gothofredi.* Illarum penes me est Ed. Argentorat. 1581. IX. Voll. 8; *Gothofredi* tria ad manum sunt exemplaria, a. 1588. 1596. 1660. Genev. 4. excusa. Et Lambinianas quidem repetitiones contextum habere non Lambini, sed pridem vulgatum, qui proxime ad Aldinum accedit, nemo nescit. Habent autem eae Lambini lectiones in margine, nec vero omnes: neque, quae sunt in marg., omnes sunt Lambinianae: coniecturae etiam, nescio cuius, (nisi forte sunt Gothofredi) in margine leguntur nonnullae, varii in variis libris pretii. Haec omnia, quae sunt in margine Lambinianarum, ipsi Lambino a multis, in his a Jano Gebhardo, tributa sunt, unde Lambinianae lectionis confusio tanta est orta, ut nunc demum post Orellii operam huic rei navatam, eiusque verae Lambinianae (1566) collationem, certo sciamus, quid sit Lambini, quid non. Nec tamen contemnendae illae repetitiones, quippe quae cum Lambini annotatione etiam curas eius secundas quantivis pretii contineant. De Editionibus Gothofredi idem fere dicendum. Habet fere eadem in margine, quae illae, additis tamen nonnullis, quae ad lectionem, pluribus quae ad res pertinent. Lambini annotationem non habet.

29) *Sylb.* — *Frc. Sylburgii* editio *omnium Ciceronis Operum*, nec vero addito editoris nomine, decem volumina complectens, prodiit Francof. ap. Andr. Wecheli heredes 1590. 8. Dicitur in titulo conformata ad Manutianam et Brutinam, profitetur item annotationes et castigationes ex virorum doctorum scriptis excerptas. Sunt tamen, quae non profitetur titulus, nonnulla et in contextis et in annotatione editori propria, quae huius quoque editionis pretium constituunt haud contemnendum.

30) 31) 32) *Grut.* — *Gruterianae.* Hamburgensem *Operum Ciceronis omnium* ab initio adhibui, quatuor Voll. f. m. a. 1618. editam, pessima facie, a priorum fere omnium elegantia mirum quantum distantem; deinde *Londinensem*, totidem voluminibus ad exemplar Hamburgense accurate, nec vitiis operarum correctis, expressam a. 1681. f m. Annotationes illa habet contextum sequentes, haec contextis subiectas. Elegantissima est: prae nimio elegantiae studio in duobus voluminibus prioribus omissa est etiam capitum notatio, a Grutero in Ed. Hamb. inducta. De ipsius editionis pretio satis exposuerunt et alii et Ernestus l. c. p. 31. *Janum Gebhardum*, qui ad Tusculanas composuit eius Ed. annotationem, mancipium codicum haud iniuria appellari nemo nescit: nec vero, dum reprehendenda reprehendimus, illud tacere decet, multis eum locis ex Codd. medicinam attulisse, multis merito ad Victorii rediisse lectionem, qui libros adhibuit haud contemnendos. Quod vero ait Ern. l. c. editionem *Blavianam*, (quae item in nostris est) quae prodiit Amstelaedami 1659. 12, contextum servasse Gruterianum, ita ut et vitia illius editionis servaret, id non usquequaque verum est. Proprii quidem quod habeat boni, nihil magnopere reperi: sed incidi in locos, quibus a Gruteriana recederet et ad priores rediret.

33) 34) 35) 36) *Gronovianae*, quae a Gruteri contextis in paucissimis recedunt. In his est a) *Operum Cic. omnium* Editio cum notis integris *Jani Gulielmi* et *Jani Gruteri* [itemque *Jani Gebhardi*] recognita a *Jac. Gronovio* cet. IV. Voll. Lugd. Bat. 1692. 4. Ea est editio, cuius contextum edidit Ern., suis tamen emendationibus receptis. Elegans est et accurata: habet nonnihil novae accessionis a Gronovio, emendata paucissima: acerbe nonnunquam Gebhardi errores castigantur; b) *Verburgiana, Opp. Cic. omn.* XI. Voll. 8. Amstelaed. Wetsten. 1724. Propria habet paucissima: iudicii fere nihil. De ea non est, quod addam Ernesti iudicio l. c. p. 31: illud moneo,

eam mihi suppeditasse aliquot locis annotationes Ed. Davisianae primae, quam inspicere mihi non licuit, recedentis a secunda Davisii et tertia, haud raro etiam librorum MSS. auctoritates exhibentis, in sequentibus omissas; c) *Wippelii* (J. J.) Editionem Tusculanarum adhibui non ad contextum emendandum, quippe quae Gronovii textum referat: usui tamen mihi fuit eius index vocabulorum fere omnium in conferendis locis similibus. Prodiit Berolini 1745. 12. d) *Alteri* Ed. *Acadd. Tuscc. de Finn. et de Fato* libri, Viennae 1786. Gronovium sequitur, in paucissimis, fortasse invitus, ab eo discedit. Usus ea sum propter collationes Codd. Vindobonensium, de quibus vid. quae diximus I. 16. 17. ad Codd.

37) 38) a) *Oliveti* Ed. cuius repetitionem Patavinam adhibui, quae prodiit 1753. IX. Voll. 4. Textum habet ex Victoriano, Manutiano, Lambiniano et Gruteriano mixtum: plerumque tamen cum Grutero facit. Utiles mihi fuerunt aliquot Oliveti ipsius annotationes, Pearcii, itemque Anonymi cuiusdam, quas alibi reperire non licet. — b) *Tusculanes de Ciceron, traduites par Mess. Bouhier et D'Olivet — av. des remarques.* III. Tomes, à Amsterd. 1739. 8. Neque contextum huius editionis neque conversionem gallicam admodum respiciendam duxi: sed tertia pars tota, quae Bouhierii annotationes continet, Codicumque MSS. lectiones, diligenter in nostrum usum conversa est. De Codicibus vid. supra I. 21.

39) 40) 41) *Davisianae* Tusculanarum. *Primam*, quae prodiit a 1709. Cantabrigiae. 8. videre, non magis quam Orellio, mihi contigit: adhibuit eam Verburgius, cui, ut diximus, acceptas refero aliquot annotationes, in posterioribus omissas, librorumque MSS. auctoritates. *Secundam*, diu quaesitam, adipisci tandem licuit Lipsiae. Prodiit Cantabrigiae 1723. 8. Habet textum plane Bentleianum, a prima tertiaque longe recedentem, ingeniosissimis iisque audacissimis coniecturis refertum: insunt etiam aliquot annotationes, quas neque prima habet neque tertia, neque vero additae sunt Bentleii notae, quibus ratio redderetur emendationum: promissae videlicet Davisio; sed negotiis impeditus Bentleius promissis stare non potuit. Ea est editio, quam Davisianam dicit Ernestus, tum laudans, tum vituperans: nec inspexit vir ille *tertiam*, quamquam iam a. 1730 editam, in qua plurimas Bentleii emendationes eiecit Davisius, propiusque ad suam Ed. primam accessit vel potius rediit. Ea habet Bentleii annotationes ad calcem additas. Hanc repetivit *Rathius* Halis Sax. 1805; ea nostrae editionis quasi fundamentum est. Ipsum Rathium non multa attulisse, quae placere possint, constat. Gratia tamen ei habenda erat, quod Davisianas editiones, vix ac ne vix quidem parabiles, recudendas, quamquam sordide, curavit. — Denuo splendide prodiit Editio Davisiana *Oxonii* e typographeo Clarendoniano a. 1805. 8. maj., cui additum est auctarium annotationum Bentleii, hactenus ineditarum. Has quoque libro nostro inserendas curavimus, jam publici iuris factas a Bardilio V. Cl. in Seebod. Arch. II. 2. p. 199. receptas ab Orellio in Ed. Tuscull. peculiari. Ceterum est tertia Davisii editio plane nihil mutata. Curavit eam, ut fama est, Gaisfordius V. Cl.

42) 43) 44) *Ernesti* Editio minor *Operum Ciceronis*, Hal. 1776 — 1830. XV. Volumina, quae raro videbis coniuncta. De meritis et pretio huius editionis non est quod plura dicam. Ad eam proxime accedunt *Bipontina* et *Mannhemiensis* (1780 — 1787. XVII. Voll. et 1783 — 1787. XX. Voll.). Nonnunquam cum Lallemanno et Oliveto faciunt: est etiam ubi Bipp. aliquid proprii habere videntur. Ad criticam auctoritatem nihil habent momenti.

45 — 50) *Wolfianae* Tusculanarum. Sex sunt: tres ipsius Wolfii

(F. A.), tres ad eius lectionem plane se conformantes. Et prima quidem Wolfiana prodiit a. 1792, *secunda* a. 1807, *tertia* 1825: nulla habet aliquid annotationis: sed egregie adiuvamur scholis Wolfii ab Orellio in Ed. peculiari editis. Primam non vidi: sed memoravit subinde eius lectiones a sequentibus discrepantes Or. *Primam* item fere expressam habemus in Ed. *A. M. Koelii.* quae edita est, cum aliqua lectionis varietate, Wirceburgi a. 1798. Proprii quod habeat, nihil vidi. Aliquot notulae vere Laconicae sententiam illustrant. *Primam* etiam sequitur *J. G. C. Neidius,* qui a. 1798. hosce libros commentario perpetuo illustravit et indice historico ornavit (Lips. et Jen. 8.). Is vir ipse se post Wolfii curas abstinuisse ait ab omni labore critico, ita ut paucissimis tantum in locis [nec semper feliciter] vires periclitaretur. Denique *primam* Wolfianam ad verbum fere expressam habes in Ed. J. *Billerbeckii,* quamquam quum Tusculanas suo more ederet (Hannov. a. 1828.), tertia Wolfii dudum prodierat. Habet tamen ea editio, quibus commendetur, in primis ubi in poëtarum locis Grotefendii opibus adiutus est. Tertiae Wolfianae contextum refert *R. Kühneri* editio (Jenae, 1829. 8.) praestantissima, cui viro iam antea multum debebat Cicero, cum librum *de Ciceronis in Philosophiam meritis* ediderit (Hamburgi, 1825. 8.): nunc, egregia illa editione, accedente, plurimum debet. Duplex autem libri dos est: nam et Grammaticum egit Criticumque probabilem atque acutum, et ad sententiam locorum impeditorum explicandam ingenii ac doctrinae ubertatem attulit. Secundam ego et tertiam Wolfii, cum his, quas modo recensui, quatuor editionibus, ad manum habui.

51) *Schützii* Editionem (cuius ea pars, quae Tusculanas habet, prodiit a 1816. 8.) quis nescit cum pluribus bonis habere festinationis vestigia nimis multa? Neque codices MSS. ille vir adhibuit, neque Edd. optimas inspexit. Wolfium plerumque sequitur: pauca de suo addit: in mutanda lectione iusto saepe cupidius grassatur.. Annotationibus criticis non multum fidei habendum est: non quo fallere voluerit lectores vir honestissimus, sed quia, vel operarum vel suo errore, falsa saepe iis immiscuit.

52) *Nobbii* (C. F. A.) editio *Operum Ciceronis,* quae lucem vidit a. 1827, elegantissima, Ernesti profitetur recensionem, studiose recognitam: et vere quidem. Quamquam nec quae sunt Ernesti nolentis *παροράματα* omnia sustulit, pluribusque etiam locis nimium quantum se Ernesto addixit, ut, quod est in proverbio, nonnunquam frugibus inventis ad glandes redisse videatur.

53) 54) *Orellii* (Jo. Casp.) in Ciceronem merita qui praedicare instituat, nae is actum agere dicendus sit. In *Operum Cic.* omnium editione Tusculanae Disputationes parte priore Voluminis quarti continentur, quae prodiit a. 1828. *Peculiarem* idem vir, indefesso de nostris studiis merendi studio insignis, edidit cum Paradoxis a. 1829. contextum quidem eundem easdemque annotationes criticas, quas illa, exhibentem, sed talibus tantisque ea splendet accessionibus, ut plurimum ei debeat nostra editio, quamquam aliis subsidiis satis superque instructa. Addidit autem suae editioni: a) *Frc. Fabricii* annotationes [v. de ej. Ed. supra II. 12.]; b) *R. Bentleii* emendationes curis secundis auctas [vid supra II. 39—41.]; c) *J. J. Reiskii* libellum variantium lectionum [cum textu prodiit Lips. 1759. 12.], quem ego frustra undequaque quaesiveram; d.) *J. J. Hottingeri* Spicilegium [in Prolusione Turicensi 1791. 4.] e) *F. A. Wolfii* Scholarum excerpta cum additamentis editoris [Orellii] et selecta varietate Codd. Duisb. Gud. sec. Rehdigeriani, Vindob. utriusque. Nihil addo ad huius editionis laudem per se cumulatissimam.

55) *Tbn.* Recentissima est, et, quamquam unam tantum annota-

tionem habet, qua lecta plures desideres, admodum laudabilis egregiaque diligentia curata a viro docto nescio quo, quae prodiit Lipsiae ap. B. G. Teubnerum, a. 1830. Suo iudicio usus est editor, propius accedit ad Wolfii Orelliique contextum, nec vero iis ita se addixit, ut nonnisi typographi et correctoris opera appareat.

III. Annotationes aliaque vel lectionis vel interpretationis adiumenta.

Harum, quas modo recensui, Editionum vel Operum omnium, vel Tusculanarum, complures habent virorum doctorum annotationes. Quas qui scripserunt, eorum hic nomina tantum addam, reliquas paullo accuratius persecuturus. Sunt ii *P. Beroaldus*, *J. Camerarius*, *P. Manutius*, *P. Victorius*, *D. Lambinus*, *F. Fabricius*, *D. Gothofredus*, *Leodegarius a Quercu* eiusque *Anonymus*, *F. Sylburgius*, *H. Wolfius*, *J. M. Brutus*, *J. Gruterus* (vel potius *J. Gebhardus*), *J. Verburg*, *J. Gronovius*, *J. Davisius*, *R. Bentleius*, *Olivetus* eiusque *Anonymus*, cum *Pearcio*, *Bouhierius*, *J. A. Ernestus*, *J. J. Reiskius*, *J. J. Hottingerus*, *F. A. Wolfius*, *C. G. Rathius*, *C. G. Schützius*, *J. Billerbeckius*, *J. C. Orellius*, *R. Kühnerus*.

Praeter hos adhibui hosce libros, quos in meis plerosque omnes habeo:

1) *Fulv. Ursini in* omnia *Opera Ciceronis Notae*. Antverp. 1581. 8.

2) *Jani Pagnini Scholia in Tusc. Quaest.*, quae continentur in libro raro, qui inscribitur: *In Philosophicos aliquot Ciceronis libros doctiss. viror. annott.* Basileae 1544. 4.

3) *Henr. Stephani in Ciceronis quam plurimos locos castigationes*. Paris. 1557. 8.

4) *M. Ant. Mureti Scholia* in primam Tusculanam (Opp. ed. D. Ruhnken. T. III.) eiusdemque aliquot *Variarum Lectionum* Capita (Opp. T. II.)

5) *A. Schotti Nodi Ciceroniani* (ad calc. ej. *Observationum humanarum*. Hanoviae a. 1615. 4.)

6) *J. Camerarii Commentarii Explicationum in Cic. Tuscc.* Basileae, 1543. 4. ejusd. *Annott. in M. Tull. Ciceronem* (minores). Lugd. 1562. 8.

7) *Th. Wopkensii Lectiones Tullianae*; cum ann. *Ferd. Handii*. Jen. 1829. 8. (prodierunt primum Amst. 1729. 8.) Utilissimus liber.

8) *J. N. Lallemanni* (cuius *Ed. Opp. Cic.* prodiit Parisiis XIV. Voll. a. 1768. n.) annotationes, sua manu accuratissime descriptas, ad me humanissime misit *Bardilius*, vir amicissimus.

9) *H. F. Nissenii Curae Novissimae in M. T. C. Tuscc. Quaest.*, Altonae, 1792. 8. Non contemnendae: quamquam subsidiis criticis non erat instructus Nissenius.

10) *Gesneri* (J. M.) annott. ad aliquot Tuscc. locos (in *Chrestomathia Ciceroniana*. Lips. 1759. 8.)

11) *Morgensternii* (C.) *Prolusio* Dorpatensis *ad nonnullos Tuscc. locos*. f. m. 1819: qui eam humanissime ad me mittendam curavit.

12) *J. J. Hottingeri* et *J. J. Ochsneri* annott. ad multos Tuscc. locos (in *Oliveti Eclogis Ciceronianis*. Ed. 3. Turici a. 1828. 8.)

13) Nostrae *Symbolae Criticae ad Cic.* quarum iam tria edidimus specimina 1825 — 1833. Ulmae. 4.

14) *S. B. Buggii Obss. in Tuscc.* lib. I. Christianiae, 1825. 4.

15) Adhibui praeterea quam plurimas *Goerenzii*, *Beieri*, aliorum ad alios Ciceronis libros annotationes, Censuras, notas MSS. *Creuzeri* eiusque Commentarium in Plotinum, *Th. Schuchii* schedas, quarum usum amicissime nobis concessit vir doctissimus. itemque quae in

libris ad rem grammaticam pertinentibus huc faciunt. Magno denique mihi usui fuerunt.

16) *A. Turnebi Adversaria*, tribus Voll. f. m. Parisiis, 1580.

Operae videtur pretium hoc loco mentionem facere libri, quem in Codd. MSS. bibliothecae Universitatis Heidelbergensis reperi. Est membranaceus, quaternis foliis, elegantissime scriptus, eiusque haec est inscriptio: *Marcus Tulius Cicero Inn Tusculanischenn Fragen:* dem durchleichtigsten und hochgeporenen fürsten und Hrnn Hern philipsen pfalzgraven by Ryn unnd Hertzogen Inn bayern des hailigen Römischen Reichs Ertzdrüchsässen und Churfürsten *von doctor Johansen Reuchlin* vss dem Latyn Inn das tütsch Gepracht. Huius ego conversionis libri primi aliquot capita descripsi, quorum nonnulla huc transscribere visum est specimina, quae non iniucunda fore spero legentibus. Et libri quidem primi initium hoc est:

„So ich doch etwann, es sy gar oder des merertaills, von grosser gerichtsarbaitt, die lütt inn recht zu verantwortten, ouch von ains erbern Romms zustendigen amptern erledigt bin worden, min lieber Brutus, hab ich mich durch din flyſsig ermanung zu den ybungen wider gekerett, die ich mir imm synn behaltenn, und doch mit der zyt verlauffenn, unnd yetz lang vnderlauſsen, von neuwem vff die ban gericht hab. Unnd diewyl dann aller künsten, die zu dem weg rechts lebenns gehörennt, unnderwysung und leere inn ybung der wyſshayt, die man philosophia nennet, begriffen ist, hon ich mir fürgenomenn, solichs mit latynischer schrifft zu erclaeren, nit darumb, das philosophia nit durch griechesch bücher vnnd maister verstannden mög werden: aber min maynung ist allweg gewessen, das die vnnsern alle ding durch sich selbs wysslicher dann die Griechen gefundenn, oder zum minnsten was sie von anndern empfanngen, vnnd gemaint der arbeit wert sin, das habenn sie besser gemacht."

I. 5. „*Atthicus:* Es sicht mich an alls ob der Tod sollt ettwas böuſs sin. *Marcus*: mainstu denenn die geraid toud sint, oder denen, die noch sterben sollent. *A.* den bayden. M. So were es ain vnselig ding diewyl es böſs ist. *A.* ja frylich. *M.* also wern die gestorbene, unnd die noch sterben söllenn, samennthafft all vnsaelig. *A.* Es will mich bedunkenn. *M.* mit der wyſs were nieman nit unseelig. *A.* ja genntzlich nieman. *M.* Willtu dann daruff bestan, so sint alle die so ye geporenn syenn vnnd nachmals geporenn werdenn nit allain vnseelig, sonndern ouch oewig vnseelig. dann ob du allain die vnsälig haiſsen wölltest, die noch sterbenn müssen, so kündest dero kainen uſsnemen, die yetz inn lebenn sint, dann yederman muſs sterben. Es sollte doch billich die vnseeligkeit mit dem Toud ain end nemen. diewyl aber die toudten ouch vnsaelig sin sollenn, so müſstenn wir geporenn werden inn oewig vnseligkeit. dan von not were ouch die vnselig die vor hvnderttusent Jaren verschidenn, ouch alle die ye geporn syenn. *A.* ich hab es ganntz dafür.

I. 15. (*Nemo me lacrymis* cet.) Man sol min grebnus nit begon mit wain noch layd:
Dann ich durch glertter lütte mund
flieg wytt vnnd brayd.

I. 42. (*Dic, hospes, Spartae* cet.) Sag, frembder gast dem Spartenn land,
Wir liegen fast hie inn dem sannd,
Daſs wir so schon inn dem gefecht
Gehalten hon satzung vnnd recht.

IV.

Enumeratis iam, quae nobis ad manum fuerunt, editionis huius adornandae adiumentis restat, ut de Codicum, si quae sunt, familiis, certe de eorum vel similitudine vel dissimilitudine loquamur. Nec vero multa et splendida sunt, quae observare licuit, nec ea eiusmodi, ut inventis magnum quid tribuendum esse videatur. Quae vero animadvertisse in longi laboris opere mihi visus sum, haec habe.

Nullus Codex MS. eiusmodi est, ut omnibus, quae pridem vel corrupta, vel dubia, vel suspecta vel lacunosa visa sunt, medicinam afferat, nullus, qui non locos habeat manifesto corruptos haud paucos: nec desunt loci, quibus Codices vetustissimi certissima emendatione ex recentioribus corrigi non possint solum, sed etiam debeant. Est tamen quod laetemur, nunc tandem accuratius quam prius (nec tamen satis accurate) excussum esse Regium antiquissimum: quamquam, si mihi eo ipso uti licuisset, vel Orellio nostro, certus sum, plus utilitatis et commodi inde ad libros nostros emendandos redundaturum fuisse. Sarcitur tamen eius si non iacturae certe desiderii incommodum aliis, quae fausta nobis fortuna attulit, adiumentis longe exoptatissimis. Ducat igitur per me licet familiam *Regius*: habet honestissimo item loco natum quasi germanum, certe consanguineum, *Gudianum primum*, nec vero eum plane geminum, ita tamen et eiusdem quasi patris esse facile tibi persuadeas. Accedit ad hos Cod. *Bernensis*, de quo supra monui n. 8. ubi, cur ex collatione ad nos perlata multis locis libri eius lectionem vix ac ne vix quidem divinare liceat, exposuimus. Optimas ille saepe lectiones firmat: est, ubi solus. Verborum ordinem ex ea collatione non magis, sed minus etiam, discimus, quam ex Regii illa Parisiensi. Uterque etiam ad ὀρθογραφίαν, quam dicunt, denuo erit aliquando excutiendus. *Pithoeanum* Gebhardi si non ipsum Regium esse, cum Regio certe plerumque conspirare scribit Orellius Ed. pecul. p. 6. Nec vero huius Codicis lectiones accurate novimus, quum paucis tantum locis eum inspexerit vir ille Palatinis suis plane emancipatus: cuius tamen merita, pro seculi nostri fastidio, minoris vulgo aestimari solent, quam habenda sunt. *Gryphiani* Codicis, quo usus est J. M. Brutus, si haberemus lectionem integram, quum ad Regii praestantiam proxime accessisse videatur, quamquam erat ἀκέφαλος, neque vir ille seculi sui morem sequi maluisset, magna multis locis nunc emendatis accederet auctoritas, nonnullos fortasse haberemus emendatiores. Agmen claudit *Marburgensis*, de quo supra locutus sum I. 14. Qui si solus exstaret typisque accurate exscribendus traderetur typographo, ridiculum haberemus Ciceronem. Fuit enim codicis scriptor, si quis alius, homo plane indoctus, ita ut literarum Graecarum, si essent in contextis eiusmodi voces, ne figuras quidem nisi prodigialiter distortas depingere posset, plerumque vero eorum loco scriberet: „verbum Graecum.“ Et tamen minime est spernendus liber. Convenit enim saepissime cum Gudiano primo, ita, ut quae manifesto sunt corrupta in Marburgensi, saepe eadem habeat Gud. 1. sed supra lineam correcta. Quare descriptum esse Cod. Marburgensem ex libro, qui illum etiam aetate antecederet, existimare licet, praesertim cum subinde etiam antiquissimae scribendorum vocabulorum rationis vestigia compareant, veluti III. 2. *ammonebo* pro *admonebo*. Accedit quod ipse librarii stupor fidem facit, non fuisse ea ex ingenio eius, quod admodum habuit exile, profecta, quae ceteris apparent emendatiora.

Quod alii quoque Codd. in multis cum Regio consentiunt, *Palatinorum primus, tertius, quartus, quintus, Gudianus secundus* et quem nos simpliciter *Gudianum* dicimus (I. 10.) „*Vindobonensis secundus, Rehdigerianus* adeo et *Duisburgensis*, ex *Oxoniensibus* denique Codd.

σ. ψ. **1. 2.** cum Ed. H., id non eo debet valere, ut vel eidem eos fonti tribuamus, vel similem illis auctoritatem concedamus. Sunt enim in iisdem tot tantaque sive correctionis sive interpolationis vestigia, ut illius familiae adscribi nequaquam mereri videantur: quamquam, ut eos contemnam, adduci non possum. Utinam tantum omnium tam accuratam habuissem collationem, quam Rehdigeriani!

Et hic quidem ipse ***Rehdigerianus*** cum ***Duisburgensi***, quibus accedere vidimus saepissime ***Augustanum, Vindobonensem primum, Gudianum*** et ***Oxoniensem ψ. 1.***, illi, inquam, duo Codd., quamquam saepe discrepantes, in uno tamen conveniunt errore, nimirum quod tam saepe in iis vocabula traiiciuntur, ut consulto, augendae scilicet elegantiae gratia, id factum esse statim appareat. Adde interpolationes, quibus horum librorum nullus vacuus est, Rehdigerianus nimium quantum refertus, quamquam multis locis ab optimis non discedit: habes imaginem inferioris ordinis codicum, nec tamen infimi. Minus indulsit corrigeudi libidini Codicis Duisburgensis corrector; qui liber saepe cum Ernesti ***Guelferbytano*** concordat, nonnunquam cum ***Coloniensi*** Francisci Fabricii Marcodurani, aliquoties cum Codice *ἀνωνύμῳ* in margine Verburgii. Sed cum omnes hi libri non accurate cum aliquo edito fuerint collati, sed in locis modo dubiis inspecti: quis est, qui certi aliquid de iis pronuntiare possit, eosque familiae huic potius quam alteri cuipiam adscribere audeat?

Marginem MS. Ascensianae nostrae cum Ed. Erasmi in plurimis conspirare supra diximus: habet haud pauca, quae cum optimis consentiant.

Simillimos esse ***Monacensem primum*** et ***Oxoniensem D.*** in posterioribus demum operis partibus deprehendi: neutri tamen multum tribuerim in locis dubiis. Quid? quod ille multa habet interpolationis ex Editionibus vestigia.

Vindobonensem primum conspirare vidi in multis cum ***Augustano***, in haud paucis cum ***Duisburgensi*** et ***Gudiano***. Unius tamen eos esse familiae contendere non ausim: praestantes nequaquam dixerim.

Haec fere sunt, quae monenda videbantur. Quae si minus speciose, quam vere dicta apparebunt, monitos velim lectores, plura eaque splendida atque magnifica dicere me non potuisse, fucum facere hominibus oratione ambitiosa atque arroganti noluisse.

CICERONIS TUSCULANARUM DISPUTATIONUM LIBRI PRIMI ARGUMENTUM.

Praefatus de instituto philosophiae Graecae Latinis literis illustrandae, ut, in quo uno a Graecis vincerentur Romani, id ad ipsos quoque transferretur, c. 1—4. ponit id, de quo tota est primi libri disputatio: *An mors malum sit?* quod deinde multis refellit. Primo ostendit, mortem non posse malum esse mortuis, quod falsa sint omnia, quae de inferis apud poëtas narrentur, et, si nusquam sint mortui, non possint esse miseri, quod nil sentiant, neque adeo mors malum. c. 5—7. Deinde non esse malum mortem morituris c. 8. demonstrare suscipit. Mors quid sit, non constare inter philosophos, qui de Natura animi valde dissentiant: c. 9. 10. qua non cognita ne mors quidem qualis sit posse intelligi. Qui animum cum corpore confundant, interitum etiam mentis et corporis coniungere, reliquos spem immortalitatis afferre. Quicquid sit, mortem non esse malum. Nam si intereat animus, non esse miserum: sin superstes sit corporis ruinis, beatum esse. c. 11. Immortalitatem autem animi confirmari auctoritate antiquitatis omnis, c. 12. 13. cura, quam quisque rerum post mortem futurarum gerat, c. 14 sq. consensu nationum omnium, c. 16. natura animorum vel animali h. e. spirabili, vel ignea, qua, cum corpore excesserint, propter agilitatem in sublime ferantur, c. 17. divinis denique rebus, quae animo insint, quae nec a corpore oriri, nec in terra natae esse possint. c. 24—27. Quod autem primo propterea quidam animum a corpore discretum negent, quod, ubi sit aut qualis sit, non intelligant, id esse leve; quod nec oculis se videat, et animus, quamquam non suam formam, tamen sagacitatem, memoriam, ingenium videat. c. 28. 29. Deinde, quod negent animum vacantem corpore esse posse, quod, qualis eiusmodi animus sit, et quomodo possit vacare corpore, non intelligant; ne in corpore quidem qualis sit intelligi difficiliusque esse comprehendere, quomodo in alieno et diversae naturae corpore esse, quam quomodo vacare corpore possit. c. 22. Stoicos autem esse perabsurdos, qui animos manere dicant, cum e corpore excesserint, sed non semper; quod dent id, quod difficillimum in causa sit, posse animum manere corpore vacantem, quod facile sit, tollant, semper manere. c. 32. Neque Panaetii rationem duplicem valere, qui animos mortales velit, primo, quod, quicquid nascatur, intereat; deinde, quod animus saepe aeger sit: quod autem aegrum esse et in morbum cadere possit, id etiam interire possit. Nam cum de immortalitate disputetur, de mente dici, quae omni turbido motu vacet, non de iis partibus, in quibus aegritudines versentur c. 32. 33. Quod si vero animus intereat, non esse tamen, quare mortem timeamus, cum propter eam rationem, quam supra attulerit c. 11. tum propter multas alias. Mortem non propter se — fieri enim in puncto, saepe etiam sine sensu — timeri, sed propter discessum ab omnibus vitae bonis: sed ea esse aut opinata tantum, aut tam pauca et parva, ut a malorum et magnitudine aut multitudine obruantur; et morte omnia mala et pericula effugi. c. 34—36. Nullis bonis rebus carere mortuos, quod carere is demum dicatur, cui desit, quod desideret:

c. 36. neque, sine sensu esse, odiosum esse tum, cum sensus ablatus sit. c. 37. Ac propterea omnem metum mortis pellendum esse, neque miserum putandum mature mori, et, ut aiunt, ante tempus, quod nullum certum vivendi spatium natura dederit, sed incertam vitae usuram. c. 39—41. De humatione autem et sepultura non esse laborandum, quod nihil ad mortuum pertineat: c. 42—45. operam potius dandam esse, ut laudabilem vitam gloriosa ratione finiamus; eam esse optimam aequo animo oppetendae mortis rationem c. 46. 47. Epilogi loco afferuntur ipsorum deorum de morte testimonia et hominum de morte pro patria oppetita opiniones. *Ern.*

Exhibemus, quod in prioribus quoque editionibus nostris fecimus, Ernestii argumentum, consilio nostro satis accommodatum. Quare nec novum componere necessarium visum est. Qui uberiorem cupit argumenti expositionem, adeat Schützii editionem, eiusque legat Prolegomena in Tusculanas Disputationes et Paradoxa p. 3—25: adeat R. Kühneri librum, qui inscribitur: *Ciceronis in Philosophiam merita* p. 55 sq. p. 111—116. in primis vero eiusdem Kühneri editionem praestantissimam, quae anno MDCCCXXIX prodiit, cuius Prolegomena paginas XLII complent, bonae frugis plenissimas. Ex Schützii autem Prolegomenis haec pauca excerpere placuit: „Quinque libri Disputationum Tusculanarum a Cicerone inchoati sunt A. U. 708. iidemque absoluti A. U. 709. initio. Et quidem tot in iis occurrunt temporis notae, ut his inter se comparatis de annis, quibus Cicero hos libros conscripserit, dubitari non possit. Lib. V. c. 8. commemorat se imperatorem Athenis apud Antiochum deversatum esse, quod factum est A. U. 703. quum e Cilicia rediret. Cn. Pompeii Magni fata post pugnam Pharsalicam eiusque mors consecuta A. U. 705. tanguntur Lib. I. c. 6. Lib. III. c. 27. Belli civilis nondum plane compositi mentio fit I. 37. Et I. c. 4. scribit se statim post Bruti discessum has quasi scholas more Graecorum in Tusculano habuisse. Hic itaque significat Brutum in Galliam profectum esse, cui a Caesare praefectus erat, quod factum esse constat A. U. 707. Ex libris a Cicerone ante Tusculanas Disputationes scriptis commemorantur libri *de re publica* A. U. C. 699. editi lib. IV. c. 1.; liber *de consolatione* post Tulliae filiae mortem scriptus A. U. 708. Lib. I. c. 27. et lib. III. c. 28; *Hortensius* (de Philosophia liber) eodem anno editus Lib. II. c. 2; quatuor libri *Academici* item A. U. c. 708. scripti; denique libri de *Finibus* bonorum et malorum, A. U. 708. mense circiter Sextili editi lib. V. c. 11. Ceterum harum Tusculanarum disputationum mentio fit in Epistolis ad Atticum XV. 2. et 4. scriptis A. U. 709. et quum ad Att. XIII. 32. ab Attico petit, ut sibi Dicaearchi libros περὶ ψυχῆς mittat, qui apti essent ad id, quod quum maxime cogitaret, haud dubie significat, se in elaborando Tusculanarum Disputationum libro primo versatum esse, ubi mentionem illorum facit, lib. I. cap. 11. Absolvisse autem illas ante Caesaris interitum, (h. e. ante Idus Mart. A. U. 709.) constat ex initio libri de Fato, ubi Tusculanae Disputationes citantur. Easque iam tum ab Attico lectas esse, cognoscitur ex epistolis ad Att. XV. 2. et 4, quae scriptae sunt mense Maio A. U. 709. — Ipsi autem dialogi habiti esse finguntur in Ciceronis Tusculano, post discessum Bruti in Galliam, ita ut Cicero unum ex familiaribus, qui tum secum erant, ponere iuberet, de quo is audire vellet, ad id ipse aut sedens aut ambulans disputaret. Itaque quinque dierum scholas in totidem libros contulit.“ Adde his, quae suis praefatus est Scholiis in primam Ciceronis Tusculanam M. A. Muretus Opp. T. III. p. 779—781. ed. Ruhnk. *Mr.*

M. TULLII CICERONIS TUSCULANARUM DISPUTATIONUM

Ald. p. 148. a.

AD M. BRUTUM

LIBER PRIMUS.

DE CONTEMNENDA MORTE.

Quum defensionum laboribus senatoriisque muneribus, aut omnino, aut magna ex parte, essem aliquando liberatus; 1

Tusculanarum Disputationum] „Quomodo inscribendi sint hi Tusculanarum libri, docet Turnebus in Fragmentum de Fato cap. 2. Dialogi forma scripti sunt, interrogante uno, altero respondente. Personas colloquentes designant in libris hactenus excusis literae M. A. In quibus quid sit, utrum in priore *Marcus* an *Magister*; in posteriore *Atticus*, *Adolescens*, *Auditor*, certant curiosi; modico, ut videtur, operae pretio; neque firmis admodum argumentis. Qui *Marcum*, hoc est, Ciceronem cum *Attico* videre colloquentem volunt, ii pugnare possunt auctoritate Lactantii, lib. I. Divin. Inst. cap. 15. itemque Eliensium duorum Codicum, quos vidit Davisius. Verum hic et ipse suorum codicum et Lactantii auctoritatem elevans, Atticum ab his dialogis excludit. *Atticus enim*, inquit, *tum temporis senex erat — Adolescentem* denotari puto. [v. Davis. ad prc. cap. V.] Huc facit, quod is, quicum disputat Cicero, mortem ait esse *malum*. Secus Epicurei sentiebant, quos Atticus sequebatur. Alii, quibus placet *Auditor*, praesidio habent haec e lib. I. cap. 4: *Ponere iubebam, de quo quis audire vellet. Fiebat autem ita, ut cum is, qui audire vellet, dixisset, quid sibi videretur, tum ego contra dicerem.* Quid si autem illas Cicero literas non apposuerat? Earum sane nullum exstare in libris manu scriptis vestigium testis est Lambinus; neque, dissentiens a Lambino, Davisius ullum vidisse se affirmat, nisi in illis, quibus fidem ipse non habet, Eliensibus. Est hic Lutetiae in Bibliotheca Regia vetustus, a Salmasio in *Prolegomenis ad Solinum* laudatus, Codex Tusculanarum, in quo nec literas M. A. neque ullam videre est notam loquentium personarum. Unde ergo in libris sunt vulgatis? Omnino ex eorum, qui olim ediderunt, diligentiâ, lectoribus eas cavente tenebras, quae oriri ex ignorata personarum mutatione possunt. Proinde ego, in re tam incerta, neque tanti porro, integrum mihi esse existimavi, id malle, quod opportunius ad intelligendi facilitatem videretur. Cuiusmodi visa sunt vocabula: *Marcus*, *Auditor*. Si quis litem movet, erit certe de vocibus tota. *Olivetus:* Plura vide de istis literis, *A. M.*, infra ad initium cap. 5. ubi vides aliorum sententias. Ex nostris libris MSS. solus Monac. 1. exhibet in inscriptione vocem *Disputationum*, nisi forte haec inscriptio in libris, quos non ipsi mihi inspicere licuit, quorum sex collationes sine inscriptione habeo, neglecta est. Literas *M.* et *A.*, quae dialogi personas indicant, ipse reperi in Cod. Marb., nec vero semper positas, neque iisdem locis, quibus pronuntur in editis. Quam ego infra varietatem suis locis enotabo. Eius Codicis inscriptio haec est: *Marci Tulii ciceronis oratoris facundissimi Tusculanarum questionum ad Brutum liber primus incipit. Lege feliciter.*

retuli me, Brute, te hortante maxime, ad ea studia, quae

Sola Ed. Franc. Fabricii Marcodurani, ex iis, quae ad manum sunt, habet hanc inscriptionem: *M. Tullii Ciceronis Tusculanarum Quaestionum seu Disputationum libri quinque.* Ille nimirum vir doctus se in libro MS. Coloniensi hanc inscriptionem reperisse narrat: *Tusculanarum Disputationum*, ut est in Prooemiis Tuscc. V. et de Divin. II. Praeter Codd. plurimos et Edd. vett. inscribuntur hi libri etiam *Quaestiones* ab Acrone, Horatii Scholiasta ad Epp. I. 1. 38. p. 2039. Ed. G. Fabricii, Bas. 1580. f. m. *Tuscc. Disputationum* inscriptos se reperisse narrat hos libros Gebhardus in Codd. Palatinis omnibus et Gemblacensi. Lemma (post verba *liber primus*) *De contemnenda morte* abesse notatum est in Codd. Monacc. 1. 2: sed videtur abesse a plerisque. Enotatur etiam lectio *Disputationum* e vet. Cod. in marg. Lamb. et Goth. Cod. Gud. 2. nullam habet inscriptionem. Gud. 1. hanc: *M. Tullii Ciceronis Tusculanarum incipit liber primꝯ.* Cod. Augustanus haec habet in fronte: *Cicero secundo de divinatione aperiens quos libros ediderit post multorum enumerationem inquit Quinque subsecivi sunt libri Tusculanorum ad bene beateque vivendum maxime necessarii Primꝯ de morte contemnenda secūs de tollerando dolore Tertiꝯ de egritudine lenienda Quartus de reliquis aī pturbationibꝯ Quintꝯ eum locum complexus est, qui tōtam philosophiam maxime illustrat docet et enim aħ* [ita] *bene beateque vivendum virtutē se ipsa contentam esse. Incipit Prologus Lege Foeliciter.* — Veterum locos de Tusculo collectos habes in libro *Chr. Mülleri*, qui inscribitur: *Roms Campagna* (Lips. 1824.) T. II. p. 1—47. — Ad inscriptionem horum librorum Camerarius haec: *Tusculanae Quaestiones* nomen invenere a villa Tusculana, quondam Syllae, tum quidem Ciceronis, ubi essent vel fingerentur habitae. Villa ea fuit in agro suburbano, qua admodum se delectatum ipse multis in locis significat. Sed hoc factum est exemplo poetarum, qui fabulis suis indere nomina soliti essent aut *a personis* (ex eo genere est Ciceronis Cato, vel de Senectute), quo genere quaque explicatione fuerat multo ante Plato usus; aut *a re*, ut sunt Academica: quamquam hanc quoque appellationem a loco deductam recte acceperimus, villae Puteolanae cognominis, quam Academiam vocarat Cicero; aut *a loco*, ut Tusculanae. Beroaldus *Quaestiones* recte dici existimabat, quia *quærit* discipulus ex magistro Tullio, et hic respondet. *Quæstiones* Graeci ζητήματα et προβλήματα appellant. *Mr.*

Tusculanarum Disputationum] Vulgo *quaestionum*; quam quidem lectionem, licet a Reg. aliisque nonnullis Codd. exhibitam, iure repudiavimus, quod et ante nos fecerat Paullus Manucius. Alteram sane scripturam non modo repraesentant MSS. Pall. Vatic. Gemblac. Colon. Med. et Balliol. verum etiam eo titulo hosce libros insignit Lactantius Div. Inst. III, 13. et *M. Tullium secundo Tusculanarum* disputationum *libro* laudat Boëtius in Topic. lib. V. p. 839. Hieronymus Prooem. in libb. contra Pelag. p. 454. *Quorum sententias et* Tullius in Tusculanis disputationibus *explicat*. Nec aliter ipse scriptor. Vide lib. V. Tusc. cap. 2. lib. II. Divin. Prooem. lib. de Fato cap. 2. et lib. XV. ad Attic. Epp. 2, 4. At Nonius, Charisius et Priscianus simpliciter *Tusculanas* vocant; parique modo Servius, Donatus, Augustinus, Lupus Abbas Ep. 8. Tertullianus Apol. cap. 50. aliique. *D.*

Quum defensionum laboribus] „Cur non et *accusationum*? Nimirum quia defendendis Cicero se civium suorum periculis, quam accusandis improbis, populo commendare maluerat, nec unquam

retenta animo, remissa temporibus, longo intervallo inter-

ad accusandum descenderat, nisi coactus. Vide Quintil. XII. 7.“ Ita Muretus, qui longam hac de re annotationem habet. Eadem fere est sententia Camerarii. Janus contra Pagninus in Scholiis ad v. *defensionum*. „Ita etiam, ait, appellari, quae in Verrem et alios ab eo sunt scripta, quam accusationes, mavult, quod pro rei publicae et bonorum *defensione* in malos semper invectus sit. Et boni viri defendere magis, quam accusare est proprium.“ F. A. Wolfius *defensionum labores* dictos esse vult pro *laboribus forensibus* eamque appellationem accusationes quoque complecti, quamvis Cicero consulto genere utatur gratiosiore. R. Kühnerus ideo *defensionum* tantum mentionem facere Ciceronem contendit, quia quum maior orationum pars in aliis defendendis versabatur, tum defensio laudabilior existimabatur: coll. Cic. de Off. II. 14. 49. Haec omnia ideo dicta sunt, quia Cicero a nonnullis vituperatus est, quod *defensiones* dixerit, quae *actiones* fuerint dicendae v. c. C., (Paris 1609. 4.) Verderius in Censs. et Correct. 101. *Mr.*

aut magna ex parte] Cod. Marb. *aut aliqua ex parte.* quae si esset lectio optimorum librorum, praeferenda videretur. Possit enim *magna* videri glossa interpretis paullo doctioris, qui sciret voce *aliqua* non significari *parvula*, sed *satis magna*, ut *aliquantum* non est *nonnihil*, sed *sat multum*. De hac significatione verbi *aliquis* vide, ut paucis defungar, Facciolati s. Forcellini Lex. p. 134. c. ed. Germ. De oppositione vero, quae est in formulis *aut omnino aut magna ex parte*, v. Menkenii Obss. Ling. Lat. p. 692. sq. Quod vero dicit *magna ex parte*, ideo factum est, quod (ut monent Muretus et F. A. Wolfius) a. u. c. 710, quo scripti sunt hi libri, nonnunquam tamen, etsi raro, in senatum veniebat, et amicis periclitantibus aderat: quod ostendunt orationes pro Marcello [hanc quia spuriam censebat Wolfius silentio pressit] pro Ligario a. u. c. 708. pro Deiotaro u. c. 709. Alterum *aut* poni pro *aut certe* vere monuit Nissen. in Curis Novissimis p. 1. laudato Sall. Iug. 56. extr. *Mr.*

aliquando liberatus] Ita loquitur tempori inserviens; plane enim aliter loquitur in iis libris, quos post Caesaris interitum scripsit, veluti de Offic. III. 1. ubi tum eversam fuisse rem publicam scribit, oppressum senatum, se impiis armis a re publica prohibitum, et quae sunt id genus alia. Cod. Aug. *liberatus aliquando. Mr.*

Brute] Est is, qui eodem, quo hi scripti sunt libri, anno cum Cassio Caesarem interfecit. Animum advertere nos iubet F. A. Wolfius ad repetitum illud *re* in verbis *retuli-retenta-remissa-revocavi*, quo desiderium ad haec studia redeundi significat Cicero. Pro *hortante* in Cod. Gud. est *ortante*. *Mr.*

quae retenta animo] Cod. Reg. 2. *quaerenda animo*, ex male lecto scribendi compendio, quae item est causa scriptionis *omnino* pro *animo* in Cod. Rehd.; *animo retenta* Cod. Aug. *Mr.*

remissa temporibus] „Non tantum bellorum civilium tempora intelligit, ut Beroaldus opinatus est (quamquam ea quoque): verum etiam totum illud tempus, quo ipse versatus est in re publica.“ *Muretus*. Ne quis cum viro summo *temporibus* Dativum esse existimet, Crellius monet, esse Ablativum causalem pro: *propter tempora*. Nobis cum Wolfio Dativus esse videtur. *Tempora* de tempore difficili et calamitoso Ciceroni frequentissimum esse constat. Exempla vide collecta a Beiero ad Cic. de Off. I. 23. 81. et II. 1. 4. *Mr.*

longo intervallo intermissa revocavi] Cod. Vind. 2. *longo intermissa intervallo rev.* Mon. 1. et Rehd. *longo intermissa revocavi*

missa revocavi. Et, quum omnium artium, quae ad rectam

intervallo: quae sunt librariorum correctiones, qui elegantiorem verborum ordinem docere vellent Ciceronem. Ad v. *revocavi* v. Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 4. 13. Ceterum fuit, cum suspicarer, *intermissa* esse glossam veterem ad antecedens *remissa*, alieno loco illatam. *Mr.*

quae ad rectam vivendi viam pertinerent] Cod. Duisb. *viam vivendi.* Ox. 3. Aug. Reg. 3. *pertinent:* quod videtur correctoris, qui existimaret, hoc non dubitanter dicendum fuisse. Sed Cicero ita interponere solet eiusmodi propositiones relativas, quasi earum sententia penderet ab enunciatione, cui interponuntur. Significat autem Coniunctivo, quid ipse cogitaverit, cum hoc consilium caperet. Eadem est ratio verbi, quod sequitur, *contineretur*, cuius loco idem Cod. cum Gud. Bern. (ex corr.) et Vind. 2., exhibet *continetur*. Confert Orell. de Fin. I. 5. 14. Quomodo intelligenda sit vox *artium*, docent haec ipsa, quae subsequuntur. *Ratio* est, monente Kühnero, i. q. *μέθοδος*, *disciplina* i. q. *σύστημα*. F. A. Wolfius in scholis *rationem* ad principia, *disciplinam* ad argumentum doctrinae refert. Ceterum in Cod. Rehd. scriptum est *et* post *disciplina*. *Mr.*

studio sapientiae, quae philosophia dicitur] Σοφίας s. sapientiae nomen initio non erat certae alicuius facultatis nomen, sed ita commune, ut, quam quisque artem praeter ceteros calleret, in ea σοφὸς diceretur; ipsumque *σοφίας* nomen omnibus etiam opificum artibus tribueretur: quod vel ex Platonis Apologia vel ex Theagene constat. Sed et Aristoteles VI. 7. ad Nicomachum idem confirmat his verbis: *τὴν δὲ σοφίαν ἐν ταῖς τέχναις τοῖς ἀκριβεστάτοις τὰς τέχνας ἀποδίδομεν· οἷον, Φειδίαν, λιθουργὸν σοφόν· καὶ Πρόλυκλειτον, ἀνδριαντοποιόν· ἐνταῦθα μὲν οὖν οὐθὲν ἄλλο σημαίνοντες τὴν σοφίαν ἢ ὅτι ἀρετὴ τέχνης ἐστίν.* [V. ad h. l. Comm. Zellii V. Cl. in ed. Heidelb. T. II. p. 213 sqq.] Atque hoc sensu Homerus illud protulit: — *ἐπεὶ σοφός ἧρας τέκτων.* idemque, Jl. O. fabrum i. e. *ναυπηγὸν* peritum describens, *πᾶσαν σοφίαν* ei tribuit, ut et Hesiodus citharoedo Lino; quin etiam ille cum Margiten suum, nullius artis peritum, significare vellet, ita hoc expressisse traditur:

τὸν δ' οὔτ' ἄρ' ἀκαπτῆρα θεοὶ θέσαν, οὔτ' ἀροτῆρα,
οὔτ' ἄλλως τι σοφόν· πάσης δ' ἡμάρτανε τέχνης.

et sic de nauta imperito: *οὔτε τι ναυτιλίης σεσοφισμένον·* et Archilochus: *τρίαιναν ἐσθλὴν καὶ κυβερνήτης σοφός.* Sed et Xenophon et Hieron e cibis exquisitius apparatos ac conditos *σοφίσματα* vocavit. *σοφοὺς* igitur et *σοφιστὰς* vocabant eos, qui quacunque in re multum operae ac studii ponerent. *Τοὺς*, ut ait Clemens in primo *Στρωμάτων*, *περὶ ὀτιοῦν πολυπράγμονας*, ut Eustathius *ἅπαντας τοὺς τεχνίτας*. idcircoque Socrates cum Theaeteto disputans innuere videtur *τὴν σοφίαν οὐ διαφέρειν τῆς ἐπιστήμης*, et discere nihil esse aliud, quam *περὶ ὃ μανθάνει τις, σοφώτερον γίνεσθαι*. Peculiare autem aliquando hoc nomen musicorum fuit; eos enim omnium esse eruditissimos putabant. Cicero ipse paullo infra: *Summam eruditionem Graeci sitam censebant in nervorum vocumque cantibus.* Athenaeus lib. XIV: *τὸ δὲ ὅλον ἔοικεν ἡ παλαιὰ τῶν Ἑλλήνων σοφία τῇ μουσικῇ μάλιστα εἶναι δεδομένη, καὶ διὰ τοῦτο τῶν μὲν θεῶν Ἀπόλλωνα, τῶν δὲ ἡμιθέων Ὀρφέα μουσικώτατον καὶ σοφώτατον ἔριτιον· καὶ πάντας τοὺς χρωμένους τῇ τέχνῃ ταύτῃ σοφιστὰς ἀπεκάλουν.* Jam vero apud antiquos musici iidem erant et poëtae, Cic. III. de Or. *Namque hi duo musici, qui erant quondam iidem poëtae, machinati ad voluptatem sunt verum atque cantum.* Cum ergo musici σοφοὶ s. *σοφισταὶ* dicerentur, poëtae quoque eodem nomine

vivendi viam pertinerent, ratio et disciplina studio sapientiae, quae philosophia dicitur, contineretur; hoc mihi Latinis literis illustrandum putavi: non, quia philosophia Graecis et literis et doctoribus percipi non posset: sed meum semper iudicium fuit, omnia nostros aut invenisse per se sapientius, quam Graecos, aut accepta ab illis fecisse

---

honore afficiebantur. Laërtius lib. 1: *οἱ δὲ σοφοὶ καὶ σοφισταὶ ἐκαλοῦντο, καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ποιηταὶ σοφισταὶ, καθ' ἃ καὶ Κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχῳ τοὺς περὶ Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ἐπαινῶν οὕτως καλεῖ.* Atque hic videlicet *Ἀναχρέων ὁ σοφὸς* in Phaedro et poëta in Lyside sapientiae patres ac duces, et a Cicerone in Miloniana *homines sapientissimi* nominantur." *A. Manutius.* Haec quidem annotatio a Verburgio adscribitur A. Manutio: sed eadem est in Mureti Scholiis ed. Ruhnk. p. 785 sq. Adduntur vero ibi plurima, quae ad explicandam notionem *σοφίας* et *φιλοσοφίας* faciunt, quae cum iusto amplius spatium occupent omittere maluimus; qui adhibere velit, adeat l. l. p. 786 — 790. *Mr.*

quae philosophia dicitur] Vid. Heusdii V. Cl. Initia Philos. Platon. I. p. 61. Utitur hac periphrasi Cicero, quia *philosophiae* vocabulum tum temporis nondum admodum usitatum erat Romae, ut monet F. A. Wolfius. Indicativo utitur, ob eam ipsam causam, quia haec verba nil sunt, nisi explicatio, nec vero pars eorum, quae tum se cogitasse significat. Quod vero scribitur *quae* pro *quod*, quamvis posterius grammatica flagitare videatur, de eo disputavi ad Cic. de Fato I. 1. p. 560 sq. *Mr.*

Latinis literis illustrandam] Ed. H. *literis latinis*: Cod. R. *inlustrandum*. Sententia est: efficere volui, ut non e Graecorum tantum libris, sed etiam e libris Latina lingua conscriptis philosophia disci posset. In marg. Ed. Verb. ex uno Cod. MS. enotata est lectio: *et hoc mihi*. Aug. habet *mihi in Lat. lit. illustranda*. *Mr.*

Graecis et literis *et doctoribus*] Vatic. *libris*. Vulgata tamen lectio non est deserenda, quae reliquis nititur Msstis. Vide nos ad lib. II. de Divin. cap. 2. et ad Fin. I, 4. *D.*

Graecis et literis et doctoribus] Cod. Duisb. omittit *et* post *Graecis*. Cod. Vat. habet *libris* pro *literis*, idque in pluribus MSS. reperiri, nescio quibus, scriptum est in marg. Ed. Verb. *Libris* glossam esse, neminem fore credo, quin videat. Plane ita de Finn. 1. 4. 12. *his literis*, ubi parum apte Rathius coniiciebat *libris*. V. Goerenz. ad eundem locum p. 17. *Posset* ponitur pro *posse existimarem*: quod vidit etiam Wernsdorf. V. Cl. ad Cic. pro Mil. p. 230. qui de nostri loci sententia disputat. In Cod. Reg. 3. scribitur *possit*. Male. Nec melius Reisk. qui volebat *Graecis e literis*. Ad sententiam cf. Fam. 7. 19. *Mr.*

sed meum semper iudicium fuit] Scribitur *sed quia* in Codd. Duisb. Mon. 1. In Marb. est *mecum* pro *meum*. Inverso ordine *iudicium semper* scribitur in Codd. Mon. 2. Aug. Rehd. Gud. Reg. 4. Vind. 2. Edd. P. A. B. L. Ven. Asc. 1. Ald. Sylb. Boul. Sturm. Gryph. Lamb. 2. Goth. Car. Steph. H. Wolf. In Edd. Lambb. 1. Goth. et Verb. dicitur esse in Cod. MS. *hoc fuit:* quam glossam ex nostris nullus habet. J. Gebhardus in Crepund. 382. per *ὑφέν* scribi vult *semper-judicium*. Sed haec figura, si qua est, poëtis relinquenda: quale est illud notissimum Terentii Andr. I. 2. 4: *heri semper-lenitas*. Cf. Ruddimann. Inst. Gr. Lat. II. p. 396. ed. Stallb. Nos vero complures eiusmodi Gebhardi delicias merito silentio

meliora, quae quidem digna statuissent, in quibus elabora-
2 rent. Nam mores et instituta vitae, resque domesticas ac familiares nos profecto et melius tuemur et lautius: rem vero publicam nostri maiores certe melioribus temperaverunt et institutis et legibus. Quid loquar de re militari? in qua quum virtute nostri multum valuerunt, tum plus
b etiam disciplina. Iam illa, quae natura, non literis assecuti sunt, neque cum Graecia, neque ulla cum gente sunt

---

prememus. Cod. Gud. 2. habet *fuit iudicium*. De constructione *non quia - sed fuit* vid. Otto in excurs. ad Cic. de Fin. p. 393. *Mr.*

Omnia nostros aut invenisse - sapientius] „Sic etiam Plinius aliis gentibus Romanos praefert; *Gentium in toto orbe praestantissima una omni virtute haud dubie Romana exstitit.*

Est locus in Hist. Nat. VII. Sect. 41. p. 397. Hard. ibi vero legitur *omnium* pro *omni.*] Idem Cicero in prooem. de Finib.“ *Jan. Pagninus.* Add. Cic. de Or. I. 4. 15. Ciceronem vero hoc cupidius quam verius dixisse, nemo, ut opinor, dubitabit. Cf. Kühneri librum: Cic. in phil. merita p. 8. *Mr.*

quae quidem digna statuissent] Cod. Rehd. *quod ea* pro *quae.* Cod. Duisb. *statuisse ut.* Pergit Ed. H. *in quibus nonnihil elaborarent* Cod. Mon. 2. habet *statuerent.* Locutionem *elaborare in aliqua re* non magis opus est explicare, quam eius exempla afferre, quae apud nostrum frequentissima sunt. *Mr.*

ac familiares] Cod. Rehd. *et* Vind. 2. omittit *et* post *profecto*: male; nam *et - et* est i. q. *non tantum - sed etiam.* Lectionem *latius* pro *lautius* commendare non potest Codicis Regii praestantissimi auctoritas: nec magis Reg. 4. *Lautius* est i. q. *elegantius.* Mox Cod. Rehd. *maiores nostri.* Gud. 1. repetit *vero* post *nostri.* Aug. habet *multum virt. nostri.* Tum Edd. Junt. Ven. Asc. 2. A. B. S. E. et marg. Lambb. Goth. et Verb. *temperarunt.* Gud. 2. *temptaverunt.* Idem omittit *multum.* Ad v. *institutis et legibus* utile scripsit Muretus scholion: quod vero cum nostrum locum non propius, quam quemvis alium, quo hae voces leguntur, attingat, omittendum duxi. *Mr.*

Quid loquar de re militari?] Cod. Marb. *familiari.* Ad sententiam facit Cic. pro Murena 9, 22: *ac nimirum (dicendum est enim, quod sentio) rei militaris virtus praestat ceteris omnibus. Haec nomen populo Romano, haec huic urbi aeternam gloriam peperit: haec orbem terrarum parere huic imperio coëgit: omnes urbanae res, omnia haec nostra praeclara studia et haec forensis laus et industria latent in tutela et praesidio bellicae virtutis.* Conf. Corn. Nep. XXIII. 1. 1. ibiq. intprr. *Mr.*

in qua quum virtute — valuerunt] Cod. Rehd. et Ed. H. *tum.* In seqq. Duisb. August. *etiam plus* inverso ordine. Ad v. *disciplina* Muretus haec: „De qua vide Valerium cap. II. [leg. VII.] lib. II. Extat et de ea titulus integer lib. 49. Pandectarum [Tit. XVI.]; et notum est ex historiis, quanta severitate neglectam eam violatamque sanxerint.“ *Mr.*

Jam illa quae natura, non literis assecuti sunt] Mon. 1. *Nam illa.* Verba *non literis* absunt a Codd. Rehd. et Duisb. Prior habet *assequuti.* Quod sequitur, *neque cum Graecia*, non ita legitur in omnibus libris: sed est *Graecis* in Edd. M. L. Leod. H. Gryph. H. Wolf. Sturm. Ald. Sylb. Lambb. Goth. — Gebhardum, qui genuinam Ciceronis manum in Pal. pr. et apud Viot. reperisse sibi visus

conferenda. Quae enim tanta gravitas, quae tanta constantia, magnitudo animi, probitas, fides, quae tam excellens in omni genere virtus in ullis fuit, ut sit cum maioribus nostris comparanda?

Doctrina Graecia nos et omni literarum genere superabat: in quo erat facile vincere non repugnantes. Nam quum apud Graecos antiquissimum e doctis genus sit poë- 3

---

est *Graeciis*, missum faciamus. *Cum Graecia* per breviloquentiam dictum est, recteque Wopk. Lectt. Tull. p. 135 (p. 189. Hand.) explicat: *cum iis, quae Graecia vel ulla omnino gens assecuta sit.* Commode comparat Kühnerus eandem constructionem, quae statim subsequitur: *ut sit cum maioribus nostris comparanda.* Participia Fut. Pass. cum verbo substantivo, *sunt conferenda — sit comparanda* ponuntur pro *conferri possunt — comparari possit.* Qua de significatione v. Benecke ad Cic. Cat. 13. p. 177 sq. Savelius ad Cic. post. Red. in Sen. p. 69. Pro *ulla cum* Cod. Duisb. habet *cum ulla. Mr.*

Quae enim — tanta constantia] „*Gravitas* est in rebus non temere suscipiendis: *constantia* in eis, quas semel susceperis, ad exitum perducendis; *magnitudo animi* in periculorum, pecuniae, rerum denique humanarum contemptione; *probitas* in nemine violando, *fides* in conservatione pactorum.“ *Muret.* Verba *quae tanta* absunt a Cod. Gud. *Mr.*

in ullis fuit] Marg. Crat. Ed. H. cum Codd. Gud. Aug. Vind. 2. (qui etiam habet *virtutis* pro *virtus*) Bern. habent *illis*, quod in veteri quadam editione repertum immerito probabat Bouherius. *In ullis* est pro: *in ulla gente*, quia gens plures complectitur homines. Cod. Reg. 2. habet *in nullis.* Vocem *in* omittit Ed. H. *Mr.*

ut sit — comparanda] „Mediol. Scurer. et Aldina [A. B. S. Ven. Asc. 1.] *ut sint*; quod ferri potest, ut sit ea sententia: *ut ea omnia in ipsis sint comparanda.* Mallem tamen: *ut sint cum maioribus nostris comparandi.*“ *Reisk.* Merito improbat hanc coniecturam F. A. Wolf. Cod. Vind. 1. habet *nostris maioribus.* Rehd. *ut cum maioribus nostris sit comparanda.* Elegantius scilicet. *Mr.*

Doctrina Graecia nos etc.] De hoc loco disputat Gerlach. in Diss. de *παραδομανίᾳ* Eruditorum p. 19 sqq. Cod. Gud. habet: *Doctiores et omni literarum genere Graeci nos superabant.* Codd. Mon. 2. Gud. 2. *omni genere literarum.* Marb. et Aug. *in omni genere literarum.* Vind. 1. *nos Graecia.* Ad sententiam cf. Orat. pro Flacco 26, 62. In seqq. Cod. Gud. pro *repugnantes* habet *pugnantes. Mr.*

antiquissimum e doctis genus sit poëtarum] Cod. Aug. *educatum sit genus.* Scribitur *e doctis sit genus* in Codd. Vind. 1. Rehd. Gud. Mo. 2. Edd. P. A. B. M. L. Ven. Asc. 1. Car. Steph. Boul. Gryph. Ald. Sturm. Sylb. Goth. Sed *sit e doctis genus* est in Codd. Reg. Vind. 2. Edd. Grut. Gron. Ern. Oliv. Verb. Alt. F. A. Wolf. Koel. Bip. Schütz. Kühn. Nobbe. In Ed. H. scribitur *et doctissimum genus sit,* quod in marg. Ed. Verb. e cod. MS. quodam enotatum est. In Cod. Gud. et Gud. 2. *edoctum genus sit.* Reliqui libri nobiscum faciunt; nisi quod, fortasse operarum errore in marg. Verb. notatum est: *genus siq.* (sic) *poetarum* MS. R. Ad sequentia Muretus haec: „Gellius lib. III. (c. 11.) *Super aetate Homeri non consentitur: alii Homerum, quam Hesiodum maiorem natu fuisse scripserunt* etc. Idem libro XVII. c. ult.: *de Homero et Hesiodo inter omnes fere scriptores cōnstitit, aetatem eos egisse vel iisdem*

tarum; siquidem Homerus fuit et Hesiodus ante Romam conditam, Archilochus regnante Romulo; serius poëticam nos accepimus. Annis enim fere CCCCCX post Romam

---

fere temporibus vel Homerum aliquanto antiquiorem, utrumque tamen ante Romam conditam vixisse. C. Velleius Paterculus Hesiodum CXX fere annis Homero inferiorem facit: apud Eusebium in Chronicis variae admodum referuntur discrepantesque sententiae. Solinus Homerum anno CCLXX. post Ilium captum, CLX ante urbem conditam, Agrippa Silvio Tiberini F. Albae regnante, humanis rebus excessisse ait: inter eum autem et Hesiodum, qui in auspiciis Olympiadis primae obierit, CXXXVIII. annos interfuisse. Herodotus in Vita Homeri Homerum annis post Troica tempora CLXVIII. fuisse dicit. — Cato apud Ciceronem de Senectute Homerum Hesiodo multis saeculis antiquiorem sibi videri ait; Ioannis Tzetzae de Hesiodo sub principium commentariorum, quos in eum scripsit, verba sunt: *Συνηκμακέναι δὲ αὐτὸν μὲν τῷ Ὁμήρῳ φασί* etc. Herodotus tamen ipse videtur eorum opinionem adiuvare, qui eos iisdem temporibus vixisse censent, his verbis, quae in Euterpe leguntur [c. 53.]: *Ἡσίοδον γὰρ καὶ Ὅμηρον ἡλικίην τετρακοσίοισι ἔτεσι δοκέω μευ πρεσβυτέρους γενέσθαι, καὶ οὐ πλέοσι.* Et epigramma, quo se Hesiodus victoriam de Homero retulisse profitetur:

Ἡσίοδος Μούσαις Ἑλικωνίσι τόνδ' ἀνέθηκα
Ὕμνῳ νικήσας ἐν Χαλκίδι θεῖον Ὅμηρον.

Cuius victoriae ipse quoque meminit his versibus [ἔργ. 652. ed. Dind.] *ἔνθα δ' ἐγὼν ἐπ' ἄεθλα κ. τ. λ.* Sed in eum locum rursus exagitat Tzetzes eos, qui certamen illud ad Homerum referunt. — Hae fere sunt veterum de horum poëtarum temporibus sententiae. Plura qui cupit adeat G. I. Vofs. de Poëtarum Tempp. p. 8. — 11. Recentiorum sententias habes in libris ad historiam literarum et ipsius Homeri pertinentibus, quorum sat magnus est numerus. Nobis sufficiat laudasse Schoellii Hist. Litt. Graec. T. I. p. 83 sqq. vers. German. Schwarzii (Berol. 1828. 8.). Cammann: Vorschule des Homer (Lips. 1829. 8.) p. 6. sqq. W. Müller: Homerische Vorschule (Lips. 1824. 8.) p. 55 sqq.

et Hesiodus] Cod. Gud. Aug. *Exiodus.* Rehd. *Esiodus.* Scribitur *Archilocus* in Codd. Reg. 4. Marb. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. Edd. H. Junt. Asc. 1. Sturm. Gryph. Boul. *Mr.*

Archilochus regnante Romulo] „Archilochum Herodotus in Clione [c. 12] ait fuisse iis temporibus, quibus Gyges, interfecto Candaule, regno Lydiae potitus est, id est, XX. Olympiade. Vide Plinium. Urbis autem fundamenta a Romulo iacta anno primo septimae Olympiadis Dionysius et Solinus affirmant. Itaque praeclare inter eos convenit, At Archilochum Cornelius Nepos Tullo Hostilio regnante claruisse dicit.“ *Muret.* — Cf. I. I. Hisely de Fontibus et Auctoritate Cornelii Nepotis (Delph. Bat. 1827.) p. 173. — Mox Cod. Gud. habet *nos poëtam* pro *poëticam nos.* Cod. Aug. *poëtica. Mr.*

Annis enim fere CCCCCX] Vulgg. CCCCX. at dubio procul excidit numerus centenarius. Testatur quidem Ursinus in suo Msto legi IOXIV. librariumque ex DXIII. facili lapsu DXIV. fecisse censet. In fastis sane Claudii et Tuditani consulatus ad A. U. C. DXIII. refertur. At quemadmodum testatur Cicero in Bruto cap. 18. *Livius primus fabulam C. Claudio Caeci filio et M. Tuditano consulibus, docuit, anno ipso, antequam natus est Ennius; post Romam conditam autem, quarto decimo et quingentesimo;* adeo ut ille Codex calculum suppeditet, quem alibi Tullius est secutus. Immo vero nullus du-

conditam Livius fabulam dedit, C. Claudio Caeci filio, M.

bito, quin ex hoc loco refictus sit iste liber; noster enim paucos annos sciens praetermisit,. quia non erat cur Chronologiam nimis anxie traderet. De ea vide Ios. Scaligerum ad Eusebii Chron. n. MDCCCXXX. *D.*

Annis enim fere CCCCCX] Abest *enim* a Codd. Gud. 1. Rehd. Mon. 1. Aug. et, referente Bentleio, etiam a Codice omnium veterrimo i. e. Regio. Sed neque in I. Bergeri neque in L. Kayseri nostri collatione, quae ad manum sunt, eius omissionis fit mentio. Abest praeterea *enim* a MS. in marg. Verb. Ox. 5. Edd. Med. Junt. Scur. Asc. 1. 2. *Mr.* „In MS. est IOXIV. pro DX. facile autem librarius ex IOXIII, tot enim anni numerantur ad consulatum Centhonis et Tuditani, fecit IOXIV. *Centhone* vero habet vetus liber, pro *Caeci filio*, et *docuit* pro *dedit*.“ *Ursinus.* — „Illud *fere* ideo addidit, quod iam tum inter scriptores de numero annorum non conveniret. Nam hic ipse annus Plinio est DXIX, in lapidibus Capitolinis DXIII. Apud Livium propter librorum iacturam nulla prorsus horum consulum mentio est. Camerarium autem hoc loco similitudo nominum et R. antiquitatis ignoratio fefellit. Cato in libro de senectute [Cic. de Sen. 14, 50.] *Vidi etiam senem Livium: qui cum sex annis ante, quam ego natus sum, fabulam docuisset, Centone Tuditanoque consulibus, usque ad adolescentiam meam processit aetate.* Cicero in Bruto: [c. 18, 72.] *Atque hic Livius primus fabulam* etc. Ex his Ciceronis verbis hoc quoque loco legendum censeo DXIV, non autem DX. Gellius tamen libro 17. [21.] innuere videtur, hunc annum esse DX. aut potius DIX. idemque G. Naevium ait fabulas dedisse anno a. u. c. DXI; quod si est, omnino hic annus DXIV. esse non potest. Ego plane hanc difficultatem inextricabilem esse duco. nam et erroris damnare veteres scriptores, iis in rebus, quarum tum recentior erat memoria, modesti esse hominis non videtur, et tamen fieri nullo modo potest, ut non eorum multi insigniter errasse dicantur. Haec igitur aliorum studio relinquamus.“ *Muretus.* Ego cum F. A. Wolfio existimo Ciceronem numerum, quem dicunt, rotundum posuisse, additis vero consulibus dubium de vero numero non reliquisse. Caeterum vide Fastos consulares in J. F. Wurmii libro de Ponderum — ac de Anni ordinandi rationibus ap. Romm. et Grr. p. 222. Almeloveenii Fastos Cons. p. 82. Car. Sigon. in Comm. Fast. Romm. p. 228. ed. H. Steph. Attamen quamvis libri fere omnes in falso numero CDX. conspirent, de vero numero dubitare non licet. Exhibent vero iustum numerum M. Ald. Col. Car. Steph. Lamb. H. Wolf. Goth. Boul. Lall. Bouh. Dav. Ern. et qui eum subsecuti sunt. In Cod. Vind. 1. et Ox. 1. est *quadringentis decem et octo.* Verba *et octo* in marg. scripta sunt, in Ed. H. *trecentis decem.* Gud. 1. CCCCX ut (sic), Gud. 2. CCCCZX. Aug. *quadringentis decem et octo. Mr.*

Fabulam dedit, *C. Claudio* Caeci filio] Ursini Mstus repraesentat, *fabulam* docuit, *C. Claudio* Centhone. Agellius N. A. XVII, 21. *Consulibus Claudio* Centone, *Appii Caeci filio, et M. Sempronio Tuditano, primus omnium Livius Poeta fabulas* docere *Romae coepit.* Sane Graeci passim διδάσκειν δράματα, Latini *docere fabulas* dicunt. Vide sis H. Casaubonum ad Athenaei VI, 7. et Ioan. Wowerium Polym. c. XII, §. 13. 14. Sed quum *fabulas dare* non minus sit Latinum, quam *docere*, ceterique Codices summo consensu vulgatam lectionem retineant, unicum illum librum vel ex Agellio, vel ex nostro de Senect. cap. 14. emendatum pronuntio. *D.*

Livius fabulam dedit] „Adde libris a Davisio laudatis Aristoph. Ran. 1026. 1054. *Boettigeri* Prolus. Quid sit *docere fabulam.* Iacobs.

Tuditano, consulibus anno ante natum Ennium: qui fuit
2 maior natu, quam Plautus et Naevius. Sero igitur a no-

---

ad Simonid. Fragm. LVIII. T. VI. p. 237 sq. Creuzer. Hist. Gr. Antiquiss. Fragmm. p. 118. not.“ *Schuch.* De tempore et de consulibus itemque de discrepantia loci Cic. de Sen. XIV. §. 50. v. ib. Gernh. et Otto. Infra Lib. IV. 29. 63. Cicero dixit: *quum Orestem fabulam doceret Euripides.* Brut. 18. *Livius primus fabulam docuit.* Sed *dare fabulam* dixit pro Cluent. 31, 84: *Stalenus — istam dedit — fabulam.* Nunc de locutione *fabulam dedit* vid. I. Classen. in Cic. pro Cluent. p. 183. — Pro *C. Claudio* est *Caio Claudio* in Codd. Gud. Aug. Reg. 2. Gud. 1. 2. Cod. Marb. habet *Gaio et Claudio.* In Ed. P. quam Alterus habuit, loco *C.* in marg. scriptum est *Appio*, et sic habent ex nostris Ven. Asc. 1. apud Reiskium. Med. Scur. Ald. Voculam *et* post *filio* addit Ed. H. Pro *consulibus* est *cons.* in Cod. Marb. Reprobat Bentleii coniecturam: *Livius primus fabulam dedit*, E. V. E. Vogel. in Prolus. Bip. 1830 (Obss. ad Cic.) p. 17. dicens in talibus non omittendo, sed addendo, peccare solere librarios, nec minus per se intelligi *primus*, quam de Sen. 14, 50. *Mr.*

qui fuit maior natu, quam Plautus et Naevius] „Quomodo tandem Ennius maior natu, quam Naevius? Nam Ennium multa ex Naevio sumpsisse Cicero ipse testatur in Bruto [c. 15.] Gellius autem fabulas Naevium dedisse ait cum Ennius adhuc anniculus esset, omninoque res ipsa loquitur, Naevium esse Ennio antiquiorem. Sed haec fortasse Ciceronis incuria fuerit, quem multis ex locis constat multa in his rebus non satis considerate tradidisse.“ *Muretus.*

Qui fuit maior natu, quam Plautus et Naevius] Pronomen relativum non ad Ennium, sed ad Livium respicere censet G. I. Vossius de Hist. Lat. lib. I. cap. 2. Incommode quidem; praeterquam quod nulla fuit unquam controversia, quin Livius Naevium et Plautum aetate praecesserit, siquidem Romanorum primus fabulam dederit. Vide Quinctilianum Inst. Orat. lib. X. cap. 2. Ego sane quum multis exemplis Tullium non *ἀναμάρτητον* esse deprehenderim, nullus dubito, quin *σφάλμα μνημονικὸν* hic admiserit; Naevius enim fuit Ennio vetustior. Vide Ciceronem in Bruto capp. 15, 18, 19. et Agellium N. A. lib. XVII. c. 21. Immo Plautus ipse prius fato cessit quam Ennius, sed quot annos natus obierit, haud constat. *D.*

qui fuit maior natu, quam Plautus et Naevius.] Narrat Bouh. Burmannum corrigi voluisse *fuitque maior natu*, ut haec referri possent ad Livium. Ipse autem totam hanc primi capitis lineam ultimam glossam esse existimabat, e contextis eiiciendam. — „MS. Reg. Luparensis, in Ed. Verb. ad marg. citatus, omittit voces *et Naevius*, quas omittendas esse potius puto, quam cum Davisio credam Ciceronem hic *σφάλμα μνημονικὸν* admisisse. At legendum fortasse est, *quam Plautus ut et Naevius:* id est *ut et Naevius fuit maior natu, quam Plautus.* Satis constat Naevium antiquiorem fuisse Ennio, utrumque Plauto.“ *Pearcius.* Assentiunt Pearcio Ernestus et Lallem. quamquam eius emendatio parum est Ciceroniana. Cod. Duisb. habet *nenius.* Ed. H. *natu maior.* Nissen. Curr. Noviss. p. 2. corrigi vult aut *quin fuit*, aut [cum Burmanno] *fuitque.* F. A. Wolf. uncinis inclusit verba *qui fuit maior natu, quam Plautus*, omisit *et Naevius.* Omnia abiecit Schützius, qui perperam legisset, abesse ea a Cod. MS. Verb. cum nonnisi verba *et Naevius* abesse ibi dicantur, eaque etiam Dav. in Ed. 1. asterisco notaverit. Transpositione adiuvare studuit locum Rathius, corrigens: *post R. C. Livius, qui fuit maior natu quam Plautus et Naevius, fabulam dedit C.*

stris poëtae vel cogniti vel recepti. Quamquam est in Originibus, solitos esse in epulis canere convivas ad tibicinem

---

Claudio Caeci F. M. Tuditano Coss. anno ante natum Ennium: improbante censore eius lenensi (1806. 49. p. 389.) qui omnia ista verba, ut glosatoris fetum, abiecta vult. E. Spangenberg. in vita Ennii, praemissa eius Annalibus p. VIII. *qui* cum Vossio ad Livium refert. Sed universe is videndus de Ennii aetate ibiq. laudd. p. VII — X. Billerbeckius item monet ad *Livium* esse referendum *qui*, additque Livium revera maiorem fuisse natu Plauto et Naevio. Naevius natus a. u. c. 519 (520) mortuus 549 (550) natu certe non minor erat Ennio, qui, natus quidem a. 515, mortuus vero 585, Naevii successor fuit in tragoedia. Plautus mortuus est a. 570. Fuerunt igitur hi tres fere aequales. Ciceronem, qui alibi quoque relativum pronomen non ad proxime praecedens nomen referat (ut infr. I. 35. 86. in Verr. III. 33. [36, 83 sq.] de N. D. I. 23. 65. Philipp. I. 5. 12) nostro loco eos velle tacite reprehendere ait B., qui Livium primam fabulam a. u. 556 docuisse ideoque Naevio atque Plauto minorem esse contendissent: coniungi, addit, similiter Plautum et Naevium de Or. III. 12. 45. Recte ait Orellius totum locum vindicasse Osannum Anal. Crit. p. 40. sqq. Referendum enim esse, etsi repugnante F. A. Wolfio in Scholis, *qui* ad Livium. Ceterum, pergit, ne de glossemate cogitemus, facit mos Ciceronis, quo doctrinae ostentandae causa alios obiter castigare solet; sic h. l. Attium sive Atteium, Brut. §. 73. quae ratio (quod monet contra I. Bakium, a quo reprehensus fuerat eo nomine) Ciceronis urbanitate simul et reconditae doctrinae manifestandae studio videtur haud indigna. Kühnerus cum F. A. Wolfio facit, (qui ex duabus Glossis conflatum esse contendit hoc additamentum) contenditque primum *qui* debere ad proximum nomen referri: quod si facias, Tullium memoria lapsum statuendum esse, qui tamen in Bruto hunc eundem errorem in Attio notaverit. Tum si vel ad Livium referatur *qui*, ieiunum plane esse et languidum hoc additamentum, doctrinamque Ciceronis loco inepto lectoribus proponi. Mihi vero, re iterum et denuo perpensa, ab Orellii partibus standum videtur, praesertim cum iudicium de eo, quod langueat et ineptum videatur, certa quadam norma destituatur, neque, si vel maxime inter nos de eo conveniret, id impediat, quo minus scriptor ceteroquin optimus aliquid loco parum conveniente proposuerit. S. B. *Bugge* in Prolus. Obss. in Cic Tuscc. I. contitinente (edita Christianiae 1825. 4.) p. 7. sq. de nostro loco disputans, cum Wolfio Schützioque verba *qui fuit — Naevius* tolli vult. Kritzius in Censura Ed. Kühneri (A. Schulztg. 1830. 110. p. 893) cum Kühnero facit, verba *qui fuit — et Naevius* spuria esse iudicante, cum et *qui* incommodo sit loco, et temporum ratio non conveniat, neque huic loco videatur accommodata. Vid. etiam, quae nuperrime disputavit de hoc loco censor Ed. Kühnerianae Lipsiensis 1831. 199. p. 1589. *Mr.*

c. 2. *Sero igitur a nostris*] Pro *igitur* est *quidem* in Codd. Reg. 3. Gud. Mox Duisb. et Mon 2. scribitur *quamquam enim est*, quod videtur correctoris, qui videret, verba *quamquam est* ad posteriora esse referenda, iisque opponi sequentia: *honorem tamen* etc. cod. Aug. habet *agniti. Mr.*

Est in Originibus] M. Porcii Catonis opus qui *senex scribere historias instituit, quarum sunt libri septem. Primus continet res gestas regum P. R. Secundus et tertius, unde quaeque civitas orta sit Italica, ob quam rem omnes Origines videtur appellasse,* ut ait

de clarorum hominum virtutibus: honorem tamen huic generi non fuisse, declarat oratio Catonis, in qua obiecit ut probrum Marco Nobiliori, quod is in provinciam poëtas du-

---

Corn. Nepos in vit. cap. 3. Eliens. tert. et Petrens. hic exhibent, *gravissimus auctor Cato in Originibus solitos dicat esse canere convivas ad tibicinem*, quod glossema est ex lib. IV. cap. 2. huc traductum, ubi haec sunt verba: *Gravissimus auctor in Originibus dicit Cato morem apud maiores hunc Epularum fuisse, ut deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum hominum laudes atque virtutes.* Eandem consuetudinem memorant Varro apud Nonium in *assa*, Cicero in Bruto cap. 19. Valerius Maximus lib. II. cap. I, 10. et Quinctilianus lib. I. cap. 10. Eamque lege sancitam voluit noster de Legg. lib. II. cap. 24. *D.*

in Originibus] De inscriptione *Originum* Sex. Pomp. Festus p. CXLIV. ed. Scal. haec: *Originum libros quod inscripsit Cato, non satis plenum titulum proposuit sui videtur amplexus: quando praegravant ea, quae sunt rerum gestarum populi Romani.* Ceterum vide de Catonis Originibus C. Sagittarii Comm. de Vita Catonis (Altenb. 1672. 8.) p. 92—97. interpretes ad Corn. Nep. XXIV. 3. 3. p. 213 sq. ed. Bardili. A. Lion. in Catonianis p. 41. et passim. *Mr.*

in epulis canere] Cod. Aug. *ad tubicinem.* Ad locos a Davisio laudatos addi vult Kühnerus de Orat. III. 51. 197. Adde Ilgen. de Scoliorum poësi p. LXI. sq. (in ej. Scoliorum editione Ien. 1798.) Laudat praeterea Orellius Perizonii Animadv. Hist. p. 212. Niebuhr. R. G. I. p. 263. ed. 2. Wachsmuth ält. Gesch. d. R. St. p. 22 sq. *Mr.*

Honorem tamen huic generi non fuisse] Cod. Vind. 2. *non fuisse huic generi.* Verba *huic generi* Ian. Pagninus explicat *poëtis* s. *poëticae.* Recte: nam mox sequitur: *si qui magnis ingeniis in eo genere* [sc. in *poëtis*, quod praecedit] *exstiterunt.* Ad rem v. Gell. N. A. XI. 2. ubi ex Catonis carmine de moribus et alia excerpta habes et haec: *Poëticae artis honos non erat. Si qui in ea re studebat, aut sese ad convivia adplicabat, grassator vocabatur.* Ad v. *oratio Catonis* Muretus haec: „suspicor eam orationem fuisse, qua Ser. Galbam oppugnavit: eum enim Fulvii defendebant.“ *Mr.*

in qua obiecit ut probrum M. Nobiliori] Vocem *ut* omittit Cod. Gud. 2. Bentleii emendatio *obiicit* necessaria non est. Sequitur in Codd. Reg. 4. Marb. *ut opprobrium.* Vind. 2. supra lineam habet glossam *turpe.* Lion., nescio unde, in Catonianis p. 65. scripsit *crimen.* Gebhard. in Crepund. p. 381. in Cod. Pal. quem elegantissimum dicit, se reperisse ait *in probrum*, idque recipi vult, probante Bouherio: quod nobis secus videtur. *Probrum* est *factum*, quod dedecori est. Ad rem cf. A. Schotti Nod. Ciceron. I. 11. p. 290. ed. Hanov. (Obss. Humann. etc.) 1615. 4. Factum est, quod hic narratur a. u. c. 563. V. Cic. pro Arch. Poëta 11, 27: *Iam vero ille, qui cum Aetolis, Ennio comite, bellavit, Fulvius, non dubitavit Martis manubias Musis consecrare.* Cf. Liv. 37, 47. A. Matthiae ad Cic. pro Arch. Poet. § 27. p. 322. *Mr.*

quod is in provinciam poëtas duxisset] Vocem *is* omittunt Codd. Gud. 2. et cum iis Edd. Ven. Iunt. Asc. 2. Cammerar. Pro *poëtas* est *poëtam* in Edd. Vind. et Rom. quod improbans refert F. A. Wolfius. Pluralis numerus invidiose positus est. Cuius usus vid. exempla collecta a C. Beiero ad Cic. pro Scauro p. 158 sq. In Ed. H. est *poëtam in provinciam;* in Cod. Marb. *in provincias:* quod est correctoris, acuti scilicet. Cod. Aug. *induxisset. Mr.*

xisset. Duxerat autem consul ille in Aetoliam, ut scimus, Ennium. Quo minus igitur honoris erat poëtis, eo minora studia fuerunt. Nec tamen, si qui magnis ingeniis in eo genere extiterunt, non satis Graecorum gloriae responderunt. An censemus, si Fabio, nobilissimo homini, laudi da-

---

Duxerat — in Aetoliam Ennium] Vide sis, inter alios, Ciceronem in Bruto cap. 20. pro Archia cap. 11. Senecam Epist. CII. et Symmachum lib. I. Epist. 21. *D.*

Duxerat autem — Ennium] De voce *autem*, quam facile aliquis pro *enim* positam existimet, eiusque significatione, Graeco δὲ respondente, commode disputat Kühnerus ad h. l. adhibito G. Hermanno ad Viger. 343. b. p. 845. et Passovio in Lex. Gr. s. v. δέ. Pergit Cod. Vind. 1. *ille consul.* Tum Marb. *in Italiam.* Mon. 2. in *Etholiam.* Deinde Ed. Alteri, qui se editionem Gronovii reddere professus est in titulo, habet *ut sciam*, nescio unde, certe pessime. Gronovius enim, cuius Ed. ad manum est, habet *scimus.* Cod. Gud. 2. *consuli hlena eoliã. Mr.*

Quo minus igitur honoris — fuerunt] Scribitur *ergo* pro *igitur* in Edd. P. A. B. S. E. M. L. Ven. Asc. 1. Car. Steph. Lamb. 2. Goth. Boul. Gryph. H. Wolf. Ald. Sturm. Sylb.; de qua lectione Gebhard. haec: „Melius Pall. tres, Vaticani excerpta atque ipse Victorius *igitur*. Eleganter *igitur* pro *ergo*, et vice versa, in his libris observavi. Ulrich. delet omnino *ergo*.“ Codd. nostri omnes et Edd. reliquae habent *igitur*. Enotavit etiam Reisk. *ergo* ex Edd. aliquot, quas supra laudavimus et Ed. Lobinaei Paris 1544. Pro *honoris* est *honorum* in Cod. Rehd. *honoris igitur erat* habet Cod. Aug. *erat honoris* scriptum est in Codd. Gud. et Gud. 2. Tum Cod. August. *fuerant*. Ad rem laudat Schuch. in schedis Krabingerum ad Synesium de regno p. 350. *Mr.*

Sic, qui] Vulgo *si qui*. Sed Reg. Vatic. et Pal. sec. ut edidimus: quod etiam Gebhardus haud spernendum merito censuit. *D.*

Nec tamen, si qui magnis ingeniis — exstiterint] Gebhardi Pal. sec. habet *non* pro *nec*. Nimis cupide secutus est Davisius Codicem Reg. et Bentleium. Recte F. A. Wolf. in scholis *si qui* ait elegantius dictum pro *si qui*. Neque aliter legit Goerenz. ad Cic. de Legg. II. 19. 49. quamquam huic quidem loco firmando (lectioni *si qui* pro *si quis*) noster locus adhiberi non debuit. Ceterum illud *sic* in paucissimis, praeter eos, quos laudat Dav., est libris, nimirum in uno Ox. Gud. 1. 2. Marg. (qui habet *magnis sic qui*) Reg. 2. Pergit Cod. Rehd. *in eo genere magnis ingeniis.* Quod sequitur *non*, deest in Cod. Duisb. Tum idem habet *gloriae Graecorum* cum Gud. 2. Gud. pro *gloriae* habet *gñe* i. e. *genere*, perperam lecto scribendi compendio. Pro *responderunt* Mon. 2. *respondebant.* Buggius quoque l. c. p. 9. Davisii emendationem supervacaneam censet. Pergit Gud. 2. *Accessimus. Mr.*

Si Fabio — laudi datum esset, quod pingeret] Immo vero artem pictoriam Fabio fuisse laudi satis indicat cognomen ex ea tractum. Hieronymus ad Heliodorum de morte Nepotiani p. 23. *Nobilem virum Q. Fabium miratur antiquitas, qui etiam Romanae scriptor historiae est, sed magis ex pictura, quam ex literis, nomen invenit.* Vide et Plinium H. N. lib. XXXV. cap. 4. *D.*

si Fabio, nobilissimo homini] „Q. Fabius aedem Salutis pinxit, qui ob id *Pictor* cognominatus est.“ *Muretus.* Ad h. l. corrector Ed. Ven., quam Alterus contulit, in marg. adscripsit: „Quid si Maronis opus vidisses Cicero, quem de Graecis conferres?“ Hic igitur

tum esset, quod pingeret, non multos etiam apud nos futuros Polycletos et Parrhasios fuisse? Honos alit artes, om-

---

Virgilium Homero praeposuit, quod fecit item Iul. Caes. Scaliger in Poëtices libro quinto, et A. Rosaeus in Virgilio Triumphante L. III. — Post *pingeret* in Cod. Reg. 4. additum est *pictores*, quae glossa, ad sequentia artificum nomina adscripta, in contextum loco alieno irrepsit. Pro *apud nos* Cod. Marb. habet *nostros*. Vocem *futuros* omittit Reg. 3. Errare vero Hieronymum, quem laudat Davisius, monet F. A. Wolfius in scholis: „Non esse hunc Fabium Romanae scriptorem historiae, sed eius avum, qui Salutis aedem pinxerit: ab eo vero totam familiam cognomen Pictorum accepisse, Plin. H. N. XXXV. 4.“ Vid. ib. Harduin. p. 682. et, quem laudat, I. G. Vossium de Hist. Lat. I. 3. Cod. Gud. 2. habet *apud nos etiam*. *Mr.*

Polycletos et Parrhasios] „Aut *Polygnotos* legendum, aut Cicero memoria lapsus est.“ *Muretus*. „*Polygnotos* legendum libris iis invitis, qui habent *futuros Polycletos*. Nam Polycletus fuit statuarum fictor: *Polygnotus*, pictor, ut et *Parrhasius*.“ *Lambinus*. Cum Mureto facit Camerarius. Paulus vero Manutius se in antiquo libro reperisse ait *Polygnotos*, idque praefert, cum Polygnotum pictura clarum Cicero ipse in Br. Plinius, Quinctilianus, Plutarchus, Aelianus, Pausanias, Aristoteles etiam in Arte Poët. nominet. Et correctum est *Polycletos* in *Polygnotos* etiam in Ed. Ven. quam habuit Alter. In eandem sententiam pedibus ibat etiam Fr. Fabricius, Manutii libro antiquo, nescio cui, certe interpolato, nimium fidens, ut iudicat Orellius. *Mr.*

Polycletos *et Parrhasios*] Sic Mssti. nec cum Ioach. Camerario locum corruptum esse statuerim; eaque de caussa P. Manucium, D. Lambinum et Fr. Fabricium non audio, qui *Polygnotos et Parrhasios* reponunt: licet enim de pictoribus habeatur oratio; Polycletus non minus pictura, quam arte statuaria fuit clarus, ut diserte testatur Tzetzes Chil. VIII, 320. Quin et apud Aelianum V. H. XIV, 8. Polycletus ὁ ζωγράφος dicitur, si Codicibus scriptis credimus; nec ego quidem eorum fidem suspectam habeo, quum similem prorsus historiam de pictore ἀνωνύμῳ referat Dion Chrysost. Orat. LXXVIII. pag. 656. Vide sis et Scholiasten ad Luciani Philops. Tom. II. pag. 35. *D.*

Polycletos et Parrhasios] Davisii annotatio Ed. pr. ita incipit: „Licet Polycletus a plerisque scriptoribus ob artem statuariam celebretur, tamen et pictura fuit clarus. Scholiastes Luciani in Philops. T. II. p. 35; Γραφεὺς ὁ Πολύκλειτος, ὥςπερ καὶ ὁ Εὐφράνωρ, καὶ πῶς ἀγαλματοποιὸς νῦν εἰςάγεται, θαυμάζω. At miranda potius est Graeculi imperitia, qui Polycletum plasten etiam fuisse ignoravit, cum id uno ore tradiderit antiquitas. Sed hoc mittamus, et quod volumus, testimoniis firmemus. Ita ergo Tzetzes Chil. VIII. etc. Variari autem in his nominibus scribendis nemo mirabitur.“ *Politicos* habet Gud. 2. Est *Policlitos* v. c. in Reg. 2. *Policletos* in Reg. 4. *Polyclitos* in Gud. 1. Reg. 1. optimis, *Polidetos* in Gud., *Polycletos futuros* habet Mon. 2. Tum est *Parasios* in Cod. Duisb., pro quo nomine Ern. ex Guelf. Cod. enotavit *Praxiteles*. Ipse tamen et Sch. in Davisii sententia acquiescunt. Bentleium in annot. ineditis *Polygnotos* probasse vides ad calcem horum librorum. Neidius vero commode monuit, Ciceronem universe de artibus, quae in fingendis figuris versantur, loqui; eamque sententiam amplexus est etiam Kühnerus. Eadem explicatio F. A. Wolfii in scholis: nihil velle nostrum ait, quam hoc: Quodsi Fabio laudi datum esset, quod suam artem exerceret,

nesque incenduntur ad studia gloriâ, iacentque ea semper, quae apud quosque improbantur. Summam eruditionem

---

Romani quoque haberent artifices, quales fuerunt Polycletus et Parrhasius. Orellius addit, verba ὁ ζωγράφος apud Aelianum loco a Dav. laudato a Perizonio, ut glossam, fuisse eiecta [v. ej. annot. p. 274. ed. Kühn. Add. Fr. Iunii Catal. Artif. p. 167 — 171.] laudatque Sillig. Catal. Artific. p. 370. ad Append. Anthol. Palat. P. 2. p. 671. „ubi Polycleti Polyxena πίναξ commemoratur: — Quum de picturis Polycleti nihil sciamus (Tzetzam enim Chiliad. 8, 191. nemo, puto, curabit) hic quoque errorem poëtae subesse puto." Cod. Aug. habet *et Prasiteles. Mr.*

Honos alit artes] „Proverbium, ad quod allusit Martialis:

Sint Maecenates, non deerunt, Flacce, Marones;
Virgiliumque tibi vel tua rura dabunt.

Et Valerius Maximus: *Virtutis*, inquit, *uberrimum alimentum est honos.*" *Jan. Pagninus.* Locus Martialis est Epigr. VIII. 56, 5 sq. Valerii Maximi II. 6. 5. p. 170. ed. Torren. Quod vero ad Ciceronis iudicia de Graecis, et quae de Romanorum prae illis praestantia in primis hisce capitibus gloriatur, pertinet, de eo disputaverunt duo viri iuvenes, qui Gandavi praemio sunt ornati: alter est *Voorduin*, cuius Commentatio anno 1821 praemio affecta est, qui in parte commentationis tertia inquisivit: *quatenus Romani in singulis artibus et doctrinis aut Graecis anteponendi, aut aequiparandi aut postponendi sint*: alter P. O. van der Chys, qui ornatus est praemio anno 1825 scripta commentatione, in qua Ciceronis omnia de Graecis iudicia collecta et probabiliter diiudicata sunt: (Gandavi 1826. 4. 74 pp.) ubi de nostro loco sermo est p. 52 — 56. *Mr.*

Honos alit artes — improbantur] Ab antiquo Poeta mutuatus est Cicero, pro cuius sententia *laus alit artes.* Vide Senecam Epist. 102. Totam vero ῥῆσιν laudat Augustinus lib. V. C. D. cap. 13. et ex eo Ioan. Sarisberiensis de Nug. Curial. lib. VIII. cap. 5. p. 544. Vide Lupum Ferrariensem Ep. 1. p. 2. In eandem mentem prior dixit Plato lib. VIII. de Rep. [p. 551. a. ed. Steph.] p. 174. Ἀσκεῖται δὴ τὸ ἀεὶ τιμώμενον, ἀμελεῖται δὲ τὸ ἀτιμαζόμενον. Ad hoc eius effatum respiciunt Synesius de Provid. pag. 103. et Themistius plus semel. Adi sis Orat. IV. pag. 54. XV. pag. 195. etc. *D.*

Honos alit artes etc.] In Ed. Dav. secunda laudantur, praeter hos, Themistii loci XVI. p. 204. XXXI. p. 353. Pro *incenduntur* est *incendimur* in Codd. Aug. Bern. idque, ut elegantius, praeferebat Bentleius, q. v.: quem secutus est Lall., dicens unum tantum e regiis habere cum vulgatis *incenduntur*. Nos quidem hoc in Reg. 2. 3. et 4. legi comperimus. Et habent *incenduntur* libri adhuc collati, praeter duos illos, omnes, itemque Edd. vett. Accedit Augustinus, qui de Civ. Dei V. 13. p. 309. (ed. L. Viv.) ex ipsis, ut ait, philosophiae libris nostrum locum sic laudat: *Honos alit artes, omnesque accenduntur ad studia gloriâ.* Alios Ciceronis locos pro tertia pluralis persona afferre nil attinet: si enim attuleris pro Arch. poët. 11. *trahimur omnes laudis studio;* opponam Tuscc. IV. 6. 12: *omnes ea, quae bona videntur, sequuntur*: si ex nostra editione de Div. I. 10. 16. laudaveris: *extis enim omnes fere utimur;* exhibebo veteres libros haud contemnendos, in quibus est *utuntur*. Kritzius l. l. praefert, *incendimur*: quod, si optimi haberent libri, ego quoque praeferrem. — Pro *gloria* est *gloriae*, ut corrigere correctoribus post *studia* proclive erat, in Codd. Duisb. (marg.) Mon. 1. *Latentque* est in Cod. Aug. *Iactentque*. Mon. 1. habet, pro *iacentque*.

Graeci sitam censebant in nervorum vocumque cantibus. Igitur et Epaminondas, princeps, meo iudicio, Graeciae,

---

Usum vero verbi huius de rebus vi et vigore destitutis ex ipso Cicerone satis demonstrat Ern. Cl. Cic. Usum particulae *que* disiunctivum esse h. l. docuit Becher. in Progr. de Tusc. prologo (Lign. 1817.) coll. III. 3. 6. coll. Goerenz. ad de Legg. p. 268. Ernest. ad Tac. Ann. II. 69. XIV. 9. Add. nos ad Cic. de Div. I. 29. 61. p. 148. ed. Frcf. Cic. de Legg. III. 17. prc. *eamque*. Post *ea semper* in Reg. 4. addita est glossa in contextis *prostrata studia*. Cod. Aug. *quoscunque*. *Mr.*

Summam eruditionem — vocumque cantibus] Secundum nonnullos, horum numero eximendi sunt Lacedaemonii, qui cum reliquas disciplinas spernebant, tum μουσικῆς ἀπείρως εἶχον, ut testatur Aelianus V. H. lib. XII. cap. 50. Hinc scriptor ἀνώνυμος inter Opusc. Galean. Diss. II. p. 712. Λακεδαιμονίοις τὼς παῖδας μὴ μανθάνειν μωσικὰ καὶ γράμματα, καλόν. Contra tamen Athenaeus lib. IV. pag. 184. Ἔμελε τοῖς πάλαι πᾶσιν Ἕλλησι μουσικῆς· διόπερ καὶ ἡ αὐλητικὴ περισπούδαστος ἦν. Χαμαιλέων γοῦν ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ προτρεπτικῷ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΥΣ φησὶ καὶ Θηβαίους πάντας αὐλεῖν μανθάνειν. Quinctilianus lib. I. cap. 10. *Lycurgus durissimarum Lacedaemoniis legum auctor Musices disciplinam probavit*. Vide sis etiam Plutarchum Tom. II. pag. 238. et Boëtium de Mus. cap. 1. Attamen Λακεδαιμόνιοι εἰ μὲν ἐμάνθανον τὴν μουσικὴν, σύδὲν λέγουσι. Verba sunt ipsius Athenaei lib. XIV. pag. 628. *D*.

Summam eruditionem — in — cantibus] „Ita ut ἀμούσους vocarent *indoctos*, et *musices* nomine omnem doctrinam liberalem complecterentur. Aristophanes: Ἀλλ', ὦ 'γάθ', οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι,

Πλὴν γραμμάτων, καὶ ταῦτα μέντοι κακὰ κακῶς" *Muretus*. Locus Aristophanis est in Equitibus v. 188 sq. Ad sententiam laudant Cic. de Or. III. 51. 197. 33, 132. II. 37. 155. I. 42. 187. Quinctil. I. 10. Sed conferri meretur prae ceteris disputatio inauguralis Cornelii Anne den Tex de Vi Musices ad excolendum hominem ex sententia Platonis. Traj. ad Rhen. 1816. 170. pp. in qua agnoscis virum iuvenem ex Heusdii disciplina. Pro *summam* est *summa* in Cod. Mon. 1. *summamque* in Cod. Gud. 2. *Mr.*

Igitur et Epaminondas etc.] Opponuntur sibi *et Epaminondas — Themistoclesque*, vel potius, et Epaminondas et Themistocles ut exempla adhibentur eius, quod modo dictum est. Quare neque abiiciendum *et* cum Codd. Aug. Rehd. et Ed. H., neque pro *etiam* positum existimandum, quod est contra usum Ciceronis: qui *et — que* saepius iunxit. Sic infra III. 3. 5: *At et morbi perniciosiores plures que sunt animi quam corporis*. De qua constructione vid. nunc accurate praecipientem Otton. Excurs. ad Cic. de Finn. p. 387. A. Wellauer. in Prolus. quae inscribitur Additamenta ad Vechneri Hellenolexiam (Vratisl. 1828.) quam exhibet Jahn. in Annal. Philol. et Paed. Suppl. I. 3. (1832.) p. 401. De Epaminonda v., quae huc pertinent, apud Corn. Nep. 1. et 2. ibiq. interprr. Scribitur autem *Epaminundas* in aliquot libris, et scriptis et editis, veluti Codd. Rehd. Gud. Edd. Ven. Junt. Ciceronis de Epaminonda et Themistocle iudicium vid. etiam de Or. III. 34. 139. — In Cod. Reg. 3. est *modo iuditio* pro *meo iudicio*. Quod sequitur *Graecia*, ab haud paucis libraríis inepte correctum est *Graecis* (fidibus): nimirum in Codd. Gud. 1. 2. Reg. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 2. Marb. Vind. 2. Quod h. l. dicitur *praeclare*, in eadem fere locutione a Corn. Nep. Praef. 1. dicitur *scienter*. *Mr.*

fidibus praeclare cecinisse dicitur, Themistoclesque aliquot ante annis, quum in epulis recusaret lyram, est habitus in- P. 149. a.

Themistoclesque aliquot ante annis] „Narrat hoc et Fabius Quintil. lib. I. inst. Orator.“ *Muretus.* Nimirum ex ipso Cicerone. Vid. I. 10. p. 106. ed. Burm. p. 221. ed. Spald. Ad rem cf. A. Schotti Adagia Graecorum p. 5. sq. Post *Themistoclesque* in Gud. 2. additur *qui*. Pro *Themistoclesque* Codd. Vind. 1. Aug. habent *Themistocles quoque*: quae est librarii, constructionem non intelligentis, inepta correctio. Tum Cod. Duisb. *ante aliquot* inverso ordine, quo facto fieri non poterat, quin scriberet (ut est in Aug. quoque Gud. 1. et 2.) librarius *annos* pro *annis*. Posterius vero nos praeferendum duximus, cum facilius librarii substantivum praepositioni accommodasse videantur, quam accusativum mutasse in ablativum. Est autem *annis* in Edd. A. B. E. M. L. Ven. Asc. I. Car. Steph. Boul. Lamb. Goth. Gryph. HWolf. Ald. Sylb. Sturm. Leod. FAWolf. Nobb. Bill. Kühn. Eandem etiam lectionem commendat C. Morgenstern. V. Cl. in Prolusione, quae inscribitur: *Symbb. Critt. ad Cic. Tuscc.* L. I. Part. I. Dorp. 1819. Utitur autem ea ratione, quae adhuc fere obtinuit, ut dicat verbis *aliquot ante annos* a praesenti tempore retro numerari annos, sed si dicamus *aliquot ante annis* rem ad praeteritum tempus referri, velut in his: *decem ante annis illud egi, aliud tribus annis post*. (Addit denique tironum in gratiam, *aliquot* annos saepe esse satis longam annorum seriem, ut *aliquantum* et *aliquanto* didicerint esse bonam partem.) Contra hanc rationem laudat Billerb. Zumptii Gramm. Lat. §. 476. qui promiscue ait usurpari *aliquot ante annis* et *aliquot ante annos*, cuius exemplis (quae cur multa eaque certissima appellet Orellius in annot. ad F. A. Wolfii scholas p. 329. non video: nam ne unum quidem nominato auctore attulit, quo *aliquot ante annos* idem plane significet, quod *aliquot ante annis* significare creditum est): huius igitur exemplis unum addit Orellius ex Epp. ad Att. 7, 11: *Fecit idem Themistocles.* — *At idem Pericles non fecit annum fere post quinquagesimum.* Et recte quidem ex hoc exemplo id sequi diceret, quod vult, si scriptum esset *annos fere post quinquaginta*, ut eadem sententia recte scribi posse concedo: tum nimirum *post* (ut in alia locutione *ante*), quamquam addito Accusativo, non praepositio esset, sed adverbium. Hoc igitur concedimus, aeque recte dici *aliquot ante annos* atque *aliquot ante annis* ea sententia, ut sit einige Jahre zuvor: hoc tamen nobis observasse videmur, accusativum tum potissimum poni, si comparatio expressa est sequente *quam*, ut ambiguitas tollatur: quamquam plane necessarium non est, et ablativos quoque saepe sequitur comparandi particula. Colligendorum nobis exemplorum otium fecit F. Handius in Turselline T. I. p. 370 sqq. qui et subtilissime et accuratissime hac de re videtur praecepisse. Paucis ea de re locutus est Stallbaumius ad Ruddimannum II. p. 291. nec vero satisfecit censori Halensi Schmidtio (Ephemerid. litt. 1826. 259. p. 311—315.) qui *annos* praefert: cuius tamen disputatio, subtilis ceteroquin, nobis non usquequaque probabilis visa est. Conf. etiam Ramshorn. Gr. Lat. §. 146. p. 274 sq. Ut vero h. l. Cicero dixit *aliquot ante annis*, ita infra I. 13. 29: *quae multis post annis tractari coepissent*. Ceterum tempus, quod h. l. verbo *aliquot* significatur, satis longum est, videlicet quinquaginta fere annorum: *ut nuper* dixit de spatio temporis minime brevi praeterlapso. Vid. Ern. Clav. Cic. s. v. *nuper*. *Mr.*

Cum in epulis recusaret lyram] Ratio est, quod ἰδιος ἦν πα-

doctior. Ergo in Graecia musici floruerunt; discebantque id omnes, nec, qui nesciebat, satis excultus doctrina putabatur. In summo apud illos honore geometria fuit: itaque nihil mathematicis illustrius. At nos metiendi ratiocinan-

---

λαιόν, μετὰ τὴν συνεστίασιν, ἅπτεσθαι λύρας καὶ ᾄδειν, uti dicit Isidorus Pelusiota lib. II. Ep. 146. Adeatur etiam Tacitus Annal. XIV. 14. Historiam vero, quam noster tradit, referunt Quinctilianus Inst. Orat. lib. I. cap. 10. et Augustinus Epist. 56. ad Dioscorum pag. 89. ed. Colon. *D.*

cum in epulis recusaret lyram] Ita Codd. nostri Reg. 1. Rehd. Gud. Duisb. Gud. 1. Aug. Marb. Vind. 1. Mon. 1. Bern. Edd. H. S. E. C. V. Rob. Steph. Dav. Gron. Verb. Olivet. Reisk. Orell. probantque Kühnerus et pridem Bentleius: eodem enim puncto, ait Orellius, quo lyram recusavit, est habitus indoctior. Reliqui exhibent *recusasset*, quod latinitatem postulare dicunt Ernestus et F. A. Wolfius; quamquam, quod ad Wolfii disputationem commode monuit Orellius, utrumque per se verum esse potest. Iudicium igitur in talibus rebus ab auctoritate librorum optimorum pendere debet, nec vero a Grammaticorum regulis. In Cod. Marb. scriptum est *liram recusaret* inverso ordine. *Mr.*

est habitus indoctior] Ita Codd. nostri omnes (unus Aug. *et* pro *est*) itemque Cod. Guelf. apud Ern. Edd. P. A. B. S. E. C. V. Ven. Asc. 1. 2. Rob. Steph. Junt. H. Camer. H. Wolf. Alii *habitus est indoctior*, ut legitur apud Quinctilianum I. 10. 19, qui, ut iudicat Orellius, vel videri debet consulto abiisse a Ciceronis ordine, vel, cum *est habitus* sit in Cod. Quinctiliani Tigurino, plane cum Cicerone fecit. — Ad sententiam cf. H. Stephani de bene instit. Ling. Graecae stud. p. 84. *Mr.*

Ergo in Graecia musici floruerunt] De voce *ergo*, quae est redeuntis ad propositum argumentationemque conficientis, vid. quae monet, nostro loco adhibito, Goerenz ad Cic. de Fin. II. 11. 34. p. 173. Quod sequitur *discebantque id omnes* corrigi volebat Ernestus, scribique *ideo*: iam refutatus a Goerenzio ad Cic. de Legg. II. 10. 24. recte monente, *id* referri debere ad *musicam*, et Ciceronem saepe pronomina demonstrativa sic ponere, ut ex solo contextu coniici possit, quo referantur. Accedit, quod in particula *que* iam inest, quod desiderabat Ernestus. Neque habuit ille vir quemquam obsequentem. Adde, quae monet Ed. Loewe (vel Leo) ad Odyss. α. 391. p. 48. Quod vero est in Cod. Rehd. *discebantque ideo omnia*, nemo eo libro studiose interpolato et saepissime Ciceronis scriptionem dedita opera immutante, ad firmandum Ernesti commentum utetur. Cod. Gud. 2. *dicebantque*. Quod sequitur in Ed. H. *ne* pro *nec* ex perperam lecto compendio, *nc*, ortum est. Mox Cod. R. 3. *reputabatur* pro *putabatur*. Cod. Aug. post *nec qui* addit *id*. *Mr.*

In summo apud illos honore geometria fuit] Edd. C. H. V. habent cum Rob. Steph. *hon. ap. illos* Cod. Rehd. *apud nos*. Sequitur *geometrica* pro *geometria* in Codd. Reg. 4. Mon. 2. De constructione v. F. Wüllner: die Bedeutung der sprachlichen Casus u. Modi p. 86. Pergunt Codd. Reg. 4. et Marb. *nihil itaque*, quod non displicet: sed videtur esse correctoris. Mon. 2. habet *nil*. Gud. 2. *nihil in math*. *Mr.*

nihil mathematicis illustrius] *Nihil* saepe de personis poni pro *nemo* monet Kritz. in censura Ed. Kühneri (A. S. Z. 1830. III. 901. sq.) laudans Cic. ad Famm. IV. 4. Liv. III. 14. 5. Nep. Alcib. I. 1. Heindorf. ad Hor. I. 3. 18. Ruddimann. Inst. Gr. Lat. II. p. 103.

dique utilitate huius artis terminavimus modum. At contra 3
oratorem celeriter complexi sumus: nec eum primo eruditum, aptum tamen ad dicendum: post autem eruditum. Nam Galbam, Africanum, Laelium, doctos fuisse traditum est: studiosum autem eum, qui his aetate anteibat, Cato-

---

Add. I. Ker. Selectt. de L. L. Obss. (Lond. 1709.) T. I. sub v. *nihil* n. 15. *Mr.*

At nos metiendi — modum] Cod. Reg. 1. *at ad nos.* Gud 1. *ad.* In Ed. Wolfii 2. est *utilitati,* operarum, ut videtur, vitio. Post *utilitate* additur *inspecta* in Codd. Rehd. Reg. 3. Rehd. Edd. H. Ven. Asc. 1. 2. Camerar. A. B. S. E. C. Sed iam Camerarius ad h. l. ait: „In Venetis non est *inspecta:* et nescio quo pacto vacare plane videtur." Recte ille. Otiosa plane est glossa, cuius optimi libri ne vestigium quidem habent. Pergit Mon. 2. *terminavimus modum artis huius.* Cod. Marb. *terminamus;* quod est correctoris, qui crederet intelligendum esse *terminare solemus.* Perfectum autem significat, hoc a maioribus ita institutum adhuc manere. Ad h. v. Muretus: „i. e. nihil in eis artibus subtilius quaesivimus." Ed. H. habet *ratiocinandi* omisso *que. Mr.*

c. 3. *Oratorem celeriter complexi sumus*] Ad rem cf. Susii Lima Ciceroniana (Antverp. 1620.) cap. IV. p. 32 sqq. Ellendt. Hist. Eloq. Rom. praemissa ei. Editioni Bruti Ciceroniani p. XIII. sqq. Pro *complexi sumus* Cod. Duisb. habet *complexímus:* pro *primo* Ed. H. *primum.* Verba *post autem eruditum* absunt a Cod. Mon. 1. In Cod. August. est *discendum. Mr.*

Nam Galbam, Africanum, Laelium] Scribitur in Codd. Reg. 3. Rehd. Mon. 1. *et Africanum et Laelium,* et sic etiam Ed. H. De his vero omnibus iisque, quorum in proxime subsequentibus fit mentio, qui plura edoceri velit, adeat Ellendtii scriptionem, quam laudavimus: qui nil nisi Ciceronis de iis iudicia velit, ei satisfaciet Schützii Lex. Cic. T. I. s. vv. Scribitur autem in Ed. H. *edoctos fuisse:* eadem cum A. B. S. E. M. Sylb. Ald. Sturm. Ven. Asc. 1. Car. Steph. Gryph. Boul. Lambb. Goth. cum Codd. Rehd. Oxon. 1. Mon. 1. Vind. 1. *memoriae traditum est.* Sed optimi Codd. non agnoscunt illam glossam. Scribitur *traditum est* de Legg. I. 1. 3. *Mr.*

studiosum autem eum] Haec ad *traditum est* esse referenda, nec vero ad *complexi sumus;* non moneremus, nisi quosdam errasse deprehendissemus; quare etiam Kühnerus in hoc loco enucleando paullo longiorem se fuisse fatetur. *Doctos* explicat Or. universe literis imbutos: *studiosos,* qui Graecorum more arti eloquentiae, quam theoriam vocant, operam dabant. Post *autem* in Codd. Vind. Aug. additur *fuisse,* quod plane otiosum est. Scriptionem *his* praetulimus cum Lamb. Dav. F. A. Wolf. Orell. In talibus enim rebus, qualis est scriptio pronominum demonstrativorum *his* et *iis,* non pendemus a Codicum auctoritate, quia hi quidem semper fluctuant: sed videnda est sententia, quae requiritur. Nostro quidem loco *his* placet, nimirum: *quos modo dixi.* Dativum autem exhibent plerique libri: accusativum *hos* habent Codd. Bern. Aug. *eos* Duisb. Reg. 3 (in quo est: *qui anteibat hos aetate*) Vind. 1. Mon. 2. Edd. Col. S. E. M. Boul. Sturm. Ald. Sylb. Gryph. Lamb. 1. Goth. Car. Steph. . In Cod. Rehd. legitur: *qui anteibat iis aetate,* in Ed. H. *qui anteibat aetate.* Kühnerus praefert *iis* laudatque B. Wunderum in Iahnii Annalibus (Jahrbb. f. Philol. u. Paed.) V. 2. 1827. p. 141. Sed vid. eius censorem Lips. 1831. 199. p. 1559. *Mr.*

Carbonem] Sic restituit Beroaldus, nec aliter edidit Erasmus:

nem: post vero, Lepidum, Carbonem, Gracchos: inde ita magnos nostram ad aetatem, ut non multum aut nihil omnino Graecis cederetur. Philosophia iacuit usque ad hanc aetatem, nec ullum habuit lumen literarum Latinarum: quae illustranda et excitanda nobis est, ut, si occupati profuimus

---

nam Codices absurde dant *Catonem*, cuius iam ante meminerat. Vide Ciceronem in Bruto cap. 27. *D.*

Carbonem] Probam lectionem (pro *Catonem*) habent libri admodum pauci: eam exhibent Codd. Ox. 1. Bern. Reg. 2. 3. Edd. post B. S. E. Camer. fere omnes. Verba *post — Carbonem* omittit Cod. Gud. 2. Ad v. *nihil omnino* vid. O. M. Müller. in Cur. Sec. ad Or. pro Sest. p. 79. *Mr.*

Inde ita magnos] Sic Reg. ed. Med. Vulgo *deinde. D.*

i n d e ita magnos] Sic Reg. 1. Oxx. plerique, Rehd. Duisb. Bern. Edd. H. P. F. A. Wolf. Sch. Or. Sequitur *ad nostram aetatem* in Aug. Vind. 1. Duisb. De significatione et usu vocis *aut*, quae mox subsequitur, vid. Handii Tursellinum I. p. 537. sq. Pro *cederetur* est *cederent* in Codd. Vind. 1. (in marg.: al. *cederetur*) Mon. 1. Ox. 3, Leid. (quod non debebat probare Bouhierius) Lamb. autem 1. exhibet errore typographico in Indice erratorum correcto, *cederemur*, unde in Lambb. Goth. Verb. Sch. et Oliv. enotatum est Lambinum edidisse *cederemus*, ut dedit Fr. Fabr. cui ea scriptio (quae, si eam voluisset exhibere Lamb., coniectura esset) prae Codicum lectione placet. *Mr.* Eadem de re gloriatus est Cicero inf. II. 15. de N. D. I. 4. de Divin. II. 2. *Schuch.* Cod. Aug. omittit *omnino* et exhibet *crederetur. Mr.*

Philosophia iacuit usque ad hanc aetatem] Post *philosophia* additur *vero* in Codd. Rehd. Vind. 1. Ed. H. — *Latuit* pro *iacuit* ex inepta correctione est in Edd. P. A. S. B. E. C. V. Ven. Iunt. Asc. 1. 2. Cam. quam probare non debuit Ern., usus Ciceroniani frequentissimi memor, et respiciens ad oppositum *excitanda*, de quo monuit F. A. Wolf. in scholis, et iam docuit Muretus ad v. *illustranda et excitanda* hoc scholion addens: „Duo duobus reddidit; dixerat enim eam *iacuisse* et nullum habuisse *lumen* literarum Latinarum.“ *Mr.*

Nec ullum habuit lumen literarum Latinarum] Verba *lumen* et *Latinarum* omissa sunt in Cod. Marb. Fieri nimirum potuit, ut compendiis literarum scriptus esset liber, quem ad manum haberet, et tres illae voces, exaratae *lmn. lrm. Lrm.*, una viderentur librario perperam ter posita, cum, ut solebat fieri, ad sententiam nihil attenderet. Inverso ordine scribitur *Latinarum literarum* ut §. 1. in Codd. Gud. 2. Duisb. Rehd. Vind. 2. Ed. Crat. Ad sententiam Camerarius haec: „Significat defuisse philosophiae eloquentiam. Epicuri vero aemuli hoc loco notantur, quos et alibi dicit minime malos, sed parum acutos esse. Iam Aristotelis hoc notum est: *αἰσχρὸν σιωπᾷν, Ἰσοκράτην δ' ἐᾶν λέγειν*, quem versum de tragoedia in illum Rhetorem interserit. Sequitur figura sermonis inusitatiuscula (c. 4. §. 7.) *in quam exercitationem operam dedimus*. Simile autem est vel quod dicimus: *dare nomen in militiam*, vel, quod magis placet, *in potestatem esse*, et *in honorem* et *in discrimen versari*. Paullo superius *iacuit*, ut videtur, verum est. Nam et ita paullo ante: *i a c e n i q u e ea semper, quae apud quosque improbantur* (§. 4.) et Att. II. *tanto me dolore affecit, ut postea i a c u e r i m.*“ *Mr.*

Ut si occupati — otiosi] Profert haec Nonius in *occupatus*. *D.*

ut, si occupati profuimus aliquid etc.] Verba *ut si* usque ad *nobis est* desunt in Cod. Aug. „Videtur respexisse ad id, quod in Ori-

aliquid civibus nostris, prosimus etiam, si possumus, otiosi. In quo eo magis nobis est elaborandum, quod multi iam 6
esse libri Latini dicuntur, scripti inconsiderate, ab optimis illis quidem viris, sed non satis eruditis. Fieri autem pot-

---

ginibus scripserat Cato: *magnorum virorum non minus otii, quam negotii rationem extare oportere.*" *Muretus.* Quod, ut magis Ciceronianum, in seqq. coniecit Ernestus: *si possimus*, pro *si possumus*, exhibent Codd. Gud. 1. Gud. Rehd. Vind. 1. Ed. H. Nec vero eo fit probabilius. Laudat Orell. II. 3: *ut eos, si possumus, excitemus.* Vocem *aliquid*, quam non sine vi addidit Cicero, perperam omittit Ed. P. *Mr.*

In quo eo magis nobis est elaborandum] Cod. Gud. 2. *in quo qv. eo.* Scribitur *eo nobis magis* in Codd. Rehd. Gud. Mon. 1. Reg. 3. *Est* ante *nobis* habent Reg. 2. Bern. Edd. Rob. Steph. Dav. Vocem *est* omittit Reg. 4. Cod. Gud. habet *nobis elaborandum.* Transponuntur etiam in seqq. verba, scribiturque *latini libri* in Codd. Reg. 2. 3. 4. Mon. 1. Vind. 1. Edd. Car. Steph. Ven. Asc. 1. 2. Boul. Gryph. Ald. Sylb. Sturm. Lamb. 2. Goth. Grut. Gron. Oliv. Ern. Sch. W. Or. Nos cum Regio 1. pauciores sequimur. Cod. Gud. habet *libri latine — scripti.* Cod. Mon. 2. habet *scripti dicuntur.* Vind. 2. *dicuntur esse scripti.* Gud. 1. *libri Latini.* Gud. 2. *libri dicuntur scripti*, om. *latini.* Aug. *esse libri scripti dicuntur latini. Dicuntur* dicit *urbane* pro *sunt. Mr.*

Libri Latini — non satis eruditis] Amafanium notat aliosque nonnullos ex Epicuri grege, quos eo nomine perstrinxit etiam lib. I. Acad. cap. 2. Adi sis et Tusc. IV, 3. *D.*

inconsiderate] Dav. in Ed. 2. „Doctissimus, ait, Bentleius legit *incondite*": quod si libris MSS. firmaretur, admodum esset probandum. *Incondite* enim noster de scriptione vel locutione ponit de Or. III. 44: 175: *quod ille rudis incondite fudit*; sed *inconsiderate* de factis, veluti de Offic. I. 29: *ut ne quid temere ac fortuito, inconsiderate negligenterque agamus.* Idem est usus adiectivorum. In Cod. Mon. 1. scriptum est *mosiderate.* Ceterum non *Amafanium* tantum notari h. l. monet Orellius, sed universe Epicureos Romanos, qui scripserant libros philosophos; *Rabirium* etiam et *Catium. Mr.*

ab optimis illis quidem viris] Ita Codd. Reg. 1. 2. 3. 4. Gud. 1. 2. Aug. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. Bern. Vind. 1. 2. Edd. praeter secundam F. A. Wolffii, Reiskium et Schütz. omnes, nisi quod *illis* abest ab Ed. Crat. et *viris* ponitur ante *quidem* in Cod. Mon. 2. et Ed. H. Wolfii. *Illi* coniecit Ern. idque ex nostris Cod. habet Marb. quod correctori videtur deberi. Morgensternius V. Cl. in Progr. laud. p. IV. ait: „In ed. priori Wolfius retinuit *illis*, pro quo Ern. iam maluit *illi*, ut ad libros pertineret. Defendebat autem Wolfius vulgatam lectionem sic: primum, *quidem* post pronomen *illis* positum esse traiectione quadam pro hac formula dicendi: *Ab optimis quidem illis viris, sed non satis eruditis*; deinde, multos esse Ciceronis locos, quibus *ille* sine honoris testificatione positum reperiatur; ut *iste* non semper cum contemptionis significatione, quamquam utrumque proprie ita ponatur. In altera tamen editione recepit coniecturam *illi*, oblitus notare lectionis Ernestinae diversitatem: nam in contextis quidem Ern. reliquerat *illis.* Nobis quoque h. l. magis placet *illi.* Sic Tusc. III. 4. 11: *Graeci volunt illi quidem, sed parum valent verbo.*" Hoc exemplo nihil probari, neminem fore credo, quin intelligat. Et ipsum in tertia editione receptae illius coniecturae poenituit Wolfium. Nec vero plus proficitur Nissenii

est, ut recte quis sentiat, et id, quod sentit, polite eloqui non possit: sed mandare quemquam literis cogitationes suas,

---

defensione lectionis *illis*, l. c. p. 3. qui se semper vidisse congruere ait pronomen hoc, ubi cum *quidem* iungeretur, nomini, cui additum esset. Ne vero quis dicat pronomen *ille*, si ita quasi πλεοναστικῶς ponatur, respicere debere ad substantivum aliquod praecedens, quale h. l. est *libri*, is consideret locos, quales hi sunt, in quibus *ille* praecedit substantivo, cui adiungendum est: infra II. 22: *magnum quidem illum virum* III. 16. 35: *tarda illa quidem medicina*. Nostram etiam lectionem praefert C. Beier. ad Cic. de Off. III. 9. 39. p. 247, qui in annot. ad eos libros saepius de nostra constructione loquitur. Exempla, quibus substantivum postponitur, exhibet ad II. 6. 21. p. 44. ubi etiam scripsit noster: *quae sordidissima est illa quidem ratio*. Neque FAWolfius in scholis, quas edidit Orellius, Ernestinum illud *illi* probavit. Nobbius scripsit *illi[s]*. *Mr.*

Fieri autem potest] „Mallem: *Ferri autem potest*.“ *Manutius*. Contra monet F. A. Wolfius, ironiam inesse in illo *fieri*, nequaquam obliterandam. Fr. Fabr. contra Manutium ait: „concessioni indidisertae orationis in bene sentientibus verbum *fieri* non male convenit.“ *Mr.*

Fieri autem potest] P. Manucius mavult, *ferri autem potest*: Plane contra mentem Ciceronis. Nemo sane dubitet, quin fieri possit, ut quis sit γνῶναι μὲν περιττός, ἑρμηνεῦσαι δὲ ἀπέριττος, quod Philostratus in Secundi Sophistae vita tradit pag. 544. Pariter Lucianus de Timocle: Συγιέναι μὲν γὰρ εἰς ὑπερβολὴν ὀξύς ἐστι καὶ λεπτογνώμων, ὥς φασιν οἱ ἄμεινον τὰ τῶν Στωϊκῶν εἰδότες. λέγων δὲ καὶ ἑρμηνεύων ὑπ' ἀσθενείας διαφθείρει αὐτὰ καὶ συγχεῖ, οὐκ ἀποσαφῶν ὅ, τι βούλεται. Vide Iovem Tragoed. Tom. II. pag. 143. *D.*

ut recte quis sentiat] De scriptione *quis* pro *aliquis*, praecedente *ut*, vid. Handii Tursellinum I. p. 261 sq. Ad sententiam v. infr. II. 3. 7. Pro *quod sentit* est *quod sentiat*, minus bene, in Codd. Rehd. et Gud., quamquam, qui ita correxit, fortasse non minus sapere sibi visus est, quam Ernestus, quum paullo superius corrigeret: *prosimus etiam, si possimus, otiosi*. Ad v. *polite* cf. Cic. Brut. 19, 76: *luculente quidem scripserunt, etiamsi minus, quam tu, polite*. Cod. Gud. 2. *polite eloqui* (sic). *Mr.*

Mandare quemquam — et otio et literis] Hunc locum citat Eginhartus in Prooem. ad vit. Caroli M. pag. 8. *D.*

Sed mandare quemquam literis etc.] Ed. H. *literis quemquam*. In Cod. Mon. 1. compendium est, quod alibi significat *quamquam*. Ceterum, quod vere monet Kühnerus, potuisse abesse h. l. *quemquam*, cum sequatur *hominis — abutentis* (coll. de Off. I. 28. 99.), non movere nos debet, ut, ista accedente lectionis diversitate, illam vocem spuriam esse existimemus. In seqq. exhibent *suas cogitationes*, inverso ordine, Cod. Aug. Edd. Med. Iunt. Scur. Ven. Asc. 1. 2. Camer. P. A. B. E. Tum Cod. Gud. *nec accurate illustrare possit*. Cod. Gud. 2. *quae aetas nec*. Marb. *alicere re lectorem* (sic). Vind. A. *lectorem allicere*. Codd. Reg. 3. Mon. 2. *abutentis intemperanter*. Aug. *abut. intemperate*. Sequens *et* ante *otio* omittit Cod. Mon. 1. *Ipsi suos libros* habet Cod. Duisb. *Ipsi* omittit Aug. Mox Reg. 3. *legent — attigerit*. Pro *eandem* est *hanc* in Ed. H. unde coniiciat aliquis, iungendum esse utrumque scribendumque *qui hanc eandem licentiam* etc. ut est infra III. 4. 7: *hos eosdem motus*, et saepius alibi. Sed non opus est hac emphasi. Mon. 1. habet *qui tandem*

quia eas nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis et otio et literis. Itaque suos libros ipsi legunt cum suis, nec quisquam attingit, praeter eos, qui eandem licentiam scribendi sibi permitti volunt. Quare si aliquid

licentiam. Vind. 1. *scribendi licentiam* non male. Cod. Gud. 2. *contingit* pro *attingit*. Aug. *nolunt*. *Mr.*

Oratoriae laudi] Vulgo *laudis*, ac ita Reg. aliique plures Mssti. Sed veteres editos, praeeunte Cl. Bentleio, sequimur. Cicero de Orat. I, 28. *Ut ad hanc similitudinem huius histrionis* oratoriam laudem *dirigamus*. Idem in Bruto cap. 30. *Quoniam per illos ne haec quidem in civitate genera* oratoria laude *caruerunt*. Vide sis et cap. 85. *D.*

quare si aliquid oratoriae laudi nostra attulimus industria] Locus admodum vexatus, quamquam non admodum difficilis ad diiudicandum. Videamus primum de lectione, tum de interpretibus. Pro *si aliquid* est *si quid* in Codd. Marb. et Bern. posterior ex prava correctione: nam *si aliquid* ponitur pro: *si, quod operae pretium sit, attulimus*, ut §. 5. *si occupati profuimus aliquid civibus nostris*. Qua de re non necesse est disputare post Handium in Tursellino I. p. 262—264. Illud addo, Ellendtio in Commentat. de Formis Enunciatorum Conditionalium L. L. p. 70. h. l. *si* dictum esse videri pro *quoniam quidem*. Sed haerent potissimum in sequentibus. Scribitur nimirum *laudis* in Codd. Reg. 1. 2. 3. 4. Bern. Marb. Rehd. Gud. Duisb. Vind. 1. 2. Guelf. Ox. 5. Edd. P. H. Grut. Verb. Gron. Alt. Ern. Reliqui habent *laudi*. Illud primus defendit Muretus, dicens: „Omnes veteres libri [quod verum non esse vides] *oratoriae laudis*: idque fortasse verius sit: ut se *Oratoriae* i. e. (arti) Rhetoricae laudis aliquid industria sua attulisse dicat. M. Fabius Lib. 2. [cap. 14. p. 175. Burm.]: *Rhetoricen in Latinum transferentes, tum Oratoriam tum oratricem nominaverunt*." Accedit ei I. Gebhardus in Crepund. p. 382, qui „Stupida, ait, lectio *oratoriae laudi* etc. et in annot. addit: *laudis* restituimus ex tribus Pall.; accedit iam quart. Martinian. Gembl. Fabr. Pithoei. Eique assentit Verb. Wopkensius Lectt. Tull. p. 68 sq. ed. Hand.: „*Laudis* sanum videtur. *Aliquid oratoriae laudis* h. e. aliquam laudem oratoriam, aliquam laudem in dicendo, vel aliquem *honorem eloquentiae*, ut loquitur Tullius de Clar. Or. c. 10: *Iam temporibus Troicis tantum laudis in dicendo Ulyssi non tribuisset Homerus et Nestori, nisi iam tum esset honos eloquentiae* etc. Illud *aliquid laudis oratoriae* Cicero *attulerat*, h. e. ex Graecia ad Romanos transtulerat, Graeciae eripuerat, in suamque pertulerat civitatem, ut infra loquitur II. 2: *hortor omnes — ut huius quoque generis laudem iam languenti Graeciae eripiant*." Ad quae Handius: „Non loquitur Cicero de arte aliunde translata, sed de oratorio studio sua industria culto atque ad laudem communem elato. *Affertur* autem *aliquid laudis*, ubi nulla erat antea laus, sed *affertur aliquid laudi*, quando ea unius alicuius opera augetur. *Laus* vero dicitur et de gloria et de re laudabili. Atqui Ciceronis sententia est: si mea opera Romana eloquentia aliquantum provecta et laude ornata est, multo studiosius philosophiam usque ad hanc aetatem iacentem illustrabo. Attulit igitur *aliquid* i. e. aliquantum in oratoria arte *laudis*, quae parva aut nulla erat, non *laudi*, quae antea iam constaret. Hoc quamvis modestius dictum videatur, illud tamen Ciceroni magis convenit. Et verbi *afferre* absolutus usus erat, cur librarii *laudis* in *laudi* mutarent. Vid. p. Milon. 28, 77." Bentleii

oratoriae laudi nostra attulimus industria, multo studiosius
b. philosophiae fontes aperiemus, e quibus etiam illa manabant.

---

sententiam vides ad calcem ed. nostrae. Ei accedit Bouhierius, qui in uno Cod. Leid. reperit *laudi*, quod habent etiam Oxonn. aliquot, noster Mon. 2. et Edd. vett. fere omnes. Adstipulatur eidem Reiskius, dicens: „est idem atque: si aliquid ornamenti aut adiumenti ad laudem oratoriam attulimus.“ Ernestus lectioni *laudis* patrocinatur. *Attulimus*, ait, referri potest ad Latinos, Romanos, his attulit laudem oratoriam. Lallemandus unice probabat *laudi*, idque se in duobus Codd. e regiis reperisse dicit. Nissen, contra Bentleium disputans, nihil attulit, quod repetere operae pretium sit. Morgenstern. l. c. p. 5. cum Davisio facit, monuitque, Ernestum sibi non constare, qui in textu reliquerit *Oratoriae*, maiuscula litera, quasi de arte sermo sit, in annotatione autem de laude oratoria loquatur. Artem vero oratoriam a Cicerone nunquam simpliciter dictam esse *Oratoriam*. Praeterea genitivum *laudis* ab Ernesto non bene defendi, idque eodem iam modo factum esse a Wopkensio. „Nam, ait, verbum *afferre* reperitur illud quidem sine dativo, ut si dicas: *moram affert* (conf. Cic. pro Sext. 61.) et similia. Hoc tamen loco durius omissum esset *Romanis*.“ F. A. Wolfius in scholis ap. Orell. *laudi* probat, itemque Schützius et Kühnerus. Posterior explicat *oratoriae laudi* sic: h. e. *arti oratoriae laude dignae*: quae quidem explicatio mihi minus probabilis videtur, quam lectio. Orellius recepit quidem *laudi*, sed in ann. ad scholas Wolfii Handio assentit, sententiam loci, ut supra scriptum est, explicanti: *si* mea opera etc. Quod ad sententiam accedo, modo pro *ornata est* dixisset *aucta est*: quod ad lectionem reliquamque explicationem dissentio. Quodsi enim, ut recte dicit Handius, *affertur aliquid laudis*, ubi nulla erat antea laus, *affertur aliquid laudi*, quando ea augetur: quid potuit esse arrogantius et magis a veritate alienum, quam dicere, nullam antea fuisse laudem oratoriam Romanorum, eamque primum a se (Cicerone) esse invectam et quasi natam? Quid? ut reliquos omnes, qui ante Ciceronem arte oratoria clari recensentur ab Ellendtio l. c., praeteream, nulla fuit ars Hortensii, qui primum dixit in foro a. u. c. 658., cum Cicero esset puer undecim annorum? Ego, quamvis etiam Garatonius ad Cic. Phil. II. 8. p. 217. accedat Wopkensio, *oratoriae laudi* praeferendum existimo, verboque addam ex Symbolarum mearum ad Ciceronem Specimine I. p. 13 sq. me meam qualemcunque coniecturam: *Quare si aliquid oratoriae laudi nostrae nostrâ attulimus industria* — eam me etiam nunc non plane improbare, nisi illud minus commode accideret, quod *nostrae* ad Romanos, *nostrâ* ad ipsum Ciceronem referri deberet. Cum Bentleio facit Buggius l. c. p. 9 sq. *Attulit* habet Gud. 2. *Mr.*

multo studiosius philosophiae fontes aperiemus etc.] Gebhardum, qui in Crepund. p. 382. ex uno Cod. protulit *multos*, merito vituperat hoc probantem Bouhierius. Pergit Cod. Daisb. *de quibus*. Erat fortasse librarius intempestive memor versus illius Horatiani A. P. 337: *omne supervacuum pleno de pectore manat*. Ad v. *manabant* Pearcius haec: „*illa*, sc. *disponere*, *illustrare* et *delectatione afficere lectorem*. Sed mihi, fateor, fere persuasum est, Ciceronem scripsisse *manabat*, ut hoc verbum ad *oratoriam laudem* respiceret, quae proxime praecesserat.“ Firmat, si quid hanc coniecturam firmare potest, Pearcii suspicionem scriptio Codd. Marb. et Ox. 1. recepitque eam Lallemannus, qui eandem lectionem se in duobus Codd.

Sed ut Aristoteles, vir summo ingenio, scientia, copia, 4

regiis reperisse testatur: probabat etiam Ern., nec improbabat Nissen. l. c. p. 3. opem inde laturus suae coniecturae parum felici, *tulimus* pro *attulimus*. Improbat Goerenzius ad Cic. de Legg. III. 8. 19. p. 239. vel certe non probat, sed eo utitur ad simile neutrum fulciendum, scribens: *ex quibus fontibus etiam illa* (oratoria laus) *manabant*. Ego, quod pace Viri Cl. dixerim ad *illa* intelligo: *quae attulimus*, sive, ut F. A. Wolfius in scholis: *quae in oratoria arte praestitimus*. *Mr.* 7

c. 4. *vir summo ingenio, scientiae copia*] „Haec duo postrema verba non leguntur in manu scripto.“ *Ursinus*. „Duas voces sine coniunctione posuit, ut in Antonium: *summa cum dignitate, constantia, ad ea, quae quaesita erant, respondebat* et in eundem; *tamen eorum ora, sermones, qui ex eo numero in urbe relicti sunt* et in epist. ad Appium: *quoque plura virtutis, industriae ornamenta in te sunt.*“ *Muretus*. Bentleii sententiam vides infra. Bouhierius vel cum MS. Ursini abiicienda censet verba *scientiae copia*, vel scribendum *et scientiae copia*, ut subaudiatur *summa*, vel cum Bentleio legendum *summa ingenii et scientiae copia*. Unus Leid. habet: *summi ingenii et scientiae copia*. Ex Codd. nostris Reg. 2. omittit *copia*. Ed. P. habet *sciente copia*. Ox. 1. cum Cod. Urs. facit. Verb. in marg., nescio unde, notavit, Lambinum exhibere *sapientiae copia*, aliòs *scientiâ, copiâ*: quae posterior tamen est Lambini lectio, eaque verissima. *Mr.*

Vir summo ingenio, scientiae *copia*] In suo Msto duo postrema verba non legi testatur Ursinus. Quum vero ea reliqui servent Codd. reponendum videtur *scientia* et *copia*, quemadmodum monuimus ad lib. II. de Divin. cap. 1. Nec quemquam male habeat loquendi ratio; nam pari modo *commodiorem hominem, adventum, tempus* dixit Terentius Andr. Act. V, Sc. 11, 3. Cicero in Verrem lib. IV. cap. 58. *Requisisse dicitur etiam Archimedem illum* summo ingenio *hominem* ac disciplina. Minucius Felix Octav. cap. 2. Relicta *domo, coniuge, liberis*. Et quae sunt huiusmodi plura. *D.*

vir summo ingenio, scientia, copia] Ita correxi ex emendatione Lambini, quam receperunt etiam Olivetus, Lallemannus, Schützius, Orellius et Ed. Ton. neque improbavit Bentleius. Accedit Goerenz. ad Acadd. I. 4. 17. p. 28. Morgenstern. l. c. p. v. qui eam lectionem etiam in ed. Oxon. 1783. T. II. p. 335. reperisse se memorat, haec addens: „*Scientiae copia* Ciceroniano quidem loquendi usu non reperitur: *doctrinae* vel *eruditionis copiam* rectissime dixeris. Est etiam male ἀσύνδετος lectio vulgata. Sunt quidem exempla copulae in *duobus* tantum verbis omissae: sed nonnisi ubi est emphasis quaedam, qualis h. l. nulla. Ceterum admirabilem quandam scientiam et copiam Aristoteli Cicero tribuit Orat. I. §. 5.“ Orellius: „Tria omnino sunt, inquit: *ingenium* a natura Aristoteli datum, *scientia* ab ipso comparata, *copia* sive eloquentia.“ F. A. Wolfius nunquam iunxisse Ciceronem vere ait ea verba ita, ut sunt in vulgatis: quodsi vero iunxisset, eum dicturum fuisse *atque scientiae copia*. Becherus ita explicat *copiam*, ut sit rerum perceptarum et cognitarum multitudo, quas vel suo ingenii acumine excogitaverit, vel undequaque collegerit. Beierus autem ad Cic. de Off. II. 5. 16. p. 34. eandem, quam nos, lectionem secutus „*scientiam*, ait, se non cum Becchero in Prolusione Ligu. 1820. vulgata (Cicero's Prolog z. I. Tusc. Disp. krit. philol. erläut. Forts. p. 36.) rationem subtiliter disserendi, et quaeque ad ultimam sui generis formam speciemque redigendi, sequentia adiungendi, perfecta concludendi etc. interpre-

quum motus esset Isocratis rhetoris gloria, dicere etiam coepit adolescentes docere, et prudentiam cum eloquentia

---

tamur, sed multifariam doctrinam; *copiam* autem cum Davisio ad II Divin. 1, 4. ut sit *flumen* orationis aureum. II Acad. 38, 119. Or. III. 18. Off. I. 1. ex. Minime comparandus erat L. I. Or. c. 5. pr.“ Hic certe locus non est comparandus, sed Ciceronis Orator cap. I. §. 5. Plura addere non necessarium videtur, nisi unum hoc: amare in primis Ciceronem hanc trium substantivorum, verborum, adiectivorum et adverbiorum, qualem h. l. habemus, coniunctionem *ἀσύνδετον*, cuius exempla cum sint innumera, unum alterumve addere necessarium non videtur. Nunc adde Orell. ad Cic. Orator. §. 5. p. 4. ed. pecul. cum Beieri annott. *Mr.*

quum motus esset] Codd. Gud. Gud. I. 2. Rchd. Ox. 3. Reg. 1. Mon. 2. *commotus*. Reg. 3. *cum commotus*. Reg. 4. *ut commotus*. Tum Ed. H. Codd. Reg. 4. Mon. 2. Vind. 2. *fuisset*. Codd. Bern. Reg. 1. 2. 4. Gud. Gud. I. 2. Duisb. *Socratis* pro *Isocratis*. Ad rem v. Pflugk. de Theopompi Chii Vita et Scriptis (Berol. 1827. 8.) p. 18. sq. *Mr.*

Motus esset Isocratis Rhetoris gloria] Huc faciunt verba Ciceronis de Orat. lib. III. cap. 35. *Ipse Aristoteles cum florere Isocraten nobilitate discipulorum videret — mutavit repente totam formam prope disciplinae suae, versumque quendam de Philocteta paullo secus dixit; ille enim* turpe sibi *ait* tacere, cum Barbaros (sic recte F. Ursinus et Mssti Oxon. pro *barbaris*, quod editi retinent) hic autem cum Isocraten pateretur dicere. Quinctilianus Inst. Orat. lib. III. cap. 1. *Pomeridianis scholis Aristoteles praecipere artem oratoriam coepit: noto quidem illo, ut traditur, versu ex Philocteta frequenter usus,*

Αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ἰσοκράτην δ' ἐᾷ λέγειν·

sic enim locus est refingendus. Quin et Euripideum illud,

Αἰσχρὸν σιωπᾶν, βαρβάρους δ' ἐᾷν λέγειν·

de Xenocrate *πεπαρῴδηκε* Stagirita. Vide Diogenem Laertium lib. V. §. 3. *D.*

Isocratis rhetoris gloria] In ed. Dav. 2. Graecus apud Quinctilianum versus ita refingendus esse dicitur:

Αἰσχρὸν σιωπᾶν, κ' Ἰσοκράτην ἐᾶν λέγειν.

Et plane sic eum laudat Wolfius in scholis: minus recte. Lünemannus autem in recentissima Quinctiliani editione p. 262. dicit: Versum Graecum [in quo in Codd. post *αἰσχρὸν* sequitur *καὶ*] tanquam glossema uncinis circumcludi malim: nam si Quintilianus eum scripsisset, *Ἰσοκράτην δ' ἐᾶν* posuisset.“ F. A. Wolfius contra in scholis latinam apud Quinctilianum eius versus versionem spuriam iudicat. Spaldingii sententia est ea, quam Lünemannus posuit; quam uberius expositam vid. in Ed. Spalding. I. p. 428 sq. conf. Tom. V. (Suppl.) p. 116. *Mr.*

Dicere etiam coepit adolescentes docere] Dav. in Ed. 2. sic edidit: *Dicere etiam coepit ad adulescentis;* et huic pravae scriptioni hanc annotationem addidit: „Vulgg. *dicere etiam coepit adolescentes docere.* Sed cum nonnulli Codices *docere* praetermittant, acutissimus Bentleius eam, quam recepimus, extudit lectionem.“ Scribitur in Codd. Reg. 1. Gud. I. Ox. 1. *dicere etiam coepit adolescentes*, omisso *docere*. in Codd. Vind. 1. Reg. 2. *docere etiam coepit adolescentes prudentiam, cum el. iungere.* Reg. 3. *dicere etiam coepit, adolescentes decere*, quod est correctoris, qui sensum verbi *dicere* non intelligeret, ad quem apprime facit locus, quem Kleinius V. Cl. ad

iungere: sic nobis placet, nec pristinum dicendi studium deponere, et in hac maiore et uberiore arte versari. Hanc enim perfectam philosophiam semper iudicavi, quae de

---

marg. collationum suarum laudavit, de Or. III. 16, 61: *Hinc discidium illud exstitit quasi linguae atque cordis, absurdum sane et inutile et reprehendendum, ut alii nos sapere, alii dicere docerent.* Gruterus, cum prava distinctione edidisset *dicere etiam coepit, adolescentes docere* (quam habent iam Edd. Ven. Rob. et Car. Steph. Asc. 1. 2. Boul. Gryph. Goth. Lamb. 2. Iunt. Sylb.); Ernestus verba *dicere* et *docere*, non deleta distinctione transposuit, in notis autem verba contextus scripsit, quasi utrobique in libris vett. esset *dicere* (certe ita est in Ed. Halensi 1807.), quod ex nostris in uno est Mon. 2. Et cum non recte intelligeret Ciceronis verba, factum est, ut annotationem conscriberet, quam silentio premere praestat. In Ed. Ald. (1552.) est *discere* pro *dicere*, operarum errore, (habet tamen etiam Cod. Aug.) quo factum est etiam, ut in Ed. Alteri bis scriptum sit *docere*, nec priore loco *dicere*. Bouherius in Codd. nescio quibus cum reperisset *docere etiam coepit adolescentes, et prud.* etc. hanc lectionem manifesto peiorem Ciceroni volebat obtrudere. In collatione Cod. Vind. 1. Alterus recte intellexit locum, contulitque Graecam locutionem διδάσκειν τοὺς νέους λέγειν: melius dixisset λέγειν διδάσκειν. Recte item intellexit loci sententiam Nissen., addens p. 3: *Etiam* ad *dicere* pertinet, non ad *docere*; sed quae sequuntur, *et prudentiam cum eloquentia iungere* cum *docere* (coepit) cohaerent. Cod. Gud. 2. *docere quoque coepit. Mr.*

et prudentiam cum eloquentia iungere] Ad sententiam laudat Orellius Cic. de Div. II. 1. 4. ubi est: *Cumque Aristoteles itemque Theophrastus, excellentes viri cum subtilitate tum copia, cum philosophia dicendi etiam praecepta coniunxerint* etc. Et recte Beroaldus: „nomine *prudentiae* hoc in loco significare videtur philosophiam studiumque sapientiae, [plane, ut loco ex Or. III. 16. 61, supra a nobis laudato, verbo *sapere*,] cuius maximus professor erat Aristoteles. Dixit tamen M. Tull. in 1. de Officiis [c. 1. 8. 4. de Aristotele et Isocrate loquens]: *quorum uterque suo studio delectatus contemsit alterum.* „Idem dixit Cic. de Or. II. 38. 160. Aristotelem adspexisse quidem ea, quae ad dicendi artem pertinerent, artem vero ipsam despexisse: at de Or. III. 35. 141: *Philippum hunc Alexandro filio doctorem accivisse, a quo eodem ille et agendi acciperet praecepta et loquendi.* Et paullo superius: *Aristoteles — rerum cognitionem cum orationis exercitatione coniunxit:* conf. de Or. I. 10. 43. II. 10. 43. In Oratore denique IV. 13, nomine non addito dixit: *eloquentia forensis spreta a philosophis et repudiata. Mr.*

nec pristinum dicendi studium deponere] Recte, ut monet Orellius, Becherus haec verba intelligit de declamationibus, quas eo tempore in Tusculano horis antemeridianis cum aliquot familiaribus instituerat Cicero: laud. Tusc. II. 3. 9. De Constructione *nec — et*, (in qua gradationem inesse docet Frotscher. ad Quinctil. X. 1. 2. p. 9.) vid. in primis Otto in Excurs. ad Cic. de Fin. p. 387. Kritz. ad Sall. Iug. I. p. 8. et quae *nos monuimus* ad Cic. de rep. VI. 21. p. 498. conf. quae posuimus de constructione *nec — que* ad Cic. de Div. 1. 32. 68. p. 163. de Rep. 1. 34. p. 141. Post *deponere* in Reg. 3. sequitur: *et hac uberiore* omissis mediis. *Mr.*

Hanc enim perfectam philosophiam semper iudicavi] Cod. Reg. 3. *etiam* pro *enim* cum Cod. Rehd. Utraque lectio iuncta videtur in Cod. Marb. qui exhibet *Hanc etenim perfectam.* Vocem *philosophiam*

maximis quaestionibus copiose posset ornateque dicere. In quam exercitationem ita nos studiose dedimus, ut iam etiam

---

omittit Cod. Gud. Mox Cod. Duisb. *posset copiose.* Gud. *ornateque posset.* Vocem *semper* omittit Gud. 2. Cod. Aug. habet *de maximis rebus et quaestionibus. Mr.*

In quam exercitationem ita nos studiose operam *dedimus*] D. Lambinus et Fr. Fabricius, auctoritate, prout aiunt, veterum librorum, *operam* delent. Tum demum noto loquendi genere Tullius est usus. Omnes tamen nostri istam vocem repraesentant; [In Ed. 2. ita pergit Dav.; eaque servata Cl. Bentleius rescribit *operam contulimus.*] nec, ut videtur, immerito. Quinctilianus Inst. Orat. XII, 2. *Nonne ad id quoque instrui ab iis, qui* plus in hoc studii dederunt, *oportet?* Si quid esset movendum, facili coniectura reponerem, *in quam exercitationem ita nos studiose operam* impendimus. Ovidius Metam. XIII, 266.

At nihil impendit *per tot Telamonius annos*
Sanguinis in socios —

Seneca de Ira III, 42. *Dies quos in voluptatem honestam* impendere *licet.* Idem Ep. XXVII. *Multum restat operis in quod ipse necesse est vigiliam, ipse laborem tuum* impendas. Alia suppeditabit J. Fr. Gronovius ad Senecae Herc. Fur. vs. 24. *D.*

ita nos studiose operam dedimus] „A quibusdam veteribus libris abest vox *operam;* et fortasse sine vitio tolli potest.“ *Muretus.* „Legendum: *ita nos studiose dedimus*; nam vocem *operam,* quae est in libris vulgatis, ab aliquo indocto fuisse adiectam, vincunt omnes fere, quos vidi, libri veteres: in quibus eius nulla comparent vestigia.“ *Lambinus.* Assentit Lambino Fr. Fabricius, firmavitque eius sententiam J. Gebhardus in Crepundiis p. 382. haec addens: „Iterum Graece locutus est Cicero: sic enim illi: ἐκδιδόναι ἑαυτὸν εἰς τέχνην. Xenophon. Item: ἐκβαλεῖν ἑαυτὸν εἰς πράγματα: Euripides. Ἐκδώσειν σαυτὴν εἰς κοινωνίαν. Idem de Alexandra: Τὸ ποιμαίνειν ἀφεὶς καὶ πόνους, ἐκδοὺς σεαυτὸν μαθήμασι. Tzetzes: Ἀνοσιουργίαις δὲ πάσαις ὅλους σφᾶς ἐκδεδοχότες: Eusebius Eccl. Hist. Lib. I. Cicero infra: *Totosque nos in contemplandis rebus perspiciundisque ponemus.* [I. 19.] Item Tusc. V. pr.: *ut omnibus rebus posthabitis totos se in optimo vitae statu exquirendo collocarent.*“ Ernestus Lambino assentit; nec vero ausus est delere vocem *operam.* Nissen. l. c. 4. defendit etiam, dicens *in* cum accusativo saepe dativi vices gerere. De quo nunc non agitur. Bouhierius, quamquam Lambino assentiens, defendi tamen vulgatam posse existimabat versu Plautino (Casin. Prolog. 22): *Benigne ut operam detis ad nostram gregem:* quod huc nihil facere recte monuit Orellius: neque magis tuetur vocem additiam Ruhnkenii sententia ad Terent. Andr. I. 1. 130. qui eam ut a Cicerone profectam laudat. Reciderunt eam F. A. Wolfius, Orellius, Ton. et Kühnerus quidem adhibet locos Cic. Caecil. 2. de Orat. III. 16. 59. quibus plures, qui ad manum sunt, addere nil attinet: additque in Var. Lect.: „Lamb. et Wolf. recte exterminaverunt *operam*; nam nusquam alibi Tullius dixit *operam dare in aliquid;* tum vero, retenta hac voce, pron. *nos* plane abundare videtur; certe verba sic ordinanda erant: *in quam exerc. nos ita studiose operam dedimus.*“ Postrema quidem ratio non admodum magni videtur ponderis. Ceterum *nos ita* pro *ita nos* est in Ed. Fabr. Sed omnibus probe ponderatis, mihi quoque ista vox, quamquam eam tenent libri nostri recens collati omnes, eiicienda visa est. Nobbius eam cum Ernesto uncinis coërcuit. Mox Cod. Gud. 2. exhibet *ut tamen. Mr.*

scholas Graecorum more habere auderemus: ut nuper tuum post discessum in Tusculano, quum essent complures mecum familiares, tentavi, quid in eo genere possem. Ut enim

---

ut iam etiam — auderemus] Ita scribit Cicero saepissime, quamvis exspectes h. l., quo significatur consecutio continuata, *audeamus*, locutionem suam non ordini temporum, quem logica vel cogitationis norma requirere videtur, sed formae enunciati accommodans, quae, praecedente praeterito, imperfectum Coniunctivi poni iubet. Alia vero paullo est ratio eorum locorum, in quibus, quamvis consecutio significetur continuata, imperfectum coniunctivi ideo ponitur, quia consilium significare vult scriptor, quo id, quod iam durat, efficere voluit. In posterioris generis locis est is, ad quem annotationem conscripsi de Rep. VI. 15. p. 481. Nostro loco similior est Q. Cic. de Petit. Cons. 4: *quoniam exposui, quae subsidia novitatis haberes, — nunc de magnitudine dicam.* Ex Ed. Oliveti ad h. l. Anonymi cuiusdam annotationem recipere haud abs re visum est. Ita autem ille: „Omissum nolim, quod animadvertit in Anglica scriptione quadam Phileleutherus Lipsiensis, hoc est Richardus Bentleius [ad v. *scholas*], has quaestiones non eiusdem esse generis, cuius illae sunt, quae vel praecessere, *Academicae* et *de Finibus*, vel sequentur, *de Natura Deorum* et *de Divinatione*. Hae Tusculanae in morem *scholarum*, quas habebant Graeci, sunt compositae: aliae sunt proprio nomine disputationes. In *Disputationibus* agunt philosophi, et sui quisque ordinis et sectae proprias sententias ita defendunt, ut, quod mente praeceptum attulerant, domum reportent. Quod enim a disputantibus philosophis fieri videbat Cicero, et nos quoque videmus, id in his servavit fictis disputationibus, ne quis forte dubitaret esse philosophos, si videret cedentes veritati. In *scholis* unus est, qui velit doceri; alter, qui doceat. Auditor nihil defendit, non repugnat, parce loquitur, neque alio fine, quam ut alteri det causam loquendi, atque explicandi. „Ego, ait Muretus, vocem hanc [*scholas*] eo sensu apud Plutarchum reperi, apud vetustiores Graecos nondum reperire potui.“ Est videlicet apud Plut. de recta audiendi ratione p. 37. c. ibiq. v. Wyttenb. p. 306. ed. Oxon. p. 231. ed. Lips. cf. eund. ad Plut. de aud. poët. 15. a. p. 72 ed. Ox. p. 119. ed. Lips. Laudat praeterea Kühnerus Tusc. III. 34. Fin. II. 1. Schütz. Lex. Cic. s. v. et suum de Cic. in philos. meritis librum p. 79—81. et p. 149 sq. Add. Baehr. ad Plut. Philop. p. 9. Pro *more* Cod. Gud. habet *in ore*. V. infra initium c. 49. *Mr.*

Scholas] Disputationes; quo sensu *pomeridianas scholas* dixit Quinctilianus III, 1. Noster infra III, 34. *Separatim certae* Scholae *sunt de exsilio — Haec Graeci in singulas* scholas, *et in singulos libros dispertiunt.* Et de Fin. II, 1. *Ne me tanquam philosophum putetis* Scholam *aliquam vobis explicaturum.* Augustinus C. D. lib. II. cap. 7. *An forte nobis Philosophorum* scholas *disputationesque memorabunt?* Sic *τὴν γενομένην ΣΧΟΛΗΝ περὶ τοῦ ἀκούειν* memorat Plutarchus Tom. II. pag. 37. Vide sis et Arrianum Epict. lib. IV. cap. 9. p. 424. et Diogenem Laertium X, 26. *D.*

ut nuper tuum post discessum] Cod. Vind. 5. *post tuum discessum.* „Intelligit Bruti discessum in Galliam Cisalpinam, a Caesare ei mandatam a. u. c. 707, bellum in Africa contra Scipionem, Catonem et Iubam gesturo. V. ad Fam. 6, 6: *Cassium sibi legavit, Brutum Galliae praefecit.*“ *Becher.* — Vox *in* omissa est in Gud. 2. Vocem *nuper* omittit Cod. Rehd. unde noli hanc vocem spuriam existimare: nam et alibi ei explicandi causa addit accuratiorem temporis definitionem.

antea declamitabam causas, quod nemo me diutius fecit: sic haec mihi nunc senilis est declamatio. Ponere iubebam, de quo quis audire vellet: ad id aut sedens aut ambulans dis-

---

Idem Cod. mox: *cum essent quum plures.* Cod. Duisb. *quum essent mecum complures.* Reg. 3. 4. *cum essent plures.* Et sic Gebh. ex tribus Pall. et Ulrich. Eum secuti sunt Gron. Verb. Oliv. Lall. Ern. In Ed. H. est: *ubi cum mecum essēt conplur.* Tum restitui *possem*, cum Dav. dederit *possim*, ex Codd. Reg. 3. 4. Marb. Aug. Duisb. Rehd. Bern. Vind. 1. 2. Mon. 1. 2. et Edd. omnibus. Neque usquam, nisi in Reg. 1. et Ox. 3. reperi *possim*: priorem tacite Davisius secutus videtur. In Reg. 2. est *possit*. Ex lemmate annotationis imperfectae annotationum Bentleii ineditarum videmus, eum virum ad v. *possem* aliquid monere voluisse. Ad v. *declamitabam* laudant Brut. 90. Sueton. de clar. Or. 1. Philipp. V. 7. Add. Philipp. II. 17. p. 291. ed. Wernsd. Marg. Verb. habet ex ed. vet. *ante ea* pro *antea*. *Mr.*

Quod nemo me diutius fecit] Vatic. habet *ditius*; inepte: nam *Thesibus Cicero iam princeps in. Rep. exerceri solebat*, ut docet Quinctilianus lib. X. cap. 5. quod etiam patet ex lib. XII. cap. 11. et ex Tusc. II, 3. Plures veterum locos in hanc rem congessit Pithoeus ad Auctorem de Causis Corr. Eloq. cap. 35. Hunc vero morem graviter castigat Synesius de Insomn. pag. 157. *D.*

Quod nemo me diutius fecit] Ed. H. *quid.* Codd. Gud. et Marb. *diutius me.* In seqq. verborum ordinem *sic haec mihi nunc* recepimus cum Dav. ex Codd. Reg. 1. 3. 4. Gud. I. Marb. Mon. 1. Duisb. Edd. A. B. C V. M. L. Ven. Asc. 1. 2. Ald. Sylb. Gryph. HWolf. Leod. Goth. Boul. Iunt. Rob. et Car. Steph. Orell. In Edd. Grut. Gron. S. E. Ern. FAW. Alt. Nobb. Oliv. est *sic haec nunc mihi*, quod, ut auribus minus gratum, reiiciebat Bouhierius. Pro *haec* est *hic* in Cod. Mon. 1. Ed. P. Vocem *nunc* omittunt Ed. Sturm. Codd. Reg. 2. Rehd. Gud. Gud. 2.; vocem *mihi* Cod. Vind. 2.; pro *nunc* est *non* in Ed. P.; scribitur *senilis est mihi* in Codd. Mon. 2. Vind. 1. Ed. P. in Cod. Bern. inter *haec* et *mihi* vox *nunc* ab al. m. in marg. addita est. *Mr.*

Ponere iubebam etc.] Ed. H. *Et ponere.* Codd. Marb. Gud. 2. *ponere videbam*, sed hic in marg. *iubebam.* Pro *audire* Reg. 1. *audiri.* De sententia verbi *ponere*, quod est Graecorum τιθέναι, θέσις, v. nos ad Cic. de Fato 2, 4. p. 568 sq. Beier. ad Cic. Lael. 5, 17. p. 27. ed. maj. *Mr.*

ad id aut sedens aut ambulans disputabam] Ita (*ad*) ex Pal. 2. Gebhardus, idque nos reperimus in Codd. Marb. Rehd. Duisb. Vind. 1. 2. Ox. 1. Edd. Grut. Gron. Dav. Verb. Ern. et seqq. Primus correxit Guilielmus, quum in Fabr. et Pithoean. codd. reperisset *at*, quod est etiam in pr. tert. et quart. Pal. J. Gebhardus in Crepundiis p. 382. laudat Tusc. III. 9: *Dionysius ad ea disputat, quae apud Homerum Achilles queritur.* Bouhierius male contra eum *ac id*, ut proprie Ciceronianum, defendit, et in eodem errore versabatur Reiskius, qui frugibus inventis ad glandes redierunt. Defendebat etiam *ac id* Davisius in Ed. 1. allato loco ad Famm. III. 8: *Idque me arbitror — pro tribunali multis verbis disputavisse. — Ac id* Ciceronem nunquam dixisse hodie tirones norunt. Est ita in Cod. Mon. 1. et, sec. Bouhier., in Reg. 1. Edd. A. B. S. E. Ven. Asc. 1. 2. In Cod. Reg. 2. est *aut id*, in Ed. P. et Codd. Gud. Mon. 2. Gud. 2. Aug. *at id*, in rell. *et id:* quod quomodo tam diu servari potuerit, merito mireris. De constructione v. Handii Tursellinum I. p. 110 sq. *Mr.*

putabam. Itaque dierum quinque *scholas*, ut Graeci appel- 8
lant, in totidem libros contuli. Fiebat autem ita, ut, quum is, qui audire vellet, dixisset, quid sibi videretur, tum ego contra dicerem Haec est enim, ut scis, vetus et Socratica ratio contra alterius opinionem disserendi. Nam ita facillime, quid veri simillimum esset, inveniri posse Socrates arbitrabatur. Sed quo commodius disputationes nostrae explicentur, sic eas exponam, quasi agatur res, non quasi narretur. Ergo ita nascetur exordium.

A. Malum mihi videtur esse mors. M. Iisne, qui mor- 5
9

Itaque — appellant] Cod. Duisb. habet *quinque dierum*. Mon. 2. *appellabant:* quod est correctoris. In seqq. Ed. H. *Fiebat enim ita.* In Cod. Vind. 1. est: Fiebat *autem hoc modo:* sed punctis infra scriptis: in marg. est: alii legunt *ita.* Quod sequitur *ut*, abest a Cod. Duisb. *Mr.*

Haec est enim, ut scis, vetus] *Ut scis* abest a Cod. Gud. 2. Cod. Reg 3. *Hoc* Rehd. *Haec enim est.* Vocem *enim* omittit Cod. Gud. Scribitur *vetus, ut scis* in Cod. Bern. Edd. S. E. In Vind. 1. August. est: *haec enim, ut scis, est vetus.* Vocem *vetus* non habet Cod. Reg. 2. *Mr.*

et Socratica ratio] Socraticam Academicamque methodum pro una eademque habuisse videtur Cicero. V. de N. D. I. 5. et alibi, quod iam monuit Wyttenbachius in Logic. p. 72. ed. Maass. De Socratica philosophandi ratione sat habeo Meinersium laudasse in utilissimo libro: Allgem. krit. Geschichte der ältern und neuern Ethik, Vol. I. p. 252—254. J. F. Abeggii, V. Cl. Versuch üb. das Allgemeine d. Socratischen Lehrart Progr. Hdlbrg. 1793. 4. J. F. Chr. Graeffe in Neuest. Katechet. Magaz. z. Beförderung d. katech. Stud. T. II. Gotting. 1791. 8." *Schuch.* In seqq. post *Iam ita* Cod. Bern. in marg. additum habet *quam* ante *facillime.* In proximis Cod. Duisb. eandem habet interpolationem, quam ex MS. Colon. in annot. seq. enotavit Davisius, nimirum: *quid verum esset verive simillimum.* Cod. Gud. 2. *non ita* pro *nam ita. Mr.*

Quid verisimillimum esset] MS. Colon. dat, *quid verum esset verive simillimum.* Minus quidem congrue: cum *Socrates in omnibus fere sermonibus ita disputet, ut nihil affirmet ipse, refellat alios; nihil se scire dicat nisi id ipsum; eoque praestare ceteris, quod illi quae nesciant scire se putent; ipse se nihil scire, id unum sciat,* ut ait noster Acad. I, 4. Hinc sequaces eius Academici *omnia in rebus humanis dubia, incerta, suspensa, magisque omnia verisimilia quam vera* statuerunt. Verba sunt Minucii Felicis in Oct. cap. 5. Haec pluribus ostendere, nullum esset negotium; sed in re clara stylo temperandum. Adi tamen sis Augustinum contra Acad. lib. II. capp. 6, 11, 13. et nostrum infra cap. 9. *D.*

Sed quo commodius — explicentur] Vocem *nostrae* omittunt Edd. Med. Ald. Steph. Col. monente Reiskio [Steph. est Car. Steph.] A. B. L. Asc. 1. Ven. Boul. Gryph. Lamb. 2. Goth. In Ed. Iunt. omittuntur verba *quasi agatur res, non:* aberravit nimirum typothetae oculus a priore *quasi* ad posterius. In fine capitis Cod. Ven. 2. habet *igitur* pro *ergo.* In Cod. Aug. sequitur: *M. Tulii Cic. prologus explicit. liber I. incipit.* Idem *itaque* habet pro *ergo. Mr.*

C. 5. *A. Malum mihi videtur esse mors.*] „Quis hic ponat quaestionem, quaeritur. Alii incertam esse personam existimant, et *Au-*

tui sunt, an iis, quibus moriendum est? A. Utrisque. M.

ditorem per *A.*, quod in libris vulg. scriptum est, significari volunt: alii *Atticum:* in quibus est Lactantius Lib. 1. Institut. ut refert Adr. Turnebus Adversar. lib. IX. cap. 18. Sed Lactantium falli puto. Quod autem ad has literas *A.* et *M.* attinet, quae reperiuntur in libris vulgatis, earum nullum exstat in MSC. vestigium. Quod si adscribendae aut retinendae sunt; quod feci, ut ineptis gratum facerem, qui ab usitatis, quantumvis absurdis, discedi non putant oportere: per *A.* malim *Adolescentem* intelligi, quam *Atticum* aut *auditorem.* Meam sententiam comprobat id, quod est lib. 2. non nimis longe a principio: *At tu, adolescens, cum id tibi paullo ante dixisses videri, rogatus a me, etiamne maius, quam dedecus* etc. et verba extrema eiusdem libri: *Sic faciemus, tuisque optimis studiis obsequemur.* Non significari autem *Atticum* declarant illa verba ex libro 3. fere in principio: *Ut enim in Academiam nostram descendimus, inclinato iam in pomeridianum tempus die, poposci eorum aliquem, qui aderant, causam disserendi* etc. Si *Atticus* hac litera significaretur, non dixisset: *poposci eorum aliquem,* sed *poposci Atticum.* Iam per *M.* licet per me significetur *Marcus.* Omnino malim, ubi personarum loquentium mutationes fiunt, inania spatia relinqui, quemadmodum feceram in prima editione. Sed, ut dixi, nolui in me irritare malevolos et ineptos, satis alioqui sua sponte irritabiles, et maxime in re parvi momenti et propemodum ἀδιαφόρῳ." *Lambinus.* De earum literarum *A.* et *M.* explicationibus Muretus ita: „quae mihi omnia insulsissima et ineptissima videntur. Itaque si mei iudicii res esset, libenter eas ex libris omnibus tollerem, et, ut in plerisque vetustis Codd. factum video, colloquentium sermones, interiectis tantum exiguis et inanibus spatiis distinguerem. Ceterum de ratione disputandi, quae hic teñetur, vide quiddam principio lib. 2. de Finibus." Fr. Fabricius contra eorum sententiam, qui *Atticum* intelligi volebant, „Atticum, ait, quis tum *adolescentem* [II. §. 28.] nominasset, qui iam annos LXV. natus erat?" Cum Lambino praeter Fabr. facit etiam Sylburgius. F. A. Wolfius cum Manutio, Lallemanno et Schützio *Auditorem,* Orellius, motus loco L. II. c. 12, *Adolescentem* intelligi vult: Hertelius in nova Forcellini editione Wolfio se applicat. In Codd. plerisque absunt illae literae. Est tamen in Marb. *Discipulus* et *Magister:* in Mon. 1. atramento rubro scriptum: *de contemnenda morte: collocutores Atticus et M. Tullius.* Mon. 2. nonnisi lemma: *de contemnenda morte* habet. In Cod. Vind. 1. expressis literis scribuntur interlocutores: *Aulus* et *Marcus,* et sic expressum est in Ed. nostra Ven. In Edd. Rob. et Car. Steph. Boul. Ald. Sylb. Sturm. Leod. Gryph. est *Auditor — Marcus.* — Ceterum prima capitis verba in Cod. Mon. 1. sunt: *Malum nihil videtur:* in Mon. 2. *Malum videtur mihi.* In Ed. H. ante *Malum* nullum est nomen, nulla litera; sed in seqq. *Cicero* et *Atticus.* Cod. Aug. per totum opus colloquentes facit *Brutum* et *Marcum. Mr.*

Malum mihi videtur esse mors] „Idem videbatur ingeniosissimae et elegantissimae mulieri Sapphoni, quae id etiam deorum immortalium iudicio confirmabat: illi enim, nisi mortem malum quoddam esse iudicassent, nunquam profecto ea carere voluissent. Hoc ipsius argumentum refertur ab Aristotele lib. 2. de arte dicendi. Idem C. Maecenati: qui nullum cruciatum corporis, nullam imbecillitatem, nullam deformitatem deprecabatur, dum vitam modo ac spiritum retinere posset. Versus ipsius, quibus id animi votum complexus erat, apud Senecam, sed nonnihil depravati, leguntur; quos a me

Est miserum igitur, quoniam malum. A. Certe. M. Ergo p. 150. a.

emendatos subiiciam. *Debilem facito manu, Debilem pede, coxa: Tuber astrue gibberum: Lubricos quate dentes. Vita dum superest, bene est. Hanc mihi, vel acutam, Si das, sustineo crucem.* Idem Iphigeniae, quae in Euripidis fabulis ita loquitur: *μαίνεται δ' ὃς εὔχεται θανεῖν' κακῶς ζῆν κρεῖσσον ἢ θανεῖν καλῶς.* Idem denique ipsi rerum omnium parenti naturae, quae omnibus animalibus eum sensum ingenuit, ut vitam suam omni ope tueantur, interitum autem, et omnia, qua videntur interitum allatura, refugiant. — Nam mortem nemo unquam per se ac suapte vi expetiit: sed tantum *κατὰ συμβεβηκός*, quod aliquid aut facere aut pati nollet." — *Muretus.* Ceterum totam hanc disputationem (c. 5—8.) Wyttenbachio ad Plut. Consol. ad Apollon. p. 732. ed. Oxon ed. Lips. p. 55. videtur Cicero ex Crantore sumsisse, itemque, qui fertur, Aeschinem Axiochi scriptorem: laudatque ille vir Cic. Epist. ad Fam. V. 16. ad Titium: — *sin illa te res cruciat — hoc tamen non dubitans confirmare possum.* Muretus autem, Respicit, ait, hoc loco sine dubio ad illud decantatum argumentum Prodici, cuius meminit Socrates apud Xenocratem in Axiocho (eius enim dialogus ille, non Platonis, videtur) his verbis: *ἤκουσα δέ ποτε καὶ τοῦ Πρωδίκου λέγοντος κ. τ. λ.* quam conclusionem, ut aptam, alii quoque philosophi certatim arripuerunt; ut Epicurus, de quo Laërtius: *συνέθιζε δὲ ἐν τῷ νομίζειν, μηδὲν πρὸς ἡμᾶς εἶναι τὸν θάνατον.* Et paullo infra: *τὸ φρικωδέστατον τῶν κακῶν κ. τ. λ.*" *Mr.*

A. Malum mihi etc.] Uterque Codex Eliens. Atticum collocutorem agnoscit; nec aliter Pet. Alcyonius de Exil. pag. 43. et Ioach. Camerarius. Iis praeivit Lactantius Div. Inst. lib. I. cap. 15. ubi, postquam ex huiusce libri cap. 13. nonnulla laudaverat, ita subdit: *Testatus est videlicet Attici conscientiam ex ipsis mysteriis intelligi posse, quod omnes illi homines fuerunt, qui colunlur.* Immerito: Atticus enim tum temporis senex erat; iuvenis autem ille, qui cum Cicerone disputavit, ut patet ex lib. II. cap. 12. Hac igitur litera, quod etiam Lambinus vidit, *Adolescentem* denotari puto. Licet autem viro illi docto nec hae nec aliae personarum notae a Tullii manu fuisse videantur; me tamen non habet adsentientem. Immo, nisi fallor, in nonnullis Codicibus eas praetermisit Librariorum negligentia. Vide Is. Casaubonum ad Dionis Chrysostomi Orat. XXI. pag. 38. *D.*

Iisne, qui mortui sunt, an iis, quibus moriendum est?] Ita dedi (ut legit etiam Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 17. 47. p. 75.) ex Codd. Mon. 2. Vind. 1. 2., ad quos accedunt Gud. et Duisb. in quibus est *hiis;* et Edd. Car. Steph. Boul. Lamb. 2. Goth. Leod. Gryph. HWolf. Camerar. S. E. M. L. Ald. Sylb. Grut. Gron. Oliv. Lall. Ern. FA. Wolf. Or. Nobb. In Edd. Ven. Asc. 1. 2. Sturm. Junt. est *Hisne — an iis.* in ed. Schütz. *hisne — an eis.* In reliquis *Hisne — an his.* Ed. H. habet *mortui qui sunt.* et Reg. 3. *an quibus moriendum est,* omisso *iis.* Tum Codd. Vind. 1. Aug. Edd. Asc. 1. 2. Boul. Car. Steph. Ven. Lamb. Goth. Cam. Gryph. HWolf. Ald. Sturm. Sylb. In H. *est igitur miserum,* et sic ex Orellianis P. A. B. S. E. M. *Mr.*

Est miserum igitur] „Conclusio sumpta e Stoicorum praeceptis, qui negabant quicquam malum esse, quod miseros non efficeret. *Miserum* autem hoc loco non eodem modo accipiendum est, ut statim, cum ait *omnes miseros esse*: sed idem valet, quod efficiens miseriae." *Muretus.*

Est miserum igitur, quoniam malum] „De morte sermo est, quam, quoniam *malum* sit, etiam *miserum* esse affirmat.

et ii, quibus evenit iam, ut morerentur, et ii quibus eventurum est, miseri. A. Mihi ita videtur. M. Nemo ergo non miser. A. Prorsus nemo. M. Et quidem, si tibi constare vis, omnes, quicumque nati sunt eruntve, non solum miseri, sed etiam semper miseri. Nam si solos eos diceres miseros, quibus moriendum esset, neminem tu quidem eorum, qui viverent, exciperes; (moriendum est enim omnibus:) esset tamen miseriae finis in morte: quoniam autem etiam

---

Aut igitur tautologiae accusandus est Cicero, aut interest aliquid inter *malum* et *miserum*. Atque mihi quidem ita inter se diversa esse videntur, ut, si *malum* dicas, non tam sensum illum molestum respicias, quem affert ea res, quae mala appellatur, quam ipsam rei conditionem ac qualitatem; contra, si *miserum* dicimus, de sensu potius molesto cogitemus, quo afficitur is, quem tangit malum, deque misericordia aliorum, qua dignus est. *Malum* igitur est, quodcunque natura sua non bonum est; *miserum* id, cuius incommodum et molestiam *sentimus*, quodque ob hoc ipsum aliorum erga nos misericordiam provocat efficitque, ut eos nostri misereat. Ex quo fit, ut non omne malum miserum sit. Finge enim aliquid, quod per se bonum quidem non est, nec tamen molestum sensum sibi habet adiunctum; *malum* habes, non *miserum*. Si igitur mors homines non attingeret, malum quidem esset, nec tamen miserum. Quoniam autem omnes malo illi obnoxii atque expositi sumus, etiam miserum sit, necesse est. Adeoque haec est sententia Ciceronis: Sunt igitur omnes homines miseri, sive digni, quorum misereat, quippe qui morti, quod malum esse tibi videri dixisti, omnes obnoxii sint." *Bugge.* Significat nostrum locum Isidorus Hispal. Origin. X. 173 (p. 337. ed. Lindem. Gramm. Lat. T. III.) *Miser proprie dicitur eo, quod omnem felicitatem amiserit. Secundum Ciceronem autem proprie mortuus, qui in Tusculanis miseros mortuos vocat propter* [leg. propterea] *quod iam amiserint vitam. Mr.*

Ergo et ii — et ii] Et hic utrobique est *hi* pro *ii* in iis fere libris, qui supra habent *hisne*, et *hii* in Gud. et Duisb. In seqq. post *eventurum* Gud. omittit *est*. Post *miseri*; Cod. Marb. pergit *Ita certe videtur*, sed supra lin. rubro colore *m*. Mox Cod. Rehd. *nemo itaque non*, cum Reg. 3. Bern. sed posterior in marg. ex corr.; Cod. Gud. *nemo igitur non*. In seqq. est: *et tibi quidem si constare vis* in Ed. P.; *et si tibi quidem* in Edd. A. B. S. E. Ven. Med. et Asc. 1. cum Cod. Rehd. In Ed. H. *et quidem sic tibi*; in Cod. Vind. 1. *et tibi quidem si sic constare vis*. Cod. Aug. exhibet: *si tibi non contra ire vis*: ubi agnoscis glossatorem. — Post *omnes* sequitur *qui unquam* in Cod. Reg. 3. Bern. (hic ex corr. in marg.) Mon. 2. Col. Tum Cod. Gud. *non solum erunt* (om. *ve* et *miseri*:). Contra Marb. post *miseri* addit *sunt*. MS. ap. Verb. habet *miserrimi*. In Cod. Aug., glossarum pleno, scribitur: *non solum miseri erunt omnes, qui nati sunt, sed etiam semper miserrimi. Nam — Mr.*

Nam si solos eos diceres miseros] Scribitur *solum* in Codd. Car. Steph. Ox. 1. Gud. 2. Edd. P. A. B. S. E. C. H. Junt. Ven. Asc. 1. 2. Cam.; in Vind. 1. *diceres eos*. Post *moriendum* Cod. Gud. 2. habet *est* pro *esset*. Mox Mon. 2. *exciperes eorum, qui viverent*. Reg. 2. in parenthesi omittit *est*: eam totam suspectam esse Censori alicui Jenensi refert Or. Fr. Fabr. habet *enim est*. Tuetur Morgensternius parenthesin totam. In seqq. Cod. Mon. 2. *finis miseriae*. Cod. Ox. 2. *quando* pro *quoniam*: quales lectionis diversitates oriuntur sexcentae

mortui miseri sunt, in miseriam nascimur sempiternam. Necesse est enim miseros esse eos, qui centum millibus annorum ante occiderunt, vel potius omnes quicumque nati sunt. A. Ita prorsus existimo. M. Dic, quaeso, num te illa terrent? triceps apud inferos Cerberus? Cocyti fremitus? transvectio Acherontis?

Mento summam aquam attingens siti enecatus Tantalus?

---

ex scribendi compendiis. Pergit Cod. Gud. *tn* (i. e. *tamen*) pro *autem*, cujus loco Cod. Bern. in marg. habet *enim*. Gud. 2. *quoniam quidem mortui*. Tum Cod. Marb. *nascuntur* pro *nascimur*, quod est correctoris, ad praecedens *sunt* respicientis. Tum Ed. Fabr: *Necesse enim est*. Vind. 1. *eos esse miseros*. Cod. Gud. *miseros esse*, omisso *eos*. Pro *millibus* antiqua scriptio *milibus* est in Codd. Marb. Gud. posterior habet *cederunt* pro *occiderunt*. Ed. H. *omnes qui nati sunt. Mr.*

Centum millibus annorum ante] „Non videtur, cum ita loquatur, putare mundum coepisse ab ullo temporis principatu: eius autem sententiae Aristotelem fuisse constat. Sed et Platonem (quod admirabilius videatur) idonei auctores idem sensisse confirmant. Et Plinius, *Mundum*, inquit, *et hoc quod alio nomine caelum appellare libuit, cuius circumflexu teguntur cuncta, numen esse credi par est, aeternum, immensum neque genitum, neque interiturum unquam.*" *Muretus*. Locus Plinii est H. M. II. prc. ubi v. Harduin. p. 69. et 126. Ciceronis de mundo sententiam v. in Kühneri libro de Cic. in Philos. meritis p. 197 sq. *Mr.*

Ita prorsus existimo] Cod. Reg. 3. *itaque prorsus existimo*. Edd. S. E. *Ita prorsus quidem existimo*. Ad v. *Die quaeso num te illa terrent* v. Beneke ad Cic. Cat. IV. 4. p. 269. De interrogationis modo M. Weberi Symbolas p. 148. In Cod. Reg. 3. est *terrent illa*, in Rehd. *terret illa*: posterior pergit *triplex*. In nominibus propriis, quae sequuntur, ut fieri solet, varie peccatur: *Cerbarus* est in Ed. H. *cochyti* in Cod. Gud. 2. *coiti* pro *Cocyti* in Cod. Marb. qui etiam in seqq. habet *Rhodomantus*. Scribitur *Sysiphus* in Codd. Rehd. Duisb. Ed. H. *Sisyphius* in Reg. 1. *Tantalus* deest in Cod. Rehd. In Vind. 1. augetur Cicero uno nomine: est enim ibi: *Minos, Aeacus* et *Rhadamanthus*. *Mr.*

transvectio Acherontis] Scribitur *travectio* in Codd. Gud. 1. Reg. 1. Mon. 2. Edd. L. Fabr. *traiectio* in Edd. Med. Junt. Scur. Ven., marg. Ven. ap. Alt., Asc. 1. 2. (in marg. posterioris adscriptum est *transvectio*), et in Cod. Car. Steph. Habent *traiectio* etiam Crat. Herw. 1. 2. sed posterior in varr. lectt. *transvectio*, itemque Crat. in marg. *Mr.*

Mento summam aquam etc.] „Hunc locum profert Nonius in voce *summum*." *Lambinus*. „Septenarios duos hic quaesivit veteris alicuius poëtae Gulielmus; ergo sic ordinabat: *Triceps (apud inferos)*

Cerberus, Cocyti fremitus, Acherontis transvectio,

Mento summam aquam attingens, siti enectus Tantalus." *Gebhard*. Dav. in Ed. 2. sibi nonnisi horum versuum ultimum poëtae tribuendum videri ait. A. Buchnerus de Commutata Ratione dicendi p. 597 sq. correxit: *Mento summatem aquam attingens siti enectus Tantulus. Mr.*

Enectus siti] Vulgo *siti enectus*. Perperam: nam versus est Trochaicus. Is a Nonio laudatur in *summum*. Vide et Priscianum lib. IX. col. 861. Ordinem, quem servamus, praestant Reg. Bak. Balliol. aliique Mssti. *D.*

tum illud, quod

— — *Sisyphu' versat*
Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum?

fortasse etiam inexorabiles iudices, Minos et Rhadamanthus? apud quos nec te L. Crassus defendet, nec M. Antonius: nec, quoniam apud Graecos iudices res agetur, poteris ad-

---

siti enecatus Tantalus] Ita scripsi cum FAWolfio, Schützio, Orellio, Kühnero, Nobbio. Habent hunc verborum ordinem Codd. Reg. 3. Vind. 2. Edd P. A. B. S. E. C. H. V. M. L. Ven. Asc. 1. 2. Rob. et Car. Steph. rell. Sed *enectus* pro *enecatus*. Cod. Rehd. habet *cum* Gud. 2. *Tantalus siti evectus*. Gudianus *erectus siti*. Reliqui MSS. et Dav. *enectus* siti. Billerb. scripsit:

Ménto summam aquám attingens énectu' siti Tántalus?

addens, ultimam verbi *aquam* syllabam non esse elidendam. Ad rem cf. Hom. Odyss. XI. 582—593. Male Bouhierius metro opem laturus correxit:

Menta summam aquam attingens et enectu' siti Tantalus. Mr.

Tum] Vulgg. *num*. Lectionem dedi, quam repraesentant Reg. et Med. *D*.

tum illud, quod] „Etiam hunc locum profert Nonius in voce *hilum*, et praeterea alibi." *Lambinus*. Scripsi autem *tum* ex Codd. Reg. 1. 2. Gud. 1. Gud. (qui habet *id* pro *illud*) Duisb. Mon. 2. Vind. 1. Ox. 9. Edd. Asc. I. Sturm. quod praefert etiam Or., quia in tertio membro scriptum est *fortasse etiam*, nec vero *num fortasse etiam*. Meisk. etiam *tum* ex Edd. Med. 1. et Ald. enotavit. Quod ait Ern. se exprimi curasse *Sisyphus versat*, ut versus clausulam, id dudum fecerunt Lamb. Goth. Sylb. HWolf. Grut. Gron. Verb. Pro *saxum* est *sacrum*. Reg. 3. habet *saxa intendo*. Reg. 2. *saxum nudans*. Reg. 4. habet *neque proicit*. in Cod. Duisb. pro *proficit* est *perficit* in Codd. Vind. 1. Gud 2. et Ed. H. quae habet *girum* ut Gud. 2. Vind. 2. in marg. Rehd. denique et Marb. est *illum* pro *hilum*. Ad rem laudat FAWolfius Odyss. λ. 596. Orellius praeterea Lucr. 3, 1013: *Hoc est advorso nixantem trudere monte Saxum*. ad quem locum iam Lambinus in Comm. ad Lucret. nostrum locum laudavit. De v. *nitendo* eiusque sensu v. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. II. p. 126 sq. de v. *hilum* eundem ib. III. p. 18 sq. ubi etiam vides, pravam duorum Codd. scriptionem *illum* ex forma *hillum* oriri potuisse. *Mr.*

Quod — hilum] Versus sunt ex antiquo Poeta desumti, quos sub Ciceronis nomine laudat Nonius in *hilum* et *niti*. *D*.

Fortasse etiam] Cod. Rehd. *fortasse et*. In seqq. Cod. Mon. 2. habet *te nec*. Reg. 3. omittit *te*. Gud. habet *nec L. Crassus te*. Rehd. *te defendet Lucilius Crassus*. Gud. *defenderat*. Post etiam in MS. *nec inexor*. reperiri ait Verburg. *Mr.*

Nec, quoniam] „*Nec quamquam* recte duo e regiis MSS. pro vulgato *quoniam*." *Lallem*. Secuti sunt eum Bip. idemque Ern., ex conjectura, ut videtur, probavit in annot. iam reprehensus a Nissenio; eamque scriptionem absurdam appellat FAWolfius, explicans *quoniam* verbis *ἐπειδή*, sintemal. Pro *poteris* Cod. Rehd. *possis*. In marg. Verb. ex Cod. MS. enotatum est *habere* pro *adhibere*. In seqq. Cod. Rehd. *erit pro te*. Cod. Marb. *pro te in maxima*, ubi verbum *erit* a glossa *in* extrusum est. Reg. 3. habet *maxima in corona*. Pro *causa dicenda* Cod. Marb. habet *causa dicendi*, ex egregia scilicet correctoris emendatione; Cod. Gud. *caussicandi*: ita est in Kleinii V. Cl. collatione; sed in Withofii Krit. Anm. üb. Roem. Schriftst. III. p. 175. ex eodem Cod. Grimmius notavit: verbo *dicenda* super-

hibere Demosthenem; tibi ipsi pro te erit maxima corona causa dicenda. Haec fortasse metuis, et iccirco mortem censes esse sempiternum malum.

A. Adeone me delirare censes, ut ista esse credam? M. 6 An tu haec non credis? A. Minime vero. M. Male, hercule, narras. A. Cur? quaeso. M. Quia disertus esse pos-

---

scriptum esse *L. dicendi*. De usu vocis *corona* de circulo hominum, qui oratorem audiunt, locutus sum ad Cic. de N. D. II. 1. 1. p. 81 sq. ed. min. Conf. p. 206. ed. maj. Vid. etiam Forcellin. p. 607. ed. Germ. Est vero hoc loco quatuor vocabulorum in *a* desinentium paullo insuavior soni eiusdem iteratio, cuius alia etiam, nostro addito, exempla exhibet Frotscher. ad Quinctil. X. 7. 26 p. 219. In Cod. Reg. 1. scriptum est *Demosthenen*, ut ap. Dav. *Mr.*

et iccirco mortem censes] Scripsi *iccirco* pro *idcirco* ex Reg. 2. cum FAWolfio, ex praecepto Grotefendii in Orthogr. (Gramm. II. §. 146). Pro ea voce est glossa *ideo* in Reg. 3. et Rehd. In Ed. H. separatim scriptum est *id circo* et eodem modo in Codd. Gud. et Duisb. Scribitur etiam *iccirco* in Edd. Ven. Junt. et Asc. 1. Pergit Cod. Rehd. *censes mortem*: tum Cod. Duisb. *esse malum sempiternum*. Cod. Marb. habet *mortem esse censes semp. malum. Mr.*

c. 6. *Adeone me delirare censes, ut ista esse credam?* Cod. Aug. *adeo quidem ne me.* In Cod. Vind. 1. est: *Quid adeone me:* non inepte, si scribas: *Quid? Adeone me* — Nec absona est Cod. Mon. 1. lectio *Adeo* omisso *ne*, ut interrogatio sono iudicanda sit, ut saepissime apud Ciceronem: v. c. ad Famm. IX. 10: *adeo mihi excusasam severitatem putas, ut ne — appareant?* In seqq. Codd. Gud. 2. Car. Steph. Bern. Ox. 1. *ut ista credam*, omisso *esse*. Cod. Marb. Edd. Gryph. Boul. Car. Steph. Lamb. 2. Goth. Ald. Sylb. *ut ita esse credam*. Suspicetur aliquis illorum quatuor codicum lectionem, *ut ista credam*, veram esse: cui, semel *ista* mutato in *ita*, verbum *esse* addendum videri debuit. Et abest *esse* etiam a Codd. Rehd. Duisb. Gud. *Mr.*

An tu haec non credis?] Bouhierius legendum esse suspicabatur: *Ain' tu? haec non credis?* quia simplex illa quaestio post ea, quae auditor v. adolescens modo dixit, inanis plane et supervacanea esset. Ita certe Cicero ad Att. VI. 1. post med.: *Ain' tu? Scipio hic — proavum suum nescit censorem non fuisse?* Codd. Marb. Vind. *hoc* pro *haec:* cuius loco Cod. Duisb. habet *ista*. Edd. A. B. S. E. Med. Junt. Asc. 1. 2. Cam. *an tu haec esse non credis*? In Ed. Ven. est *an tu esse non credis:* voce *haec* verbo supervacaneo extrusa. Quod sequitur *minime vero* eodem plane modo legitur de Off. III. 6. 29: *Nonne — sapiens — abstulerit cibum alteri —? Minime vero.* Pro *hercule* scribitur *hercle* in Cod. Vind. 1. Edd. S. E. H. Pro *narras* est *credis* in Cod. Reg. 2: sive oculo librarii ad superiora aberrante, sive correctore Ciceronem inepte corrigente. Formula *male narras* usus est noster etiam ad Att. XVI. 14: *male narras de Nepotis filio.* Nec vero narrandi verbum de narratione intelligendum esse, nemo est, quin videat. Ad universam loci sententiam cf. Turnebi Adversar. IX. 18. p. 290. ed. Paris. 1580. De interrogandi vero ratione, quae est in formula: *an tu haec non credis?* vid. G. Jacob. in Jahn. Jahrbb. f. Philol. u. Paed. 1828. III. 2. p. 138. *Mr.*

A. Cur, quaeso? M. Quia disertus esse possem] Priora Tullio, posteriora Manucius adolescenti tribuit. [Faciendum censebat idem Fr. Robortellus refutatus iam a. C. Sigonio in Emendatt. L. II. c.

11 sem, si contra ista dicerem. A. Quis enim non in eiusmodi causa? aut quid negotii est, haec poëtarum et pictorum portenta convincere? M. Atqui pleni sunt libri contra ista ipsa disserentium [philosophorum]. A. Inepte sane. Quis

---

XX. p. 131 sq. Ed. Ald. 1557. 4.] Absurde quidem; non enim adolescentis erat eloquentiam suam ostendere. *D.*

Cur? quaeso.] Male Dav. distinxit *cur, quaeso?* Cod. Gud. habet *cur de n. ercule?* P. Manutius ad h. l. haec: „Hoc ab auditoris persona ad Marcum transtuli: illud autem: Quia disertus esse possem, a Marco ad Auditorem: rectene an secus aliorum sit iudicium.“ Davisii judicium vides in eius annot. Fr. Fabricii haec est annotatio: „Hunc locum Fr. Robortellus L. 1. annott. c. 2. aliter distinxit: quem Sigonius Lib. 2. Emendatt. c. 63. accurata oratione refutavit. Cum Sigonio facit Adr. Turnebus C. 18. Lib. 9. Adverss.“ Sequitur in Cod. Reg. 3. *quia delirus esse possem:* qui non videtur error librarii, sed annotatio vel emendatio correctoris vel lectoris alicuius, qui his dictis indignaretur. Eiusdem vel similis originis esse videtur lectio Cod. Mon. 1. *quia disertus esse non possem,* et Ed. H. cum Cod. Gud. *quia disertus esse non posses,* quorum librorum prior etiam pro *dicerem* habet *diceres.* Elegantiam captat scriptor Codicis Marb. qui dedit: *contra ista si dicerem.* J. Gebhard. in Crepundiis p. 378. ex Cod. Palat. 2. corrigit *Quam disertus esse possem:* in annott. vero palinodiam cecinit. *Δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι.* Ad sententiam loci monet FAWolfius, tangi eos videri philosophos, qui talia serio refellere, quam irridere mallent: ad verba docet, *contradicere alicui* non esse Ciceronianum, sed *dicere contra aliquem:* Illud Tacito serioribusque scriptoribus convenire: neque magis *benedicere* et *maledicere* coniunctim esse scribenda addit Orellius. In Cod. Marb. omnia, quae sunt inter *Quia disertus* et *philosophorum* tribuuntur magistro. *Mr.*

Quis enim non in eiusmodi causa?] *Enim* omittit Cod. Aug. Ed. P. habet *non est.* Codd. Marb. Gud. 2. Vind. 1. Reg. 2. Duisb. *huiusmodi:* eius vocis loco Codd. Gud. et Rehd. *huius.* Posterior post *causa* additum habet *erret,* pravum glossema, peius etiam, quam, quod habet Ed. P., *est.* Subaudiendum enim esse *disertus sit,* nemo non videt. Tota propositio inservit causae vel rationi reddendae. *Mr.*

Quid negotii — convincere] Hunc locum adducit Nonius in *portenta. D.*

quid negotii — convincere?] Admonet Beroaldus ad h. l. loci Horatiani [in Ep. ad Pis. 9.] *pictoribus atque poëtis Quidlibet audendi semper fuit aequa potestas.* — „Hunc quoque locum profert Nonius in v. *portentum.*“ *Lambinus.* — Scribitur *portenta poëtarum et pictorum* in Codd. Vind. 1. Gud. Aug. Pro *convincere* est *evincere* in Cod. ap. Verb. in marg. ex male lecto compendio (*ɔvincere*); in Cod. Marb. *vincere.* Sequitur in Cod. Aug. *Atqui pl. libri phil. contra i. i. disserentium.* Cod. Gud. 1. *dissenentium* (sic) et supra lin. *dissonantium. Mr.*

Atqui pleni sunt libri — philosophorum] Ante haec verba nomen *Discipuli* (ita enim insignitur in hoc Cod. *Auditor*) in Marb. abest. Codd. Reg. 1. 2. (ita certe ex Reg. 1. enotavit Kayserus cum Bouhierio: omisit notare J. B.) Bern. Edd. H. Junt. C. V. Asc. 2. Rob. Steph. Dav. Sequitur in Codd. Reg. 2. Marb. Mon. 1. Vind. 2. *contra ista ipsa philosophorum disserentium:* et sic Edd. Grut. Gron. Alt. Ern. Sed *philosophorum contra ista ipsa disserentium* est in Edd. Ven. Asc. 1. Car. Steph. P. A. B. S. E. M. L. Boul. Sturm. Ald.

est enim tam excors, quem ista moveant? M. Si ergo apud inferos miseri non sunt, ne sunt quidem apud inferos ulli. A. Ita prorsus existimo. M. Ubi sunt ergo ii, quos miseros b. dicis? aut quem locum incolunt? si enim sunt, nusquam esse non possunt. A. Ego vero nusquam esse illos puto.

Sylb. Goth. Gryph. Verb. Lall. Nobb. Reliqui eum ordinem sequuntur, quem nos post Dav. FAWolf. Schütz. et Orell. recepimus; ita tamen, ut absit *ipsa* ab Ed. H. Cod. Gud. 2. *dissidentium*. De loco ipso disputat Muretus in Varr. Lectt. XI. cap. 7. p. 658. Nostrum verborum ordinem in Reg. 1. repertum probat Bouhierius. Ernestinum ordinem improbat FAWolf. ideo, quia, *philosophorum* si ponas ante *disserentium*, posterior quidem vox non satis coniuncta esset cum praepositione *contra*. Similis est sententia Morgensternii l. c. p. v. eundemque verborum ordinem praefert Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 35. 113. p. 205. et ad de Finn. II. 21. 67. utrobique laudans nostrum Tusc. IV. 28. 61. ubi est: *omnium etiam de ceteris rebus discrepantium philosophorum*. Wopkensius Lectt. Tull. p. 50 [69. ed. Hand.] defendit lectionem Gruteri [*phil. diss.*] exemplis non satis aptis: ubi Handius: „Quod nunc in recentissimis editionibus legitur, Wolfii beneficio deberi ait Goerenzius ad Acad. p. 205. Equidem non dixerim beneficium, sed iacturam. Nam nomen *philosophorum* inter lineas adscripserant librarii, quorum alii post *ipsa*, alii post *disserentium*, alii ante *contra* in textum id receperunt, ut philosophos poëtis opponerent.“ Quae cum mihi dudum ita visa essent, vocem illam uncinis coercui. Idem fieri vult etiam censor Ed. Kühn. Lipsiensis 1831. 199. p. 1589. Kritzio autem in censura Ed. Kühn. (A. S. Z. 1830. 111. p. 903) non suspecta est illa vox. Acute idem ibidem de verbi eius collocatione loquitur. *Mr.*

Quis est enim] Codd. Reg. 1. 2. 3. 4. Marb. Bern. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. Edd. H. Dav *Quis enim est*. Reliqui *quis est enim*. De voce *enim* tertio loco ponenda vid. quae disputat et quos laudat Kühnerus ad v. *haec est enim* supra I. 4. 8. Adde iam Excursum I. F. V. Ottonis ad Cic. Caton. maj. (Lips. 1830.) p. 222 — 224. — Pro *excors* est *vecors* in Cod. Duisb. pro *quem* legitur *quam* in Cod. Reg. 4. Voce *excors* in eadem sententia utitur noster de N. D. II. 2. 5: *quaeve anus tam excors inveniri potest, quae illa, quae quondam credebantur, apud inferos portenta extimescat?* In seqq. Ern. de sanitate loci: *ne sunt quidem apud inferos ulli* dubitabat: cuius suspicionis nulla est causa idonea. Ceterum scribitur *ne sunt ulli apud inferos quidem* in Edd. Med. Scur. Ald. ut refert Reiskius. *ne sunt apud inferos quidem ulli* est in Edd. P. A. B. S. E. teste Orellio in schedis. Ego reperi posteriorem lectionem in Codd. Rehd. Vind. A. Priorem in Edd. Ven. et Asc. 1. Vox *ulli* abest ab Edit. H. *Mr.*

Ubi sunt ergo ii] Hunc ego verborum ordinem, qui placet etiam Kühnero, recepi ex Codd. Gud. 1. 2. Reg. 1. 4. Aug. Marb. Rehd. Gud. Duisb. Bern. Vind. 1. 2. Mon. 1. 2. Edd. Med. Junt. P. A. B. S. E. C. V. Ven. Asc. 1. 2. Rob. Steph. Camer. Dav. et, ut videtur, etiam Lall., cum ex Cod. Reg. (quem nostrum habere ordinem notavit Kayserus) nihil varietatis enotaverit J. B. Fluctuant autem hoc quoque loco libri inter *ii*, *hii* et *hi*. In reliquis est *ubi ergo sunt*: nisi quod Reg. 2. vocem *ergo* plane omittit. *Mr.*

Si enim sunt, nusquam esse non possunt] H. Stephanus Castig. in Cic. pag. 111. mutata distinctione legit, *si enim sunt nusquam, esse non possunt*. Sed eius interpunctionem menti Ciceronis contrariam esse, clare probant sequentia. *D.*

M. Igitur ne esse quidem? A. Prorsus isto modo: et tamen
12 miseros ob id ipsum quidem, quia nulli sunt. M. Iam mal-

Si enim sunt, nusquam esse non possunt.] Quam reprobat Davisius sententiam H. Stephani, qui in Castigatt. p. 111 sq. distingui volebat, *si enim sunt nusquam, esse non possunt*, eam h. l., cum rarissimus sit liber, adscribemus, saltim ne inauditus damnetur Stephanus. Ita autem ille: „*si enim sunt, nusquam esse non possunt.* Quid hoc sibi vult? Si enim sunt, non possunt esse nusquam. Quis non absurde hoc dici perspicit? At si interpunctionem, quae est post *sunt*, post *nusquam* posueris, ex obscurissima, imo vero apertissime absurda, manifestissime rationi atque praecedentibus ac sequentibus consentaneam habueris sententiam: interpungens hoc modo: *Si enim sunt nusquam, esse non possunt.* Quum enim dixisset: *Quem locum incolunt?* addit: Si enim nullo in loco sunt, esse non possunt. Siquidem apud philosophos haec firma semper manent: πᾶν τὸ ὄν ἐν τόπῳ ἐστί et: οὐδὲν ἐνεργεῖ ἐν ᾧ οὐκ ἔστι. Unde et festivi illius sophismatis Erophili medici adversus Diodorum cognomento Cronum captata fuit occasio." Henrici vero Stephani sententiae, quam ignorabat, assentit Verburgius, qui ita ad h. l.: „In MS. Regio Luparensi, sive Bibliothecae regis Galliae, quem in huius ed. margine designare soles literis MS. R. eodem quidem modo legitur [quo vulgo, sed] distinctione mutata, quae ponitur post *nusquam*. quod de nihilo non est. cogitent alii. Est autem iste Codex annorum circiter DCCC. memoratus a Salmasio praefat. in Solinum." Quod autem alios cogitare iubet Verburgius, ipse poterat facere. Res enim non est admodum difficilis: et facile patet, Stephanum h. l. caecutivisse. Scribitur autem *esse nusquam* in Cod. Vind. 2. *Mr.*

Ego vero nusquam esse illos puto] Cod. Reg. 4. *ego non nusquam*: quod ortum est ex compendio nō, quod librarius nō scriptum esse existimabat: neque enim correctori male sedulo hunc errorem tribuerim. Scribitur *illos esse* in Codd. Rehd. Duisb. Gud. Mon. 1. Edd. H. S. E. *Mr.*

Igitur ne esse quidem?] Gud. 2. *Ergo* pro *igitur*. Cod. Gud. *non* pro *ne*. Mon. 1. *nec*. Kühnerus ad h. l. ita: „*Igitur* initio sermonis rarissime apud Ciceronem reperitur. (Cf. Quintil. Inst. Or. I. 5. 39.) Sed Bremi ad Fin. I. 18. p. 88: *Igitur ne stultorum quisquam beatus*, recte monet, eos locos exceptos esse, in quibus Cicero ad syllogismi formam conclusionem faciat; si vero conclusio sit generalis, nec rationis quaedam formula proferatur, corrigendos esse, si qui forte apud Tullium loci ab ista particula incipientes deprehendantur. Nos vero post *quidem* interrogandi signum posuimus cum Wolfio, Schützio, Orellio; quamquam Goerenzius V. Cl. ad Cic. de Finn. V. 30. 92. (*dicimus aliquem hilare vivere. Igitur, si semel tristior effectus est, hilara vita amissa est?*) se locum ignorare ait, ubi *igitur*, cum interrogatione, ab initio ponatur. Est nimirum et hoc et nostro loco conclusionis quidem formula, sed interrogationis forma prolata: quasi dicat: Tu cum dixeris nusquam esse illos, nonne ita continuabis et absolves conclusionem: *igitur ne esse quidem?* — Dav. Ern. et alii plene distinxerunt. Sequitur in Cod. Mon. 2. *prorsus puto isto modo*. Alia interpolatione laborat Vind. 1. in quo est: *Isto modo prorsus existimo: et ob id quidem miseri*. Cod. Aug. *Prorsus ita existimo*. Vox *tamen* abest a Cod. Vind. 2. Edd. H. P. Verburgius in marg. ait *et tamen* omitti in MS. nescio quo. *Mr.*

Quia nulli sint] Sic Reg. non *sunt*, ut vulgo. *D.*

Quia nulli sunt] Non potui in tanto librorum consensu, qui

lem Cerberum metueres, quam ista tam inconsiderate dicere res. A. Quid tandem? M. Quem esse negas, eundem esse dicis. Ubi est acumen tuum? quum enim miserum esse dicis, tum eum, qui non sit, dicis esse. A. Non sum ita hebes, ut istud dicam. M. Quid dicis igitur? A. Miserum

habent *sunt* ad unum fere omnes, Regium sequi cum Marb. *sint* exhibentes: existimandum enim videtur, auditorem maluisse indicativo uti, ut in re, quam ipse gravius enunciare velit, quam oratione obliqua et pendente fieret. Sequitur in Mon. 1. *malle* pro *mallem*, obliterata nimirum lineola literae *ē* superscripta. De constructione *mallem metueres* vid. praecipientem Fikenscherum in Allg. Schulztg. 1828. II. 75. p. 611 sq. Add. Wüllner: Die sprachlichen Casus und Modi p. 130—132. Reg. 4. habet *metuere, quam ista inepte dicere. Mr.*

Quid *tandem?*] Ob quam causam. Vide Joan. Schefferum ad Phaedri lib. I. Fab. IX, 5. *D.* In Ed. 2. Dav. recepit, quod volebat Bentleius: *Qui tandem?* addens in annotatione: vulgg. *quid.* improbante Bouhierio, qui utramque locutionem synonymam esse dicit. *Mr.*

Quid tandem?] Nolui recipere *qui*, cum non praestet vulgato *quid*, et hoc tuentur Codd. praeter Oxx. 3., qui nobis quidem explorati sunt, omnes, itemque Edd. H. Ven. et veteres omnes, quas contulit Orellius, ex nostris praeterea Junt. Rob. Steph. HWolf. Camerar. cum recc. Grut. Gron. Alt. Ern. Dav. 3. Bouh. FAWolf. 2. 3. Schütz. Quod vero Reiskius ait, ad *Quid tandem?* subaudiendum esse *dixi*, id nihili est. Kritzius quoque in Censura ed. Kühneri praefert *quid* (A. S. Z. 1830. 111. p. 902.) quippe quo maior significetur admiratio, quasi, quod Marcus dixerit, plane inexspectatum acciderit auditori. *Mr.*

Eundem esse dicis] Ed. H. *eundem dicis esse.* In seqq. Cod. Gud. 2. omittit *enim.* Mon. 1. *tum enim* pro *quum enim.* Ad v. *quum enim miserum esse dicis* Fr. Fabricius adnotavit, sic habere omnes libros. Videtur ergo de veritate lectionis dubitasse, nec tamen tentare aliquid ausus esse. Et habet certe aliquid dubitationis hic locus. Opponuntur sibi invicem duo membra particulis *quum — tum*, nec tamen est aliqua oppositio: vel, si dicis, non opponi ea, sed iuxta poni, ut *quum — tum* sit i. q. *non enim modo — sed etiam*: neque huic appositioni aptus est locus: si denique dicis protasin a *quum* incipere, quam excipiat apodosis, voce *tum* praeposita: otiosum plane est illud *tum* positum pro *eo ipso.* Sententia enim est: „cum enim *miserum esse* dicis, eo ipso dicis *esse* eum, qui non sit.“ Hoc sentiebat etiam Reiskius, qui, quum in Ed. Med. reperisset, *tum esse, qui* etc. ita locum refingi volebat: *quum enim miserum esse dicis non esse, qui non sit, dicis esse.* Ego vero legendum esse existimo: *quum enim miserum esse dicis, tu eum, qui non sit, dicis esse:* possis etiam vocem *tum* plane eiicere, ut est in ed. antiquissima H., quae in fine perperam habet *non sic esse dicis.* Pro *tum eum* est etiam *tum esse* in Ed. Asc. 1. In fine habet etiam *esse dicis* Cod. Vind. 2. — Ed. Fr. Fabr.: *quum enim miserum esse dicis, qui non sit, tum eum dicis esse:* quae videtur illius viri emendatio, quod ad sententiam bona: nisi quod *tum* abundat. Emendare etiam voluisse videtur locum vir quidam doctus, qui exemplo Ed. Asc. 2., quod manibus tractamus, adscripsit: *cum eum miserum esse dicis, tunc eum, qui non sit, dicis esse.* Et habent *tunc* Edd. S. E. *Mr.*

Non sum ita hebes ut istud dicam] Cod. Mon. 2. *ut illud credam* Ed. P. *Credo, non sum ita hebes.* Sed illi *credo* nihil est loci.

esse, verbi causa, M. Crassum, qui illas fortunas morte dimiserit: miserum Cn. Pompeium, qui tanta gloria sit orbatus: omnes denique miseros, qui hac luce careant. M. Revolveris eodem. Sint enim oportet, si miseri sunt: tu autem modo negabas eos esse, qui mortui essent. Si igitur

---

Pro *istud* est *istuc* in Cod. Palat. 1. Gebhardi et uno Gulielmi, Vind. 1. 2. quod, ad sententiam, eodem redit, sed ante *d istud* praefero, ante *q, istuc*. *Ista* est in plurimis: sed *istud* exhibent Codd. tres apud Gebhard. Reg. 1. 2. 3. 4. Duisb. Edd. Junt. Bouh. Dav. FAWolf. Schütz. Orell. (*istuc* post Gebh. receperunt Gron. Reisk. Alt. Ern. Oliv. Verb.) Goerenz. ad Cic. de Legg. III. 8. 19. ex tribus suis praefert *ista*" addens id ad universum praecedentis sententiae complexum referendum esse: et ad de Finn. II. 3. 9: dicens: „notat enim: *haec et talia.*" In eandem sententiam disputat etiam Kühnerus. Ego vero cum Orellio facio, qui opponi unum hoc contendit, quod ultimo loco dixit Marcus sequi ex ante dictis, universalibus istis, *quam ista tam inconsiderate diceres. Mr.*

Quid dicis igitur?] Codd. Rehd. Vind. 2. *quid igitur dicis?* Mox Vind. 1. Aug. et Ed. H. *verbi gratia.* Omittitur praenomen Crassi in Codd. Reg. 1. 2. Mon. 2. Verbi *dimiserit*, quod sequitur, usus hoc sensu rarissimus est: similiter dicitur Or. pro Caecina 26, 75: *patrimonium unius incommodo dimittitur: ius amitti non potest sine magno incommodo civitatis.* Quod sequitur *miserum* abest a Codd. Rehd. et Vind. 1. Tum Marb. *Gne.* Duisb. *gneum.* Gud. 1. *Gn.* Integrum nomen scribendum *Cnaeum* vel *Gnaeum*, ut apparet ex monumento Scipionis Barbati, ubi est *Gnaivod.* Vid. Orellii Inscriptt. Latt. T. I. p. 149. *Mr.*

qui tanta gloria sit orbatus] Post *gloria* adduntur verba *dignitate tanta* in Cod. Reg. 3. et uno Leid. Edd. A. B. C. V. L. Ven. Junt. Asc. 2. marg. Ven. ap. Alt. Rob. Steph. Car. Steph. Camer. Fabr. Sturm. Verb. Olivet. Eadem ponuntur ante *tanta gloria* in Cod. Reg. 4. Vind. 2. Eorum verborum loco scribitur *morte* in marg. Cod. Bern. Ed. HWolf. et in marg. Ed. nostrae Asc. 2. Coniunctim cum verbis *dignitate tanta* habet *morte* Ed. S. Habet etiam *tanta gloria, dignitate tanta* Dav. ed. 2. ita ut idem Bentleio placuisse videatur, cum ea editio habeat Bentleii emendationes in contextum receptas. Scripsit ibi Dav.: „Eliens. pr. sec. et Baker. dant *tanta dignitate, tanta gloria.* Vulgg. duas ultimas voces omnino nesciunt. At cum glossam non oleant, eas a nonnullis Codd. exclusit, ut puto, librariorum negligentia. Quapropter illas revocandas censui, secutus ordinem, quem praestant Victor. Vatic. et Ven. 1491. „Idem factum probabat Bouhierius; Lallemannus contra scripsit *tanta dignitate, tanta gloria* addens: „Hunc ordinem verborum e mss. regiis praetulimus vulgato: *tanta gloria, dignitate tanta.*" Lallemannum secuti sunt Bipontini, improbante Nissenio. Nobis non admodum improbantur illa addita, et mihi cum Davisio non olent glossam: sed ab inferendis iis, propter sedem vagam, manum abstineo. *Mr.*

Revolveris eodem.] Cod. Aug. *revolvens.* Vide, quos huic similes locos laudavi ad Cic. de Divin. II. 5. 13. p. 312. ubi nostri immemor fui. Pergit Cod. Reg. 4. *ut sint enim.* Verba *oportet si miseri sunt* parentheseos signis inclusa sunt in Ed. Junt. Illa scriptio *ut sint* glossatoris est, qui Ciceronis usum perpetuum non nosset. Male scribitur *si miseri sint* pro *sunt* in Cod. Mon. 1. Edd. A. B. S. E. Med. Ven. Asc. 1. Nec melius pergit Vind. 1. *tu modo autem.* Mon. 1. *tu autem non negabas*, confusis compendiis *mō* et *nō*. In Cod. Rehd.

non sunt, nihil possunt esse: ita ne miseri quidem sunt. A. Non dico fortasse etiam, quod sentio: nam istud ipsum, non esse, quum fueris, miserrimum puto. M. Quid? mise- 13
rius, quam omnino nunquam fuisse? Ita, qui nondum nati sunt, miseri iam sunt, quia non sunt: et nos, si post mortem miseri futuri sumus, miseri fuimus, antequam nati.

---

est: *eos esse modo negabas*, elegantius scilicet. Vocem *eos* omittit Cod. Gud. vocem *esse* Edd. A. B. S. E. Junt. In seqq. Vind. 1. habet *nihil esse possunt*. *Mr.*

ita ne miseri quidem sunt.] Cod. Gud. 2. omittit *ne*. Libri ad unum omnes habent *sunt*, quod delevit ex Bentleii et Ernesti sententia FAWolf. subaudiendum esse dicens non *sunt*, sed *esse possunt*. Accedunt Morgenstern. p. VI. qui laudat §. 14: *Quoniam extorsisti, ut faterer, qui omnino non essent, eos ne miseros quidem esse posse:* Schütz. Goerenz. ad Cic. de Finn. I. 15. 49. p. 67. Ego vero cum Orellio veritus sum, ne ipsum Ciceronem corrigerem: quamquam isto *sunt*, etiamsi vel hoc subaudiendum esset, haud aegre carerem. In Ed. H. scriptum est: *ita ne quidem miseri sunt*. Kühnerus quoque abiici volebat *sunt* laudans c. 36, 88. *Mr.*

Non dico fortasse etiam, quod sentio] *Etiam* omittit Cod. Aug. Ed. Ven. Alteri habet, ex corr., *fortassis*. Ed. H. *sciam* pro *etiam*. Tum Rehd. *illud*. Duisb. *ipsum istuc*. Cod. Reg. 1. 2. 3. 4. Mon. 2. Vind. 1. 2. Gud. 1. 2. Edd. Grut. Gron. Alt. Ern. Dav. 1. *istuc ipsum*. Mox Cod. Mon. 1. *quum fueris primum*. Ed. H. *quum fueris prius:* in qua ipsa diversitate agnoscis glossam. Cod. Bern. *miserrimum esse puto*: sed *esse* alia man. delevit. Pergit Dav.: *Quid miserius, quam* — et sic plerique omnes ante eum. Primus Pearcius distingui iussit, ut nos fecimus cum Ern. Wolf. Orell. Recte Billerb. ad *miserius* intelligit *putas*. Nissen. l. c. p. 4. vulgatam distinctionem defendit, subaudiens *igitur*. Bentleii emendationem *quin* non necessariam existimat Bouhierius, si recte interpreteris sententiarum nexum: in quo nos consentientes habet. — Pro *nunquam* marg. Crat. *non:* et sic Cod. Rehd. Sed Marb. habet *nusquam*. Idem mox *nundum*. Vind. *nati nondum*. Mon. 2. *nondum nati etiam sunt*. Tum Ed. M. inverso ordine: *quia non sunt, miseri iam sunt*. Paullo superius Cod. Aug. *nam ipsum non esse ipsum cum*. *Mr.*

Et nos, si post mortem] Vulgo, *et nos* ipsi, *si post* etc. Vocem, quam delevimus, nesciunt Reg. Med. Balliol. aliique Codices. *D.* Refert Verburgius, Davisium in Ed. pr. e Cod. Cantabr. notasse ibi legi in seqq. *Ego, antequam natus sum, nunquam memini, me miserum fuisse*. Et ita fere noster Duisb. *Mr.*

Et nos ipsi, si] Cum Dav. auctoritate optimorum Codicum delevi vocem *ipsi;* oppositionem enim satis sentimus absque ea. Habent eam quidem omnes fere nostri libri, sed, ut dixi, exceptis optimis Reg. 1. 2. Gud. 1. 2. Duisb. Marb. Mon. 1. Bentleius corrigens: *et nos, qui post* etc. Ciceronem correxit. In seqq. Cod. Vind. 2. habet *miseri sumus* pro *fuimus*. Utrumque vocabulum omittit Cod. Marb. Pergit Cod. Duisb.: *ego antequam sum natus nunquam memini me miserum fuisse*. Rehd. etiam *memini* pro *commemini:* tum Bern. ex corr. *essem natus*. Vind. 1. Aug. *natus essem;* Vind. 1. *fuisse me miserum*. Rehd. Mon. 2. *natus sum*. Fr. Fabr. *me esse miserum*. Edd. A. B. S. Med. (ap. Reisk.) *me natum miserum*. Verbo *commemini* raro usus est Cicero: est autem de Or. I. 53. 227: *quem hominem probe commeminisse se aiebat:* et de Or. III. 22. 85: *id quod tu recte commeministi*. De significatione verbi [secum v.

Ego autem non commemini, antequam sum natus, me miserum. Tu si meliore memoria es, velim scire, ecquid de te recordere.

7 A. Ita iocaris, quasi ego dicam eos miseros, qui nati non sunt: et non eos, qui mortui sunt. M. Esse ergo eos dicis. A. Imo quia non sint, quum fuerint, eo miseros esse.

---

apud animum suum meminisse] v. Doederlein. V. Cl. in Lat. Synon. u. Etymol. I. p. 168. not. *Mr.*

velim scire, ecquid de te recordere.] Vind. I. *vellem.* Mon. 1. Duisb. Gud. Marb. *et quid:* et sic Edd. A. et Ven. In Edd. B. S. E. C. H. Junt. est *et ecquid,* in Cod. Rehd. *et quia.* Ad ultimum huius capitis verbum Dav. in Ed. 2. (exhibens *recordare*) annotavit: „Alii *recordere,* quo servetur Latinitas. At vulgatam lectionem retinent omnes mssti. Orationem igitur sic distinguas: *Tu, si meliore memoria es, velim scire. Ecquid de te recordare?*" Male, si quid video. Gebhardus ad h. l.: *Recordare* postliminio redhibent quinque Pall. Fabr. itemque Pith. Vulgo *recordere.* Non potui consensum tot Codd. aspernari. Vides Davisium vulgatam dicere *recordare,* Gebhardum *recordere.* Librorum ratio haec est: *recordere,* quod unice verum est, habent Codd. Reg. 2. 3. 4. Marb. Mon. 1. Bern. Edd vett. quas Orellius contulit, omnes, praeterea Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Rob. et Car. Steph. Leod. Goth. Boul. Camer. HWolf. Gryph. Ald. Sturm. Sylb. et recc., praeter Dav. Grut. Gron. Alt., omnes. *Mr.*

c. 7. *Ita iocaris, quasi ego dicam eos miseros,*] Cod. Reg. 4. *iocularis.* Marb. *dicam ego.* Vind. 1. *quasi eos esse miseros dicam.* Aug. *quasi eos esse dicam miseros.* Scribitur *eos esse miseros* in plurimis: abest *esse* a Codd. Reg. 1. 2. Marb. Rehd. Gud. Duisb. Bern. Vind. 2. Mon. 1. 2. Edd. Junt. Asc. 2. C. V. Camer. Rob. Steph. Dav. Ern. Lall. recc. Tum Reg. 1. 2. Gud. 1. 2. Marb. *qui nati non sint.* Defendit Niss. illud *esse,* dicens, istiusmodi abundantiis gaudere Marcum, iis praesertim, quibus vox eadem repetatur v. c. 25, 60. [ibi enim *sit* septies pavulis intervallis redit.] Ego vero, ut non amplector eam rationem, quam Beierus in Laelio secutus est, ita nec abundantiam capto, quam optimi libri ignorant. *Mr.*

Et non eos miseros, qui mortui sunt] *Miseros* praetermittunt Eliens. pr. et Bak. eamque vocem Lambinus ex coniectura delendam censuit. Cum tamen illam teneat praestantissimus Codex Reg. per me licet immota maneat. *D.* In Ed. 2. Dav. vocem *miseros* in ann. delendam censuit, et in contextu delevit. *Mr.*

et non eos] Vocem *non* omittit Cod. Rehd. Quod sequitur *miseros* in libris plerisque, cum non abundet tantum, sed plane otiosum sit, delevi cum Ern. FAWolf. Orell. Et abest a Codd. Reg. 3. Rehd. Bern. Gud. 1. Vind. 2. Ed. H. et Lamb. 2. cum Goth. in marg. ex coni. itemque Ed. vet., qua usus est Bouh. Reiskius coni. et *non eos potius.* — In seqq. scribitur *esse eos ergo* in Cod. Reg. 3. *esse ergo dicis eos* in Ed. H. *ergo esse dicis eos* Edd. P. A. B. S. E. C. V. Rob. Steph. Ven. Junt. Cam. Reliqui omnes, et scripti et editi, nobiscum faciunt. *Mr.*

Quia non sint, cum fuerint] Vulgo *sunt,* adversantibus Reg. et Med. *D.*

Imo, quia non sint] Scripsi *imo* pro *immo* ex praeceptis Grammaticorum. V. Heumann. in Cellar. Orthogr. Ed. Harles p. 256. Nolten. Lex. Antibarb. p. 81. Grotefend. Gramm. II. p. 176. §. 142.

M. Pugnantia te loqui non vides? quid enim tam pugnat, p. 151 a.
quam non modo miserum, sed omnino quicquam esse, qui non sit? An tu egressus porta Capena, quum Calatini, Scipionum, Serviliorum, Metellorum sepulchra vides, mise-

---

Servavi autem *sint*, (pro quo reduxerunt *sunt* Ern. Wolf. Orell.,) cum sit in Codd. Gud. 1. Reg. 1. 2. Duisb. Vind. 2. et quatuor, quos habet Goerenz., q. v. ad de Finn. I. 10. 32: qui item Conjunctivum commendat: recteque monet Kühnerus aliam fuisse rationem §. 11. ubi interlocutor sententiam suam ut certissimam proponebat: aliam hoc ipso loco, ubi Ciceronis rationibus iam labefactatus, eandem sententiam dubitanter repetit. Cui sententiae iam accedere video Orellium in Ed. pecul. p. 333. *Mr.*

Eo *miseros*] Vulgo *eos*. Nos autem Reg. et Bak. sequimur. Vide Godesc. Stewechium de Part. L. L. pag. 66. *D.*

eo miseros esse] Cod. Rehd. *miserius*. Ed. H. *esse dico*. Gud. omittit *esse*. Male Nissen. p. 5. *eos* defendit. Nihil enim certius, quam librarios, cum adverbium causale *eo* non intelligerent, correxisse *eos*. Veram autem scriptionem non unus modo Codex habet, ut ait Niss., sed, praeter duos apud Davisium, etiam Gud. 1. Rehd. Duisb. Aug. quibus accedit MS. ap. Verb., in quo est *ideo*, manifesta verae lectionis interpretatio. Receperunt autem *eo* Edd. post Dav. omnes, nisi qui, Gruterum secuti, post inventas fruges, glandes maluerunt. Notum est illud de Div. II. 20. 46: *Frater es, eo non vereor*. De hoc usu v. Wernsdorf. ad Cic. pro Rosc. Amer. 31, 86. in Quaestionn. Critt. in Cic. Oratt. etc. Numburg. 1823. Mox Cod. Gud. 2. *quid enim causa pugnat*. *Mr.*

Quam non modo miserum] FAWolf. in Scholis dixit *non modo* esse i. q. *ne dicam*. Cod. Rehd. habet *non miserum modo*, nimirum ut elegantior fiat verborum ordo. Ed. H. *miserum eum, sed omnino quicunque esse*. Reg. 3. *quemquam esse*. *Eum* addit etiam Cod. Aug. Mon. 1. *non quicquam*. Scripsi autem *quicquam* pro *quidquam*: de qua scriptione monuit nuper Goerenz. in Jahn. Jahrbb. f. Philol. u. Paedag. 1826. I. 2. p. 237. Grotefend. l. c. §. 146. Pro *qui non sit* est *quod non sit* in Cod. Marb. Edd. A. B. S. E. Med. Asc. 1. Perperam videlicet librarii relativum praecedenti *quicquam* accommodaverunt. *Mr.*

porta Capena] Laudat Kühnerus Forcellinum Thes. Lat. h. v. et Adleri descriptionem Romae p. 124 sq. Add. Nardini Roma Vetus III. 1—4. inclus. Pauli Merulae Cosmogr. P. II. Lib. IV. p. 963—965. Rosini Romm. Antt. p. 20. De sepulcris, in primis Scipionum, v. Visconti *opere varie*. Milan. 1827. Vol. I. quem laudat Orell. Add. C. F. C. Wagner. Progr. de Romann. Monumm. Sepulcrall. III. p. 11. sqq. Scipionum sepulcra ad portam Capenam anno 1780. reperta esse refert FAWolf. in Scholis, laudans praeterea Liv. XXXVIII. 56. Adde his Chladenium de Gentilitate Vett. Romm. C. V. de Funerib. et Sepulcris gentilit. §. X. p. 67. Scribitur autem *Collatini* in Cod. Vind., *Calatinorum* in Cod. Marb., qui omittit *Scipionum*. Inscriptiones ipsas Monumenti Scipionum exhibet Orellius in Inscrippt. Latt. I. p. 149. sq. Conf. Otto ad Cic. de Sen. 12, 61. p. 161 sq. *Calatinus* fuit A. Atilius Calatinus Consul a. 495. et 499. Dictator a. 504. Vid. Valer. Max. II. 8. 2. Liv. Epit. 17. et 19. Polyb. I. 24. Sed nolo in talibus longus esse, cum de hominibus a Cicerone laudatis sufficere possint, quae sunt in Schützii Lex. Cic. T. I. — Praetuli autem scriptionem *sepulcra* Davisianae *sepulchra*, cum Ern. Wolf. et Orell. Vid. Grotef. l. c. §. 136. — Pro *putas* Cod. Gud.

ros putas illos? A. Quoniam me verbo premis, posthac non ita dicam, *miseros esse*, sed tantum, *miseros*, ob id ipsum, quia non sunt. M. Non dicis igitur, *miser est M. Crassus;* sed tantum, *miser M. Crassus.* A. Ita plane. M. 14 Quasi non necesse sit, quicquid isto modo pronunties, id aut esse, aut non esse. An tu dialecticis ne imbutus quidem es? In primis enim hoc traditur: omne pronuntiatum

---

habet *putes.* Gud. 1. habet *Catilini.* Gud. 2. *c palatini.* Aug. *Salatini.* Gud. 2. omittit *vides. Mr.*

Quoniam me verbo premis] Male Billerb. explicat: du hältst mich beim Worte fest. Recte Forcellinus v. *premis* dicit, translate ita dici a re militari: additque FAWolfius, paullo mitius dictum esse pro *verbo urges*, quod Ciceroni non est infrequens. Bene iam Beroaldus ad v. *verbo* dixit: „Scil. *esse:* tanquam aliud sit dicere *miserum hominem*, aliud *miserum esse hominem.*“ — In seqq. Cod. Gud. et Ed. H. habent *sed tm̄.* i. e. *sed tamen.* Vid. Baring. Clav. Diplomat. VII. Tab. 13. col. 3. *Mr.*

Ob id ipsum, quia non sint] Sic Reg. Med. Balliol. aliique Codices. Vulgo *sunt D.*

Ob id ipsum, quia non sunt.] Nolui obtemperare Davisio, qui in Ed. 2. de mutanda lectione ne cogitavit quidem, ex aliquot Codd. scribenti *sint*, cum, quae supra (initio capitis) erant ponendi Coniunctivi causae, non adsint h. l., et libri nostri ad unum omnes, exceptis Gud. 1. 2. exhibeant *sunt.* In seqq. Cod. Mon. 1. male post *igitur, miser* omittit *est.* Verba *sed tantum — M. Crassus* omittit Cod. Gud. 2. Tum Verb. in libro quodam MS. esse scribit *Immo plane* pro *Ita plane.* Mox Cod. Gud. et Ed. H. *id autem esse* Aug. *id aut esse quidem,* Cod. Vind. 1. *id esse quidem,* omisso *aut.* Vocem *quidem* post *imbutus* omittit Cod. Reg. 3., in eodem *enim* post *in primis* deest. Ed. H. habet *imbutus ne quidem.* Cod. Rehd. *in primis quidem enim.* Cod. Duisb. *enim non traditur.* Cod. Reg. 3. *traditur esse. In primis* recte Kühnerus explicat: in initiis, elementis, fundamento dialecticorum: laudato Acad. II. 29. 95. *Mr.*

Pronuntiatum — ἀξίωμα] Ad hunc locum respicit Agellius N. A. XVI, 8. *Quicquid ita dicitur plena atque perfecta verborum sententia, ut id necesse sit aut verum aut falsum esse, id a Dialecticis ΑΞΙΩΜΑ appellatum est — a M. Cicerone* pronuntiatum, *quo ille vocabulo tantisper uti se attestatus est,* quoad melius, *inquit,* invenero. [De Fato I. 1. est *enunciatio.*] Hieronymus in Rufin. lib. I. col. 385. ed. Bened. *Quid significat ἀξίωμα, quod nos* pronuntiatum *possumus dicere.* Haec satis ostendunt eos a recta via deerrasse, qui verbum Aristotelicum *ἀπόφασιν* [hoc certe falsum: sed scribi debet *ἀπόφανσιν*: v. Turneb. ad Cic. de Fato p. 658. ed. nostr. *Mr.*] *ἀντὶ τοῦ ἀξιώματος* hoc in loco reponunt. Quod si alia veterum loca desideres, ea suppeditabit Aeg. Menagius ad Laërt. VII, 65. *D.*

Omne pronuntiatum] Cod. Aug. *esse pronuntiatum.* Cod. Bern. *pronuntiatum omne.* Reisk. ex Med. enotavit *omnem pronuntiatum,* et ex Junt. *omne pronuntiatum est, sic* (quod habent etiam Edd. C. Asc. 2.) idque verum esse et Ciceronianum existimat; nos non item. Credo, ne Cicero post parenthesin in *ἀναχόλουθον* incidat: quod non ita cavere debuit, quam orationem hiulcam, qua post *est* inciperet, quasi se ipse corrigens vel potius balbutiens, parenthesin. Ad formam enunciati cf. Susii Lima Ciceroniana p. 71. Ad rem Beroaldus haec: „M. Valerius et Laelius, Varronis magister, *profata* et

(sic enim mihi in praesentia occurrit, ut appellarem ἀξίωμα;

---

proloquia appellant, quae Graeci ἀξιώματα. — Axioma autem s. *pronuntiatum* s. *proloquium*, est sententia, in qua nihil desideratur — quale hoc est: *Scipio Numantiam delevit* — et omnino quicquid ita dicitur, plena et perfecta verborum sententia, ut id necesse sit, aut verum aut falsum esse. — Alibi M. Tullius dixit [Acadd. II. 29. 95.] fundamentum dialecticae esse *axioma*, quod ait esse quasi *effatum*. Est praeterea ἀξίωμα — quod alii *adiunctum* alii *connexum* dixere: id tale est: *Si Plato ambulat, Plato movetur* —. Est item aliud, quod Graeci διεζευγμένον ἀξίωμα, nos *disiunctum proloquium* dicimus. Id huiusmodi est: *Aut malum est voluptas, aut bonum: aut neque bonum neque malum est.* Martianus Capella in libro dialecticae de axiomate — sic ait: quod fuerit ex nominativo casu nominis et tertia verbi persona coniunctum, proloquium dicitur. Ergo, *miser est M. Crassus* proloquium s. pronuntiatum erit, videlicet sententia perfecta ex nomine et verbo: quod si verbum suppressum fuerit, ut, *miser M. Crassus*, nihil significabitur, nec implebitur sententia, nisi verbum *est* subintelligatur." — Camerarius ad v. *dialecticis* haec: „*Grammatica, dialectica* et *rhetorica* in neutro genere cum dicuntur, praecepta significantur artium illarum." De voce ἀξίωμα ait eam esse ἀπὸ τοῦ ἀξιοῦν i. e. censere et velle: itemque dici etiam ἀξιώματα Graecis προτάσεις, λήμματα et ἀρχάς. Vid. etiam nostras annott. ad Cic. de Fato I. p. 561. coll. p. 658. Goerenz. ad Cic. Acadd. I. 1. p. 173 ibiq. laudd. Bremi ad Cic. de Fato 11, 26. ubi est *pronuntiatio:* ibiq. nos p. 612. Jac. Facciolati Logicae Discipl. Rudimenta (8. Venet. 1728.) p. 60. eiusd. Institutiones Logicae Peripatet. (ib. 1729.) p. 99. not. 2. et, qui ibi laudatur, Muret. Var. Lectt. VI. 2. (p. 124. ed. Ruhnk.) — In marg. Ed. nostrae Asc. 2. pro prava lectione *omne pronunciatum est* correxit manus viri alicuius docti *pronuntiatum omne*, deleto *est*. *Mr.*

sic enim mihi in praesentia —] Ad v. *sic* parenthesin incipientem v. Goerenz. in Jahn. Jahrbb. f. Philol. u. Paedag. 1826. I. 2. p. 305: ad *enim* Beier. ad Cic. Lael. 11, 39. p. 63. Vocem *enim* omittunt Cod. Mon. 1. Edd. H. P. A. B. S. E. Ven. Asc. 1: verba *in praesentia* omittit Cod. Duisb. De ea formula v. Doederlein. *Lat. Synon. u. Etym.* I. p. 139—145. Laudat praeterea Orellius Oudendorpium ad lib. I. de Invent. c. 27. p. 33. Neap. additque Nautam ad Sen. de Provid. 1. p. 7. annott. *praesentia* mire accusativum plur. esse existimavisse: quod certe non tam mirum est, quam quod vir a nobis laudatus in libro ceteroqui praestantissimo de formula *in praesentiarum* statuit. Vocem *mihi* omittit Cod. Gud. 2. et mox verba *occurrit ut appellarem*. Aug. habet: *ut appellarem Graecum andyoma. Mr.*

Mihi in praesentia occurrit, ut appellarem ἀξίωμα] Sic vulgo dant: ac Balliol. exhibet, *appellem* ἀξίωμα, quod melius est et Latinius. *D.*

occurrit, ut appellarem ἀξίωμα.] Restitui Imperfectum praeeuntibus Ern. Schützio, Wolf. et Orell. *Occurrit* enim est Perfectum, ut monuit Schütz. laudans de Finn. XVI. 54. [volebat III. 16. 53: *quod enim illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, ut indifferens dicerem*] itemque FAWolf. in Scholis p. 333. ed. Orell. et Hand. ad Wopkens. Lectt. Tull. p. 270. not. 110. Sed cum sit Perfectum praesens, poterat quidem sequi *appellem;* hoc vero loco (quod recte observavit Billerb.) Cicero certe *prius* cogitaverit *pronuntiatum*, quam appellaret. Quare non est, quod discedamus a librorum nostrorum omnium scriptione et auctoritate. In solo Bern.

utar post alio, sed si invenero melius;) id ergo est pronuntiatum, quod est verum aut falsum. Quum igitur dicis,

---

syllaba *ar* ab al. m. erasa est. Vox *ἀξίωμα* in aliquot libris latinis literis exarata est, ut in Cod. Duisb., in aliis perperam scripta, v. c. Marb. *Ἀξvima* (sic) Reg. 3. *azurala.* Mon. 1. *axiona.* Ed. H. *auxioma.* Asc. 1. *ἀξίομα.* Pro *post* Cod. Marb. habet *posthac* quod est interpretis. Duisb. habet *utarque*, quod item est correctoris. Codd. Gud. Duisb. *alios. Mr.*

sed si invenero melius] Dav. in Ed. tertia *sed si*, quod est ex Cod. Reg. In secunda abiecit *sed* addita notula: vulgg. *sed si.* Gebhardus illud *sed* ex Pithoean. et Pall. 3. 4 receperat. Neque erat, cur Dav. diceret, vulgo legi *sed si*; nam praeter Edd. a Gruteriana pendentes nulla habet ex vett. et recc. Neque est in Codd. reliquis, praeter Rehd. (hic habet *set*). Accedunt ii, in quibus est *alios et si*, ut Codd. Gud. Reg. 1. *Et si* est etiam in Reg. 3. In Gud. 2. et Marb. *si et.* Reprobarunt *sed* Bouh. et Ern. Recte probavit Stuerenburg. ad Cic. pro Arch. p. 151. laudato Auct. ad Herenn. I. 1. 1. *Mr.*

Id ergo est pronuntiatum,] Ἀναχολούθως pergere orationem post parenthesin iam vidit commentator Anonymus in Ed. Leodeg. qui ita ad h. l.: „Latini solent nonnunquam post parenthesin incidere in *ἀναχόλουθον*, quasi verborum immemores superiorum, quo modo hic Cicero loqui videtur; nisi forte legendum putes: *Id ergo esse pronuntiatum.*“ Quod *ἀναχόλουθον* cum non caperent librarii, varie turbarunt, ut iudicat etiam Goerenzius ad Cic. de Fin. II. 34. 113. p. 289 sq. Vidit item Nissen. p. 6. cum Ern. monuisset: „hoc non satis bene convenit cum superiori ante parenthesin, *omne pronuntiatum.* sequi debebat: *omne ergo pronuntiatum est aut verum aut falsum.*“ Scribitur autem in Cod. Col. Fabricii, ex interpolatione, (ut ait Orellius) *id ergo, quod est pronuntiatum, aut verum est, aut falsum*, et sic etiam vet. cod. in marg. Lambb. et Goth. et noster Duisb. In Cod. Marb. est: *quod est verum ante falsum:* in Vind. 2. *quod est verum vel falsum.* Car. Steph. Man. Boul. Gryph. Ald. Sylb. *quod aut verum aut falsum esse dicitur*, itemque Lambb. Leod. Ed. Fabr. *aut quod verum.* Singularis est lectio H. Wolfii: *pronuntiatum omne (sic mihi in praesentia occurrit ut appellarem ἀξίωμα: utar post alio, si invenero melius: id ergo est pronuntiatum) aut verum aut falsum esse.* In Pal. 4 et Vatic. est: *quod est aut verum aut falsum*, quod recepit, non addens unde, in Ed. 2. Davisius. Neque nobis haec lectio improbatur. Ita de Fato 10: *omne ἀξίωμα aut verum esse aut falsum.* De voce *ergo* post parenthesin loquitur Goerenz. l. c., de eadem pro *inquam* posita, si primaria vox repetitur, idem ad Acadd. II. 41. 126. p. 229. Cod. Gud. 2. omittit *est.* Aug. habet *vel falsum. Mr.* De anacolutho v. Otto ad Cic. de Finibus p. 393. *Mr.*

Quum igitur dicis] Nolui reiicere hunc verborum ordinem, quem recepit Dav., cum eum exhibeant (exceptis Reg. 2. 4. Edd. Grut. Gron. Alt. Ern. Lall. Schz. Wf. Or.) Codd. et Edd. vett. omnes, nisi quod Cod. Gud. 2. habet *cum enim dicis.* in Cod. Duisb. scriptum est sollenni confusione *cum ergo dicis:* de qua v. Goerenz. ad de Finn. II. 9. 26. IV. 13. 34. et alibi, orta nimirum ex similitudine compendii utriusque vocis. Post *miser est* omittitur *M.* in Codd. Gud. Duisb. Marb. Mon. 1. habet *miser tantum M. Cr.* Pro *ut* Marb. habet *non.* Mox idem omittit *verum.* Cod. Vind. 1. et Ed. H. habent *verum ne id falsumne sit.* Reg. 3. *verum id' aut falsumne sit.* Ed. P. *verum i dne falsumve sit.* Verba *ut possit* usque ad *sit* absunt a Cod. Gud. 2. *Mr.*

Miser M. Crassus, aut hoc dicis, *Miser est M. Crassus*, ut possit iudicari, verum id, falsumne sit: aut nihil dicis omnino. A. Age iam concedo non esse miseros, qui mortui sunt: quoniam extorsisti, ut faterer, qui omnino non essent, eos ne miseros quidem esse posse. Quid? qui vivimus, quum moriendum sit, nonne miseri sumus? quae enim potest in vita esse iucunditas, quum dies et noctes cogitandum sit, iam iamque esse moriendum?

M. Ecquid ergo intelligis, quantum mali de humana 8

15

Age iam concedo] Delevimus distinctionem post *age*, monente Handio in Tursellino I. p. 209. ubi noster locus laudatur. Sed operae pretium est universam de eo vocabulo disputationem legere p. 203—212. Pro *concedo* in Cod. Reg. 3. est *concede*, quod est correctoris ad vices colloquentium non attendentis. Tum Cod. Gud. *non miseros esse*. *Mr.*

qui mortui sunt] Non potui obsequi Ernesto, *sint* corrigenti, quamvis adsentiat Cod. Reg. 1. cum Gud. 1. 2. Vind. 2. Mon. 1. Marb. Est enim *qui mortui sunt* nil nisi uberior elocutio pro *mortuos*, quo ambigua facta esset oratio (*esse miseros mortuos*), ut recte iudicat Orell. In seqq. Cod. Duisb. omittit *posse* post *esse*. Quae sequuntur in Codd. Reg. 1. 3. 4. Gud. Duisb. Mon. 2. Ed. H. *Marco* tribuuntur, tum inde a *quae enim* Auditori. Scribitur autem *Quid est? qui*: in Cod. Bern. a sec. m. *quid de nobis qui*. Mox Codd. Mon. 1. Bern. (in m. ab al. m.) *quae enim nobis potest*. Reg. 3. *quae enim in vita* (om. *potest*.) Reg. 2. *quae enim potest esse in vita*, quem verborum ordinem habent etiam Codd. Bern. et Duisb. Verba *in vita* desunt in Vind. 1. Cod. Rehd. habet *quae enim in vita potest*. Ed. H. *quae nobis enim in vita potest esse*. Scribitur *iocunditas* in Codd. Mon. 1. Marb. Ed. H. quae scriptio pravae etymologiae (a *iocus*) originem debet. Circa finem capitis est *ac noctes* in Codd. Vind. 1. et Duisb.; Rehd. habet *iam iam esse*. Mon. 1. *iam iamque moriendum* (omisso *esse*). *Mr.*

c. 8. *Ecquid ergo intelligis*] Gud. 2. *haec qui ergo audis et int.* Necessario restituendum fuit Ciceroni *Ecquid* pro *Ecqui*, quod exhibebat Dav. et receperat Gebh. ex Ed. Vict. et Codd. Gembl. Fabr. Pith. Pall. 1. 3. 4., itemque Ern. Oliv. Nam etsi vel maxime *ecqui* positum dicas pro *qui*, ut Menkenio videtur in Obss. L. L. p. 297. et Glossatori visum est in Pal. 3., qui teste Gebh. in Crepundiis p. 383. supra scripsit: *Quomodo hoc intelligis*; nullus plane ex Ciceronis sententia est huic quaestioni locus: sed *Ecquid* est i. q. *numquid* pro *num*. Ita noster ad Att. II. 2. *Ecquid vides Kalendas venire?* et similius nostro Livius IV. 3. 8: *Ecquid sentitis, in quanto contemtu vivatis?* ubi item fluctuat codicum lectio: v. Ed. Drakenb. (Stuttg.) p. 34. Faciunt nobiscum FAWolf, Schz., Or., ex libris autem nostris Cod. Car. Steph. Edd. quas Or. contulit B. E. C. H. V. M. L. praeterea Asc. 2. Leod. Boul. HWolf. Gryph. Camer. Goth. Ald. Sturm. Fabr. Sylb. Junt. Accedunt eae, in quibus est *Et quid*, Ven. nostr. A. S. Scribitur in Cod. Gud. *etiam qui sic intelligis*; in Edd. H. et P. Codd. Rehd. Reg. 3. Vind. 1. Mon. 2. *At qui*; Est etiam *atqui* supra lin. in Cod. Vind. 2., in Ed. Ven. Alteri in marg. adscriptum *Et quid*. In reliquis est *ecqui*, nisi quod Duisb. Marb. et Mon. 1. habent *Et qui*, Aug. *atqui*. Mox Cod. Gud. et Ed. H. habent *quantum malum*. Sequitur in aliquot libris *ex* pro *de*, nimirum in Edd. B. M. L. Asc. 1. Car. Steph. Ald. Sylb. Sturm. Goth.

conditione deieceris? A. Quonam modo? M. Quia, si mori etiam mortuis miserum esset, infinitum quoddam et sempiternum malum haberemus in vita. Nunc video calcem; ad

---

Gryph. Fabr. Sed Codd. quotquot innotescunt et Edd. rell. servant *de* et plane ita noster II. 5. 14: *Videsne igitur, quantum de doloris terrore deieceris?* Noluimus vero cum FAWolfio scribere *condicione:* moti loco Senecae Cons. ad Helv. 5: *bona conditione conditi sumus.* Pro *deieceris* Reg. 4. habet *deicis.* *Mr.*

Quia si mori etiam mortuis miserum esset,] Bentleii emendationem *mors.* — *In vita nunc* (de qua v. eum disputantem in ann.) ita refutare studet Anonymus in Ed. Oliveti: „Intelligere haec noluit vir doctissimus, qui mutare voluerat. Sic opinor intelligenda: Fateris mortuos non eo esse miseros, quod sint mortui et vita careant. Vide ista confessione *quantum mali de humana conditione deieceris.* Etenim cum nascamur omnes ea conditione et lege, ut moriamur, cum esse mortuum sit sempiternum, et in tempus infinitum duret vitae privatio; si mortui eo essent miseri, quod mortui sunt, *haberemus in vita,* cum vitam acciperemus, *malum quoddam infinitum et sempiternum.* Si non essemus nati, si vitam non accepissemus, ea non privaremur, neque possemus in sempiternum et infinitum tempus esse miseri. Fassus es non esse miseros, qui nati non sunt, quia nimirum vitam non habuerunt. Si ergo vitam non habuissent mortui, carerent illo sempiterno et infinito malo, quod est in privatione vitae: illis ergo vita sempiternum illud malum attulit: acceperunt illud cum vita et *in vita* quasi inclusum *habuerunt.*“ Or. dicit *haberemus in vita* dictum est pro *haberemus iam in vita:* languere vero sententiam, si cum Dav. (in ann. Ed. 2.) et Schützio verba *in vita* deleta velis. Wopkens. Lectt. Tull. p. 50 (70 ed. Hand.) recte reprobat et Bentleii (a Bouhierio quoque laudatam) et Davisii coniecturas: sed peius ipse coniicit *horreremus* pro *haberemus.* Kühnerus Bentleio adstipulatur dicens: „Diligentius inspecto loco vidi magna etiam cum vi verba *in vitâ* in prima enunciati sede collocata esse.“ Buggius *mori* servatum vult, sed corrigi cum Bentleio: *In vita nunc video calcem.* Handius contra ad Wopk. l. c.: „Verba *in vita* ob vim oppositionis necessaria, et verbo *haberemus* adiungenda videntur. E libris de Legibus Lactantius Instit. 3, 19. 2. affert: *gratulamurque nobis, quoniam mors aut meliorem, quam qui est in vita, aut certe non deteriorem allatura est statum. Malum habere* dixit Cicero iterum ad Att. 7, 2. med.“ Add. de Legg. I. 14. 41: *ne malum habeat.* Ceterum est etiam h. l. aliquid varietatis in libris. Cod. Marb. habet *et iam* pro *etiam:* Gud. 2. *mortuis etiam* tum Ed. H. *mortuus.* Vind. 1. *esset miserum.* Ed. P. *quiddam.* Ed. H. *quodam.* Tum Cod. Mon. 2. *in vita haberemus.* Bentleio corrigenti *mors — haberemus. In vita nunc* — neque codd. neque Edd. suffragantur, sed Kühnerus. Monet quidem Nissen., *mori* pro *morte* dictum esse, ut *errare* pro *errore* et alia eiusmodi. Sed Censor Ed. Kühn. Lips. 1831. 199. p. 1589. ineptum esse ait *mori,* cum certe *mortuum esse* scribendum fuerit: *mori* vero pro *mors* ab iis scriptum esse, qui *miserum* ad *mors* referri non posse existimarent, quam tamen constructionem satis probaverit Bentleius. — Ad seq. *nunc* conf. quod de Graeco *νῦν δὲ* eodem modo post propositionem conditionalem posito dicit A. Matthiae in Gr. Gr. 607. Exempla Ciceroniana sunt Or. pro Lig. 10. pro Arch. 11. Kritzius quoque in Cens. Ed. Kühn. (A. S. Z. 1830. 111. p. 900.) Bentleio adstipulatur. *Mr.*

Nunc video calcem.] Auditori haec tribuuntur in Codd. Reg. 3.

quam quum sit decursum, nihil sit praeterea extimescen-

Mon. 1. Ed. H. *Calcem* intellige curriculi finem. Turneb. Adv. II. 9. p. 51: „Ex eo autem *calx* curriculi finis [in circo] vocatus est, quod creta aut etiam *calce* notaretur: quod et Lucretius indicavit, cùm *praescripta candida* dixit [VI. 91: *Tu mihi supremae praescripta ad candida calcis Currenti spatium praemonstra callida Musa:* ubi vid. Lamb., Fayum et Creech. Sed A. Forbiger. ibi *callis* restituit], intelligens praescriptum velut cretatum finem. Seneca in Epistolis [108. circa fin.] *deinde transit ad ea, quae consuetudo seculi mutavit, tanquam quod ait Cicero: quoniam sumus ab ipsa calce eius interpellatione revocati: hanc quam nunc in circo cretam vocamus, antiqui calcem dicebant.*“ Pro *calcem* est *callem* in Pal. 3, *calem* in Pal. 4. teste Gebhardo: ut etiam hoc loco inter *callem* et *calcem* fluctuent libri: et plane ita etiam apud Gellium. N. A. XIV. 3. *cursusque eorum ad eandem virtutis calcem pergentium:* ubi vid. Gronov. Salmas. Plinn. Exercitt. p. 642. Ed. Traj. *Mr.*

Ad quam *cum sit decursum*] Vulgo *ad quem*. Sed Reg. *ad quam*, nec aliter Pall. tert. quart. et Vatic. contra quos stare non debuit Gebhardus. Seneca Epist. CVIII. *Tanquam quod ait* Cicero, Quoniam sumus ab *ipsa calce* eius interpellatione revocati: *hanc quam nunc in circo* metam *vocamus*, calcem *antiqui dicebant*. Nonius: Calx *est generis feminini*. Vide sis Agellium XIV, 3. et Val. Probum Cathol. col. 1462. *D.*

ad quam quum sit decursum] „Ita Lamb. ex MSS. edidit; probo. — Errant autem, qui illud *ad calcem pervenire* a corpore humano tractum esse arbitrantur.“ *Fr. Fabr.* Hoc vidit etiam *A. Manutius* in annot. Iam de genere vocis *calx* v. K. L. Schneider. Ausf. Gramm. d. Lat. Spr.-Formenl. I. p. 119. sq. ibiq. laudd. Ruddimann. Inst. Gr. Lat. I. p. 37. 38. ubi quoque de nostro loco. Habent autem *quem* Edd. vett. pleraeque et multi Codd. Sed *quam* exhibent Reg. 3. 4. Marb. Duisb. Guelf. Bern. Mon. 2. Vind. 1. Edd. Med. marg. Lamb. ex vet. cod. Asc. 1. marg. HWolf. et recc. Schellerus in Obss. ad prisc. scriptt. p. 198. tueri volebat masculinum. Pergit Cod. Marb. *nil*. Ed. Junt. omittit *sit*, et Mon. 1. *mihi* post *tu*. In nomine *Epicharmi* errabant librarii, ut solent, ita ut v. c. Aug. Marb. habeant *Epicarini*, et post aliquot lineas *Epicuri*. De *Epicharmo* v. Vetustissimorum Comicorum Gr. sententias ed. J. Hertel. p. 276—289. De Epicharmo scr. H. Harless. 8. Essend. 1822. C. J. Grysar. de Doriensium Comoedia Quaestiones Vol. I. 8 Colon. 1828. [Insunt Epicharmi et Italicae comoediae scriptorum fragmenta.] In seqq. Cod. Rehd. *non insulsi*. Mon. 2. *hominis Siculi*, om. *ut* Cod. Gud. 2. *ut sivelim*. Duisb. ridicule: *ut figuli*. De usu vocis *ut*, cui simillimus est usus Graecae particulae ὡς, non necessarium est laudare interpretes, qui sat multi de eo praeceperunt: vide mox ipsum Ciceronis usum: Brut. 10. 39 et 41. de Sen. 4. 12: *multae etiam, ut in homine Romano, literae*. Quod vero Kühnerus dicit in *omnibus* eiusmodi locis particulam *ut* vel ὡς indicare, rem per se spectatam non magni momenti esse censendam, sed tantum pro rei vel personae, de qua sermo est, conditione: id ipsum in nostrum locum non cadit. Non enim vult Cicero, Epicharmum per se spectatum non admodum fuisse acutum, vel si comparetur cum Romanis vel ceteris Graecis: sed eum fuisse re vera valde acutum; quippe cum Siculi homines prae ceteris essent acuminis et solertiae laude celebrati: eandemque solertiam, quae exspectari poterat in homine Siculo, fuisse etiam in Epicharmo. Et recte laudat ipse K. Cic. de

dum. Sed tu mihi videris Epicharmi, acuti nec insulsi hominis, ut Siculi, sententiam sequi. A. Quam? non enim
b. novi. M. Dicam, si potero, Latine: scis enim me Graece loqui in Latino sermone non plus solere, quam in Graeco Latine. A. Et recte quidem: sed quae tandem est Epicharmi ista sententia?

M. 'Emori nolo: séd me esse mórtuum nihil aéstumo.

Or. II. 54. 217. Brut. 12. in Verr. III. 8. 25. K. O. Müller: *Dorier.* T. II. p. 360. Iam vide in eandem sententiam egregie disputantem Kritzium in Censura Ed. Kühn. (A. S. Z. 1830. 112. p. 905. sq.) Camerarius de verbis *ut Siculi* disputans „Hoc, ait, bifariam accipi posse video, ut vel augmentum vel deminutionem laudis habeat. Nam et Cicero sales et facetias tribuit Siculis in Verrinis et de Or. 2. Et idem quaedam fatetur non perbelle ab iis dicta: et Atticos non his, sed caeteris omnibus Graecis antecellere in hoc genere ridiculorum et salsorum dicit. Nota est enim dos parasitica Atticorum logorum, exclusis Siculis tanquam improbis.“ Mihi quidem h. l. certum est, non habere ista verba laudis deminutionem. Iam vid. etiam Kritz. ad Sall. Iug. 107. p. 580. qui nobiscum facit. *Mr.*

Epicharmi, acuti nec insulsi hominis, ut Siculi] Si Laertio fides VIII, 78. erat *Κῶος — τριμηνιαῖος δὲ ὑπάρχων ἀπηνέχθη τῆς Σικελίας εἰς Μέγαρα.* Hinc eiusdem libri §. 7. *Ἠλοθαλῆ τὸν Ἐπιχάρμου τοῦ ΚΩΟΥ πατέρα* memorat. Sane de eius patria inter auctores non convenit, ut ex Suida liquet. Plerique tamen eum *Siculum* dicunt; is autem populus ob acumen erat nobilis. Cicero in Bruto cap. XII. *Ait Aristoteles, sublatis in Sicilia tyrannis — quod esset acuta illa gens — artem et praecepta Siculos Coracem et Tisiam conscripsisse.* Firmicus Mathes. lib. I. cap. 1. *acuti Siculi, luxuriosi semper Asiani.* Vide sis et cap. 4. Hinc iis facetias tribuit noster de Orat. lib. II. cap. 54. *D.*

scis enim] Fr. Fabr. *nescis enim.* Cod. Rehd. omittit *enim.* Ad sententiam bene Camerarius: —„intellige vult, vitari a se inculcationem importunam alienae linguae, maxime tali in scripto, quod ab omnibus cognosci vellet, iis etiam, qui Graece nescirent. Neque enim idem veritus est, multos versus Graecos epistolis inserere suis, quarum ad Atticum nulla est non graecissans.“ De hac lege a Cicerone constanter servata vid. E. V. E. Vogel. in Obss. ad Cic. (Bip. 1830. 4.) pag. 12. — Omittunt in seqq. Cod. Duisb. *in*, Gud. *sermone.* Mox Cod. Bern. immutato ordine *sed quae est tandem. Mr.*

Emori nolo etc.] Epicharmi versiculus extat apud Sextum Empiricum adv. Mathem. p. 54. *Ἀποθανεῖν ἢ τεθνάναι, οὔ μοι διαφέρει.* Haerent autem interpretes, unde factum, ut ex eo hunc sensum exsculpserit Cicero. Nec mirum; quippe locus, si noster ad alium non respexit, dubio procul est mendosus. Eo posito, legendum crediderim.

— Ἀπῆ θανεῖν· ἢ τεθνάν' οὔ μοι διαφέρει,

ut pars sit Trochaici; qui plenus erit et integer, his vel similibus verbis additis,

Πόρρω μὰν ἀπῆ θανεῖν etc.

Absit longe a me mori: esse mortuum refert nihil.

Siquidem *mors misera non est; aditus ad mortem est miser.* Vide Lactantium Div. Inst. lib. III. cap. XVII, 32. et Quinctilianum VIII, 5. *D.*

Emori nolo: sed me esse mortuum nihil aestumo] Edd. H.

A. Iam agnosco Graecum: sed quoniam coëgisti, ut con-

Med. *me mori nolo,* Reg. 4. *Emori volo.* Mon. 1. *Sed non esse,* Aug. *sed et me esse.* Reg. 3. *sed me etiam.* Idem cum Mon. 1. et Gud. *morituram,* quod est etiam ex prava correctione in Cod. Bern. Pro *nihil* est *nil* in Marb. Idem cum Vind. 1. (a quo abest *esse*) Rehd. Edd. H. C. V. Asc. 2. Rob. Steph. Junt. habet *existimo.* Codd. Reg. 3. Gud. *extimo.* Edd. Ald. Sylb. Camer. Gryph. Boul. HWolf. *nihili* pro *nihil,* et sic etiam utraque Herw. Sed in varr. lectt. *nihil.* Pergunt Crat. et Herw. 2. *existimo,* utraque in varr. lectt. habet *aestimo. Mr.*

Emori nolo etc.] „Graecum versiculum Epicharmi, qui non valde dissimilem sententiam habet, repperi. An autem sit, quem hic Cicero expressit, affirmare non audeo: nec tamen vehementer negaverim. Is est apud Sextum Empiricum cap. quo disserit, ὅτι τὸ περὶ τοὺς ποιητὰς καὶ συγγραφεῖς μέρος τῆς γραμματικῆς ἀσύστατόν ἐστιν. est autem sermo de Epicuro: τὸν δὲ θάνατον ὅτι οὐδέν ἐστι πρὸς ἡμᾶς Ἐπίχαρμος αὐτῷ προσμεμήνυκεν εἰπών, ἀποθανεῖν ἦ τεθνᾶναι οὔ μοι διαφέρει. Posterior certe pars non potuit elegantius aut fidelius reddi: priorum verborum intellectus aliquantum a Graeca sententia diversus est. Potuit eam sententiam Cicero magis amare, ut sibi tunc aptiorem: nec enim tanta religione e Graeco ille vertebat, quanta faciunt huius aetatis interpretes, qui ita sententiis et verbis eius auctoris, quem in Latinum convertunt, addicti et consecrati sunt, ut tantulum ab illis declinare nefas esse putent et fortasse recte in multis auctoribus: quamvis non in omnibus: nec enim omnia eodem modo tractari debent.“ *Victorius.* In Ed. I. Dav. Senarium hunc effinxerat: *ἀπῆ θανεῖν· ἦ τεθνάν· οὔ μοι διαφέρει· Absit mori: esse mortuum refert nihil.* Tum vituperaverat scriptionem τεθνᾶναι. Qua de re nunc vide Buttmanni Gramm. mai. Gr. II. p. 14. sq. De verbo *emori* v. disputantem Doederlein. *Lat. Synon. u. Etymol.* III. p. 183. sq. qui, nostrum ibi versum laudans, scribit *nihili.* Planck. ad Ennii Medeam p. 131. hunc versum ita scribit:

Emorei nolo, sed me esse mortuum, nihil aistumo:

ubi vid. ei. annotationem. Add. Kritz. ad Sall. Iug. 14. p. 90. Ad sententiam congruit locus Plauti Capt. III. 5. 83:

Post mortem in morte nihil est, quod metuam, mali.

Quod vero *me* sine elisione ponitur, id factum est more Graecorum, in quorum versibus, longa vocali vel diphthongo ante vocalem correpta, hiatus tollitur. Vid. Grotefend. Gr. Lat. II. §. 3. p. 10. Ita Horatius Serm. I. 9. 38. *Si mĕ amas.* Ad rem cf. Creuzer. ad Plotin. I. 7. 3. p. 62. Ed. Bas. Wyttenbach. ad Plat. Phaedon. p. 143 sq. *Mr.*

Iam agnosco Graecum] Vocem *iam* omittit Cod. Marb. Scribitur in Codd. Reg. 3. Rehd. Gud. Vind. 1. *cognosco.* Gebhardus in excerptis Vatic. legi dicit: *iam agnosco gradum:* cui addit Gronovius: Quo significant *Graium,* ut saepe alibi confusum. Neidius ad h. l.: „audire mihi videor Graecum, i. e. hominem mollem, loquentem: effeminatae enim indolis putabantur Graeci. — Venit quoque in mentem, anne sensus esse possit: iam veniunt in memoriam verba Graeca, iam reminiscor verborum Graecorum.“ Billerb. quoque duplicem sententiam extudit: primam: *iam te, Marce, Graecum agnosco:* alteram: *iam Graeca agnosco.* Nihil certius, quam alteram Neidii interpretationem ita veram esse, ut de priore ne cogitandum quidem fuerit: quamquam recentissimus quoque interpres Prenzloviensis vertit: da sieht man den Griechen. Quam versionem

cederem, qui mortui essent, eos miseros non esse; perfice, si potes, ut ne moriendum quidem esse miserum putem.
16 M. Iam istuc quidem nihil negotii est: sed etiam maiora molior. A. Quomodo hoc nihil negotii est? aut quae sunt tandem ista maiora? M. Quia, quoniam post mortem

---

refellere supervacaneum videtur. De v. *agnosco* v. Gernh. ad Cic. Lael. I. 5. p. 12. ibiq. laudd. *Mr.*

Sed quoniam coëgisti] Dav. *et:* ut nostri Codd. excepto Gud. 2. et multae Edd. Nec tamen potui, quin cum Wolfio et Orellio ederem *sed*, cum oppositio cum transitione coniuncta eam coniunctionem requirat; particula *et*, ut Orellio videtur, ex antiqua scriptione *set*, etiam in Inscriptionibus obvia, orta est. De ea scriptione v. Niebuhrii Ind. Orthogr. ad Cic. de Rep. ed. nostr. p. 624. Nec vero nostro loco omni auctoritate destituitur *sed*. Habet enim *Sed et* (ut ait Gronov. ad nostrum locum Ed. Lugd. Bat. 1692. 4. p. 1144.) Codex Vaticanus, praeterea ex Edd. vett. M. L. Leod. Fr. Fabr. Boul. Gryph. Goth. HWolf. Ald. Sylb. Car. Steph. et, ut videtur, veteres Codd. Car. Stephani et Fr. Fabricii, cum uterque nihil diversitatis annotaverit: ex recc. Lall. Sch. Nobb. et, quos dixi, Wolf. et Orell. Cod. Reg. 3. *egisti* pro *coëgisti*. *Mr.*

ne moriendum quidem esse] Cod. Aug. *non emoriendum*. Vocem *esse* omittit Cod. Gud. 'Mox servavi *istuc quidem*, pro quo Wolf. Schütz. Nobb. Or. ediderunt *istud quidem*. Vid. quae monet Goerenz. in Jahn. Jahrbb. 1826. I. 2. p. 337. Et habent *istuc* Codd. Reg. 1. 2. 3. 4. Vind. 1. 2. Gud. 1. 2. Duisb. Mon. 1. 2. Edd. H. M. L. HWolf. Gryph. Boul. Sturm. Ald. Sylb. Goth. Leod. Car. Steph. Fr. Fabr. Grut. Gron. Ern. Lall. Reisk. Tum Cod. Duisb. *negotii nihil*. Post *est* pergit Dav. in Ed. 2. *et maiora molior*, adnotans: „Vulgg. *sed etiam maiora*.“ Illud unde habuerit, nescio: neque enim unus ex omnibus, qui ad manum sunt, libris scriptis et editis habet *et m. m.* Sed absunt illae quatuor voces a multis libris MSS. (quamquam, quod sciam, a nulla Ed.) videlicet a Gud. 1. 2. Aug. Reg. 1. 2. 3. 4. Pall. 1. 2. 3. 4. Fab. Pithoean. Ulr. Marb. Mon. 2. Rehd. Gud. Duisb. Vind. 2. In Cod. Vind. 1. deest *etiam*. Ego vero in hoc tot librorum consensu non agnosco glossam, quam aliquis in reliquos irrepsisse existimare possit, sed veterem lacunam vel librarii alicuius negligentiam, ex cuius exemplari, ut saepissime factum est, vitium in plurimos manaverit, qui ex eo originem ducerent. Nec vero abesse possunt verba *sed etiam maiora molior*, cum mox interlocutor interroget: *aut quae sunt tandem ista maiora?* et paullo inferius: *sed quae sunt ea, quae dicis te maiora moliri?* ut recte iam vidit Gebhardus. *Mr.*

Quomodo hoc nihil negotii est?] Cod. Duisb. *quomodo istuc nihil neg. est?* Mon. 2. *quomodo hoc quidem nihil negotii?* om. *est*. Tum Gud. *aut quae sunt maiora ista tandem*. Scribitur *tandem sunt* in Cod. Mon. 1. Edd. M. L. Fr. Fabr. Goth. Car. Steph. Leod. Boul. Gryph. Ald. Sturm. Sylb. In Cod. Marb. est: *ista tandem memora*. Unde nolim quispiam faciat: Aut *quae sunt ista tandem? memora!* Haec Ciceronem non redolerent. *Mr.*

Quia, quoniam *post mortem*] Vulgo, omissa prima vocula, repraesentant, *quoniam, si post mortem nihil est mali*. Bene quidem, si Msstorum fide nititur illa lectio; sed nos in nostris Codd. alteram reperimus. *D.*

Quia, quoniam post mortem] Ita Codd. Reg. 1. Duisb. Gud. Rehd. (hi duo $q\overline{m}$.) Mon. 1. Bern. Edd. P. Dav. Wlf. Or. Nobb. In

nihil est mali, ne mors quidem est malum; cui proximum tempus est post mortem, in quo mali nihil esse concedis: ita ne moriendum quidem esse malum est: id est enim, perveniendum esse ad id, quod non esse malum confitemur. A. Uberius ista, quaeso. Haec enim spinosiora, prius, ut confitear, me cogunt, quam ut assentiar. Sed quae sunt ea, quae dicis te maiora moliri? M. Ut doceam, si possim,

---

Ed. H. est *quoniam quia:* in Cod. Mon. 2. *quia quomodo* ex male intellecto compendio. Vind. 1. *quia si post.* Aug. Marb. *quia post.* Reliqui *quoniam si:* male. Orta inde est haec lectio, quod non intellexerunt librarii, quid intersit inter *quia* et *quoniam. Quia* respondet Graeco ὅτι; *quoniam*, i. e. *quum iam*, Graeco ἐπειδή. Pergit Dav. *mali nihil est*, ut nulla exhibet editio, et tantum Codd. Mon. 2. Bern. Reg. 2. et 4. Nos cum plerisque exhibemus *nihil est mali.* Reg. 1. Gud. 1. omittunt verba *nihil est*, Duisb. verbum *mali.* Verba *nihil est mali* usque ad *est post mortem* exciderunt in Codd. Rehd. Gud. Vind. 1. aberrante librarii oculo a priore *post mortem* ad posterius. Cod. Aug. habet: *concedis nihil esse mali ne mors quidem malum est cui proximum tempus est post mortem in quo... Mr.*

cui proximum tempus est post mortem] Verba *post mortem* supervacanea existimabat atque eiici volebat Bouhierius. Contra quem, ut videtur Orellio, disputans explicavit haec verba FAWolfius: *cui morti proximum tempus, tempus est post mortem.* Wopkensius, haec prioribus ita adiungens, (Lectt. Tull. p. 250. ed. Hand.) ut explicet: *ne mors quidem est malum ei, cui proximum tempus* etc. aliud egisse videtur. Cod. Marb. pro *post* habet *primo. Mr.*

In quo mali nihil esse concedis] Ita Codd. nostri Vind. 2. Reg. 1. 2. 3. 4. (nisi quod 3. omittit *in*) Marb. Edd. M. Lamb. 2. Goth. Ald. Sturm. Sylb. Boul. Gryph. Leod. Gebh. et recc. Reliqui *nihil esse mali*, nisi quod Gud. omittit *in quo*, Mon. 2. et Rehd. habent *nihil mali esse*, et Marb. post *concedis* repetit *esse.* In seqq. Ed. H. pergit *ita non;* Duisb. post *quidem* omittit *esse.* Pergit Marb. *Id enim*, om. *est*, ut Edd. H. Sylb. Ed. H. post *perveniendum* addit *esse puto.* Pro *id est* habent *idem* Codd. Reg. 1. 2; *inde* Vind. 1: quorum errorum causa est in scribendi compendiis. In marg. Crat. legitur: *Sic enim perveniendum puto esse.* In seqq. Cod. Gud. *non malum esse.* Verbum *confitemur* respondet vocabulo Platonico ὁμολογοῦμεν, estque i. q. *convenit inter nos.* Differt autem haec significatio ab ea, quam habet proximum *confitear*: est enim ibi i. q. *concedam*, quamquam invitus, quia, quod reponam, non habeo: vid. Donat. ad Terent. Heaut. 5, 3, 13. Quod vero sequitur *assentior*, id ex animi sententia fieri existimandum. Ante h. v. Gud. omittit *ut.* Usum vocis *spinosus* amat noster. Ita dixit Orat. 32, 114: *postea, qui dialectici dicuntur, spinosiora multa pepererunt*, de Fin. III. 1. 3: *Stoicorum subtile, vel spinosum potius disputandi genus.* Infra IV. 5. prc.: *Peripatetici — spinas partiendi et definiendi praetermittunt. Mr.*

quae dicis te maiora moliri] Est *te dicis* in Cod. Duisb. et duobus Goerenzii, qui eum verborum ordinem ad Acadd. II. 23. 72. p. 135. et de Finn. II. 22. 74. p. 233. restitui vult, quia Cicero pronomina, quae ad Acc. c. Inf. pertinent, verbis dicendi praemittere soleat. Et recte quidem vir doctissimus posteriore loco edidit *ut te dicas in eo magistratu omnia — facturum esse*: (pro *ut dicas te* —) et priore: *nos autem ea dicimus nobis videri* (pro *dicimus ea* —): sed nostri loci, pace eius dixerim, alia est ratio. Eadem esset, si,

non modo malum non esse, sed bonum etiam esse mortem. A. Non postulo id quidem; aveo tamen audire. Ut enim non efficias, quod vis; tamen, mors ut malum non sit, efficies. Sed nihil te interpellabo: continentem orationem au-

---

non praecedente *quae*, scriberetur *dicis te maiora moliri*. Tum omnino dicendum esset *te dicis maiora moliri*. Nunc non desideratur transpositio: et *te* ante *dicis* positum iusto maiorem videri possit habere vim, ab hoc loco alienam. Ceterum in Cod. Mon. 2. est *maiora te moliri*, in Cod. Duisb. *et meliora moliri*. Cf. etiam Cens. Lips. Ed. Kühner. 1831. 199. p. 1590. Otto in Excursu ad Cic. de Finn. p. 421. sq. *Mr.*

Ut doceam, si possim, non modo —] Cod. Gud. Duisb. *si possum*. Ed. H. *si non possim*. Post *non modo* abest *malum* a Cod. Mon. 1. Vocem *mortem* post *non esse* ponunt, eandemque post *etiam esse* omittunt libri permulti. Idque factum probat Lallemannus. Nostrum vero ordinem tuentur Codd. Reg. 1. 2. Marb. Bern. Gud. Duisb. Edd. Car. Steph. M. L. Gryph. Goth. Lamb. 2. Boul. Ald. Sylb. Fr. Fabr. Sturm. Gebh. Gron. Oliv. Ern. Rsk. Wolf. Schz. Or. Repetitum *esse* omittunt Codd. Rehd. Vind. 2. In Reg. 4. est *sed bonum mortem etiam esse*. De loci constructione v. Doelecke Deutsch-Lat. Gramm. p. 123. *Mr.*

aveo tamen audire] Scriptio *habeo*, quam recepit Gebhardus [dicens: suus antiquitati honos habeatur ex antiquissimis libris Pall. et optimis. *Habeo enim est aveo*: sicque secundus, tertius, quartus] occupat plerosque Codd. Sed est tamen *aveo* in Reg. 2. 3. 4. Mon. 1. 2. Bern. et Edd. omnibus praeter Gebh. Gron. Alt. Verb. De confusione verborum *aveo* et *habeo* v. novam Ed. Forcellini Germanicam s. v. *aveo* et sub. lit. B. prc. Saepius utitur noster hoc verbo: eodem vero modo, quo hic, de Divin. I. 6. 11: *aveo audire de divinatione quid sentias:* ubi item multi Codd. habent *habeo* (v. nostr. Ed. p. 28.]: Gruterus vero, quamquam in ann. *habeo* dicit veteri ratione scribendi esse scriptum, *aveo* in contextu servavit, neque, ut nostro loco, suum antiquitati honorem habendum censuit. In Cod. Marb. est „*tantum* pro *tamen*, ex male lecto compendio. *Mr.*

Ut enim — efficies] Hunc locum ex duobus Msstis insigniter corruperat Ianus Gebhardus; edidit enim, *ut enim efficias quod vis, tamen, mors ut malum non sit, non efficies*, adversantibus tam reliquis Codicibus, quam ipsa re; nam certe, si bonum esse mortem doceret Tullius, eam non esse malum dubio procul efficeret. Vult Adolescens Ciceronem, licet bonum esse mortem non persuadeat, saltem tamen, ut malum non videatur, effecturum. *D.*

ut enim non efficias, quod vis; — tamen — efficies] Peior etiam, quam in Ed., est Gebhardi correctio in Crepundiis p. 383 sq.: *ut enim afficias, quod vis, non tamen, mors ut malum non sit, efficies.* Scilicet ex Cod. optimo Palatino. Cum Gebhardo, ut in ed. Grut. edidit (v. annot. Dav.), consentit ex nostris Codd. solus Duisb. In Mon. 1. est: *ut enim uo* — quod alibi significat *vero;* litera *n* perperam inversa. Cod. Rehd. habet *id quod vis*. Vind. 1. *quid vis*. Reg. 3. *id quidem vis*. Cod. Marb. altero etiam loco habet *efficias*. De coniunctione *ut* pro *etiamsi* posita, diximus ad Cic. de Rep. II. 23. p. 253. de Div. I. 6. p. 26. I. 30. p. 150. II. 33. p. 419. *Efficere* pro *probare* dixit noster etiam infra III. 29. 71: *hoc student efficere*. Passivum *effici* pro *sequi* saepius posuit. Vid. nos ad Cic. de Rep. III. 12. p. 367. ad de Legg. II. 13. p. 261. *Mr.*

Sed nihil te interpellabo] Cod. Marb. *nil*. Vocem *te* Gebhardus

dire malo. M. Quid? si te rogavero aliquid, non respon- 17
debis? A. Superbum id quidem est: sed, nisi quid necesse erit, malo ne roges.

---

cum ab uno Palatino (quarto) abesse vidisset, venuste abesse eam dixit „longumque amandari“ iussit. In quo merito neminem obsequentem habuit. Quam recentiores dicunt *continuam orationem*, nec male, Cicero tamen *continuatam* vel *continentem* dicere maluit: ita de Or. III. 37. 149. *ornatus orationis — qui ex continuatis coniunctisque (verbis) constat.* de Or. III. 41. 166. (*oratio verbis*) *continuatis connectitur.* ib. 42. 167. *oratio, id est, continuatio verborum.* Ad Famm. V. 12. med. ad Lucceium, rerum scriptorem: *a continentibus tuis scriptis, in quibus perpetuam — historiam complecteris.* ad Herenn. III. 12. 21. est: *uno spiritu continenter multa dicere.* Cicero autem, utpote orator, neque tam commode, quam Plato, dialogica forma utens, maluit ipse continua oratione scribere: quare fingit se rogari, ut eo more utatur, quo ipse libentissime utitur. Conf. Kühner. in libro de Ciceronis in Philosophiam meritis p. 149—151. — Scribitur in Cod. Mon. 2. *continentem enim orationem:* non male quidem: sed sono suppletur illa particula. Verbum *malo* omittit Cod. Gud. Pro *quid? si* est *quodsi* in Cod. Reg. 3. Vocem *te* omittunt Cod. Vind. 1. et Ed. P. Prior habet *interrogabo.* Cod. Vat. *etogavero,* plaudente Gebhardo, invito Cicerone. Cod. Aug. *si interrogavero. Mr.*

non respondebis?] Dav. cum multis libris et scriptis et editis *nonne.* Iam. Henr. Stephanus in Pseudo-Cicerone p. CXXXXVI. (ed. Roloff.) p. 138. (ed. Paris.) suspicatus est, *nonne* pro *non* irrepsisse. Probavit eius sententiam, ut unice veram, Bouhierius, probarunt item et receperunt FAWolf. Hallem. Orell. Accedunt Morgenstern. in Symbolis p. VI. dicens: „si in priori parte propositionis interrogativae negatio ponitur, *nonne* dici solet; si vero reiicitur negatio ad extremam propositionem, tum *non* adhibetur.“ Rationem hanc dubiam esse, concedere non vult Billerb.; sed eam, ut suam, in annot., additis etiam Morgensternii exemplis, quae nihil ad probandam sententiam faciunt, edidit Goerenz. ad de Legg. III. 9. 20. III. 20. 47. falso ante Wolfium *nonne* editum esse dicens. Sed idem vir doctus cum ad de Finn. II. 3. 10 idem dixisset (nostro nimirum loco *non* pravatum esse in *nonne*); Orellius ad sequentia respiciens (Sed correctione nihil opus etc.) reprobari a Goerenzio Wolfii emendationem credebat: quem errorem sine dubio, denuo inspecta Goerenzii annotatione, statim abiiciet: nam ista verba, *correctione nihil opus,* ad locum librorum de Finn. spectant. Haec dum scribebam, in manus venit Billerbeckii sententiae, quam adoptavit, acerrima defensio contra censorem in Ephemeridibus Scholasticis (1829. II. 75.) quam, si placet, legas in: Intelligenzbl. z. krit. Bibl. u. z. Archiv f. Philol. v. Seebode 1830. 2. — Nec vero lectio *non* auctoritate librorum destituitur: est enim ita in Codd. Duisb. Gud. Vind. 1. Gud. 2. Edd. P. Car. Steph. Fr. Fabr. et videtur etiam *non* esse in Cod. Car. Steph. Cod. Rehd. habet *num ne.* Accedit nostrae sententiae Benecke ad Cic. Catil. III. 9. 22. Equidem cur *non* praestet, docere nolo, cum nostris quidem temporibus supervacaneum esse videatur. Adi tamen sis Kritz. ad Sall. Iug. 31. p. 185.

Superbum id quidem est] „Sc. non respondere ab altero interrogatum.“ Ita recte Kühner. in ann. Sic noster ad Famm. I. 10: *te superbum esse dicunt, quod nihil respondeas.* Acadd. II. 29. 94: *si habes, quod liqueat, neque respondes; superbis.* In aliquot Edd. est *superbi.* Sed

9 M. Geram tibi morem, et ea, quae vis, ut potero, explicabo: nec tamen quasi Pythius Apollo, certa ut sint et fixa quae dixero: sed ut homunculus unus e multis, proba-
p. 152 a. bilia coniectura sequens. Ultra enim quo progrediar, quam

---

superbum tuentur Codd. nostri omnes, et Edd. praeter Gryph. Boul. HWolf. Goth. Car. Steph. (qui ex suo Cod. enotavit *superbum*) Fr. Fabr. Eaedem Edd. et praeterea Lall. et Codd. Reg. 3. Vind. 1. Palat. 5. Gebhardi cum Davisio habent *esset*, quod est correctoris recentioris, quem non sequi debuit Schützius. Indicativum defendi nemo, opinor, necessarium existimavit. Ad sententiam loci conf. Andr. Schotti Nodor. Ciceron. IV. II. p. 380. *Mr.*

Superbum id quidem esset] Vulgo *est:* vera tamen videtur Pal. quinti scriptura. Lambinus et Brutus dedere, *superbi id quidem esset.* At *superbum* retinent Mssti. *D.*

nisi quid necesse erit, malo ne roges] Pro *erit* Cod. Marb. *sit*, quod correctori debetur. Restituendum autem necessario fuit *ne roges*, cum *non roges*, ut verissime significavit Hand. ad Wopkensium p. 71. *ne* allatis aliis locis tuentem, ne latinum quidem sit. Quod vero Davisius, editum esse *ne* contra Codicum fidem, contendit, id non eo valere debet, ut Ciceronem a Latinitate aberrare sinamus: et cum antiquissimae editiones exhibeant *ne*, quae ex codicibus MSS. expressae sunt, ea quoque auctoritas nobis instar codicum esse debebit. Cod. Gud. 2. habet *malo n̄. roges.* *Mr.*

Malo non roges] Vulgo *ne roges*, contra Codicum fidem. *D.*

c. 9. *et ea, quae vis*] Cod. Marb. *eaque quae vis.* Pro *quasi* est *tanquam* in Cod. Aug. Ed. P.; *ut* in Cod. Vind. 1. Pro *Pythius* scribitur *phicius* in Cod. Marb. In Rehd. est *Pythius respondebis Apollo.* Verba *quasi Pythius Apollo* sunt id, quod est in Graecorum proverbio ὡς ἐκ τρίποδος de quo vid. Adag. Graec. ed. A. Schotti p. 152. 251. p. 538. 539. Add. Erasmi Adagia p. 246. Ed. Frcf. 1656. Imitatus fortasse est is, qui Epistolas ad Butum composuit, locum nostrum: est enim ibi ep. 2. extr.: *haec ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta.* Nostro autem loco Marcus invidiose loquitur, ut Academicus, qui de nulla re ita statueret, ut veritatem certo sibi deprehensam esse diceret, contra Stoicos potissimum et Epicureos, qui cum δογματικῶς, quod dicitur, docerent, eos ex tripode pronunciare contendit. Add. Erasmi Adag. p. 450. in proverbio: *Oracula loqui.* — In seqq. Cod. Mon. 1. *cetera* pro *certa.* Vocem *ut* omittit Cod. Vind. 1. ante *homunculus*: cuius loco Cod. Aug. habet *hominibus.* *Mr.*

unus e multis] Ita Graeci εἷς τῶν πολλῶν. Noster similiter *unus e togatis* de Rep. I. 22. p. 97. ubi vid. nostr. annot. *Orator unus e multis* dixit in Bruto 79. 274. Interprr. ad Horat. Sat. 1. 9. 71. ubi est *unus multorum.* — Quod sequitur *probabilia*, scribitur in Cod. Rehd. *probabili.* Ad sententiam cf. de Or. I, 18. 84. III. 18. 67. Kühner. de Cic. in philos. meritis p. 66—74. Adde nostram prolusionem, quae inscripta est: Parodiarum Graecarum exempla (Ulmae. 1819.) p. 15. *Mr.*

Ultra enim, quo progrediar etc.] Cod. Vind. 1. *ultra vero.* Pro *veri similia videam* Gebhardus ex Pal. 1. et Cod. Pithoei elegantissimam, ut ait, traductionem edidit: *veri videam similia*, eumque secuti sunt Gron. Ern. Oliv. rell. Ego cum in nullo Codice et nulla Ed. veteri eum ordinem reperissem, servandum duxi pridem vulgatum, ita tamen, ut separarem verba *veri similia*, quod iam fecit Dav. Pro *videam* Lamb. nescio unde, edidit *dicam*, et sic est etiam in Ed.

ut veri similia videam, non habeo: certa dicent ii, qui et percipi ea posse dicunt, et se sapientes esse profitentur. A. Tu, ut videtur: nos ad audiendum parati sumus. M. Mors 18
igitur ipsa, quae videtur notissima res esse, quid sit, primum est videndum. Sunt enim, qui discessum animi a corpore putent esse mortem. Sunt, qui nullum censeant

---

Fr. Fabr. Cod. Aug. habet *videantur*. Pro *ii* est *hi* in multis Codd. et Edd., in nonnullis *hii*. Recte iam correxit *ii* manus docta ad marg. Ed. nostrae Asc. 2. — Pro *dicunt* est *debent* in Cod. Duisb. Ad rem v. Kühner. de Cic. in Philos. meritis p. 151—163. Ad sententiam Beroaldus: Loquitur secundum Platonicos, qui verisimilia probabant, cum veritatem inveniri posse diffiderent: hinc scripsit Lactantius, Opinationem esse in philosophia Academicorum, qui scientiam sustulissent, amplexique essent ignorantiam, a quo Arcesilas dictus est ignorantiae magister, cum affirmaret nihil sciri posse. Democritus quoque veritatem iacere demersam in profundo tradidit: et Socrates se nihil scire dixit, nisi unum, quod nihil sciat. Hinc, ut inquit idem Lactantius, Academiae disciplina manavit, si tamen disciplina dici potest in qua ignorantia discitur et docetur. Hinc Tullius in Hortensio opiniosissimos appellat philosophos, quoniam scilicet opinantur, tanquam nihil comprehendi possit. De se ipso quoque loquens ait, *magnus quidem sum opinator*." *Mr.*

Tu, ut videtur] Similis Ellipsis est de Off. III. 11. extr.: *Melius hi, quam nos* ibiq. Beier. p. 269. Addit Aug. *dic*. Pergit Mon. 1. *nos autem ad*. Post v. *parati sumus* Cod. Aug. hanc glossam in continuo sermone habet: *Quia mors non sit malum vult probare et opiniones aliquorum inducit*. In proximis *igitur* post *mors* ita intelligi debet: *quia vos paratos esse dicitis, dico* v. *ita pergo*. Ergo inservit ingrediendae disputationi. Quo de usu v. Tursellin. de Particul. p. 352. 2. ed. Schwarz. Add. Beier. ad Lael. 10. 33. Male omittitur haec vox in Cod. Rehd. In seqq. Cod. Marb. *primo* pro *primum*. *Mr.*

Sunt enim, qui —] Cod. Aug. *sunt enim quidam qui*. Platonem et Academicos spectat. Ad argumentum egregie facit Wyttenbachii Commentatio praemio ornata: Veterum Philosophorum sententiae de statu animorum post mortem corporis (4. Harlem. 1784.) p. XLIV — LIX. Conf. ej. Lectiones quinque ed. Mahne (8. Gand. 1824.). Platonicorum, ait Beroaldus, sententia erat: *ὁ θάνατός ἐστι ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις*. Dicebant etiam: *διαχωρισμὸς σώματος καὶ ψυχῆς*." — Post *discessum* scribitur *animae* in multis Edd. nimirum in P. A. B. S. E. C. H. Ven. Grut. Asc. 2. Fr. Fabr. Cam. Sed reliquae et Codd. omnes habent *animi*. Tum *putant* est in Codd. Gud. 1. 2. Marb. Vind. 1. Mon. 2. Aug. Rehd. Gud. Duisb. et mox *censent*, in Codd. Marb. Mon. 1. 2. Vind. 2. et in Rehd. iterum *putant*. De eiusmodi Indicativis post *sunt qui* vid. disputantem Ruddimann. Inst. L. L. II. p. 349. sq. ibiq. Stallbaum. cf. Ramshorn. Gr. Lat. p. 550 — 552. Zumpt. Gr. Lat. §. 563. Add. C. G. Schwarzii, collegae coniunctissimi, prolus. in Cic. de Off. locos quosdam (4. Ulm. 1820.) p. 7—11. et Kritz. ad Sallust. Catil. 19. 4. p. 93. sq. Nostro loco coniunctivus sollicitari non debet. Scribitur *mortem esse* in Cod. Duisb. Pro *Sunt qui* Cod. Gud. habet *alii enim* Aug. *sunt et alii qui*. Significantur autem altero loco Epicurei: cuius sententiam vid. expositam a Gassendo in Syntagm. Philos. Epicuri p. 383 — 386. In seqq. est *una animam* in Ed. P. Pro *occidere* est glossa *interire* in Cod. Mon. 2. *Mr.*

animumque cum corpore extingui] „Haec verba in veteribus

fieri discessum, sed una animum et corpus occidere, animumque in corpore exstingui. Qui discedere animum censent, alii statim dissipari, alii diu permanere, alii semper. Quid sit porro ipse animus, aut ubi, aut unde, magna dissensio est. Aliis cor ipsum animus videtur: ex quo *excordes, vecordes, concordesque* dicuntur; et Nasica ille prudens, bis consul, *Corculum*; et

---

quibusdam codicibus non inveniuntur: itaque merito amicus meus e libro suo delebat, quasi essent ab aliquo adiecta, qui voluerit praecedentem sententiam exponere." *Ursinus.*

Animumque in *corpore exstingui*] Haec est omnium Msstorum lectio, eaque omnino vera: non sane quod *animus exstinguitur statim: corpus sensim extabescit*, ut inepte statuit Gebhardus; sed haec sententia ei est contraria, quae statuit animos e corporibus *discedere*, statimque dissipari. Arnobius lib. II. pag. 82. *Nam si communiter obeunt* (animae) *et in ipsis corporibus sensus eis deperit extinguiturque vitalis.* Hinc etiam patet haec immerito Glossematis ab Ursino damnari: qui tamen haud est culpandus; siquidem editi, quibus utebatur, prae se ferebant *animumque* cum *corpore exstingui*: nam verborum proxime praecedentium videri possint explanatio. *D.*

animumque in corpore exstingui] Recte monet Nissen. l. c. p. 7. melius scribi *in*, quam *cum*, ut tautologia vitetur. Et tuentur *in* Codd. nostri Duisb. Gud. Reg. Bern. Vind. I. 2. Mon. 1. 2. Edd. P. V. Rob. Steph. Grut. Gron. Alt. Oliv. Lall. Dav. Koel. FAWolf. rell. et sic habent etiam undecim Codd. apud Gebhard. Unus noster Marb. habet *et corpus exstingui*. *Mr.*

Qui discedere animum censent] Cod. Gud. *alii* pro *qui*. Marb. *animum discedere*. Verbis *alii diu permanere* Stoici significantur. V. infra c. 31. extr. Tiedemann. *Syst. d. Stoisch. Philos.* II. p. 152 — 155. J. Lipsii Manuduct. ad Philos. Stoic. p. 989 — 992. ed. Vesal. *Mr.*

Aliis cor ipsum animus videtur] „Qui cor animum esse dicebant, movebantur, ut veri simile est, usitata loquendi consuetudine, qua *cor* pro *animo* ab omnibus nationibus dicitur: poterant etiam niti hoc argumento: Principium vitae est animus. Cor est principium vitae: Cor igitur est animus. Prima illa sumptio certa per se videtur. Secunda probatur auctoritate Aristotelis, cuius verba sunt e libro tertio de partibus animalium: *in corde principium vitae omnisque motus et sensus esse censemus.* [Est nimirum ibi p. 58. ed. Sylburg.: ἐν ᾗ [τῇ καρδίᾳ] τὴν ἀρχὴν φαμεν τῆς ζωῆς καὶ πάσης κινήσεως καὶ αἰσθήσεως.] Plinius quoque lib. XI. c. 37. *Cor*, inquit, *animalibus ceteris in medio pectore est, homini tantum infra laevam papillam, turbinato mucrone in priora eminens. Piscibus solis ad os spectat: hoc primum nascentibus formari in utero tradunt: deinde cerebrum: sicut tardissime oculos. Sed hos primum emori, cor novissime.*" *Muretus.* — Post *videtur* additur *esse* in Codd. Marb. Rehd. Pro *ex quo* est *unde* in Codd. Rehd. et Gud. Pro *concordesque* Ed. H. habet *concordes*. Pergit Cod. Rehd. *dicimur*. De v. *excordes* v. Gernhard. ad Cic. Lael. XXVI. 99. p. 196: duplici sensu ponitur a nostro de Div. II. 16. 37: ubi vid. nostr. ann. p. 355. *Mr.*

Aut unde — dicuntur] Laudat Nonius in *excordes concordesque*: Lambinus. Vide Origenem περὶ εὐχῆς §. LXIII. pag. 180. *D.*

bis consul] Nimirum a. u. c. 591 (592.) et 598 (599.). De eo vid. Car. Sigon. Fast. Cons. p. 321. sq. 327 sq. ed. H. Steph. Post

Egregie cordatus *homo Catus Aeliu' Sextus.*
Empedocles animum esse censet cordi suffusum sanguinem. 19

Corculum additur *appellatus* in Edd. A. B. S. E. C. L. Junt. Fr. Fabr. Ven. Asc. 2. Car. Steph. Cam. In Cod. Rehd. est *Corculus*: in Duisb. *Corculum dixit.* In Bruto 20. dixit: *Nasica, qui est Corculum appellatus. Mr.*

Nasica ille prudens, bis consul, corculum] Ratio est, quia corculum *a corde dicebant antiqui solertem et acutum,* uti testatur Festus. Scipionem vero Nasicam *corculum* fuisse dictum memoriae prodiderunt Cicero in Bruto capp. 20, 58. Plinius H. N. VII, 31. et Aur. Victor. de viris Illustr. cap. XLIV. *D.*

Egregie cordatus etc.] Versiculus est Ennii, quem pariter laudat noster de Orat. lib. I. cap. 45. *D.*

Egregie cordatus homo, Catus Aeliu' Sextus] Cod. Aug. *Cato ac Lelius Sextus.* Cognomen *Catus* omittit Cod. Gud. *Cato* scribitur in Cod. Marb. et in marg. Vind. 1: Mon. 2. habet *emilius,* Duisb. et Ed. H. *elius,* multi *Aelius.* — Fr. Fabr. ad h. l.: „SEX. AILIVS. Q. F. P. N. PAITVS. CATVS. in Fastis Capitol. describitur anno urbis DLV." — Conf. C. Sigonii Comm. ad Fast. Cons. p. 255. — „Vox *Catus* scribenda est, opinor, cum maiuscula litera initiali. Nam cognomen fuit Sexti Aelii *Cati,* et ab eo derivatum in familiam Aeliorum transiit; ut testatur Plinius in Nat. Hist. VII. 31. *Reliquis animi bonis praestitere ceteros mortales sapientia: ob id Cati et Corculi apud Romanos cognominati.*" *Pearcius.* — Ad Plinii locum v. Harduin. p. 393. — Varro de L. L. VI. p. 90. ed. Bip. p. 74. ed. Scal. [Amst. et Durdr. 1623]: *Apud Ennium* [Ann. I. 147.] *Iam cata signa ferum sonitum dare voce parabant. Cata, acuta. hoc enim verbo Sabini dicunt: quare Catus Aelius Sextus, non, ut aiunt, sapiens, sed acutus, et quod est, tunc coepit memorari. Simul cata dicta accipienda acuta dicta.* ubi vid. Scalig. p. 208. eiusque emendationem, in Ed. Bip.; p. 125. Ed. Scal. Nonius Marc. p. 92: *Catus,* pro *sapiente.* Cic. Tusc. II. [c. 19.] *Sed homo catus nunquam terminat nec magnitudinis nec diuturnitatis modum.* Cic. de Legg. I. 16, 45: *prudentem et, ut ita dicam, catum:* ubi vid. Wyttenb. Ed. nostr. et Cr. p. 111. ibiq. Turneb. et Creuzer. p. 576 eiusd. Edit. Nostrum versum legimus in Enn. Annall. X. 5. p. 186. ed. Spangenberg. ibiq. annot. Eundem attulit Cicero de Rep. I. 18. p. 81. ed. nostr. ubi vid. A. Maj. et Creuz. quibus add. Beier. ad Cic. pro Scauro p. 173. Goerenz. ad Cic. de Legg. l. c. ad Acadd. II. 30. 97. p. 178. Spengelium ad Varron. l. c. p. 332. et O. M. Müllerum ad de Or. I. 45. p. 435. Orellius ad h. l. in Ed. pecul. p. 335 sq. dubium esse ait, utrum Sexto Aelio *Cati* cognomen ita fuerit proprium, ut Sullae *Felicis,* Pompeio *Magni,* an dictus sit *catus,* ut Laelius *sapiens,* cum Cicero, ubi nostrum versum in libris de Rep. laudat, addat: *qui egregie cordatus et catus fuit, et ab Ennio dictus est.* — Equidem, quod in loco de rep. non feci, nunc quidem *Catus* litera maiuscula scribere non dubitavi, quia additum est nomini Consulis in Fastis Capitolinis. Ceterum vid. etiam de eo interpretes ad Valer. Max. IV. 3. 7. p. 357 ed. Torren. quibus add. Perizon. Animadvv. Historr. p. 63. sq. ed. Harles. *Mr.*

Empedocles animum esse censet cordi suffusum sanguinem] „Hinc poëta [Virg. Aen. IX. 349] *purpuream vomit ille animam.*" *Ian. Pagnin.* — „Imo dicebat Empedocles, cordi suffusum sanguinem esse animi sedem." *Lambinus.* — „Critias philosophus dixit animam esse sanguinem." *Beroald.* [Conf. N. Bach. ad Critiae Carmm. p. 52.

Aliis pars quaedam cerebri visa est animi principatum tenere. Aliis nec cor ipsum placet, nec cerebri quandam

---

sq. ibiq. laudd. et p. 67.] Scribitur *Empedocles autem animum* in Codd. Vind. 1. et Car. Steph., Edd. Med. Junt. A. B. S. C. V. Ven. Sturm. Asc. 1. 2. Camer. Rob. Steph. Vocem *esse* omittit Cod. Gud. Cod. Aug. *censent esse.* — Ad rem adde iis, quos laudat Dav. in annot. proxima, interpretes ad Lucret. III. 43. ad v. *animi naturam sanguinis esse* v. c. Fayum p. 194. Creech. p. 137. Forbiger p. 187. in primis autem Sturzii Empedoclem p. 440. sqq. FAWolfius laudat interprr. ad Virg. Georg. II. 484. ad v. *frigidus obstiterit circum praecordia sanguis.* Platon. Phaedon. c. 45. *πότερον τὸ αἷμά ἐστιν ᾧ φρονοῦμεν* [ubi vid. Fischer. p. 404. sq. Heindorf. p. 173. ibiq. laud. Wyttenb. p. 254.] Add. Sturzii Empedoclea carmm. v. 317. p. 633. *Mr.*

Empedocles animum esse censet cordi suffusum sanguinem] Huic philosopho eandem opinionem tribuunt Tertullianus de Anim. cap. 5. et Macrobius in Somn. Scip. lib. I. cap. 14. nec deerat ansa, cur ita se gererent:

Αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα,

ut ille cecinit. Exstat apud Stobaeum Eclog. Phys. p. 131. et ecs, quos laudat Menagius ad Laert. VII, 159. Eius tamen auctorem Critiam facit Philoponus ad Aristotelem de Anim. C. 8. et is sane animum e sanguine constare dixit, ut perhibent veterum multi. Eadem fuisse videtur Hebraeorum veterum sententia, quibus סוד הדם הנפש, ut loquitur Moses Deuter. XII, 23. quod de hominum non minus quam Brutorum animis statuerunt, quemadmodum patet ex Genes. IX, 5. Hoc loco prolato sic loquitur Chalcidius in Platonis Timaeum §. CCXVII. *Quae si ita intelliguntur ut debent, animam esse animalium sanguinem quia sit vehiculum irrationabilis animae, cuius partes sunt importuni appetitus; habet plane rationem talis adsertio — Rationem qua ratiocinamur, sanguinem putare esse, non rectae opinionis est.* Post corporis quidem fata *μένειν τὰς ψυχάς* crediderunt Hebraei, quod e Pythonissa Samuelem evocante merito collegit Iustinus Martyr Dial. cum Tryphon. pag. 333. Ac, ut puto, non ipsum sanguinem esse animum, sed animi sedem existimavit Empedocles; hoc enim diserte tradit Plutarchus Plac. Phil. lib. IV. cap. 5. et in Stromat. apud Eusebium P. E. lib. I. cap. VIII. p. 24. Immo necesse est ita se res habeat, siquidem animorum aeternitatem docuit, ut inter alios referunt Lactantius III, 18. et Theodoretus Therap. V. p. 73. Hinc ille,

Χαίρετ', ἐγὼ δ' ὔμμιν θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός
Πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος —

Adi Diogenem Laert. VIII, 62. Sextum Empiricum adv. Mathem. pag. 60. Anthol. lib. I. cap. 86. Philostratum vit. Apollonii I, 1. et Suidam in *Ἐμπεδοκλῆς*. *D.*

Aliis pars quaedam cerebri] Cod. Rehd. *cerebri quaedam.* Sic Plinio quoque visum esse dicit Jan. Pagninus. Videtur respicere L. XI. c. 37. Sect. 49. p. 615 sq. Harduin. In seqq. Cod. Mon. 1. *teneret.* Ed. H. *teneri.* Tum Codd. Mon. 2. et Marb. *ne cor,* errore nato ex scriptione NECOR, quae erat legenda *nec cor.* Mox Cod. Gud. *quandam cerebri partem.* Ad haec Camerarius: *partem cerebri* intelligendum, quod Cerebellum, id est *ἐγκεφαλίδα* et *ἐγκεφαλίδα*, vocarunt, vel, ut alii maluerunt, *βρέγμα.* Ita enim Plautus [Menaechm. III. 2. 40 sq. coll. IV. 2. 69.] *non tibi sanum est, adolescens, sinciput intelligo.* Et apud Horatium [Sat. I. 9. 21.] *cerebrosus.*" Ad v. *animi*

partem, esse animum: sed alii in corde, alii in cerebro dixerunt animi esse sedem et locum. Animum autem alii animam, ut fere nostri: [Declarat nomen: nam et *agere*

---

principatum recte confert Orelli. Cic. de N. D. I. §. 39: ubi est: *eius* (animi) *ipsius principatum, qui in mente et ratione versatur, τὸ ἡγεμονικόν.* Vid. Wyttenbach. ad h. l. p. 728. ed. Creuz. et nostr. Verba *aliis nec — locum* desunt in Cod. Aug. *Mr.*

Alii in corde, alii in cerebro] Id statuebant Stoici, Epicurei, medicique nonnulli; hoc Erasistratus, Herophilus et Pythagorici. Vide sis Aeg. Menagium ad Laertii VII, 159. et ipsum Laertium VIII, 30. Athenaeum lib. II. pag. 65. ac XV. pag. 687. denique Plutarchum Plac. Philos. lib. IV. cap. 5. *D.*

Alii in cerebro] Pergit Cod. Vind. 1. *animi sedem et locum esse dixerunt.* Gud. *sedem esse et locum.* Ad v. *corde* Camerarius addit: ut Aristoteles; ad v. *in cerebro* addit: ut Plato. *Mr.*

Animum autem alii animam] Ventum sive aërem. Lactantius de Opif. Dei cap. 17. Nonnulli animam dixerunt esse *ventum, unde anima vel animus nomen accepit, quod Graece* ventus *ἄνεμος* dicitur. Nec aliter Isidorus Orig. lib. XI. cap. 1. Hanc *animae* significationem passim tribuit noster, aliique scriptores optimi. Vide Nonium in *anima*, et Servium ad Virgilii VIII, 403. *D.*

Animum autem alii animam] Cod. Gud. *animum autem alii ut animam non fere nostri.* Vind. 2. *Alii autem animum animam.* Vocem *alii* omittunt Edd. A. B. S. E. L. Junt. Asc. 1. 2. Ven. Camer. Post *animam* pro *ut* habent *etiam* Edd. Junt. Ven. Asc. 2. — Lamb. habet: *animum autem animam nostri declarant nominari.* Fr. Fabr. habet *animum autem alii animam. Nam et agere* — omissis mediis, addita hac annotatione: „Consentit manuscriptus cum vulgatis, qui habent: *animum autem alii animam, ut fere nostri declarant nominari.* [Ita nimirum C. V. M. HWolf. Boul. Gryph. Lamb. 2. Goth. Rob. et Car. Steph. Leod.] Manutio illud: *ut fere nostri declarant,* mendum olet, ideoque non dubitat, quin melius in libro antiquo legatur: *ut fere ipsum declarat nomen.*“ Ian. Gebhard. ad h. l. sic: „Commasculavi frontem, ut inducerem ex tot MSS. hanc lectionem: *Animum autem alii animam, ut fere nostri declarant nomen*: puta secund. tert. quart. quint. Pall. Mart. Gemb. Vatic. Fab. Pith. Accedunt Codd. Vind. 1. (in marg. ex corr. *nomine*) 2. Mon. 1. 2. Rehd. Reg. Bern. Edd. H. P. Reliquae veteres habent *nominari.* Bentleii sententiam vides in ei. annot. Quae contra eam Verburgius disputavit, eodem loco apposuimus: ibidemque leges etiam Bouhierii sententiam. *Mr.*

Ut fere nostri. Declarat *nomen: — Ipse* enim *animus*] Vulgo, *ut fere nostri* declarant *nomen — ipse* autem etc. Emendata sunt ex acutissimi Bentleii sententia, qui voces etiam uncis cinctas delendas esse, pro ea qua pollet perspicacia, vidit. *D.*

ut fere nostri declarant nomen] „Locus hic varie legitur. Sed nulla dum lectio mihi reperta est, quae satis placeret. *Declarant nomen* si abesset, nihil laboraremus: vulgatum est: quo verbo, *animae* sc., nostri pro synonymo utuntur.“ *Ern.* „*Nomen* non satis placet, et e vicinis vocibus conflatum videri potest. Ostenditur exemplis, Romanis verborum *animae* et *animi*, ubi de una hominis facultate loquerentur, usum fuisse promiscuum.“ *Nissen.* Gesnerus in Thes. L. L. I. p. 213. hunc locum laudans, scripsit: *Animum autem, alii animam, ut fere nostri declarant, nominari. Nam et Agere animam et Efflare dicimus*: addiditque: „locus corruptus: sed e quo tamen usus

Aliis pars quaedam cerebri visa est animi prin
nere. Aliis nec cor ipsum placet, nec cere

LIBER I. 9.

sq. ibiq. laudd. et p. 67.] Scribitur *Empedocles* Codd. Vind. 1. et Car. Steph., Edd. Med. Junt. Sturm. Asc. 1. 2. Camer. Rob. Steph. Vocem *es* Cod. Aug. *censent esse*. — Ad rem adde iis annot. proxima, interpretes ad Lucret. III. 4 *sanguinis esse* v. c. Fayum p. 194. Creech. in primis autem Sturzii Empedoclem p. 4 interprr. ad Virg. Georg. II. 484. ad *praecordia sanguis*. Platon. Phaedon. c. φρονοῦμεν [ubi vid. Fischer. p. 40 laud. Wyttenb. p. 254.] Add. Sturz p. 633. *Mr.*

Empedocles animum esse censet philosopho eandem opinionem tri et Macrobius in Somn. Scip. lib se gererent:

Αἷμα γὰρ ἀνθρώποις

ut ille cecinit. Exstat apud quos laudat Menagius ad L tiam facit Philoponus ad mum e sanguine constar fuisse videtur Hebraeor ut loquitur Moses De quam Brutorum ani IX, 5. Hoc loco pr §. CCXVII. *Quae* *lium sanguinem o* *sunt importuni* *tionem qua rat* *est.* Post co braei, quod Martyr Di guinem e enim di mat. a est it inter p.

quam loco haec: *ba bene animatos* ut existimem. Verbum enim descendit; opponere autem h. l. nes vel verba a voce *animae* ducta ntur. Scilicet totius loci sententia hoc : Fuerunt philosophi, qui dicerent *animum animam*; eaque sententia confirmari videtur lin- ultas habet loquutiones, in quibus nomen *animae* quod *animus*. Nam in loquutione *agere* vel *efflare* *animae* eandem vim habet, quam vox *animi* in vocabulo ducto, *animosus*, et in loquutione *ex animi sententia*. Vel, exponam loci sententiam: Uti *animosus* (ab *animo*) et *ex sententia* dicimus: ita eadem vi utimur loquutione *agere* vel *animam*, unde appareat, Romanos utrique voci eandem subie- vim et notionem, et proinde *animum* et *animam* tanquam unam que rem confudisse." Orellius denique ad calcem Ed. pecu- Billerbeckius, ait, distinguit: *alii animam, ut fere nostri, de- nomine*: quod non probabile videtur. Vere autem idem ob- servavit, amare Ciceronem eiusmodi verborum explicationes etymo- logicas: unde orta est illa cumulatio parum logica. Nec vero cum Kühnero verba *et bene animatos* Glossam dixerim, cum non habeant interpretationem vocis notissimae *animosos*." Ego vero, re ipsa om- nibusque virorum doctorum rationibus ponderatis, omnia, quae sunt inter *fere nostri* et *ipse enim animus* Glossatori, quamquam docto nec inepto, deberi existimo, cuius manum, nec vero Ciceronis, satis commode Davisius restituerit. Quamvis enim concedas solere Cice- ronem etymologicas explicationes suis libris inserere: eo tamen modo, quo hic factum est, ut plane grammaticum magistellum ageret, eum- que non satis λογικὸν, ut ipse fatetur Orellius, alibi id non factum memini, nec, etiamsi cum adolescente Marcum loqui cogites, vel cum eo ita disputaturum fuisse crediderim. Singula vero si spectes, satis sunt Ciceroniana. Nam et *declarandi* verbo in simili re usus est Ci- cero, v. c. de Finn. III. 4. 14: *quod honestum appellas, rectum, lau-*

...tia] ipse enim animus ab anima dictus est. ...nimus ignis videtur. ...dem, quae dixi, cor, [sanguinem,] cere-

... notius quale sit, pluribus notatum vocabu- ... et animam agere dixit ad Famm. VIII. ... has literas scripsi, animam agebat; ...t, quorum exempla addere non est ne- ...imus — dictus vid. interprr. ad Cic. ... et nostr. *Mr.*

...etur.] Vind. 1. Aug. *Zenoni au* ...osii Physiol. Stoic. p. 983 — 985. ... intersit secundum veteres Ro- ... 1000.): de Martini Disp. de ... S.) Tiedemann Syst. d. ... Cic. Acad. I. 11. Laudat ...ilos. qui c. 2. ita: *οἱ μὲν* ... ημόκριτος· τὸν ἀέρα, οἱ ... κλειτος· οἱ δὲ τὴν ἀνα- ...ιαν· οἱ δὲ ἀριθμὸν κινητικόν, ...ων· οἱ δὲ στοιχεῖον ἀπὸ στοιχείων· ...ο αἷμα, Κριτίας· οἱ δὲ τὸ πνεῦμα· οἱ ... καὶ οἱ παλαιοὶ τὰ ἐναντία. Ad quem lo- ...orth. (Oxon. 1700.) p. 214 sq. vid. Worthium ... interprr. ad Cic. de N. D. III. 14. p. 543. ed. Cr.

...*sanguinem, cerebrum*] „Addidi *sanguinem* ex antiquo li- ... potius ex ipso Cicerone, dixit enim proxime: *Empedocles ani-* ...*censet cordi suffusum sanguinem*, infra vero: *si cor, aut* ...*num, aut cerebrum est animus*. et: *ne tam vegeta mens aut in* ...*cerebrove, aut in Empedocleo sanguine demersa iaceat*; et: ...*ita nec cordis, nec sanguinis, nec cerebri*. In Lucullo ...*um sit ignis, an anima, an sanguis?*" *P. Manutius*.

10. Cor, sanguinem] Vulgo deest vox ultima, cui sedem ...mus ex antiquo Codice, quem laudat Paullus Manutius. Ra- ... prompturi; hanc etiam sententiam inter reliquas numera- ...s, quam memorat etiam postea capp. 11, 25. Eam Critiae ... praeter Tertullianum ac Macrobium, Aristoteles de Anim. ... 2. Theodoretus Ther. V. pag. 72. Nemesius de N. H. ... auctor Opin. de anima, quem Ioan. Tarinus edidit, p. 628. ... In Irris. Gentil. cap. 2. Et sane πότερον τὸ αἷμά ἐστιν ..., res erat in philosophorum scholis disputata, quod patet ... Phaedon. §. XXXII. Ambrosius Epist. XXXIV. *Non enim* ...*em aut ignem aut nervorum harmoniam animam putas, ut* ...*losophorum interpretatur*. Idem de Noë et Arca c. XXV. ...*as et eius discipuli sanguinem esse animam dicentes*. Lu- ... [illegible] ...*m quod saepe homines morbis magis esse timendos* ...*famamque ferunt vitam, quam Tartara lethi*, ...*se scire animi naturam Sanguinis esse*. ... haec: nam pro Lucretii more non eliditur sed corri- ... illius syllaba [V. C. F. Thiery Diss. de Diog. Ba- ... 1830.) p. 55 sq. *Mr.*] *D.*

...*guinem, cerebrum*] In Ed. 2. Davisius vocem *sanguinem* ... contextu recepit, in tertia uncos abiecit. Lallemannus ..., ait, *sanguinem* e veteri cod. restituit Davisius,

5*

animam et *efflare* dicimus, et *animosos*, et *bene animatos*, et

formulae patet." Conf. etiam Cens. Lips. Ed. Kühner. 1831. 199. p. 1590. *Mr.*

ut fere nostri: ipsum declarat nomen.] „Ita Davisii Codd. et duo e nostris, quorum in altero tamen omittitur vox *nostri*. Vulgo, *ut fere nostri declarant nomine* vel *nominari*." *Lallemand.*

et efflare dicimus: dicimus et animosos.] „Vocem *dicimus* ante *et animosos* addidimus cum Buhèrio, omissam a librariis, ut fere fit, cum vox eadem iteratur." *Lallemand.* — FAWolfius edidit: *Animum autem alii animam, ut fere nostri declarant nomine: nam et agere animam, et efflare dicimus, et animosos, et bene animatos, et ex animi sententia: ipse autem animus ab anima dictus est.* Et ita Schützius, nisi quod verba *et animosos — sententia* uncis inclusit, addens: „haec enim, quia nil faciunt ad rem, profecto spuria sunt." Eum secutus est Nobbius, sequendumque censet Buggius l. c. p. 11. sq. Orellius Wolfium secutus est, ad Bentleii emendationem monens: Praestat tamen in illis *et animosos* cet. λογικὸν ἁμάρτημα Ciceronis ipsius agnoscere, quam glossema. Wolfius in scholis dicit, non ea tantum, quae Bentleius deleta velit, sed etiam, quae sequuntur (*ipse — dictus est*) si abessent, non admodum se desideraturum fuisse: sibi tamen omnia Ciceronis esse videri, quamquam languida, otiosa et supervacanea. Kühnerus de eodem loco haec: „Ego Wolffii lectioni accedo, ita tamen, ut verba *bene animatos* ut Glossema vocum *et animosos* eliminanda existimem. Verbum enim *animatus* non ab *animo* sed ab *anima* descendit; opponere autem h. l. voluisse videtur Tullius loquutiones vel verba a voce *animae* ducta iis, quae a voce *animi* ducuntur. Scilicet totius loci sententia hoc pacto constituenda videtur: Fuerunt philosophi, qui dicerent *animum* nihil aliud esse, nisi *animam*, eaque sententia confirmari videtur linguâ latinâ, quae multas habet loquutiones, in quibus nomen *animae* idem significat, quod *animus*. Nam in loquutione *agere* vel *efflare animam* vox *animae* eandem vim habet, quam vox *animi* in vocabulo ab *animo* ducto, *animosus*, et in loquutione *ex animi sententia*. Vel, ut clarius exponam loci sententiam: Uti *animosus* (ab *animo*) et *ex animi sententia* dicimus: ita eadem vi utimur loquutione *agere* vel *efflare animam*, unde appareat, Romanos utrique voci eandem subiecisse vim et notionem, et proinde *animum* et *animam* tanquam unam eandemque rem confudisse." Orellius denique ad calcem Ed. peculiaris: „Billerbeckius, ait, distinguit: *alii animam, ut fere nostri, declarant nomine*: quod non probabile videtur. Vere autem idem observavit, amare Ciceronem eiusmodi verborum explicationes etymologicas: unde orta est illa cumulatio parum logica. Nec vero cum Kühnero verba *et bene animatos* Glossam dixerim, cum non habeant interpretationem vocis notissimae *animosos*." Ego vero, re ipsa omnibusque virorum doctorum rationibus ponderatis, omnia, quae sunt inter *fere nostri* et *ipse enim animus* Glossatori, quamquam docto nec inepto, deberi existimo, cuius manum, nec vero Ciceronis, satis commode Davisius restituerit. Quamvis enim concedas solere Ciceronem etymologicas explicationes suis libris inserere: eo tamen modo, quo hic factum est, ut plane grammaticum magistellum ageret, eumque non satis λογικὸν, ut ipse fatetur Orellius, alibi id non factum memini, nec, etiamsi cum adolescente Marcum loqui cogites, vel cum eo ita disputaturum fuisse credideris. Singula vero si spectes, satis sunt Ciceroniana. Nam et *declarandi* verbo in simili re usus est Cicero, v. c. de Finn. III. 4. 14: *quod honestum appellas, rectum, lau-*

ex animi sententia] ipse enim animus ab anima dictus est. Zenoni Stoico animus ignis videtur.

Sed haec quidem, quae dixi, cor, [sanguinem,] cere-10

---

dabile, decorum, (erit enim notius quale sit, pluribus notatum vocabulis idem declarantibus) et *animam agere* dixit ad Famm. VIII. 13. extr.: *Q. Hortensius, cum has literas scripsi, animam agebat;* et reliquis locutionibus usus est, quorum exempla addere non est necessarium. Ad v. *ipse autem animus — dictus* vid. interprr. ad Cic. de N. D. III. 14. p. 542. Ed. Cr. et nostr. *Mr.*

Zenoni Stoico animus ignis videtur.] Vind. 1. Aug. *Zenoni autem Stoico.* De sententia vid. I. Lipsii Physiol. Stoic. p. 983—985. ed. Vesal. (conf. eundem de eo, quid intersit secundum veteres Romanos inter *animum* et *animam* ib. p. 1000.): de Martini Disp. de Cornuto Stoico p. 64. (Lugd. Bat. 1825. 8.) Tiedemann Syst. d. Stoischen Philos. II. p. 146 sq. ibiq. laud. Cic. Acad. I. 11. Laudat FAWolf. Hermiae Irrisionem Gentilium Philos. qui c. 2. ita: *οἱ μὲν γάρ φασιν αὐτῶν ψυχὴν εἶναι τὸ πῦρ, οἷον Δημόκριτος· τὸν θέρμον, οἱ Στωϊκοί· οἱ δὲ τὸν νοῦν, οἱ δὲ τὴν κίνησιν, Ἡράκλειτος· οἱ δὲ τὴν ἀναθυμίασιν· οἱ δὲ δύναμιν ἀπὸ τῶν ἄστρων ἐλκουσαν· οἱ δὲ ἀριθμὸν κινητικόν, Πυθαγόρας· οἱ δὲ ὕδωρ γονιμόν, Ἵππων· οἱ δὲ στοιχεῖον ἀπὸ στοιχείων· οἱ δὲ ἁρμονίαν, Δείναρχος· οἱ δὲ τὸ αἷμα, Κριτίας· οἱ δὲ τὸ σπέρμα· οἱ δὲ τὴν μονάδα, Πυθαγόρας· καὶ οἱ πάντες τὰ ἐναντία.* Ad quem locum, qui est in Ed. Worth. (Oxon. 1700.) p. 214 sq. vid. Worthium et Galeum. Add. interprr. ad Cic. de N. D. III. 14. p. 543. ed. Cr. et nostr. *Mr.*

Cor, sanguinem, cerebrum] „Addidi *sanguinem* ex antiquo libro, vel potius ex ipso Cicerone, dixit enim proxime: *Empedocles animum esse censet cordi suffusum sanguinem.* infra vero: *ei cor, aut sanguis, aut cerebrum est animus.* et: *ne iam vegeta mens aut in corde cerebrove, aut in Empedoclio sanguine demersa iaceat;* et: *non est certe nec cordis, nec sanguinis, nec cerebri.* In Lucullo etiam: *Utrum sit ignis, an anima, an sanguis?*“ *P. Manutius.*

Cap. 10. *Cor, sanguinem*] Vulgo deest vox ultima, cui sedem suam dedimus ex antiquo Codice, quem laudat Paulus Manutius. Ratio est in promptu; hanc etiam sententiam inter reliquas numeraverat Cicero, quam memorat etiam postea capp. 11, 25. Eam Critiae tribuunt, praeter Tertullianum ac Macrobium, Aristoteles de Anim. lib. I. cap. 2. Theodoretus Ther. V. pag. 72. Nemesius de N. H. pag. 38. auctor Opin. de anima, quem Ioan. Tarinus edidit, p. 628. et Hermias in Irris. Gentil. cap. 2. Et sane *πότερον τὸ αἷμά ἐστιν ᾧ φρονοῦμεν*, res erat in philosophorum scholis disputata, quod patet ex Platonis Phaedon. §. XXXII. Ambrosius Epist. XXXIV. *Non enim aut* sanguinem *aut ignem aut nervorum harmoniam animam putas, at Vulgus philosophorum interpretatur.* Idem de Noë et Arca c. XXV. n. 92. *Critias et eius discipuli sanguinem esse animam dicentes.* Lucretius III, 41.

Nam quod saepe homines morbis magis esse timendos
Infamemque ferunt vitam, quam Tartara lethi,
Et se scire animi naturam Sanguinis esse.

Lege *sanguinem esse*: nam pro Lucretii more non eliditur sed corripitur ultima vocis illius syllaba [V. C. F. Thiery Diss. de Diog. Babylonio (8. Lovan. 1830.) p. 55 sq. *Mr.*] *D.*

Cor, sanguinem, cerebrum] In Ed. 2. Davisius vocem *sanguinem* uncinis clusam in contexta recepit, in tertia uncos abiecit. Lallemannus ad h. l. „Vocem, ait, *sanguinem* e veteri cod. restituit Davisius,

20 brum, animam, ignem, vulgo: reliqua fere singuli. Ut multi ante veteres, proxime autem Aristoxenus, musicus idemque

---

cui praeiverat Manutius, nec ab aliis debuit omitti.“ Receperunt *sanguinem*, quamquam in nullo Codice repertum, post Dav. et Lall., Bouhier. Wolf. Schütz. Orell. Neque nos eam vocem eiecimus; cum Orellio vero eam ex Coniectura, et apta quidem, in Codicem Manutianum illatam esse existimo. Itaque cum neque ego in omnibus, qui ad manum sunt, libris vestigium eius reperissem, uncinis additis id certe significavi, eam auctoritate destitui Codicum MSS. Nam quod est in marg. Lamb. 2. et Goth., alios addere *sanguinem*: id de Manutio intelligendum esse certum est. Laudat Billerb. Etymologicum M. v. *αἷμα* Schol. Cruq. ad Horat. de A. P. 465. Plin. H. N. XI. 37. *Mr.*

animam, ignem, vulgo] Cod. Vind. 1. habet *vulgo dicuntur*. Rathius, cum existimaret, ad *vulgo* subaudiendum certe esse *dicuntur*, ad *singuli* autem *dicunt*: hoc ita incommodum esse putabat, ut cum *vulgo* interpretatus esset: vulgares sunt hae sententiae parumque acutae, vulgaribus *acutiora* placita opponenda esse censeret, nec vero *singulorum* opiniones, indeque corrigeret *reliqua vero subtilius*: satis iam refutatus a censore Ienensi 1806. 49. Ad *vulgo* nihil subaudiendum est, quam *statuunt*, ut saepe noster: *vulgo dicunt, vulgo loquebantur*, etiam *vulgo colunt* de N. D. III. 17. 47. Camerarius ad eam vocem haec: „Vulgares quidem esse ait has sententias de animo, corporeum illum esse: sed incorporeum fecisse nobilissimos philosophos.“ FAWolfius: „*vulgo* i. e. integrae philosophorum scholae: *singuli*, i. e. eiusmodi philosophi, quorum sententiae non probantur aliis, et minus etiam vulgo.“ *Mr.*

Reliqua fere singuli] Cod. Aug. *reliqua omnia ferre singuli*. Cod. Mon. 2. *et reliqua*. Mon. 1. Ed. P. *reliqua omnia*. Pro *fere* est *vero* in Codd. Duisb. Vind. 1. In Edd. A. B. S. E. Ven. Med. Asc. 1. marg. nostrae Asc. 2. Cod. Gud. 2. utrumque iungitur, scribiturque *reliqua vero fere*. Cod. Gud. habet *referreque singuli*. Ed. H. post *singuli* additam habet glossam *dicunt*. *Mr.*

Ut multi *ante veteres, proxume autem*] Vulgo plenam post *veteres* ponunt distinctionem. Perperam, ut Cl. Bentleius monuit. *D.*

Ut multi ante veteres] Bentleii sententiam vides in annot. Eum secutus est Lallemannus. Ernestus vulgatam servavit distinctionem: — *singuli, ut multi ante veteres. Proxime* —. Nissen. ad h. l. p. 7.: „*Veteres philosophi sunt, qui ante Socratem vixerunt* v. c. 17. in. Quos Marcus omittit. Putem tamen legendum *multa*. Nam Bentleii correctio *multo*, ut hoc ad solum Platonem pertineat, non arridet. Mirum est, eum, qui tautologias summo persequatur odio, sponte huc aliquam intrusisse“. Wolfius dedit *multa*, in scholis vero addidit, neque *multi* plane esse reprobandum. Rathius, cum in Bentleii emendatione absurdam hanc sententiam reperisse sibi visus esset: *veteres multo ante veteres reliqua sensisse*, coniecturamque *multa ante* consulto se mittere pronuntiasset, suam coniecturam promit parum aptam: *multa alia veteres*. Schützius Wolfium secutus est. Reiskius ad h. l. Mallem, ait, *ut multa multi ante veteres* scil. dixerunt, hoc est exempli causa multi veteres ante, seu dudum ante nostra tempora dixerunt multas diversas de mente sententias. Wyttenbachius ad Platon. Phaedon. p. 248 coniecit: *at multi ante veteres* (qui universe ad rem conferendus) quod probat Kühnerus, ut haec exeat sententia: „at singulas singulorum philosophorum opiniones commemorare longum est; itaque acquiescam in recensendis Aristoxeni,

philosophus, ipsius corporis intentionem quandam, velut in

Xenocrati, Platonis, Dicaearchi, Aristotelis sententiis.“ Tum vero, ait censor eius Lips. 1831. 199. p. 1590, *sed* exspectes, non *at*. Quod si Cicero scripsit *ut*, in seqq., quum *autem* scriberet, illud *ut* non respexit, sed perrexit, quasi coeperit: *Multi ante veteres*. Orellius ad Nissenii Wolfiique lectionem haec: Sed iustam oppositionem in hac lectione fortasse desideres, si sensus est: „ut multo ante (nostra tempora, iam ante Socratem) veteres aliquot philosophi, satis a Platone refutati, animum pro harmonia habuerunt, sic item proxime Aristoxenus.“ Potest tamen referri ad *multas* opiniones, quas singulas commemorandas non ducebat, praeter Aristoxeni, Xenocratis, Platonis, Dicaearchi, Aristotelis ea de re sententias. In ed. peculiari haec addit: Quodsi *multi* non opponantur *singulis* (e qua oppositione ortae sunt Bentleii et Wolfii coniecturae) ita defendi potest *multi*, ut dicas: multi iam ex veteribus ita sentiebant: proxime vero Aristoxenus eam sententiam denuo protulit. Utut est; certe paullo negligentius loquitur Cicero. In qua equidem sententia acquiescendum existimo. Libri nostri nihil variant. Cod. Bern. ante *ut* nobiscum plene distinguit. *Buggius* l. c. p. 13. sibi perplacere ait coniecturas Reiskii et Wyttenbachii; earum autem utram praeferendam ducat, incertum se haerere. „In seqq. autem, pergit, neminem fore puto, quin utraque manu amplectatur Reiskii emendationem *vel ut*; nam vulgatum *velut* mancam facit sententiam, cum desideretur aptus enunciationum nexus.“ Tum cum Schützio si minus legendum esse *varios animi motus*, saltim ita supplendam sententiam. In seqq. improbat Reiskii coniecturam *quod ipsum erat multo ante et dictum, et quale esset explanatum a Platone*. „Putavisse videtur, ait, tautologiam inesse in duplici verbo *dictum* et *explanatum* — At bene se habet vulgatum. *Quale* dicitur, ut saepe apud Platonem οἷον, ut non solum qualitatem rei indicet, verum etiam ipsam rem. Itaque hoc vult Cicero: eandem illam sententiam iam antea commemoraverat Plato (*quale esset, dixerat*) et suum de ea iudicium tulerat (*quale esset, explanaverat*).“ Ad Wyttenbachii coniecturam *explosum*, Schützuique *eiectum et explosum* addit: „apta sane verborum sententia; sed absque codicum auctoritate tantas turbas facere equidem non ausim. Rathium, pergit, sequatur, qui velit. In hoc tamen non falsus esse videtur, quod verba *tanquam in cantu sonos* radicitus tollenda arbitratur, quae deberi videntur ingenio grammatici aut scribae, qui ita verba antecedentia, *ut in cantu et fidibus, quae harmonia dicitur*, explicare conatus sit. *Mr.*

Proxime autem Aristoxenus] Cod. Gud. *ut* addit ante *Aristoxenus*. Ed. H. habet: *Aristhossenus*. De Aristoxeno vide praeclaram G. L. Mahnii diatriben editam Amstelod. 1793: ubi de nostro loco p. 200 sq. sermo est; ibiq. laud. Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 143. Add. Ast. de Platonis vita et scriptis p. 163. Rathius, pro *proxime* desiderans *primum* vel aliud quid, non intelligens *proxime* ad Ciceronem spectare, cum Aristoxenus non iis sit adscribendus, quos proprie dicere solet Cicero *veteres*, non est audiendus: nec magis, quod pro *autem* vult *ait esse animum*. *Mr.*

ipsius corporis intentionem quandam] „De integritate verbi *intentionem* non liquet. intentio enim corporis cum harmonia quid habet simile? *incentionem* congruebat magis“. *P. Manutius* „Merito ob hanc sententiam a Davisio reprehensus est Manutius“. *Verb. Incentio* certe neque apta huic loco vox, neque Ciceroniana. Cod. Gud. 2. habet *intensionem*. Sed v. ann. seq. *Mr.*

cantu et fidibus quae harmonia dicitur: sic ex corporis to-

Corporis intentionem] *Τοῦ σώματος ἐντασιν* non enim erat, cur P. Manutius de postremae vocis integritate dubitaret. Plato in Phaedon. p. 388. ed. Lugd. *Οἶμαι ἔγωγε καὶ αὐτόν σε τοῦτο ἐντεθυμῆσθαι, ὅτι τοιοῦτό τε μάλιστα ὑπολαμβάνομεν τὴν ψυχὴν εἶναι, ὥσπερ ἐντεταμένον τοῦ σώματος ἡμῶν.* Lactantius Div. Inst. VII, 13. *Quid Aristoxenus, qui negavit omnino ullam esse animam, etiam cum vivit in corpore? Sed sicut in fidibus ex* intentione *nervorum effici concordem sonum* etc. Idem de Opif. Dei cap. XVI, 13. *Musici enim* intentionem *concentumque nervorum in integros modos sine ulla offensione consonantium harmoniam vocant. Volunt igitur animum simili ratione constare in homine, quae concors modulatio constat in fidibus.* Valeant igitur ii, qui *intentionem* hic esse reponendam statuerunt. Hanc autem opinionem refellunt Aristoteles de Anim. lib. I. cap. 4. et Lucretius III, 107 seqq. Ea tamen Galeno placebat. Vide Isidorum Pelusiotam lib. IV. Epist. 125. *D.*

corporis intentionem quandam] Cod. Mon. I. Ed. H.: *intentionem ipsius corporis.* Ed. Ven. *intensionem.* Mon. 2. omittit *quandam.* Gesnerus in Chrestom. Cic. p. 365. post *quandam* comma delevit, idque post *dicitur* posuit, addens ad v. *quandam*: „sc. dixit esse animum. Interpunctionem recte a me constitutam puto. Grut. incidit post *quandam* et post *dicitur* interpungit.“ Reiskius: „post *quandam* semicolon exhibet ed. Med. Steph. Col. et punctum Aldina, unde colligo medium secandum esse voc. *velut* duas in partes, et sic conformandum locum: *quandam; vel* (scilicet aliis verbis si dictum malis,) *ut cantu.*“ Suaravit *vel ut* FAWolfius, dicens in Scholis: tale quid sensisse vel simile quid voluisse Ernestum, qui ad h. l. „clara, ait, erit sententia, si ex *velut* fecerimus *et ut*, cui deinde respondet *sic.*“ Ad illam Reiskii correctionem Orellius: „Haec velut appositione quadam praecedentibus adiuncta eorundem continent explicationem; quam ob rem nolui divisim scribere *vel ut* cum Reiskio, Wolfio et Sch.; qua quidem ex ratione nova similitudo, ab intentione illa aliquantum diversa, videtur inferri: quae tamen nulla esse potest.“ Addita autem esse ea (*velut* etc.) idem dicit Or., ne verba *corp. intentionem quandam* de *contentione* intelligerentur, ut est Tusc. II. §. 54. *animus intentione sua:* eique recte assentit Kühnerus. *Intentionem ἔντασιν* Graece interpretatur Wyttenbach. ad Plut. de S. N. V. p. 143. *Mr.*

velut in cantu et fidibus] Verba *et fidibus* usque ad *in cantu* (ante *sonos*) desunt in Cod. Rehd., aberrante scribae oculo a priore *in cantu* ad posterius. Rathius, nescio qua emendandi libidine abreptus, hoc quoque loco non pati vult loqui Ciceronem suo more, eumque ita, si diis placet, corrigit: *vel, ut in cantu esse fidibusque harmonia dicatur.* Nissen. p. 7., reprobata Ernesti coniectura *et ut* propter verba: *quae harmonia dicitur*, malle se ait *intentione quadam*, ut *sic* non cum *velut*, sed cum *tanquam* coniungendum sit. Contra utrumque (Rathium et Nissenium) disputat Krügerus in egregio libro, qui inscribitur: Die Attraction in der Lat. Spr. p. 123. (Untersuch. a. d. Gebiete d. Lat. Sprachlehre Fasc. III.) locum scribens, ut Wolfius, sed *vel* explicans: oder mit andern Worten, ut eadem sententia prodeat, quam huic appositioni inesse vult Orellius. Sed tota eius disputatio legenda. Ante *quae* subaudiendum esse ait *ea*, similesque Ciceronis locos p. 122 sq. affert. — In seqq. scribitur *totius corporis* in Codd. Duisb. et Vind. 1. posterior pro *et figura* habet *atque figura.* Cod. Gud. 2. inverso ordine *in fidibus et cantu. Mr.*

tius natura et figura varios motus cieri, tanquam in cantu sonos. Hic ab artificio suo non recessit, et tamen dixit ali- b.
quid, quod ipsum quale esset, erat multo ante et dictum et explanatum a Platone. Xenocrates animi figuram et quasi

---

varios motus cieri] „Legendum arbitror: *varios animi motus.* Sic Lactant. Inst. VII. 13: *Sed sicut in fidibus ex intentione nervorum effici concordem sonum atque cantum — ita in corporibus ex compage viscerum ac vigore membrorum vim sentiendi existere.*“ *Schütz.* Ego Viri Clarissimi emendationem non supervacaneam modo, sed plane falsam esse existimo: id enim ipsum negabat Aristoxenus, *animam* esse ullam, ut paullo ante dicit Lactantius: qui vero *animam* esse negat, non potest concedere *motus animi*, sed *motus* tantummodo, unde alii *animam esse* suspicentur. *Motus* recte vertit Kernius V. Cl. Schwingungen. Lectio *modos*, quae est in Edd. A. B. S. E. C. H. Med. Junt. Asc. 1. 2. Camerar. non magis placere debet, quam *fieri*, quod est pro *cieri* in Codd. Mon. 1. Aug. Edd. H. A. B. Ven. nostra et Ven. Alteri in marg. Vid. Cic. de N. D. 3, 11. *natura omnia ciens et agitans motibus et mutationibus suis.* De Univ. 7: *orbis semper eodem motu cietur.* Post *tanquam* excidit *in* in Cod. Mon. 2. Verba *tanquam in cantu sonos* deleta volebat Rathius, non reputans iis deletis deesse aliquid ad plenam integramque comparationem. — Post haec Cod. Rehd. pergit *hic artificio*, omisso *ab. Artificium* est i. q. artis usus, exercitatio, fines. *Mr.*

Quod ipsum — a Platone] „Reiskius coni. *quod ipsum erat multo ante et dictum et, quale esset, explanatum a Platone.* Wyttenbachius ad Phaedon. Plat. p. 249. suspicatur pro *explanatum* olim scriptum fuisse *explosum*: quod sane placet, modo totum sic legatur: *quod ipsum quale cunque esset, erat multo ante eiectum et explosum a Platone.* Sic de Finn. V, 8: *iam explosae eiectaeque sententiae Pyrrhanis.*“ *Schütz.*

quod ipsum — a Platone] Et ante *dictum* omittunt Cod. Duisb. Edd. H. C. V. Rob. Steph. Cod. Aug. habet *ante editum.* Bene Kühnerus ad v. *a Platone*, simpliciter explicans addit: „qui in Phaedone (p. 195. T. I. Bip.) hanc de harmonia opinionem elevare studuit.“ Qua de re vid. disputantem Wyttenbachium in Lectionibus quinque a Mahnio editis p. 98 sqq. Orellius item commode in ed. peculiari: „Wyttenbachii coniectura *explosum* cum praecedente *dictum* non convenit: quod cum sensisset Schützius, audacius etiam et a veri similitudine remotius scribi volebat *eiectum et explosum*, ut est pro Cluent. 31: *te vero illud idem quod tum explosum et eiectum est, nunc retulisse demiror.*“ *Mr.*

A Platone] In Timaeo pag. 528. ed. Lugd. Vide et Phaedonem pag. 388. *D.* [p. 94. e. 86. a — d.]

a Platone] Conf. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 248 — 250. et annot. nostr. ad Plotin. p. 207. E. *Creuzer.*

animi figuram et quasi corpus]. Nos diceremus, ait Wolfius in scholis: dafs die Seele ein selbstständiges Wesen sei. Ita, ait Orell., οἱ βελτίονες apud Platonem Sophist. 247. b. Steph.: τὴν μὲν ψυχὴν αὐτὴν δοκεῖν σφισι σῶμά τι κεκτῆσθαι· φρόνησιν δὲ καὶ ἄλλων ἑκάστων ὧν ἠρώτηκας αἰσχύνοντα τὸ τολμᾶν ἢ μηδὲν τῶν ὄντων αὐτὰ ὁμολογεῖν ἢ πάντ' εἶναι σώματα διαχυρίζεσθαι. Laudat hunc locum Creuzerus ad Plotin. p. 456. additque Gregor. Nyss. de Anima I. p. 90. C: Πυθαγόρας δὲ (τὴν ψυχὴν ἔφησεν) ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα· Πλάτων δὲ οὐσίαν νοητὴν ἐξ αὐτῆς κινουμένην κατὰ ἀριθμὸν ἐναρμόνιον. Cf. Wyttenb. ad Platon. Phaedon. p. 228 sqq. 248 sqq. *Mr.*

corpus negavit esse, verum numerum dixit esse, cuius vis, ut iam ante Pythagorae visum erat, in natura maxima esset.

---

corpus negavit esse, verum etc.] „Cum Sigonii liber repraesentet: *esse ullum, verum n. d. e.*; ego puto: *corpus negavit esse ullum: numerum dixit esse.* nam *ullum* negligentia describentium opinor in *verum* esse conversum. Praeterea, cur *verum numerum* dicat? *Numerum* quidem satis est. Et in Lucullo: (Acad. II. 39. 124.) *An, ut Xenocrates, mens nullo corpore?*“ Pl. *Manutius.* Post *esse* additur *ullum* in Codd. Vind. 1. Aug. Edd. H. A. B. S. E. Ven. Asc. 1. Ven. Alteri et marg. Asc. nostrae 2. In Vind. 2. est *illum verum* et sic etiam in Rehd. et Gud. In Mon. 1. scriptum est *negavit ullum esse:* in Cod. Reg. distinguitur: *negavit esse verum, numerum dixit esse.* In Ed. S. est *dixit illum esse.* Ad rem cf. Goerenz. ad Acadd. I. 11, 39. p. 61. *Mr.*

Et quasi corpus negavit esse, verum numerum dixit esse] Sigonii liber repraesentabat, *corpus negavit esse* ullum, *verum numerum dixit esse.* Sic etiam Med. et Eliens. sec. pro varia lectione, nec abit Bak. nisi quod *illum,* non *ullum,* exhibeat. Hinc Paullus Manucius reponit, *corpus negavit esse* ullum, *numerum dixit esse,* vocula contra fidem Codicum deleta. Reg. vulgatam lectionem firmat, quae mihi videtur retinenda. Cum vero Xenocrates animum *numerum se movéntem, ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα* dixerit, uti testantur Macrobius in Somn. Scip. lib. I. cap. 14. Theodoretus Ther. V. pag. 72. Nemesius N. H. pag. 70. [cf. Plotin. p. 304. A. ibiq. annot. nostr. et p. 486. B. *Creuzer.*] et auctor celebrium de Anim. Opin. a Ioan. Tarino editus pag. 652. quod etiam noster hoc in loco confirmat; mirum videri posset, cur Acad. II. 39. pro Xenocratis sententia animum esse *mentem nullo corpore* statuerit. Sed haec re conveniunt, verbis tantum discrepant. Plutarchus Plac. Phil. lib. IV. cap. 2. *Πυθαγόρας (ἀπεφήνατο τὴν ψυχὴν) ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα· ΤΟΝ ΔΕ ΑΡΙΘΜΟΝ ΑΝΤΙ ΤΟΥ ΝΟΥ παραλαμβάνει.* Exscriptor eius Stobaeus Eclog. Phys. lib. I. pag. 93. *Πυθαγόρας* animam dixit *ἀριθμὸν αὐτὴν* (Leg. *αὐτὸν*) *κινοῦντα, ΤΟΝ ΔΕ ΑΡΙΘΜΟΝ ΑΝΤΙ ΤΟΥ ΝΟΥ παραλαμβάνει· ὁμοίως δὲ καὶ Ξεναγόρας.* Leg. *Ξενοκράτης.* Vide et lib. I. Acad. cap. 11. Eorum doctrinam, qui animum esse contendunt *ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα,* refellit Aristoteles lib. I. de Anim. cap. 4. *D.*

verum numerum dixit esse] Locus Nemesii de Natura Hom., quem laudat Davisius, est in Ed. Matthaei p. 102, in Ed. princ. (Antw. 1565. 8.) p. 44. Lallemannus ad h. l.: „Bentleius partim e MSS. partim ex coniectura legebat: *quasi corpus negavit esse ullum: merum numerum* —, et favet unus e regiis MSS. in quo scribitur: *negavit esse illud, vero numerum.*“ Orellius contra Bentleium recte monet, non facile carere posse hunc locum particula adversativa. Scribitur inverso ordine *esse dixit* in Codd. Vind. 1. Mon. 2. Post *cuius vis* Ed. Fabr. pergit *etiam antea.* Pro *cuius vis* Cod. Gud. 2. habet *cum suis,* quae scriptio eo tempore orta est, quo literae *i* punctum non inscriberetur. *Mr.*

Iam ante] Sic Reg. Vulgo *antea.* *D.*

ut iam ante] Cod. Duisb. *ut ante iam.* Scribitur *ante* in Codd. Reg. Marb. Mon. 1. Vind. 1. Gud. Rehd. Bern. Edd. P. C. H. V. Asc. 2. Camer. Rob. Steph. Leod. Dav. Koel. Wolf. Schütz. Orell. Sola ed. A. *ante ea.* Reliqui libri *antea.* Ad v. *Pythagorae* v. Nemes. de Nat. Hom. cap. 2. p. 28. ed. prc. Pro sequ. *in natura* est *natura,* omisso *in,* in Edd. A. B. C. H. Junt. Ven. Camer. Asc. 1. 2.

Eius doctor Plato triplicem finxit animum: cuius principatum, id est rationem, in capite, sicut in arce, posuit: ei duas partes parere voluit, iram et cupiditatem, quas locis

---

(posteriori docta manus *in* in marg. addidit.) De *numero* vid. Scheffer. de Philos. Italica s. Pythagorica (Upsal. 1664.) p. 22 sq. *Mr.*

Triplicem finxit animum] Vulgo *animam*. Male, ut Cl. Bentleius vidit. *D.*

triplicem finxit animum] Cum Bentleio faciunt eiusque conjecturam firmant Codd. Rehd. Gud., receperunt post Davisium Wolf. Schütz. Orell. In scholis FAWolfius, postquam monuit non esse cum Ernesto scribendum *animam*, tres has partes esse dicit: νοῦς, τὸ λογικὸν vel ἡγεμονικόν· — θυμὸς, τὸ θυμικόν· — ἐπιθυμία vel τὸ ἐπιθυμητικόν. Conf. Creuzer. ad Plotin. Enn. I. 6. 1. p. 51. E. Enn. IV. 1. Introduct. De lectione ita Morgenstern. in Prolusione p. 17: „Pro vulgata lectione *animam* restituit Wolfius *animum* [ita solebat sine dubio: sed scripsit: *animum — animam*]. Correxerat iam Bentleius addicentibus codicibus quibusdam; sed correxisse Bentleium Wolfius olim nobis praesentibus dicebat propterea, quia graecam vocem ψυχὴν non aliter putaret Latine verti potuisse quam *animum*, qua in re ille Wolfio iudice vehementer errabat. Nam ψυχὴν esse et *animum* et *animam*, proprie autem esse *animam*, ductum a verbo aliquo, quod notionem haberet spirandi, ita ut ψυχὴ proprie sit spiritus. Sed ut hoc mittamus (sic fere Wolfius pergebat) sane ambigua semper manet vox ψυχή. At, quod h. l. monendum erat, Plato ubi de ψυχῇ tripartita loquitur, loqui non potest de *anima*, sed de *animo*. Ratio, ira, cupiditas, hae tres animi partes nullo modo pertinere possunt ad spiritum hominis, sed ad vim intelligendi, sentiendi, concupiscendi. Haec vis autem *animus* dicitur, nunquam *anima*. Hoc igitur loco Cicero scripsit *animum*, quod et sequentia docent.“ — Acute sane et vere lectionem suam hunc fere in modum olim probasse mihi videtur Wolfius. Alia est quaestio, an Bentleius putaverit Graecum ψυχὴν aliter Latine verti non potuisse, quam *animum*. Disertis quidem verbis illud non dixit, sed hoc tantum: „De *animo* hic disserit Cicero etc.“ Reliqua v. ad calc. nostrae ed. *Mr.*

in capite, sicut in arce, posuit] Ed. P. *sicut arce:* contra Ciceronis morem. Locutio eadem fere est de N. D. II. 56. p. 445. ed. maj.: *Sensus autem, interpretes ac nuntii rerum, in capite, tanquam in arce — collocati* sunt, ubi vid. Davis. et Creuzer. itemque Wyttenbach. ib. p. 769. *Mr.*

Et duas partis ei parere *voluit*] Vulgo, *et duas partes* separare *voluit*. At Vatic. *parere voluit:* quod verum, nisi quod, aliorum Codicum ductu, legerim *ei parere voluit*. Nemesius de Nat. Hom. cap. XVI. pag. 177. ed. Oxon. *Καλεῖται δὲ ταῦτα (τὰ ἄλογα μέρη τῆς ψυχῆς) ἐπιπειθῆ λόγῳ, ὅτι πέφυκε πείθεσθαι λόγῳ καὶ ΥΠΟΤΑΣΣΕΣΘΑΙ καὶ πνεῖσθαι, ὡς ἂν ὁ λόγος κελεύῃ ἐπὶ τῶν κατὰ φύσιν ἐχόντων ἀνθρώπων.* Apuleius de Habit. Doctr. Platon. lib. I. pag. 586. *Cum tres partes animae dicat esse* (Plato;) *Rationabilitatem, id est mentis optimam portionem, ait capitis arcem tenere: Irascentiam vero, procul a ratione, ad domicilium cordis deductam esse, obsequique eam et in loco respondere sapientiae: Cupidinem atque appetitus* etc. Infinitus essem, si locos huc facientes exscriberem. Vide modo Alcinoum Doctr. Plat. c. XXIII. Maximum Tyrium Diss. XXII. §. 4. Hieroclem in Aur. Carm. LXIX. nostrum Offic. I, 28. ac Tusc. II, 19, 20, 21. Senecam Epist. 92. init. et alios quam plurimos. *D.*

ei duas partes parere voluit] Recepi hanc lectionem (quamquam

disclusit, iram in pectore, cupiditatem subter praecordia
21 locavit. Dicaearchus autem in eo sermone, quem Corinthi

---

mallem *eique* ex Davisiana secunda, probatam etiam Nissenio l. c. p. 8. (cui idem in mentem venerat), Orellio, Kühnero. *Partes* abest ab Edd. A. B. S. E. Ven. Vocem *ei*, quam post *partes* Dav. in Ed. 3. posuit (aliorum, ut ait, Codicum ductu) nullus habet liber, neque scriptus neque editus. *Parere* habet ex nostris solus Cod. Reg. si fides collationi nostrae: alii omnes *separare*, nisi quod Marb. exhibet *seperare* cum Rehd. et Gud. Receperunt *parere* Lallem. Ern. Wolf. Schütz. Orell. scripseruntque *et duas partes parere voluit:* et sic etiam Gesnerus in Chrestomathia. Wopkensius Lectt. Tull. p. 44 sq. (64. Handii) Davisianam editionis tertiae amplectitur. Voce *ira* non admodum commode verti id, quod Graece dicitur *θυμὸς* vel *τὸ θυμικόν*, nemo est quin videat. *Mr.*

Quas locis suis — *locavit*] Vulgo, *quas locis disclusit.* At ultimam vocem nescit Reg. pro qua Eliens. tert. dat *suis*, eumque sequimur. Nec *locis locare* mira cuiquam videatur loquendi ratio. Sic enim solet Cicero. Verbi causa, *membra suo quaeque loco locata* dixit in Bruto cap. LXII. Vide de Amic. cap. XII. *D.*

quas locis disclusit] Restitui cum Ern. et seqq. verbum *disclusit*, quod ne a Cod. Reg. plane exulat, cum additum sit a m. sec. Ex nostris Gud. 1. 2. et Duisb. id verbum omittunt: Mon. 1. habet *discludit*. Talia certe verba paullo rariora Glossatores addere non solent, sed trita et consueta. Iterum eo usus est noster infra c. 33. 80: *quae* [partes] — *semotas a mente et disclusas putat.* In Ed. 2. ex sententia, ut videtur, Bentleii Davisius dedit: *quas locis disclusas.* — Supervacaneam autem duxi vocem *suis*, quam addidit ex Cod. El. tert. Davisius: neque eam agnoscunt Codd. nostri et Edd. vett. exceptis A. B. S. E. C. Ven. Alteri et nostra, Asc. 2. Sed Asc. 1. plane cum Dav. facit, exhibens *quas locis suis, iram* etc. Quod a Cod. Marb. absunt verba *iram et — disclusit*, id factum est aberrante librarii oculo a priore *iram* ad posterius. Bouhierius utramque Davisii emendationem reprehendit, laudatque ad rem Augustin. de Civ. Dei XIV. 19. p. 788. ed. L. Viv. Wakefield. ad Lucret. V. 441. ita scribi voluit: *duas partes, quas parere voluit, iram et cupiditatem, locis disclusit.* Sequitur in Cod. Mon. 1. *iram et pectore.* Mox Cod. Marb. habet *subtus* pro *subter*. Sed illud vocabulum adverbium est, neque eo usquam usus est Cicero. *Mr.*

praecordia] „Praecordia sunt *φρένες*, id est *διάφραγμα*, seu septum transversum." *Camerar.* Vid. Brunonis Lex. Medicum p. 927. coll. p. 951. et 442. *Mr.*

Dicaearchus] Cod. Marb. *Dycearchus*. Eum Cicero appellat *delicias* suas infra c. 31, 77. De eo vid. M. Marx in Creuzeri Meletemat. III. p. 173 — 178. ibiq. laudd. et eius fragmentum *Βίου Ἑλλάδος* p. 179 — 210. Addit Orellius Nemes. de Nat. Hom. p. 68. Matth. [Ed. pro. Antw. 1565. c. 2. p. 28 sq.]: *Ἀριστοτέλης (τὴν ψυχὴν ἔφησεν) ἐντελέχειαν πρώτην σώματος φυσικοῦ, ὀργανικοῦ, δυνάμει ζωὴν ἔχοντος. Δικαίαρχος δὲ* (Aristotelis auditor) *ἁρμονίαν τῶν τεσσάρων στοιχείων, ἀντὶ τοῦ, κρᾶσιν καὶ συμφωνίαν τῶν στοιχείων. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Δικαίαρχος ἀνούσιον.* In Ed. prc. pro *Δικαίαρχος* est *Δείναρχος*: et post *στοιχείων* leguntur haec: *οὐ γὰρ τὴν ἐκ τῶν φθόγγων συνισταμένην, ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ σώματι θερμῶν καὶ ὑγρῶν καὶ ψυχρῶν καὶ ξηρῶν ἐναρμόνιον κρᾶσιν καὶ συμφωνίαν βούλεται λέγειν, δῆλον δὲ ὅτι καὶ τούτων οἱ μὲν ἄλλοι τὴν ψυχὴν εἶναι λέγουσιν οὐσίαν. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Δείναρχος ἀνούσιον. Mr.* — „De Dicaearchi Corinthiaco sermone v.

habitum tribus libris exponit, doctorum hominum disputantium, primo libro multos loquentes facit: duobus Pherecraten quendam Phthiotam senem, quem ait a Deucalione ortum, disserentem inducit, Nihil esse omnino animum, et hoc esse nomen totum inane, frustraque et animalia et animantes appellari; neque in homine inesse animum vel animam,

---

Fabric. B. Gr. III. p. 488, ubi de nostro loco, et Goerenz. ad Academ. p. 223." *Schuch.*

doctorum hominum] Codd. Reg. Gud. 1. *dictorum*. Pergit Mon. 1. *disputationem*. Tum Cod. Rehd. *in primo libro*. Ad v. *duobus* recte monet Kühnerus subaudiendum esse *reliquis*: tres enim fuerunt libri; et ita iam scripsit glossator in Cod. Vind. 2. supra lineam: *scilicet libris sequentibus scriptum est*. In nomine, quod sequitur, lapsi sunt, ut fieri solet, librarii, Marb. habet *ferocratem — phiotam*. Ed. H. *terecrethen q. amphio*. Aug. *aphiotem*. Gud. *amphiotam*. Mon. 1. *Terenatem — Phyotam*. Mon. 2. *phiotam*. Vind. 1. *Phiotem*. Scripsi autem *Pherecraten* (ante *qu.*) ex Gud. 1. cum Davisio, et *quendam* cum Orellio: sic enim enunciabant. Alii *Pherecratem*. Post *quem* abesse dicit *ait* Reiskius ab ed. Scur. et commode abesse posse existimat: nos non item: *ait*, compendio scriptum, absorptum est a praepositione sequente, quam simili de causa excidisse puto in Edd. A. et Ven. nostr. *Ait* etiam abest ab Edd. B. et E. Pro *disserentem* Cod. Duisb. habet glossam *disputantem*. Mox Cod. Rehd. et Ed. H. *nihil animum esse omnino*. Post *nomen* omittunt *totum* Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. In Codd. Vind. 1. Rehd. Ed. H. est *totum inane nomen*. Neque vero inde pro suspecta habendam esse vocem *totum* existimaverim: auget enim vim sententiae, et ad variandam orationem positum est a scriptore pro eo, quod modo dixit *omnino*. Coniunxit eadem verba noster in Verr. Act. II. lib. II. 73. 180: *tantum agam de hoc toto nomine societatis*. Laudat hunc locum Creuzerus ad Plotin. p. 458: *εἰ δὲ πάθημα τῆς ὕλης (τὴν ψυχήν), ἀλλ' οὐκ οὐσίαν φήσουσιν εἶναι κ. τ. λ.* ubi tangit Aristoxeni et Dicaearchi sententias Plotinus: additque de Dicaearcho Sext. Emp. adv. Math. VII. §. 349. et Pyrrhon. Hypotyp. II. 31. ibiq. Fabr. p. 74. Plut. de Placc. Philoss. IV. 2. et Atticum ap. Euseb. P. E. XV. 9. p. 810. A. B. — De usu pronominis *quidam* post nomina propria v. Obbarium ad in Jahnii Annal. 1830. II. 4. p. 415. *Mr.*

frustraque et animalia et animantes appellari] Restitui *et* post *frustraque* cum Koel. Wolfio Sch. Nobb. et Orellio, cum sit in Edd. vett. quas contulit Or. (excepta M.) omnibus, nostrisque Codd. Aug. Gud. Vind. 1. Edd. Ven. Asc. 1. 2. Junt. Rob. et Car. Steph. HWolf. Leod. Camer. In Ed. H. scriptum est *et animalia et animantia*: in Mon. 1. 2. Edd. Junt. Asc. 1. Ven. nostr. *animantis*, in Asc. 2. *animanteis*. *Mr.*

neque in homine] Scribitur nec in Edd. Lamb. et Fr. Fabr. et in Cod. Vind. 1. — Ad rem Comm. Anonymus in Ed. Leod. haec: „Negavit Dicaearchus in nobis esse corpus et animam, sed corpus duntaxat, cuius temperamentum vis esset omnium actionum nostrarum, quanquam ille verbo potius animam videtur sustulisse, quam re. Proinde Plutarchus a Dicaearcho existimatum ait esse animum harmoniam quatuor elementorum." *Mr.*

Inesse animum vel animam] Ita loquitur, quod *animo animaque miscemur*, ut ait Tertullianus Apolog. c. XXXI. Iuvenalis de brutorum et hominis differentia Satir. XV, 148:

nec in bestia; vimque omnem eam, qua vel agamus quid,

— *Indulsit communis conditor illis*
Tantum animas, *nobis* animum *quoque* — Pariter e Graecis nonnulli τὸ πνεῦμα seu τὸν νοῦν et τὴν ψυχὴν distinguebant. Vide Porphyrium Epist. ad Anebonem pag. 8. auctorem celebrium de Anima Opin. pag. 630, 631. Theodoretum Haer. Fab. lib. IV. cap. 8. H. Hammondum in I. Thessal. V, 23. et Camp. Vitringam Observ. Sacr. III, 4. Licet igitur duas voces ultimas a quibusdam Codd. abesse testetur Lambinus, eas tamen retinendas arbitror. Dicaearchi vero sententiam praeter eos, quos indicat V. C. I. A. Fabricius ad Sexti Pyrrh. Hypot. lib. II. cap. V, 31. explicant idem Sextus adv. Mathem. lib. VII. §. 349. et Tertullianus de Anim. cap. XV. ne Plutarchum Plac. Phil. IV, 2. aut Stobaeum Eclog. Phys. p. 93. memorem; secundum quos animum ἁρμονίαν esse τῶν τεσσάρων στοιχείων statuit. Vide et pag. 108. *D.*

inesse animum vel animam] In marg. Edd. Lamb. Goth. et Verb. dicitur abesse verba *vel animam* a quodam veteri codice; eaque post Bentleium eiici volebat Wolfius, ideoque uncinis inclusit in ed. pr. ab iisdem vero in Edd. 2. et 3. ista verba liberavit. Nissenius ad h. l. „male, ait, delet illa verba Bentleius. Nam ille Phthiota ne animam quidem esse voluit, nec animantes appellari. Sed quod ante, ubi Plato inducebatur, *animam* in *animum* transmutavit, id quidem ille satis bene fecisse videtur, etsi vulgatum ferri possit.“ Morgensternius ad h. l. „uncis, ait, inclusit priore editione Wolfius *vel animam*, quia, quum anima proprie sit spiritus, πνεῦμα, eam vocem Cicero h. l. ponere non potuerit. De πνεύματι enim dubitare Dicaearchum plane non potuisse. Bentleii autem rationes nihili esse iudicabat Wolfius. Eum enim dicere, Dicaearchum sine dubio dixisse ψυχήν, hoc autem verti non posse nisi *animum*. (Quod disertis verbis Bentleium dixisse supra negavi). Neque certum esse e Dicaearchi verbis, quod Bentleius voluit. Quid enim? si dixisset ille ψυχὴ ἢ πνεῦμα: num Cicero aliter dicere potuisset, quam *animum vel animam?* (At sic dicere Dicaearchum potuisse Wolfius negaverat ipse. Ut igitur ab eo lectionis causam subtiliter olim redditam esse facile agnoscam, tamen ab ipsius ratione Bentleium prope abfuisse puto. Qui postquam dixisset, Ciceroni animum hic esse, qui Graecis ψυχή: Quare, inquit, in hoc capite, ubi Dicaearchi opinionem sic refert: *Nihil esse — nec in bestia* — omnino auctor sum, ut verba illa *vel animam* eiiciantur, utpote etc. [quae sequuntur v. in Bentl. annott.] Restat ut commemorem, in Ed. 2. Wolfium ista verba sine uncis reposuisse, quod fecit etiam Schützius. Uterque me quidem non refragante. Nam de anima, quatenus sit πνεῦμα, dubitare plane non potuisse Dicaearchum, caveamus ne tale quid pronuntiemus. De eius philosophi sententia, a Cicerone, ut videtur, non omni ex parte dilucide atque haud scio an non satis recte exposita, cf. Tennemann Hist. Philos. T. III. p. 336. Accedit, quod, si scriptum esset: *neque in homine inesse animum nec in bestia*, offenderet vox *animus* ad bestiam quoque relata; qualis offensio aut nulla est aut minor certe, si praecedunt verba *vel animam*. Orellius quoque cum libris suis omnibus, quibus accedunt nostri, tuetur illa verba additque ad Wolfi annotationem: weder eine geistige, noch eine physische von dem Leibe trennbare Seele, will Cicero sagen: ohne sich ängstlich an das eine Wort ψυχήν zu halten. In qua ego sententia acquiescendum puto: neque etiam Rathii coniecturam probo, qui malebat legi: *neque in homine inesse animum, neque ani*

vel sentiamus, in omnibus corporibus vivis aequabiliter esse fusam, nec separabilem a corpore esse; quippe quae nulla sit: nec sit quicquam, nisi corpus unum et simplex, ita figuratum, ut temperatione naturae vigeat et sentiat. Aristo- 22
teles longe omnibus (Platonem semper excipio) praestans et ingenio et diligentia, quum quattuor nota illa genera prin-

---

nam in bestia. Ceterum *inesse* abest a Cod. Marb. sed scribitur *animam esse vel animum.* Est etiam *esse* pro *inesse* in Codd. Aug. Rehd. et Ed. H. Posterior ed. habet in seqq. *neque in bestia* et mox Cod. Rehd. *vim que communem eam*, quod est correctoris, qui ultra Ciceronem sapere sibi videretur. Tum item correctori vel glossatori debetur, quod est in Cod. Vind. 1. *agamus quicquam.* Aug. *agimus quicquam* et Vind. 2. *agamus aliquid.* Pro *vivis* est *minus* in Cod. Duisb., quem errorem non mirabitur, qui medii aevi scriptionem et literarum ductus novit. *Mr.*

aequabiliter esse fusam] Scribitur *aequaliter* in Codd. Mon. Aug. et Gud. Quod per se quidem non esset reprobandum: nemo tamen receptum volet, qui usum Ciceronis novit, *aeque, aequaliter* et *aequabiliter* (ut *aequus, aequalis* et *aequabilis*) non promiscue ponentis. Nostro loco simillimus est de Or. II. 54. 218: *alterum* (genus facetiarum) *aequabiliter in omni sermone fusum.* Scribitur autem *perfusam* in Ed. H. *diffusam* in Cod. Vind. 1. *infusam* in Cod. Aug. Pergit Ed. H. *neque:* tum Mon. 1. *separabile.* Marb. *seperabilem.* Rehd. et Ed. H. *esse a corpore* Rehd. *quia* pro *quae.* Mox Mon. 1. *nec fuit quicquam.* Marb. *nisi corpus vivum*, quod non correctori tribuerim, sed eidem causae, quae paullo ante peperit *vivis* pro *minus.* Post haec Vind. 2. male habet *temperantia* pro *temperatione*, quod vocabulum, ut recte monuerunt Wolfius et Kühnerus, idem significat, ac quam vulgo barbare dicunt *organisationem.* Laudat Kühnerus nostri operis tres locos de hoc usu I. 28. IV. 1. ad quem locum v. nostr. annot. et IV. 14. Add. de legg. III. 5. 12. Pro *vigeat* Cod. Gud. 2. *urgeatur. Mr.*

et ingenio et diligentia] Bouhierius se in veteri quadam editione reperisse refert lectionem: *et ingenio et sapientia et diligentia*, eamque haud contemnendam esse dicit: eandem in proximis omittere vocem *principiorum* ait, eamque satis supervacaneam esse contendit. Quod ut non inepte disputatum est, ita nos movere non potuit, ut contra reliquorum librorum consensum sive illud reciperemus sive hoc abiiceremus. *Mr.*

Nota *illa genera — quintam naturam censet esse*] *Nota principiorum genera* sunt ignis, aqua, aër, et terra. Primam vero vocem, quam temere praetermittunt Lambinus et Gebhardus, e Msstis et veteribus editis revocavimus. Porro de hac Aristotelis opinione videas licet nostrum lib. I. Acad. cap. 7. Diogenem Laertium V, 32. Origenem in Celsum lib. IV. pag. 202. et Philos. cap. XX. pag. 139. *D.*

Quattuor nota illa genera] Ita Codd. Reg. Rehd. Bern. Mon. 1. 2. Edd. Junt. Asc. 2. Rob. et Car. Steph. Vict. Lamb. (1566. quamvis negante Davisio, qui posteriorem aliquam editionem inspexisse videtur.) HWolf. Camerar. Sturm. Fr. Fabr. Ed. vet. Bouhierii, Ven. Alteri, P. S. C. H. Verb. Koel. Dav. 1. 2. 3. Wolf. I. 2. 3. Oliv. Schütz. Orell. Vocem *nota* post *illa* habent Cod. Gud. Edd. Ven. nostr. A. B. Reliqui libri omittunt *nota* Gronov. ad h. l. „An, ait, scivit aut Gruterus aut Gebhardus, hinc excidisse vocalam *nota*, quae et in Victorianis et in Hervagiana apparet? Sed iam et in Lambi-

cipiorum esset complexus, e quibus omnia orirentur, quintam quandam naturam censet esse, e qua sit mens: cogi-
p. 153. a. tare enim, et providere, et discere, et docere, et invenire aliquid; et tam multa alia, meminisse, amare, odisse, cupere, timere, angi, laetari; haec et similia eorum in horum quattuor generum inesse nullo putat. Quintum genus adhibet, vacans nomine; et sic ipsum animum ἐντελέχειαν appellat

---

nianis intercidit. Utique tamen si non in aliis, certe in Vaticano esse intelligo." Ernestus eam vocem glossam vocis *illa* esse existimabat, probante Nissenio, qui laudat IV. 29. 62: *Sive illa tria genera bonorum*. Morgensternius vero defendit dicens: at sunt exempla crebra et protrita vocis utriusque sic coniunctae. Gravius ac significantius loquitur Cicero, quam si *nota* omisisset. Cod. Aug. habet *illa genera nota*. Gud. 2. omittit *principiorum*. Ad rem recte monet Kühnerus quatuor elementa significari, laudatque Academ. I. 7. 26. Illud iam dixit Davis. in ann. ad Ed. 1. Pergit Cod. Duisb. *principiorum vel complexus esset:* quem posteriorum verborum ordinem habet etiam Vind. 1. Pro *e* est *ex* in Codd. Rehd. Duisb. Ed. H. Laudat Dav. in Ed. 1. ad h. l. etiam Jul. Firmicum de Error. Prof. Rel. p. 1. et Lactant. Div. Inst. II. 12. *Mr.*

orirentur] Ita libri omnes (excepto Gud. 1. ubi est *orerentur*): sed Dav. in Ed. 2. *orerentur*. Eodem modo edidit V. 4: *unde omnia orerentur:* unde vides hoc non casu factum esse, ut suspicabatur Ruddimannus in Inst. Gramm. Lat. I. p. 263. Sed illud casu vel negligentia factum est, ut, quum nostro loco in Ed. 3. correxisset *orirentur*, altero loco relinqueret *orerentur*, prout dedit etiam Rathius et est in Ed. Oxon. 1805. Ceterum de scriptione huius verbi eiusque coniugatione vid. Ruddimann. l. c. coll. p. 278. et Struve: Üb. d. Latein. Declin. u. Conjugation. p. 201. *Mr.*

quintam quandam naturam] Laudat Bouhierius Augustinum de Civ. Dei XXII. 11. qui hanc *quintam naturam* appellat *quintum corpus:* Kühnerus affert Diog. Laërt. V. 32 de Aristotele: εἶναι παρὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα καὶ ἄλλο πέμπτον, ἐξ οὗ τὰ θεῖα συνεστάναι. Add. interprr. ad h. l. *Mr.*

e qua sit mens] Cod. Duisb. *eque sit mens*. Mox Gud. omittit *et* post *enim:* eandem voculam omittit Vind. 1. ante *discere* et *docere:* Duisb. habet *dicere*, Gud. omittit *et docere*. Vocem *alia* omittit Cod. Rehd. eamque deletam volebat Ern., postquam, distinctione sublata, *alia* perperam cum verbo *meminisse* confunxerat: recte iam notatus a Nissenio et Orellio: neque ille quemquam in duplici errore habuit obsequentem. In contrariam partem peccat Cod. Vind. 1. in quo est: *multa alia genera*. Baiggius quoque l. c. contra Ernestum eiusque lectionem disputat p. 14. seq. Post *amare* Cod. Gud. pergit *et odisse*. *Mr.*

et similia eorum] Cod. Vind. 1. *haec et horum similia quattuor*. Ed. H. *haec et his similia in horum*. Gud. *his similia*. Duisb. *horum in eorum*. Vocem *generum* omittit Vind. 2. Scripsi autem cum Dav. et Orell. *inesse nullo*, cum Ern. post Grut. itemque Wolf. Sch. et Nobb. dederint cum plerisque Edd. vett. *nullo inesse*. Nobiscum faciunt Codd. Duisb. Gud. 1. 2. Rehd. (qui vero male addit *modo*) Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. Ed. H. Verbis *vacans nomine* in Vind. 2. superscriptum est: i. e. *sine numine*. Gud. habet *quintum ergo adhibet*, omisso *genus*. *Mr.*

Et sic ipsum animum ἐντελέχειαν appellat] De hoc loco cum tam

novo nomine, quasi quandam continuatam motionem et perennem.

Nisi quae me forte fugiunt, hae sunt fere de animoll sententiae. Democritum enim, magnum illum quidem vi-

---

multae sint virorum doctorum sententiae, ut annotationis angustiis, quae de eo dicenda sunt, includi non possint, *Excursum* ad calcem horum librorum addidimus, cui iunge, quae in proxima annotatione posuit Davisius. Pro *appellat* Cod. Gud. 1. *appellant*, sed *n* puncto notatum est: Gud. 2. omittit hoc verbum. Edd. S. E. habent *appellavit*. Vind. 1. pergit *nomine novo*. Post *quandam* Cod. Gud. inserit *et*: pro *motionem* Duisb. habet *commotionem*, sed priores literae punctis sunt notatae. De sensu huius vocis Menken. in Obss. L. L. p. 629: „non dubium videtur, ait, hoc etiam loco *motionem* nihil esse aliud, quam continuam agendi, operandi, sentiendi, intelligendi, et ea omnia, quae sunt animi, perficiendi facultatem.“ *Mr.*

Ἐνδελέχειαν — appellat perennem] Vulgg. *ἐντελέχειαν*, sed Cicero endelecheian ut Reg. vel *ἐνδελέχειαν* scripsit, ut habent Med. et Ven. 1491. atque inde factum ut *continuatam* motionem designari somniaret. Notum illud Choerili,

Κοιλαίνει πέτραν ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείῃ.

Huc respexit Aristaenetus I, 17. *Ῥανὶς γὰρ ὕδατος ἘΝΔΕΛΕΧΩΣ ἱσταζουσα καὶ πέτραν οἶδε κοιλαίνειν.* Vide Lucianum Iud. Vocal. Tom. I. pag. 49. Politianum Miscell. cap. 1. et Budaeum de Asse lib. I. pag. 33. Fulgentius de Virgil. Cont. pag. 141. *Endelechias Aristoteles inversat.* Sic Martianus Capella; sic et alii nonnulli. Observat autem D. Lambinus lapsum esse Ciceronem, *ἐντελέχεια enim*, inquit, *non est motio, sed vis per se continenter et perpetuo movens, qualis est animus.* Verum ipso Tullio non minus erravit vir doctissimus; nam Aristoteles omnem motum animo denegavit. Iustinus Martyr. Cohort. ad Graec. cap. VII. pag. 58. p. 13. Ed. Par. *Ἀριστοτέλης δὲ ἀκίνητον αὐτὴν (ψυχὴν) εἶναί φησιν, πάσης* [Ed. 3. *ἀπάσης*] *κινήσεως προηγουμένην.* Sic etiam Macrobius Somn. Scip. lib. II. cap. 14. Atticus apud Eusebium P. E. lib. XV. cap. 9. Stobaeus Ecl. Phys. pag. 94, 110. aliique; ne vero alienam ei videantur affinxisse sententiam, facit ipse Stagirita, qui lib. I. de Anim. cap. 3. fuse contra Platonicos animae motum tribuentes disputat. *Ἐντελέχειας* voce, quantum assequor, philosophus nihil intellexit praeter formam, quae corpus inanime reddit animatum rationisque particeps. Eam vero hoc insignivit nomine *οἷον τῇ ὕλῃ τὸ τέλειον ἐπιφέροντα*, ut loquitur Aeneas Gazaeus in Theophr. pag. 376. Stobaeus Eclog. Phys. pag. 93. ed. Aur. Allobr. *Τὴν ἐντελέχειαν — ἀκούστέον ἀντὶ τοῦ εἴδους καὶ τῆς ἐνεργείας.* Vide et pag. 108. ac Aldobrandinum ad Laertii V, 32. Hinc Nemesius N. H. pag. 21. [Ed. Oxon.] *Οἱ μὲν ἄλλοι τὴν ψυχὴν εἶναι λέγουσιν οὐσίαν· Ἀριστοτέλης δὲ — ἀνούσιον.* Vide lib. II. de Anim. cap. 1. Chalcidium in Platonis Tim. pag. 310. et Plotinum apud Eusebium Praep. Evang. lib. XV. cap. 10. *D.*

C. 11. *Nisi quae me forte fugiunt*] Cod. Mon. 1. et Ed. H. *Et nisi quae. Mr.*

Haec *sunt fere de animo*] Vulgo *hae sunt fere* omnium *de animo.* Sed vox *omnium* nescitur a Reg. Med. et Eliens. tert. *D.*

hae sunt fere de animo sententiae] Codd. Gud. 1. 2. Aug. *haec*, unde fortasse Dav. arripuit *haec*, nullus certe alius habere videtur liber, qui in *hae* consentiunt: et quod est in Mon. 2. *eae*, nihil illi favet. Et est *hae* in Ed. Davisiana prima eaque, quae Oxonii prodiit 1805: quare illud in Ed. tertia operarum errori tribuerem, nisi

rum, sed levibus et rotundis corpusculis efficientem animum concursu quodam fortuito, omittamus. Nihil est enim apud

---

esset etiam in Ed. 2. et in utraque in lemmate quoque annotationis. Quod vero additur in plerisque libris *omnium* post *fere*, abest tamen etiam a Codd. Gud. 1. 2. Marb. Mon. 2. Rehd. Gud. Reg. Bern. Edd. H. Asc. 1. et post Dav. etiam FAWolf. Schütz. Orell. Nobbius vero uncinis inclusit eam vocem: neque eam repererunt Reiskius in Ed. Mediol. Orellius in Ed. P. Ernestus ad h. l. improbat Davisii rationem additque: „Facilius erat dicere *omnes:* sed qui omnium sententias recenset, idem et omnes narrat.“ Morgensternius vero l. c.: „Iam ex *Hermiae Irrisione Gentilium* [Philosophorum] patet quidem, longe non omnes veterum de animo sententias a Cicerone esse allatas. Sed scribere poterat *fere omnium*. Quum vero *omnium* in bonis quibusdam Codd. non reperiatur, lex autem haec sit in crisi tenenda, ubi facilis sit modus, quo aliquid adiici potuerit, facilem esse suspicionem, si id a bonis Codd. absit; cur Wolfius reiecerit *omnium*, patet. *Fere* autem pertinet ad pronomen *hae*, quod librarium fugiebat fortasse. Eodem modo Graeci adiiciunt πως, nos autem so, so ungefähr.“ Recte ille quidem. Et eo ipso *fere* significatur, non omnium sententias allatas esse. Bene igitur Turſellin. de Particul. p. 296. ed. Schwarz. ad Cic. ad Famm. XII. 5: *Haec erant fere, quae tibi nota esse vellem*: significari his verbis monet, pauca quaedam praeterea fuisse coll. de N. D. III. 39. ad Famm. XII. 29. ad Att. I. 5. *Mr.*

Democritum enim etc.] Creuzerus ad Plotinum p. 457, ubi tanguntur Democriti Epicurique de animae natura sententiae, laudat hunc Ciceronis locum et Tusc. I. 9. itemque Aristot. de Anima I. 2. Plutarch. de Placc. Philos. IV. 3. Stob. Eclogg. I. 52. p. 796. ed. Heer. Diog. Laërt. IX. 44. [ad quem locum vid. Menag. p. 411 sq.] Gregor. Nyss. de Anima et Resurr. p. 184 sq. ed. Paris. ann. 1638. Pro *enim* Cod. Gud. habet *nō*. In Ed. P. abest *enim* eiusque loco positum *illum* posthac omissum. *Enim* omittit etiam Gud. 2. *Mr.*

magnum illum quidem virum] Hunc ego cum Davisio ordinem praetuli, cum pleonasticum *ille*, quod tantopere amat Cicero, ut eius rei exempla afferre putidum sit, semper ante *quidem* ponatur, nec vero, ut est h. l. in plerisque, post *quidem*. Et faciunt nobiscum Codd. Marb. Vind. 2. Gud. Mon. 1. Edd. Rob. Steph. H. HWolf. — In Edd. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Med. scribitur: *Democritum enim illum, magnum quidem virum*. Reliqui habent *quidem illum*. *Mr.*

Sed levibus et rotundis] „*Sed* non videtur sententiae loci convenire, mihique insititium videtur: nempe putabant librarii post *quidem* esse debere *sed*.“ *Ern.* Merito hoc sine causa dici ab Ernesto monuit Nissen. l. c. neque quisquam ei dicto obediens fuit. Male item Ern. et Schütz. ediderunt *laevibus*: quo de errore et alii monuerunt, et nos in Symboll. Critt. in Cic. Spec. II. p. 14. Ad rem cf. de Nat. Deorr. I. 24. 66. p. 105 sq. ed. Cr. et nostr. maj., Vocem *animum* omittit Cod. Gud. 2. *casu — fortuitu* est in Cod. Aug. *Mr.*

Levibus et rotundis] Λείοις καὶ σφαιροειδέσι. Vide Aristotelem de Anim. lib. I. cap. 2. Plutarchum de Plac. Philos. IV, 3. Laertium IX, 44. et Stobaeum Eclog. Phys. pag. 93. *D.*

Nihil est enim] Cod. Marb. *Nil est enim*. Mon. 1. *Nihil enim esse*. Rehd. *Nihil enim est*. Minus bene. Observarunt enim viri docti, verbum substantivum praecedente feminino vel neutro ante Conjunctionem poni, praecedente vero masculino, post eam et sic

istos, quod non atomorum turba conficiat. Harum sententiarum quae vera sit, deus aliqui viderit: quae veri simillima, magna quaestio est. Utrum igitur inter has sententias diiudicare malumus, an ad propositum redire? A. Cu- 23

---

quidem exceptis locis paucissimis, veluti Tuscc. IV. 33. 70: *quis est enim*: et vice versa Brut. 75, 262: *nihil enim est:* quamquam et hunc locum regulae accommodavit Ellendt. scribens: *nihil est enim. Mr.*

apud istos] *apud illum* habent Codd. Gud. Mon. 1. Aug. Edd. P. A. B. S. E. C. L. Fr. Fabr. Asc. 1. 2. Car. Steph. Camerar. Sturm. Junt. Sed hoc est correctoris ad Democritum respicientis. *Istos* intellige eum cum suis sectatoribus, Epicureis nimirum. *Mr.*

Harum sententiarum — viderit] Laudat Lactantius Div. Inst. VII, 8. *D.*

Harum sententiarum — aliqui viderit] Sic scripsi cum Dav. et Orell. ex Cod. Reg. Gud. 1. 2. probante Kühnero. Reliqui habent *aliquis*, idque in Vind. 1. post *viderit* positum est. Quam saepe autem in Ciceronianis libris *aliqui* obliteratum eiusque loco tritum illud *aliquis* positum sit, notum est. Vid. modo Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 7. 19: *et ab ea Deus aliqui requirat* — ibiq. laudd. p. 41 sq. eund. ad Acadd. II. 26. 86. p. 157: *annularius aliqui:* ubi vere monet, errare Ernestum, qui ad Famm. VII. 1. statuerit, homines Ciceronis aetate non dixisse *aliqui* pro *aliquis:* cum *aliquod* apud eundem haud raro legatur: sed errare item eos, qui *aliqui* et *aliquis* prorsus eadem putent, ut isti, qui *aliquid* et *aliquod* confundant. Adde, quae nos monuimus ad Cic. de Nat. Deorr. III. 38. 91. p. 687. ed. Cr. et nostr. maj. et ed. nostr. min. p. 235. ubi recepi: *iratus aliqui deus:* itemque ad Cic. de Rep. I. 44. p. 179. ed. nostr. *aliqui — dux*, et ad de Rep. III. 16. p. 373 sq. iisque, quos ibi sat multos laudavimus, nunc addè Frotscher. in Obss. Critt. in quosd. locos Quinctiliani p. 34; novam Forcellini Ed. Germ. p. 134 s. v. *aliqui*, et Jahn. Jahrbb. f. Philol. u. Paedag. 1829. II. 4. p. 390. In Ed. Ven. Alteri ex correctione est *videat* pro *viderit:* ignorabat nimirum corrector usum Ciceronis satis frequentem, de quo nuper praecepit C. A. Thortsen, Danus, in Comment. De Coniunctivo Modo eiusque usu in Lat. Ling. (Havniae 1827. 8.) §. 38. p. 84—87. Ad sententiam bene monet Commentator Anonym. apud Leodeg. servare h. l. Ciceronem decorum in persona, cum sit Academicus philosophus. *Mr.*

quae veri simillima] *quae veri similis* habent Edd. A. B. S. E. Med. Ven. nostr. Asc. 1.; *quae veri similia* Codd. Rehd. Gud.; *quae veri similima* Cod. Marb. quorum errorum causa manifesta est. *Mr.*

Inter *has sententias diiudicare*] Eliens. pr. tert. *in has sententias*; Lambinus autem praepositionem delendam censuit; et ita sane loqui solent scriptores. Plerorumque [hunc Gen. Plur. frustra apud veteres quaesiveris] vero Msstorum fides est sequenda, cum non alia loquendi ratione sit usus Labeo Digg. lib. IV. Tit. III. Leg. IX, 3. *D.*

utrum igitur inter — diiudicare malumus] Ed. Fr. Fabr. *verum* pro *utrum*, operarum fortasse errore. Non delevit Lamb. vocem *inter*, quod refert Verb. sed is, qui posterioribus Edd. Lambinianis et Goth. notas marginales addidit, fortasse *inter* delendum esse, censuit. Kühnerus quoque monet, alias non reperiri hanc constructionem. At constanter eam servant libri, eamque veram esse mihi quidem certum est. *Diiudicare* posuit, cogitavitque *iudices sedere, iudicium exercere, arbitri esse*, veluti est de Legg. I. 20. 53: ego *vellem me*

perem equidem utrumque, si posset: sed est difficile confundere. Quare si, ut ista non disserantur, liberari

---

arbitrum inter antiquam Academiam et Zenonem datum. Una alteri Ed. et, ut videtur, Cod. Vind. 1. habet *iudicare:* quod si consulto factum est, correctoris esse dixerim, qui v. c. de Or. I. 39. 176 legisset: *qua de re inter Marcellos et Claudios patricios centumviri iudicarunt.* Correctori item debetur, quod est in uno Ox. *divinare.* Idem pergit *maluimus aut.* Ven. Alt. *malimus an.* MS. in marg. Verb. *malis an.* Vocem *an* omittit Cod. Gud. *Mr.*

Cuperem equidem utrumque, si posset] Legitur *quidem* in Edd. H. P. Pro *si posset* Reisk. in ed. Scur. (i. e. Schureri) sola esse dicit *si fieri posset.* Sed additur glossa eadem in Cod. D. Correctori item tribuendum, quod habet Cod. Gud. *si possem.* Unus Oxon. habet *cuperem utique.* Est autem ellipsis ista Ciceroni frequentissima. Vide modo Goerenz. ad Cic. Acadd. I. 7. 29. p. 48. qui vero in laudandis Ciceronis locis duos confudit scribens I. Tusc. II. (volebat II.) 23: *cuperem equidem cum ista cognorim? M. Qui possit, rogas:* ubi duo priora verba nostri loci sunt, reliqua ex I. 31. 77: *Qui potest, cum ista cognoverim?* M. *Qui possit, rogas?* Et hoc quidem loco ex praecedentibus (*ut mors tibi videri malum possit*) intelligi potest *videri.* Cod. Gud. 1. habet *si possit.* Gud. 2. *si posset esse. Mr.*

Est difficile confundere] Eliens. pr. *confutare,* reliqui vulgatam lectionem servant quae tamen est incommoda. Forsan rescribendum *coniungere,* hoc est, connectere, seu de utroque impraesentiarum agere. [In Ed. 2. pergit Dav.: „Vel, si mavis, ultima vox a librariis addita censeatur." — Imo vero *non* addiderunt, cum *confundere* non intelligerent. *Mr.*] Plinius Epist. IV, 9. *Quem* (laborem) *difficilius est repetere quam* iungere. Quinctilianus IV, 2. *Si plura proderunt; etiam* coniungere *licebit quae obstant.* Vide sis eiusdem libri cap. IV. et J. Fr. Gronovium ad Senecae Thyesten vs. 467. *D.*

sed est difficile confundere] Turbas fecit insolentior paullo significatio verbi *confundere,* unde septem Oxx. Edd. M. Ald. Leod. Lamb. (1581. non 1566.) Goth. habent *non confundere:* unde ipse Bentleius post Davisium locum corrigendum esse existimavit cuius vid. annot. Sed iam Bouhierius contra illum ita disputavit: „Conantur critici haec refingere. Sed nihil opus est. *Confundere* est miscere multa diversi generis, *quasi cum una multa iura confundit coquus,* ut ait Plautus alicubi [videlicet Mostell. I. 3. 120.] Velim, inquit Ciceronis auditor, docere me possis, quid sit de animae natura sentiendum. At enim difficile est agere haec simul, et in unam disputationem includere res varias et multiplices. Si ergo mortis metum excutere possumus sine hac disceptatione, eam sane omittamus: *sin id non potest* fieri, ut liberemur mortis metu, *nisi hac quaestione* de natura *animorum explicata, nunc, si videtur tibi, hoc* agamus, et in quaestione animorum immoremur; *illud* argumentum de mortis abigendo metu, in quod eramus ingressi, exequemur *alias.*" Hanc sine dubio disputationem Bouhierii optimam ignorabat Hottingerus, cum in eandem sententiam in Prolusione, anno 1791. Turici edita ita disputaret: „Male, ni fallor, Bentleius, et reluctante maxime Ciceronis genio. Omnino Bentleii acumen fefellit sensus, qui quidem talis est: *cuperem equidem utrumque,* te scilicet inter hos de animi natura sententias diiudicare, et id agere, quod erat propositum, ut doceres, *mortem non esse malum: sed est difficile* haec duo *confundere* i. e. una disputatione ita complecti, ut ab se non sint separanda. Ergo *confundere*

mortis metu possumus, id agamus: sin id non potest, nisi hac quaestione animorum explicata; nunc, si videtur, hoc; illud alias. M. Quod malle te intelligo, id puto esse commodius; efficiet enim ratio, ut, quaecunque vera sit earum sententiarum, quas exposui, mors aut malum non sit, aut sit bonum potius. Nam si cor, aut sanguis, aut cerebrum 24

Ciceroni hic idem est, quod aliis locis dicit *agere confuse*, de genere disserendi minime vitioso loquens; ut de Nat. Deor. III. 8: *Quare, si videtur, noli agere confuse: ut hoc explicemus hac disputatione, quod quaeritur.* Or. pro Sext. 2, 5: *contendamque, — ut in hac confusa atque universa defensione — nihil a me — praetermissum esse videatur.*" Ubi vid. O. M. Müller. in ed. Or. ej. p. 20. ibiq. laudd. Nissenius etiam in Curis Novissimis, quas a. 1792. edidit, Nil, scripsit, correctione est opus. *Confundere* est *coniungere*, uti Cic. Offic. I. 27. 95. Id fieri difficile propterea dicit, quod duae illae quaestiones — ita quidem coniungi possint, ut unam altera excipiat, verum non confundi sic, ut una componatur disputatio. Forsitan tamen partes disserendi melius in hunc modum distribuentur: *M. Sed est difficile confundere. A. Quare* cet." Et hoc quidem non probaverim: priora recte habent. Neque perperam intellexit locum Reiskius, explicans: „utrumque simul agere, de duabus rebus eodem tempore desultorie tractare:" quamquam duo postrema verba non placent. Schützius non debebat probare Davisii coniecturam plane supervacaneam. Add. Goerenz. ad Cic. de Finn. V. 23. 67. p. 617. et, quem Kühnerus laudat, Beier. ad Cic. de Off. II. 3. 10. p. 22 sq. Forcellin. Ed. Germ. I. p. 552. b. *Mr.*

Quare si — possumus] Cod. Car. Steph. *quare sine ista:* Quinque Oxx. *ubi* pro *ut:* sed non est necessarium exemplis allatis docere, *ut* poni pro *etiamsi*: vid. modo, quae monui ad de Div. I. 6. 10. p. 26. I. 30. 62. p. 150. II. 33. 71. p. 419. et ad de Rep. II. 23. p. 283. Pro *disserantur* est *disseramus* in Edd. A. B. S. E. M. L. Fr. Fabr. Ald. Ven. nostr. Asc. I. Car. Steph. Boul. Gryph. HWolf. Sylb. Leod. Goth. Sed in Codd. MSS. (excepto uno Ox. qui habet *desiderantur*) et Edd. reliquis est *disserantur*. Pergit Cod. Marb. *liberare*, tum Rehd. et Duisb. *metu mortis:* posterior habet *possimus*. cum Gud. 2. Pro *sin* Cod. Vind. 1. exhibet *si;* pro *potest* Gud. *possumus*. Mox Mon. 2. *animorum quaestione*. Rehd. *quaestione athemorum*. Vocem *nisi* omittit unus Ox. De constructione *quaestione animorum*, pro qua exspectes *hac de natura animorum quaestione* vel *hac de animis quaestione*, vid. quae nuper disputavit F. Wüllner. in libro qui inscribitur: Die Bedeutung der Casus und Modi p. 68. ibiq. laudd. similes Ciceronis locos. *Mr.*

nunc, si videtur, hoc:] Unus Ox. addit *disseratur:* quod quum Bouh. in uno Leidensi reperisset *disseratur hoc*, ei reliquorum librorum omnium lectione elegantius visum est: immerito. Unus Ox. habet *agas* pro *alias*. In seqq. Cod. Duisb. omittit *te:* pro *efficiet* Edd. B. S. E. habent *efficit;* unus Ox. *computo* pro *puto* in praecedentibus. — Gud. 2. *nam sit* pro *vera sit*. Tum Gud. omittit *sit* ante *bonum:* quae est correctio hominis, qui verbum substantivum commode repetitum, supervacaneum existimaret. Mox Cod. Vind. 1. habet *sit animus* pro *est animus:* Mon. 2. et unus Ox. *quo* pro *quoniam*, male lecto huius vocis compendio. Codd. Marb. Gud. 1. *cum reliquo tempore*. Edd. Herw. 1. 2. et Crat. in varr. lectt. *si aër animus est, fortasse*. — *Mr.*

est animus; certe, quoniam est corpus, interibit cum reliquo corpore: si anima est, fortasse dissipabitur: si ignis, exstinguetur: si est Aristoxeni harmonia, dissolvetur. Quid

---

si anima est, fortasse dissipabitur:] Victorius, qui in editis reperisset *si aër est*, ut habent A. B. S. E. Ven. nostr. et Alt. ex corr. Asc. 1. HWolf., Med. Ald., hanc ad h. l. annotationem conscripsit: „Sermo est de animo, id est *περὶ ψυχῆς*. Exponet autem varias diversorum opiniones de eius natura. Quamvis igitur sententia eadem sit: quia tamen alia ab hac recepta, vetusta est lectio, visum est hoc non praeterire. Pro *aër* enim *anima* est in manu scriptis, quod sane sincerum esse puto. Animadverti enim in laceris illis partibus, quae restant libri de Universitate, *animam* etiam pro *aëre* sumptam esse: sed hoc in antiquis exemplaribus perspexi: nam in vulgaribus idem, quod hic, mendum inoleverat. In illis autem sic legitur: *Quod tum eveniet, cum illa, quae ex igni, aquâ, anima atque terra turbulenta et rationis expertia insederint, ratione depulerit.* Capi autem ibi *animam* pro *aëre* dubium esse non potest, cum quatuor ea quae appellantur elementa, nominentur. Sed ex Graeco praecipue codice manifestum fit, ubi illa eodem ordine exponuntur: et non multo infra in iisdem: *Particulas ignis et terrae et aquae et animae a mundo, quas rursus redderent, mutuabantur.* Cum autem *aër* Graeca vox sit, quamvis usu recepta post fuerit a Latinis, veri simile est, suam etiam et propriam quandam eos habuisse, quo illud elementum appellarent, antequam hanc a Graecis mutuarentur; eam autem ego existimo hanc fuisse, cuius fortasse vario multiplicique significatu offensi, Graeca uti maluerunt. Quamvis autem omnibus notum esse possit, *aërem* Graecum nomen esse, ut tamen certius hoc sit, docet Cicero libro secundo de Natura Deorum his verbis: *Principio enim terra sita in media parte mundi circumfusa undique est hac animali spirabilique natura, cui nomen est aër. Graecum illud quidem, sed receptum tamen usu a nostris tritum. est enim pro Latino.* [II. 36. 91.] Item in particula primi libri, quae restat, librorum Academicorum ad Varronem: *Itaque aër quoque* (*utimur enim pro Latino*) *ignis, aqua et terra prima sunt.* [I. 7. 26.] Adeo autem iam tunc invaluit Graecum huius elementi nomen, ut saepius Graeco, quam Latino, Romani uterentur: nunc autem Latinum adeo antiquatum est et inusitatum, ut fere ab omnibus ut ignotum repudietur et deleatur. *Animum* autem saepius, quam *animam*, *τὴν ψυχὴν* appellari a Cicerone, compertum est: et sic in antiquis exemplaribus locus ille in III. de Natura Deorum legitur: *At enim quaerit apud Xenophontem Socrates, unde animum arripuerit, si nullus fuerit in mundo.*“ [III. 11. 27.] Servant autem lectionem *anima* Codd. nostri omnes excepto Mon. 1. Iunguntur vera lectio et glossa in Codd. Vind. 1. uno Ox. et marg. Crat. Bentleii distinctionem: *si anima est fortasse, dissipabitur* — probavit Bouhierius, quod haec fuerit opinio plurimorum poetarum (Virg. Aen. IV, 705. Hor. Od. I. 28. Ovid. Trist. I, 4. 11.), recepitque Verb. Nissenius vero se ideo ei nolle parere dixit, ne Cicero huic opinioni prae reliquis favere videatur, quod alienum foret. Bentleius certe nodum in scirpo quaesivit. Scribitur autem *dissipabit* in uno Ox., *dissitabitur* in Mon. 1. Unus Ox. *exstinguet* pro *exstinguetur*. *Mr.*

si est Aristoxeni harmonia] Scribitur *si est ut Aristoxeni harm.* in veteri libro Ursini; *si est aristoxen* (sic) *ibi armonia* in Mon. 1.; *si sit ut*, uno Ox.; *si est, ut Aristoxenus ait, harmonia*, in Vind. 1. *si est ut placet Aristoxeni harmonia* in Edd. A. B. S. E. Med. Ven.

de Dicaearcho dicam, qui nihil omnino animum dicat esse? His sententiis omnibus nihil post mortem pertinere ad quemquam potest: pariter enim cum vita sensus amittitur. Non sentientis autem, nihil est, ullam in partem quod intersit. Reliquorum sententiae spem afferunt, si te hoc forte delectat, posse animos, quum e corporibus excesserint, in caelum, quasi in domicilium suum, pervenire. A. Me vero

---

nostr. et Alt. Asc. 1. (quae verba *ut pl. Ar.* in parenthesi habet); *ut Aristoxeno visum est* se reperisse ait Bouh. in Cod. Leid. idque ei verum videtur. Sed glossas in his lectionibus esse omnibus quivis agnoscit, ut opinor: sicut in lectione Cod. Duisb. qui habet *musica* pro *harmonia*. Ad rem vid. Mahnii, V. Cl., Diatr. de Aristoxeno p. 199 — 204. *Mr.*

Quid de Dicaearcho dicam] Merito improbavit Nissen. Bentleii emendationem *ne quid — dicam*: quamquam, quid sentiret, parum commode exposuit. Pro *dicam* est *dicamus* in Cod. *Marb.* qui pergit: *qui omnino nil.* Ed. H. *qui animam omnino nihil dicit.* Vind. 1. *qui nihil omnino dicit animum esse.* Est etiam *dicit* in Codd. Gud. 2. Gud. Duisb. uno Ox., quod coniecit etiam vir doctus in marg. Lambb. Praeter necessitatem; nec vero hunc usum Ciceronis satis frequentem probare necessarium videtur. *Mr.*

His sententiis omnibus] Codd. Gud. et Duisb. *Hiis* pro *his*. Tum Marb. *nil post.* Cod. Gud. *post mortem nihil.* Edd. Lamb. et Fr. Fabr. *nihil mors pert.* ex coniectura, ut videtur, nec vero ea necessaria. Pro *quemquam* Cod. Vind. 1. *quempiam* contra Grammaticorum regulas. Mox Mon. 1. *amittatur.* Post *sentientis* sequitur *aut* pro *autem* in Codd. Marb. et uno Ox. ex male lecto compendio. *Mr.*

Non sentientis autem etc.] Hinc confecit Epicurus, mortem nihil ad nos esse. Vide Lactantium Div. Inst. lib. III. cap. XVII, 30. et Laertium X, 139. Ei tamen praeiverunt alii. Adi sis Aeschinis Axioch. §. 14. et Sextum Empiricum adv. Mathem. lib. I. cap. XIII, 273, 284. *D.*

Reliquorum sententiae] „Hae sunt sententiae statuentium animum esse immortalem: quod asserit Aristoteles et Plato.“ *Comm. Anonym. ap. Leod.* — In seqq. servavi Davisii scriptionem *si te hoc forte*, cum plerique habeant *si te forte hoc.* Neque enim *forte* ad *te*, sed ad *hoc* pertinet. Nobiscum faciunt Codd. Vind. 2. Gud. 1. 2. Gud. Duisb. Mon. 1. Marb. (nisi quod hic habet *haec*) Edd. S. E. Neque contraria est Ed. H. quae habet: *si hoc forte te delectat.* Cod. Rehd. *si hoc te forte delectat.* Quod habet *haec delectat* noster Marb., coniecit Reiskius, intelligens *spes*: cui commode respondere ei videtur responsio auditoris: *Me vero delectat.* Sed scribitur etiam *si - haec delectant* in Edd. Med. et Asc. 1. quod item non improbat Reiskius. Ego nihil mutatum volo, ad *hoc* ex praecedentibus (*spem afferunt*) intelligo *sperare:* quae loquendi ratio et Ciceroni et optimo cuique ceterorum non est inusitata. *Mr.*

Cum e corporibus excesserint] Omittunt *e* Codd. Gud. Vind. 2. Mon. 1. Posterior mox *excesserunt* pro *excesserint*, minus bene. *Mr.*

in caelum, quasi in domicilium suum] „In sexto de Rep. [c. XIII. p. 478. ed. nostr. q. v. cf. ib. cap. extr. p. 509.] *hinc profecti huc revertuntur:* et Horatius [Od. I. 2. 45.] *serus in caelum redeas.* Seneca in Epistolis [86. p. 362 sq. ed. Gron.]: *animam Scipionis in caelum, ex quo erat, rediisse persuadeo mihi.*“ *Beroald.* Sed de hac re multa passim reperies in doctissimo G. Irhovii libro de Palingenesia vete-

b delectat: idque primum ita esse velim; deinde, etiam si non sit, mihi persuaderi tamen velim. M. Quid tibi ergo opera nostra opus est? num eloquentia Platonem superare possumus? Evolve diligenter eius eum librum, qui est de animo:

---

rum. Amst. 1733. 4. et in D. Wyttenbachii Commentatione praemio ornata, quae inscribitur: Veterum Philosophorum sententiae de statu animorum post mortem corporis. Harlem. 1784. 4. itemque in E. G. Bengelii Prolusionibus, quae inscribuntur: quid Doctrina de animorum immortalitate religioni Christianae debeat. Partt. VI. Tubing. 1809 — 15. 4; quarum Part. IV. Sect. 2. Ciceronem potissimum respicit. *Mr.*

Me vero delectat] Cod. Mon. 1. *ne* pro *me*. In voce *vero*, post pronomina, affirmandi significationem inesse monet Kühnerus exemplis allatis, laudatisque Bremio ad Corn. Nep. Conon. III. 4. p. 145. Ruhnken. Dictat. ad Terent. Andr. I. 1. 37. Nimirum particula ista nihil est, quam ablativus adiectivi *verus*: affirmandi igitur et asseverandi significatio primaria est, quamquam non tam frequens, quam adversativa. Affirmat eadem sine pronomine, initio responsorum posita. Vid. nos ad Cic. de Legg. I. 24. p. 151. II. 18. p. 301. ad de Rep. I. 37. p. 150. I. 43. p. 173. ed. nostr. ad de Div. I. 46. p. 226. II. 8. p. 322. ed. nostr. Add. Heinrich. ad Cic. de Rep. p. 100. *Mr.*

idque primum ita esse velim] Vocem *velim* omittunt Edd. M. L. Car. Steph. Goth. Lambb. Fr. Fabr. Ald. Sturm. Sylb. Brut. Lall. Oliv. Sed eandem habent Codd. omnes et reliquae edd. In Cod. Duisb. est *ita primum*: in Ed. Ven. nostr. *idque primum quid ita esse velim*: nullo sensu. Sed voluit librarius sine dubio pro *quid* scribere *quidem*, quod ut non necessarium, ita nec ineptum est. Pergit Ed. H. *deinde etsi non sit*: literarum enim et scripturae compendia hanc differentiam saepissime inferunt. *Mr.*

mihi persuaderi tamen velim] Cod. Aug. praeponit *sic*. Plerique habent *mihi tamen persuaderi velim*: sed ut paullo superius sonus et sententia flagitabant, ut *forte* poneretur post *hoc*, nec vero post *te*: ita h. l. *tamen* cum verbo *persuaderi* iungi, ratio postulat, nec vero cum pronomine personali. Et faciunt nobiscum Codd. Mon. 2. Reg. Rehd. Gud. Gud. 1. Aug. Edd. H. Dav. Or. In Edd. P. Ven. nostr. et Cod. Vind. 1. abest *tamen*. Idem vero cod. et Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. HWolf. Asc. 1. et marg. MS. Asc. 2. ante *mihi* addunt *sic*. Cod. vero Marb. habet *mihi persuaderi mihi velim*. Mon. 1. habet *mihi persuadere*. Gud. 2. *mihi persuadere c velim*. *Mr.*

Quid tibi ergo opera nostra opus est?] Cod. Rehd. *quid igitur tibi*. Duisb. *quid ergo tibi nostra opera*. Ed. H. *vestra opera*. In Cod. Mon. 1. haec verba omnia bis scripta sunt. Idem pro *Platonem* habet *Platone*. In Cod. Marb. post *velim* sequitur rasura quatuor verborum: tum pergit, ut reliqui: habet tamen in seqq. *possimus* pro *possumus*. *Mr.*

Eius eum librum, qui est de animo] Phaedonem dicit, qui Φαίδων ἢ περὶ ψυχῆς inscribitur. *D.*

eius eum librum] Vocem *eius* omittunt Codd. Mon. 1. quatuor Ox. et Ed. Fr. Fabr. De coniunctione vocum *eius eum* locutus est O. M. Müller. in Cur. Sec. in Or. pro Sest. p. 53. De altera Phaedonis inscriptione (*περὶ ψυχῆς*), qua Cicero hic celebratissimum Platonis Dialogum significat, vid. disputantem Wyttenbach. ad Phaedon. p. 108 sq. coll. Fischer. ad eund. p. 229 sq. — Pro *mehercule* est *Hercule* in Asc. 2. *ercule* in Cod. Gud. *mehercle* in Vind. 1. *Hercle* in Ed. Camer. De Scriptione vocabuli locutus sum ad Cic. de Legg.

amplius quod desideres, nihil erit. A. Feci mehercule, et quidem saepius; sed, nescio quo modo, dum lego, assentior: quum posui librum, et mecum ipse de immortalitate animorum coepi cogitare, assensio illa omnis elabitur. M. Quid hoc? dasne, aut manere animos post mortem, aut morte ipsa interire? A. Do vero. M. Quid? si maneant? A. Bea-

III. 14. 33. p. 444. Conf. Garaton. ad Cic. pro Planc. p. 153. ed. Orell. ib. p. 60. — De formula *nescio quo modo* loquendi otium nobis fecit Beierus ad Cic. de Off. I. 41. 146. p. 292 sq. qui eam formulam, quamquam etiam in re bona usurpetur, saepius tamen esse docet quasi dolentis et non sine suspiratione quadam ferentis, quidquid corrigere nefas. *Mr.*

quum posui librum] Unus Ox. Gud. 2. et Fr. Fabr. *composui*. Cod. Vind. I. *cum deposui*: et hoc glossatori debetur. Similiter noster infra V. 20. 60. *tunicamque poneret*. Post *mecum* omissum est *ipse* in Codd. Gud. et Duisb. Unus Ox. habet *cum* pro *mecum*. Cod. Mon. 2. habet: *cogitare coepi de immort. animorum*. Vocem *animorum* omittit Cod. Gud. 2. *Mr.*

assensio illa omnis elabitur] Ausus sum parere Edd. Vict. Rob. Steph. et Dav. cum in reliquis scriptum sit *assensio omnis illa elabitur*: idque feci motus et hiatibus minus ingratis, et vero sententia commodiore, si illam sequaris rationem, ut *omnis* ponatur pro *omnino, plane*. Hoc vero ex usu Ciceronis esse, docet Goerenz. ad Cic. de Finn. III. 10. 35. In marg. Lambb. et Goth. scriptum esse dicitur in quodam veteri codice *illabitur* (quod re vera habet unus Ox.) unde coniicit is, qui istas notulas marginales composuit, legendum esse *dilabitur*. Idque re vera habet Cod. Aug. Sed et illud probum est. Quamvis enim Cic. Tusc. IV. 5. 10. dixerit: *intento opus est animo, ne omnia dilabantur, si unum aliquod effugerit* (ubi *elabantur* minus bene diceretur); et Philipp. XIII. 5. 11: *sunt alii plures fortasse: sed mea memoria dilabuntur* (ubi fortasse praestaret *e m. m. elabuntur*); legitur tamen ad Herenn. III. 22. 35. *usitatae res facile e memoria elabuntur*. Ad sententiam monet FAWolfius, apparere ex hoc loco, iam veterum nonnullis visum esse, argumenta Platonica in Phaedone, quae immortalitati animorum probandae afferantur, ad persuadendum, quam ad probandum, aptiora esse. Qua de re vid. etiam Wyttenbachii Comm. de Vett. Philoss. sententiis etc. quam supra laudavimus p. LII — LIV. ubi habes viri summi de Platonicis argumentis iudicium. Pro seq. *hoc* unus Ox. habet *haec*. Pro *dasne* Cod. Marb. *visne*. Quam saepe Cicero *dare* dicat pro *concedere*, vel Lexica docent. Vid. modo Schützii Lex. Cic. h. v. Pro *aut* est *autem* in uno Ox. et Mon. 1. *Mr.*

Do vero: quod *si* etc.] Vulgo, *A. Do vero. M.* Quid *si maneant? A. Beatos esse concedo. M.* Si *intereant. A. Non esse miseros* etc. At Reg. haec omnia personae tribuit Adolescentis, et ita plane dat, ut edidimus. *D.*

Do vero etc.] Ex uno Cod. Reg. Davisius dedit: *Do vero: quod, si maneant, beatos esse concedo: sin intereant, non esse miseros, quoniam ne sint quidem*. Restituenda vero fuit reliquorum librorum lectio, ne sit locutio plane languida et parum elegans. — De particula *vero* in affirmatione adeoque asseveratione paullo superius locuti sumus. Cod. Marb. habet *de vero*. Cod. G. *si remaneant*; quod debetur glossatori. *Manere*, pro *non interire*, Ciceronianum est. Statim etiam ab initio cap. seq. ubi in libris fere omnibus est: *animos re-*

tos esse concedo. M. Sin intereant? A. Non esse miseros, quoniam ne sint quidem. *Nam* istud, coacti a te, paullo ante concessimus. M. Quo modo igitur, aut cur mortem malum tibi videri dicis? quae aut beatos nos efficiet, animis manentibus, aut non miseros, sensu carentes?

12 A. Expone igitur, nisi molestum est, primum, animos,
26 si potes, remanere post mortem: tum, si minus id obtine-

---

manere post mortem, Cod. Rehd. exhibet *manere*, quod ipsum sine varietate lectionis superiore linea ponitur: *aut manere animos post mortem*. Pro *Sin intereant* multi *Si intereant*. Sed *Sin* habent Codd. Reg. Gud. 1. unus Ox. Marb. Edd. S. E. Dav. Volebat etiam Kühnerus, ut videtur, *sin:* sed operas inobedientes habuit. Nisi forte in ann. critica perperam expressum est *sic* pro *sin*. Iam vid. etiam Censorem eius Lipsiensem 1831. 199. p. 1590. Recte vero idem ideo *sint* post *quoniam* poni dicit, quia Auditor haec ex mente Marci proloquitur. Quamquam est *sunt* in tribus Oxonn. Ven. 1. Rehd. Edd. H. Fr. Fabr. Ven. nostr. Asc. 1. A. B. S. E. Pro *Nam istud* Dav. dedit *iam istuc:* quod est in haud paucis. Illud vero et sententia commendat, et habent *nam* Cod. Duisb. et marg. MS. in Asc. 2. Edd. A. B. S. E. C. L. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Fr. Fabr. Med. Junt. Ald. marg. Lambb. et Goth. Camerar. Sturm. HWolf. Koel. FAWolf. Schz. Orell. Ergo non est coniectura Lambini, ut Verb. dixit. *Istud* autem est in Codd. Rehd. Gud. Bern. Edd. H. A. B. S. E. C. Asc. 2. Camer. FAWolf. Schz. Or. In seqq. verba *a te* absunt a Cod. Mon. 2. Pro *Quo modo* Vind. 1. habet *quid*. Post *mortem* in Cod. D. sequitur *tibi malam*, in Gud. *malum ut esse tibi*, in Rehd. *malum ut tibi;* tres Ox. habent *videri vel esse*, ex quo glossemate intelligis corruptionis causas in tribus praecedentibus. Denique pro *efficiet* est *efficit* in Codd. Gud. Vind. 1. uno Ox. *Non efficiet* pro *nos efficiet* habet Cod. Mon. 1. Dav. qui in Cod. Balliol. invenerat *efficit*, in Ed. 2. addidit: non male. In tertia hanc notulam merito delevit. *Mr.*

Quod si maneant — non esse miseros] Ita argumentati sunt Ethnici, quod Poetarum dicta de poenis apud inferos pro nugis habuerint. Vide Platonis Apol. pro Socr. pag. 468. quam Latine reddit noster infra cap. XLI. Seneca Epist. XXV. *Nemo tam puer est, ut Cerberum timeat et tenebras, et Larvarum habitum nudis ossibus cohaerentium. Mors nos aut consumit aut emittit. Emissis meliora restant: consumtis nihil restat: bona pariter malaque submota sunt.* Similiter in Cons. ad Polybium cap. 27. et ad Marciam cap. 19. Adi vero Lactantium Div. Inst. III, 19. et huiusce libri cap. 30. *D.*

c. 12. *primum, animos, si potes, remanere post mortem*] Dav. scripsit: *primum, si potes, animos* etc. et sic Codd. Vind. 1. Mon. 1. (in quo est *animum*) Marb. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Gud. Duisb. Edd. C. V. L. Leod. Fr. Fabr. Asc. 2. Cam. Junt. H. Car. et Rob. Steph. Sed cum Cod. Reg. vulgato faveat ordini cum reliquis omnibus, isque ordo non a librariis inductus esse videatur, qui verba *si potes* maluerunt sine dubio poni ante *animos*, eum servandum duxi. Quod vero Rathius commentus est, *si pote*, merito improbatum a Censore eius Jenensi 1806. 49. p. 390, non dignum est, quod refutetur; certe non probatur loco Brut. 46: *Hospes, non pote minoris.* Quod vero ait Reiskius in sola Junt. esse: *si potest, animos*, id falsum est: nam legitur ibi *potes*, ut in reliquis omnibus. In Cod. Rehd. esse *manere* pro *remanere*, supra diximus. Variat noster dictionem. Eodem modo infra c. 34. prc. est: *Sed fac, ut isti volunt, animos non*

bis, (est enim arduum) docebis carere omni malo mortem. Ego enim istud ipsum vereor ne malum sit, non dico, carere sensu, sed carendum esse. M. Auctoribus quidem ad istam sententiam, quam vis obtineri, uti optimis possumus: quod

---

remanere post mortem. Verba *tum si minus* usque ad *malo mortem* exciderunt in Cod. Gud. aberrante oculo librarii ad repetitam vocem. *Mr.*

si minus id obtinebis] Vocem *id* omittunt Edd. A. B. S. E. Med. Ald. Fr. Fabr. Ven. nostr. Asc. 1. In marg. Asc. nostrae 2. scriptum est: „*id* redundat in recognitione Roterodami." *Obtinendi* verbum in causis et litibus Ciceroni satis frequens: de re ad philosophiam pertinente eo usus est de Finn. II. 33. 107: *Illud autem ipsum qui obtineri potest, quod dicitis, omnes animi et voluptates et dolores ad corporis voluptates ac dolores pertinere?* Quod vero ait FAWolfius, accuratius dictum fore *obtinueris* id recte negat Orellius. Ad usum futuri *docebis*, qui hic locum habet, vid. Ruddimanum Inst. Gr. Lat. I. p. 205. qui Indicativi quidem Futurum loco Imperativi adhiberi talibus locis docet, ita tamen, ut naturam suam non exuat Indicativus, cum intelligatur *sicut spero et opto.* — Pergit Ed. H. *carere omne malum post mortem.* Addunt etiam *post* Cod. Mon. 2. Ed. P. Idem Cod. mox *carere sensibus:* tum Mon. 1. *se* pro *sed. Mr.*

Auctoribus quidem — uti optimis possumus — quod — debet — valere plurimum] Ad rem Beroaldus, postquam pro auctoritate attulit aliquot locos scriptorum veterum et morem Pythagoricorum, ita pergit: „Cicero tamen arbitratur in secundo de Divinatione, non esse philosophi, uti testibus, quem oportet argumentis et rationibus, quare quid ita sit, docere. [Est locus de Div. II. 11. 27. conf. de Nat. Deor. I. 5. 10: *non enim tam auctoritatis in disputando, quam rationis momenta quaerenda sunt:* sed totus locus conferendus.] „Disputavit hac de re, nostro quoque loco adhibito, G. C. Claudius in Diss. de Auctoritatibus praepostere in re literaria usurpatis. 4. Witeb. 1720. — Scribitur autem *auctoritatibus* pro *auctoribus* in Cod. Vind. 1. (in marg. al. *auctoribus*) Edd. H. P. Quod ne cui comparanti locum de N. D., quem laudavimus, placeat, monendum videtur, commode quidem dici: *auctoritates quaerere, auctoritatis momenta quaerere, auctoritatibus uti,* addi etiam illi substantivo adiectiva varia, inprimis gradum significantia: *bonas* vero vel *optimas auctoritates* a Cicerone non dici. Pro *quidem* est *enim* in Cod. Mon. 2. *Mr.*

quam vis obtineri, uti optimis possumus] Cod. Aug. omittit *qu. vis obt.* Gebh. lectionem Cod. Fabr. *quamvis obtineri difficilem* praeclaram dicit, dicique ita usitato in primis Horatio Hellenismo. Sit Horatianus et aliorum scriptorum: Ciceronianus certe non est: ideoque cum eum Davisius quoque probasset in ed. 1; merito istam annotationem in sequentibus abiecit: idque eo magis faciendum fuit, cum ibidem probasset lectionem Edd. Ven. [nostra Veneta habet *optinere*] et [Rob.] Steph. *obtinere,* quam habent etiam quinque Oxx. et Edd. Junt. P. A. B. S. E. C. itemque ex uno Cod. MS. [est, ut videtur, Ox. ψ. 1.] *ad istam sententiam, quam vis obtineri, obtinendam, uti* etc. quamquam manifestam habet glossam, ita commendavisset, ut eam aurei aevi simplicitatem redolere diceret. Sunt vero et aliae huius loci lectiones: Cod. Mon. 1. habet *quamvis optime uti optimis possimus:* (*possimus* habent etiam Marb. et Mon. 2.) Unus Ox. et Ed. H. *ad istam sententiam obtinendam, quam* etc. Unus Ox. *quamvis optima uti.* Gud. *quamvis optimam uti,* cum Edd. Med. et Asc. 1. In Cod. D. est glossa *difficilem* post *obtineri.* Cod. Vind. 1.

in omnibus causis et debet et solet valere plurimum: et primum quidem omni antiquitate; quae quo propius aberat ab ortu et divina progenie, hoc melius ea fortasse, quae
27 erant vera, cernebat. Itaque unum illud erat insitum priscis illis, quos *cascos* appellat Ennius, esse in morte sensum,

---

omittit *obtineri*, nihil substituens. Unus Ox. *quamvis optimis obtineri*. Cod. Reg. *uti obtimis*. *Mr.*

quod in omnibus causis et debet etc.] Ed. P. omittit *et* post *causis*. Cod. Vind. 1. habet *quamplurimum*. Tum Cod. D. *et quidem primum*. Pergit Mon. 2. *ab omni antiquitate*: quod est librarii, qui nesciret, ablativum pendere ab *uti*. Unus Ox. habet *omnium*. Ad sententiam huc facit Quinctil. I. 6. prc. *Vetera maiestas quaedam, et, ut sic dixerim, religio commendat*. *Mr.*

quo propius aberat ab ortu et divina progenie] Cod. Marb., ex male lecto compendio, *prius* pro *propius*: quod cum corrector stare non posse vidisset, suo, scilicet, Marte supra lineam adscripsit: *minus*: quod ad sententiam probabiliter: ad usum Ciceronis non item. Nam qui laudaret Or. pro Caecin. 10, 28. *minus abesse LIII*, ineptus esset. *Propius abesse* dixit Cicero etiam de Sen. 21, 77. et ad Att. I. 1. med. Conf. Parei Lex. Crit. p. 1002. In Cod. Rehd. est *erat* pro *aberat*, quod item debetur correctori, qui sibi sapere videretur. Recte monet FAWolf. ad v. *ortu* ex seqq. intelligendum esse *divino*. Ad rem vid. Fragm. Plutarchi in Wyttenb. Animadvv. in Plut. T. II. p. 600. ed. Lips. s. ad calc. Ed. Lugd. Bat. libri de S. N. V. p. 131. Cic. de Legg. II. 11. 27. *antiquitas proxime accedit ad deos*: ubi vid. nos et Wyttenb. p. 237 sq. ed. nostr. et Cr. in primis autem Huschkii Analecta Literaria p. 332 — 334. ubi laudantur Plato, Herodotus, Porphyrius, alii. *Mr.*

hoc melius ea fortasse — cernebat] Habet *ea melius* unus Ox.: volebat scriptor sine dubio *eo*, quod est in Edd. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Cam. Med. idque per se spectatum recte se haberet. Sed cum statim subsequatur *ea*, consulto illud vitasse videtur Cicero. Cod. Duisb. habet *fortasse ea*. Pro *cernebat* est *cercebant* (sic) in Codd. Reg. Gud. 1: sed hic *n* supra habet. *Mr.* „Gemina sententia legitur in Platonis Philebo p. 16. Steph. p. 30. et 31. ed. Stallbaum., qui in annot. alios locos excitavit, quibus adde memorabilem locum Aristotelis in Metaphys. XI. 8: *παραδέδοται δὲ ὑπὸ τῶν ἀρχαίων καὶ παλαιῶν ἐν μύθου σχήματι καταλελειμμένα τοῖς ὕστερον κ. τ. λ.*“ *Cr.*

Itaque unum illud etc.] Monet FAWolfius *unum* Superlativis aliisque nominibus addi ad significandam excellentiam quandam: addit Orellius, eam quidem in malam aeque atque in bonam partem significari. Qua de re nos locuti sumus in Symbolarum Critt. ad Cic. Specim. I. 5. p. 8 sq. Spec. II. 7. p. 10 sq. Add. Parei Lex. Crit. p. 1317. J. Ker. Selectt. Obss. de L. L. Tom. I. s. v. *unus*. Guntheri Latinit. Restituta T. II. p. 1160 — 1162. Ad sententiam cf. Cless. in Prolus. De rebus divinis quid senserit Plutarchus (1826. Stuttg.) I. p. 11. Scribitur autem *illud unum* in Codd. Rehd. et Duisb. minus bene. Pro *illis* est *illos* in Cod. Mon. 1. *Mr.*

Quos Cascos *appellat Ennius*] In illo versiculo, quem laudat Varro L. L. lib. VI. pag. 50.

Quam primum casci *populi genuere Latini.*

Hieronymus Epist. XLII. *Rudes illi Italiae homines, quos* cascos *Ennius appellat*. Plura vide sis apud Hier. Columnam ad Ennii Fragm. p. 14. Quin et *casce loqui* dixit Agellius N. A. lib. I. cap. 10. *D.*

neque excessu vitae sic deleri hominem, ut funditus interiret. Idque quum multis aliis rebus, tum e pontificio iure et e caerimoniis sepulcrorum intelligi licet; quas maximis p. 154. a.

quos cascos appellat Ennius] Significat Ennii Annal. I. 34 sq. Ed. E. S.:

Est locus, Hesperiam quam mortales perhibebant,
Quam primum c a s c i populi tenuere Latini.

Forma Osca vocis *casecus* dicitur fuisse *casnar* i. e. senex: Vid. Pompei. Fest. p. XXXI. ed. Scalig. Passerii Lex. Voc. Etrusc. p. LXIX. Varro de L. L. VI. p. 70. ibiq. Scalig. p. 116 sq. (Ed. Amst. 1623.) Vid. etiam notas in Ed. Varr. Bip. p. p. 188. 189. 190. 191. p. 315 sq. ed. Spengel. — Scribitur autem *castos* in Codd. Mon. L Aug. Rehd. Gud. duobus Oxx. Ed. H.; *cassos* in Codd. Reg. unо Ox. Ed. Ven. nostr. et marg. Ven. Alt.; *cascas* Edd. A. E. in quibus praecedit *appellat*. Ed. H. pro *in morte* habet *immortalem*. Post *senum* Cod. Vind. 1. habet *nec*. *Mr*.

Excessu vitae] Lambinus reponendum coniecit *excessu e vita*, nec dubitari potest, quin alibi Tullius ita sit locutus. Cum vero receptam lectionem tueantur omnes omnino Mssti; ea temere non est deserenda, si loquendi modus probus inveniatur. Sic igitur Valerius Maximus lib. VII. cap. II, 1. extern. *O immensam illam sapientiam, quae ne in ipso quidem* vitae excessu *oblivisci sui potuit!* Similiter *exitus vitae* passim dicitur. Vide Corn. Nepotem in Eumene XIII, 1. Agellium XV, 16. ac Suetonium in Claudio cap. 43. et in Nerone cap. 54. *D*.

excessu vitae] Solus Mon. 1. h. l. habet *excessum*: reliqui omnes *excessu*: cum Lambino nullus facit liber, praeter Ed. Fr. Fabr. quae eius textum exhibet. Sed ipse Fabr., quamquam laudat Cic. de Finn. III. [18. 60.] ubi est *excessum e vita*, suum Cod. MS. cum aliis consentire dixit. Gruterus dicit: *excessus vitae* est, cum vita exit. Vid. Cort. ad Sallust. Catil. 11. 4. Guntheri Latinit. Restit. T. I. p. 219. In iis, quae statim subsequuntur, iterum post *idque cum* additum volebat Lambinus *e* ante *multis*, addiditque in Ed. 1566: sed nec hoc necessarium esse recte indicat Orellius: non magis, quam §. 24. lectio *his sententiis* tentanda videatur, quod ponitur pro *ex his sententiis* vel *secundum has sententias*. Pro *quum* Cod. Gud. habet *tum*: sed v. Stuerenburg. ad Cic. pro Arch. post. p. 167. Pro *idque* Cod. Reg. habet *id quae*. *Mr*.

Tum e pontificio iure et e caeremoniis] Penultima vox est ab Eliens. pr. Reg. et Bak. nam praepositiones hoc modo repetere solitus est noster. Eadem autem est ἐνύοια Prudentii Cathem. Hymn. X, 53.

Quidnam sibi saxa cavata,
Quid pulchra volunt monumenta?
Res quod nisi creditur illis
Non mortua, sed data somno.

Ad rem ipsam quod attinet, *pontificio iure sanctitudo sepulchrorum*, ut ait Cicero apud Nonium in *sanctitudo*. Idem Philipp. IX. cap. 6. *Sepulchrorum sanctitas in ipso solo est, quod nulla vi moveri neque deleri potest*. Vide sis etiam de Legg. lib. II. cap. 22. Topic. cap. XXIII. n. 90. et Diogenem Laertium III, 83. Hinc eorum violatio pessimum facinus habebatur; id quod eleganter docet Phaedrus lib. I. Fab. 27. Seneca Epigr. IV.

Sacrilegae busti abstinuere manus.

Maximus Tyrius Diss. XIII. §. 3. ed. Lond. Οὐδεὶς νοσῶν τὸ σῶμα

ingeniis praediti nec tanta cura coluissent, nec violatas tam inexpiabili religione sanxissent, nisi haereret in eorum men-

---

συκοφαντεῖ, ἢ ΤΥΜΒΩΡΥΧΕΙ, ἢ λῃΐζεται, ἢ τι ἄλλο δρᾷ κακὸν μέγα. Dan. quidem Heinsio rescribendum videbatur τοιχωρυχεῖ, sed non erat, cur a Msstis. abiret diversus: pariter enim τυμβωρύχους inter hominum sceleratissimos numerat Celsus apud Originem lib. III. pag. 147. Adeantur etiam Galenus Protr. ad Artes init. Phocylides vs. 95. ac Theodoretus in Rom. VII, 17. Hanc ob causam graves poenae in istius sceleris reos sunt constitutae, de quibus egerunt Jac. Gutherius de Iur. Man. lib. III. cap. 25. et Joan. Kirchmannus de Funer. lib. III. cap. 26. *D.* Cf. nostr. annot. ad Plotin. p. 467. infr. *Cr.*

tum e pontificio iure et e caerimoniis] Ita scripsi repetita praepositione, cum Dav. et Handio ad Wopkensii Lect. Tull. p. 386: accedit etiam Orellius in ann. ad FAWolfii comm. Et habent illud *e* post *et* Codd. quatuor Oxx. Loco prioris *e* in Edd. Ven. nostr. P. A. B. S. E. est *et*, in Edd. Asc. 1. et Cam. *in*. Pro *caerimoniis* Dav. in Ed. 2. minus bene scripsit *caeremoniis*, ut Ern., et in tertia etiam *sepulchrorum* pro *sepulcrorum*. V. Grotefend. Orth. §. 127. 132. 136. Huius vocis loco Cod. Duisb. habet *sacrorum*. Ad sententiam loci conf. praeter eos, quos laudavit Dav., J. Spiegelium ad Prudent. p. 233. ed. Wechel. Beier. ad Cic. Lael. 4. 13. p. 20. nos ad Cic. de Rep. IV. 8. p. 429 sq. itemque ad Cic. de Legg. II. 22. 55. p. 321. 675. Mahn. ad Wyttenb. Lectt. p. 130. Lil. Gyrald. de vario sepeliendi ritu p. 730. ed. Jens. (T. I. ed. Lugd. Bat. f. m. 1696.) Add. Hier. de Bosch. Kemperi Diss. de Indole Iuris Crim. ap. Rom. (8. Lugd. Bat. 1830.) p. 105. *Mr.*

maximis ingeniis praediti] Cod. Mon. 2. *maximis praediti ingeniis*. Pro *violatas* est *viola tam* in Cod. Aug., *violato*[e] in Gud. 2; in Cod. Col. *inviolatas*, quod est correctoris, qui ad sententiam participii non recte attenderet: quod iam vidisse videtur Fr. Fabric. Simili errori debetur, quod est in Edd. Med. Ald. et Cod. Mon. 1. *expiabili*. Eadem, qua hic, locutione usus est Cicero Philipp. I. 6, 13: *an me censetis — decreturum fuisse, ut parentalia cum supplicationibus miscerentur? ut inexpiabiles religiones in rem publicam inducerentur? ut decernerentur supplicationes mortuorum? Mr.*

Nisi haereret] Vulgo *haesisset*. Nostram lectionem dant Reg. Elienses tres, Med. Balliol. aliique Codices. *D.*

sanxissent, nisi haereret] *Haesisset* est in Codd. Oxx. septem, Duisb. Vind. 1. et Edd. fere omnibus: probam vero lectionem *haereret* exhibent Codd. Guelf. Reg. tres Oxx. Gud. Rehd. (nisi quod hic, ex correctoris nimirum arbitrio, habet *inhaereret eorum m.*) Bern. Vind. 2. Dav. Lall. Schütz. Wolf. Or. Nobb. Rathius ad h. l. praeferendum censebat *haesisset*: „namque, ait, leotio *haereret* necessario requireret, ut *eorum*, i. e. maiorum, deleretur: aut, ut effatum in omnes homines caderet, pro eo legeretur *animorum*. Quam Dav. vult constructionem, eam multis quidem locis reperire est, ut apud nostrum de Finn. II. 6: *quam si explicavisset, non tam haesitaret*: ibidem II. 10. et alibi: sed ubique alia res est. Quam nos volumus constructionem, habes c. 14. extr. (*nunquam abiisset, nisi — eam sibi viam munivisset.*) et alibi.“ Recte contra eum affert Censor Jenensis l. c. p. 389. locos pro Milone 17: *quos clamores, nisi ad cogitatum facinus approperaret, nunquam reliquisset*: pro Coelio 6: *neque unquam — tam sceleratus impetus exstitisset, nisi — tanta immanitas quibusdam facilitatis — radicibus niteretur*: pro Mur. 14: *ne-*

tibus, mortem non interitum esse omnia tollentem atque delentem; sed quandam quasi migrationem commutationemque vitae, quae in claris viris et feminis dux in caelum so-

---

que vero cum P. Africano senatus egisset — nisi illud grave bellum — putaretur. [Add. de Or. II. 55. 224: *nisi puberem te iam haberet* (pater), *quartum librum composuisset.*] omninoque *haereret* etiam invitis libris scribendum fuisse, locos vero a Rathio allatos plane alienos esse: facile etiam intelligi *nisi haereret* verum esse, si idem significantem formulam *sed haerebat* respicias. Morgensternius autem in Prolusione laudata p. VIII. ex FAWolfii sententia haec attulit: „verbum *haerendi*, ut pauca alia verba, hoc proprii habet, quod saepe Imperfectum et Plusquamperfectum commutari possint; tum etiam Perfectum et Praesens. Hoc ex vocabuli significatione oritur. *Haeserunt pennae in veste tua; haerent* etc. (sie haben sich angehängt, sie hangen). *Haesisset* est: es hatte sich angehängt, festgesetzt; *haereret* est: iam in eo loco erat, ubi *haesisset* praeteritum erat. Nam postquam aliquid *haesit* (sich angehängt hat), *haeret* (hängt es); postquam *haeserat* (sich angehängt hatte), *haerebat* (hing es.) Iam aliis etiam locis Cicero in verbo *haerendi* Perfecto Tempori Praesens, Plusquamperfecto Imperfectum praefert. Alteram defendendae lectionis Davisianae rationem esse dicebat, quod constructioni et consecutioni Temporum *haereret* h. l. magis conveniret, quam *haesisset*, quia Imperfecto significetur actio per longum tempus durans.“ Confert Orellius nostri libri c. 37. 89: *quae quidem si timerentur, non L. Brutus — in proelio concidisset.* Buggius l. c. fluctuat inter *haereret* et *haesisset*. „Si *haereret* legeris, ait, erit sermo de universis omnium temporum hominibus; si *haesisset* adoptaveris, de solis maioribus. Utrumvis aptum. Itaque sola Codicum auctoritas sequenda. Mihi tamen si optio detur, Plusquamperfectum praeplacet, quoniam de solis maioribus loquitur in antecedentibus. Quamquam habet quoque Imperfectum, quo se commendet.“ Nihil addo: facile unusquisque iudicium feret. Qui plura vult, adeat Krügeri Untersuch. a. d. Gebiete d. lat. Sprachlehre II. p. 212 sqq. in primis 218—220. adhibito Ellendtio in Comm. de Causis Enunciatorum Conditionalium Linguae Lat. p. 41. Add. quos laudat Ochsner. ad Cic. Eclogas p. 133. 291. ed. 3. et quem laudat in indice, Ducker. ad Flor. III. 3. §. 13. p. 450. Gernhard. Comm. Gramm. III. p. 10. nos ad Cic. de Div. II. 9. 22. p. 327. Beier. ad Cic. Lael. IV. 13. p. 21. Ruhnk. ad Terent. Andr. I. 5. 23. p. 52. *Mr.*

mortem non interitum esse] Ad sententiam vid. Beier. ad Cic. Or. pro Scauro 50. p. 221 sq. — In seqq. Cod. Gud. *quasi quandam.* Unus Ox. habet *commigrationem.* Mon. 1. *migrationemque*, omisso *commutationem.* Mon. 2. omittit *vitae.* Ad sententiam cf. Cic. Cat. maj. 23. 84. Pro *in claris* est *claris* in Codd. duobus Oxx. Vind. 2. Mon. 1. Ed. Lall. Marg. Crat. habet *in praeclaris.* Post *feminis* addunt *animis* Edd. Lamb. Fr. Fabr. et HWolf. manifesto glossemate. *Mr.*

In ceteris humi retineretur, *et* permaneret *tamen*] Tres Codices Lambiniani *in ceteris humi* retineret *et* permanerent *tamen*: cum quibus fere conveniunt alii nonnulli Mssti. Sed retinenda recepta lectio; haec enim ad *vitam* sunt referenda. Sensus est, mortem animos hominum vitiis deditorum humi retinere, ita tamen ut non pereant, sed durent adhuc maneantque. Multorum sane philosophorum mentibus inhaesit, bonos corpore liberatos in caelum recta pergere; malorum vero animas circa tumulos oberrare. Adi Lactantium in Sta-

28 leret esse, in ceteris humi retineretur, et permaneret tamen.

tii Thebaid. VI, 885. Servius ad Aen. VI, 127. *Secundum philosophorum altam scientiam, qui deprehenderunt bene viventium animas ad superiores circulos — redire — Male viventium vero, diutius in his permorari corporibus permutatione diversa, et esse apud inferos semper.* Macrobius in Somn. Scip. lib. I. cap. 9. inter alia sic loquitur: *Anima virtutes ipsa conscientia nobilitatis induitur, quibus post corpus evecta, eo, unde descenderat, reportatur — Anima, quam in se pronam corporis usus effecit, atque in pecudem quodammodo reformavit ex homine, absolutionem corporis perhorrescit — sed nec post mortem facile corpus relinquit — sed aut suum oberrat cadaver aut novi corporis ambit habitaculum* etc. Hanc opinionem luculenter explicant Plato in Phaedon. pag. 386, 398. et Hierocles in Aur. Carm. 69, 70. eamque secutus est Origenes. Vide lib. VII. in Cels. p. 334. et P. D. Huetii Orig. lib. II. qu. VI, 17. seq. Plura suppeditabit Iust. Lipsius Phys. Stoicae lib. III. cap. 14. *D.*

in ceteris humi retineretur et permaneret tamen] Admodum variant libri et scripti et editi, quibus accedunt coniecturae, auctoritate librorum destitutae. Hanc, quam nos exhibemus, lectionem habent Codd. Bern. Gud. 2. Aug. Mon. 1. 2. Reg. Marb. aliquot Oxx. plures apud Lallem., qui frustra sollicitari ab interpretibus censebat hanc lectionem; accedunt Edd. P. A. B. S. E. (nisi quod quatuor posteriores habent *retineret*, ut Ven. nostr. Asc. 2. Camer.) Asc. 1. marg. HWolfii, Rob. et Car. Steph. Brut. Leod. Boul. Sturm. Ald. Sylb. Lambb. Goth. Grut. Manut. Viet. Dav. Oliv. Ern. Orell. Nobb. — Unus Ox. *in ceteris humi retinentur et tamen permanent*; alter: *retineretur et privaretur tamen*; unus: *retinetur et permanet tamen*: unus denique: *retinerentur et permanerent Tamen.* Lamb. in ann. dixit: „*in ceteris humi retineret, et permanerent tamen*: Sic est legendum: itaque scriptum reperi in tribus Codd. MSS." [In Ed. Emendd. Talliann. Lambini Kleiniana lemma annotationis habet *eos*] Nec vero ita dedit in Ed. 1566. sed: *in ceteris eos humi retineret, ut permanerent tamen*: et ita HWolf. et Fr. Fabr. — Junt. habet, ut volebat Lamb. in Ed. 1566. — Cod. Vind. I.: *et retinerentur et permanerent.* Vind. 2. ut Grut. Verb. Gron. *et retineretur et permaneret.* Ed. H. *in ceteris humi retinerentur et permanerent tamen.* Codd. Rehd. Gud. *in ceteris humi et retinet et permaneret tamen.* Duisb. *in ceteris humi retineretur et permaneret. tamen* — Dav. in Ed. 2. coniiciebat probante Bouhierio: *quum ceteros humi retineret, ut permanerent tamen.* Gujetus (in Ed. Oliv.) coniecit: *quae claris viris et feminis dux in caelum soleret esse: ceteros humi retineret, et permanerent tamen.* Ern. non sanam putabat vulgatam dicens: „quorsum *retineretur et permaneret* referuntur? nempe ad *vitam?* ut mentes eorum humi remanerent, sed viverent tamen. Conieci: *cum ceteri humi retinerentur, et permanerent tamen.*" Idque recepit Schütz. qui tamen in eo fallitur, quod Ernesti coniecturam a Wolfio quoque receptam esse dicit. Vulgatum servari vult Nissen, sed ex contextorum serie addi *animum* vel *mentem* (animus, mens). FAWolfius Ernesti correctioni aliquid addidit scribens: *quum ceteri humi retinerentur, ut permanerent tamen.* Kühnerus denique coniecit: *claris — soleret esse, ceteros humi retineret, ut permanerent tamen.* Nolo novam, quam iam excogitaveram, coniecturam addere: acquiescam in vulgata cum Orellio, qui dicit: Subiectum vulgatae est: *commutatio vitae* i. e. vita commutata, estque zeugma facile tolerandum. Buggius l. c. p. 15 sq., non agnoscens zeugma, e vulgata absurdam

Ex hoc et nostrorum opinione
Romulus in caelo cum dis — agit aevom,
ut famae assentiens dixit Ennius: et apud Graecos, indeque perlapsus ad nos et usque ad Oceanum, Hercules tantus et

---

exire sententiam existimavit, ideoque Ernesti coniecturam amplexus est. Kritzius in Censura Ed. Kühneri (A. S. Z. 1830. 110. p. 895.) Kühneri emendationem, ut certissimam, recipiendam existimat. Neque ego ab ea abalienatum habeo animum et iudicium: illud volo: eam, quam habent Codd. et antiquissimi et optimi, lectionem tum demum abiiciendam videri, quum scriptoris aut sermoni aut ingenio plane adversatur. Quod in hunc locum non plane cadere existimo. Censor. Ed. Kühner. Lips. 1831. 199. p. 1591. negat zeugma contra Orellium aitque intelligendum esse *commutatio vitae* sc. in ceteris humi retineretur, ita tamen, ut permaneret. *Mr.*

Ex hoc, et nostrorum opinione] Cod. Aug. *Tunc ex.* Scribitur *ex hac* in Cod. Mon. 2. Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. (nec vero *et hac*, ut dicit Reisk.) Cam. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Unus Ox. habet *Et hoc ex.* Ed. H. omittit *et*, quod deletum volebat Ern. scribique: *ex hac nostrorum opinione:* contra quem recte monuit Nissen. p. 10: „Sensus eum fugiebat. Nam *et* non est vinculum inter *hoc* et *opinione*, sed *nostrorum opinione* cum *et apud Graecos* coniungit.“ Ad rem cf. Dausquej. ad Sil. Ital. p. 645 sq. *Mr.*

Romulus in caelo cum Diis agit aevom] D. Lambinus, probante Fr. Fabricio, dedit,

Romulus in Caelo cum Diis genitalibus aevum
Degit:

nec aliter cecinit Ennius, ut docet Servius ad Aen. VI, 764. Nihil tamen hoc in loco contra Mssorum fidem mutandum puto; non raro enim accidit, ut veteres non ipsa verba sed sensum modo voluerint exprimere. *D.*

Romulus in caelo cum dis — agit aevom] Ita scripsi cum Nobbio; cum enim versus Ennii (Annall. I. 175. p. 36. ed. E. Spangenb.) ita se habeat, ut est in annotatione Davisii, patet verbum *agit* non esse poëtae, omissum vero esse eius loco *genitalibus — degit* (vel, ut cum Merula legit Sp., *degat*). Lambinus, versum Ennii integritati restituens, Ciceronem correxisse videtur. Male Verb. Lambinum scripsit edidisse *genialibus*. Iam ante Lambinum verba Ennii restituit Car. Steph. Cod. Gud. 2. habet glossam *vitam*. Reliqui scripserunt ita, quasi *agit* sit Ennii. Locum vero eundem Ennii designat Cicero de Or. III. 38 dicens: — *verba novantur, ut illud senis diserti: Dii genitales.* Cum Lambino faciunt Fr. Fabr. et HWolf. Cod. Mon. 1. habet *Romusculus cum diis in caelo.* Unus Ox. habet in marg. *vel caelum*: duo in contextis *caelum*. Ad rem cf. Augustin. de C. D. VII. 20. et 24. Villoison. in Comm. de Mysteriis Veter. p. 222. de N. D. III. 15. p. 548. ed. Cr. et nostr. maj. Horat. Ep. II. 1. 5 sq. ibiq. interprr. Cic. de Legg. I. 1. 3. p. 7. ed. nostr. et Cr. de Rep. I. 16. p. 72. ed. nostr. Adr. Turnebi Adversarr. IX. 26. p. 301. Ed. Paris. 1580. et XX. 24. p. 196. — In seqq. pro *famae* Mon. 1. habet *fames*: idem mox *et quid Graecos*. Unus *Ox.* habet *dicit* pro *dixit*. *Mr.*

indeque perlapsus ad nos] Duo Oxx. *inde*. Mon. 1. *indemque*. Edd. S. P. B. E. C. V. Junt. Ven. Alteri et nostr. Asc. 2. Cam. habent *prolapsus*. Asc. 1. et Med. *lapsus*. Nimirum cum Cicero *perlabendi* verbo rarissime utatur, librarii, de sententia parum sollicite, usitatiora substituerunt. Et est sane hoc verbum poëtis usitatius: nostro vero

tam praesens habetur deus. Hinc Liber Semela natus, eademque famae celebritate Tyndaridae fratres, qui non modo

---

loco apprime accommodatum. Ad rem monet Wolfius fabulam de Caco respici a Cicerone. *Mr.*

Usque ad Oceanum] Mare Atlanticum intelligit; Gadibus enim Hercules fuit cultus eaque insula terrarum finis habebatur. Vide Theodoretum Therap. VIII. pag. 113. Aeneam Gazaeum in Theophr. pag. 394. D. et Nonnum in Gregorii Stelit. II. Hist. 34. Silius Italicus lib. III, 3.

Extemplo positos finiti cardine mundi
Victor adit populos, cognataque limina Gades.

Isidorus Orig. lib. XIII. cap. 15. *Hercules cum Gadibus pervenisset,* (Leg. *Gades usque venisset*) *columnas ibi posuit, sperans illic esse orbis terrarum finem.* Hinc ἑσχατόωντα Γάδειρα vocat Dionysius verss. 65, 457. non quod Herculis columnae ἐπὶ τὰ ἔσχατα μέρη τῶν Γαδείρων fuerint collocatae, prout male Paraphrastes Oxonii editus. *D.*

tantus et tam praesens habetur deus.] Cod. Vind. 1. *tam praesens et tantus.* Cod. Mon. I. pro *praesens* habet *potens,* quod est vel glossatoris vel correctoris: Ciceronis non est. Hic item scripsit in Verr. Act. II. L. IV. 49. 107. *multis saepe in difficillimis rebus praesens auxilium eius* (deae, Cereris Ennensis) *oblatum est.* Vid. nunc quae ad Horat. Od. I. 35. 2. (*O diva, gratum quae regis Antium, praesens vel imo tollere de gradu* etc.) congessit G. Braunhardus in nova Horatii editione (Lips. 1831.) Sect. I. p. 118. *Mr.*

Hinc Liber Semela natus] Vulgo, *hinc Liber* Deus, Semele *natus.* Sed. Reg. ut edidimus: nec *Deus* ab Eliensibus duobus, Med. aut editis veteribus agnoscitur. *D.*

Hinc Liber Semela natus] Sic Codd. tres Pall. ap. Grut. Reg. Mon. 1. Duisb. Marb. et quinque Oxx. Edd. P. M. L. Car. Steph. HWolf. Fr. Fabr. Ald. Sylb. Sturm. Lambb. Goth. Brut. Boul. Dav. Or. Nobb. nimirum omisso *deus* post *Liber.* Sed plerique habent *Semele,* exceptis Codd. Reg. Duisb. Bern. (a pr. m.) Edd. Cam. Dav. FAWolf. Or. qui *Semela* praetulerunt. *Deus* addunt Codd. Mon. 2. Vind. 1. 2. Edd. Rob. Steph. Vict. Crat. Lall. Grut. Oliv. Gron. Ern. FAWolf. hic vero eam vocem uncinis sepsit. *De Semele* est in Edd. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cam. (nisi quod hic, ut dixi, habet *Semela*) Med. Schur. In Cod. Rehd. est *Liber semel enatus deus:* in Gud. *deus Liber semel e natus.* Placebat etiam Bouhierio lectio nostra, nimirum ut abiiciatur *deus,* et scribatur *Semela.* Sed fieri tamen potuisse existimabat, ut scriptum fuerit *de Semela* (ut est in aliquot libris) unde lectio *deus* nata esse videatur: istamque antiquam fuisse loquendi rationem, cum sit apud Plautum in Prologo Amphitr. *Natus ex Argo patre,* et apud Ovidium Metam. IV. 422. *de pellice natus.* De forma *Semela* laudat Giphanii Indic. in Lucret. v. *Effigia* [p. 335 sq.] Vossium de Analogia II. 2. Dausquium. de Orthogr. I. p. 56 sq. Cuiacii Obss. XII. 18. Nos etiam de N. D. II. 24. 63. in ed. min. edidimus *Liberum Semela natum.* Orellius laudat Oudendorp. ad Appulej. T. I. p. 96. et in schedis Charisium p. 46. Putsch. — *Hinc* significat id, quod paullo superius *Ex hoc.* Mox Cod. Mon. 1. habet *Tyndarithe.* Unus Ox. habet *fratres scilicet.* Ad rem cf. Beier. ad Cic. pro Scauro 46. p. 219. Intelligit Cicero proelium, quo decertatum est ad lacum Regillum contra Latinos, cui interfuisse credebantur Castor et Pollux, albis equis insidentes: sed iidem etiam Ahenobarbo nunciavisse dicebantur Persen regem Macedoniae superatum esse a Paullo Aemilio. Sed de his rebus satis disputatum est in

adiutores in proeliis victoriae populi Romani, sed etiam nuntii fuisse perhibentur. Quid? Ino, Cadmi filia, nonne

---

Ed. Cr. et nostra maj. librorum de N. D. II. 2. p. 212 — 215. *Mr.*

in proeliis victoriae populi Romani] „Videtur ita legendum potius: *qui non modo adiutores in proeliis P. R. sed etiam victoriae nuntii fuisse perhibentur.*“ *Lamb.* Id in vet. Cod. esse ait Goth. Non male. *Mr.*

Non modo adiutores in praeliis victoriae populi R. *sed etiam nuntii*] Eliens. pr. et Bak. ordine verborum mutato, dant *populi R. victoriae.* Lambinus autem reponendum statuit, *non modo adiutores in praeliis populi Romani, sed etiam* victoriae *nuntii fuisse perhibentur:* [idque ex vet. Cod. protulit Gothofredus.] At, ut opinor, praestat recepta lectio. nam bello Macedonico, quo devictus est Perses, et quo praecipue respicit noster, Tyndaridae *victoriam eadem die, qua fecerant, nuntiaverunt.* Verba sunt Minucii Felicis in Octav. cap. VII. Latinus Pacatus Pan. XII. cap. XXXIX, 4. *Credidere maiores Castoras geminos, albentibus equis et stellatis apicibus insignes; pulverem cruoremque Thessalicum aquis Tiberis abluentes, et nuntiasse victoriam, et imputasse militiam.* Hisce succinunt scriptores quos laudat Ioan. Freinshemius ad Flori lib. II. cap. 12. *D.*

non modo adiutores in proeliis victoriae populi Romani] Unus Ox. omittit *victoriae.* Vind. I. habet *populi Romani victoriae:* unde fortasse aliquis vocem *victoriae* exulare iubeat: quamquam propter sequens *nuntii* abesse nequit. Verburgio probabatur Lambini coniectura, a Davisio merito improbata. De Genitivis duplicibus, Ciceroni haud infrequentibus, monui ad de Rep. I. 28. p. 119. ad Cic. de N. D. II. 63. p. 474. ad Cic. de Legg. II. 17. 43. Add. Madvig. Emendatt. in Cic. libros Philos. I. p. 109. ibiq. laudd. Moebium ad Cic. Catil. I. 5. 12. Ochsner. ad Eclogg. Cic. p. 58. 72. et indic. p. 471. ed. tert. *Mr.*

Ino, Cadmi filia] Cod. Marb. *quid meçadini filia.* Rehd. *Iuno* pro *Ino.* Gud. *quid occeani filia.* Gud. 1. *inhocādmi* (sic) Gud. 2. *incathdmi.* Aug. *InoCadini.* De fabulis hisce disputare non necessarium videtur, cum hodie ubique adiumenta earum cognoscendarum reperiantur. Laudabo modo Klopferi Lex. Mythol. II. p. 31 — 33. Creuzer. Symb. u. Myth. II. p. 567. III. p. 101. IV. p. 25 — 29. Epitom. nostr. p. 724 sq. Creuz. ad Cic. de N. D. III. 15. p. 547 sq. Scripsi autem *Λευκοθία* Graecis literis, quod fecerunt etiam Dav. et Orell. quamquam id fieri vetat Kühnerus. Antiquitus enim ita in Codd. scriptum fuisse, certissime arguunt hae codicum scriptiones: Reg. antiquissimus habet *AЄЧKOЄ ea.* Marb. *a Eukea,* superscriptis literis *gr.* Mon. 1. *Arsircesa.* Mon. 2. *ΛEVKOΘEA.* Gud. 1. *ΩεvxoΘEA.* Gud. 2. *ΛεvxoΘEA.* Duisb. *ΛeyKΘeM.* Ed. H. lacunam habet. Gud. loco nominis habet *nereis.* Ed. P. *Λευκόθεα* (sic.) Ven. nostr. Asc. 1. et 2. habent *Leuchothea.* Cod. Rehd. *ACYchoecha.* Pro *Matuta* Cod. Marb. *matura.* Mox Mon. 2. *totum quippe caelum.* Tum scribitur, frequentissima permutatione, quae paullo etiam superius erat in vv. *perlapsus* et *prolapsus,* in Codd. Mon. 1. duobus Oxx. Gud. Edd. H. E. Med. Schur. *prosequar,* probatque id Reiskius infeliciter, si quid video: *persequi* aliquid oratione Ciceroni frequentissimum est, ut ne exemplis quidem egeat: quae vero in vett. Edd. sunt exempla verbi *prosequi* eodem sensu positi, iis locis omnibus vel nunc *persequi* legitur, vel certe lectio in Codd. inter utrumque verbum fluctuat. Vide modo ad Att. XVI. 11. med. pro Rosc. Am. 30. 83. ad Herenn. I. 9. 15. de Or. I. 21. 98. III. 49. 188. Or. Partit. 4. 14. — Quod dicitur

Λευκοθέα nominata a Graecis, Matuta habetur a nostris? Quid? totum prope caelum, ne plures persequar, nonne hu-13mano genere completum est? Si vero scrutari vetera, et ex 29his ea, quae scriptores Graeciae prodiderunt, eruere coner;

---

humano genere non est dilatatio locutionis, pro *hominibus*, sed breviloquentia, pro *diis ab hominum genere oriundis*. Eundem usum verbi *completum est* vid. etiam de Divin. II. 58. 119: *animorum — multitudine completum esse mundum. Mr.*

Λευκοθέα — a Graecis, Matuta — a nostris] Similiter Romanos *Λευκοθέαν Ματούταν ὀνομάζειν* testatur Plutarchus de Frat. Amor. Tom. II. pag. 492. Sic inter alios, etiam Servius ad Aen. V, 241. et Lactantius ad Statii Theb. I, 12. Hunc vero locum laudat Nonius in *manum*. *D.*

Si vero scrutari vetera] Bouhierius hunc locum dicit a Lactantio Inst. Div. I. 15. scriptum esse: *si voluero scrutari*, idque sibi prae vulgata placere, cum vulgata lectione videatur aliquid his, quae praecesserunt, opponi, nec vero probari antecedentia. Sed iam Fr. Fabr. vidit illam Lactantii lectionem esse mendosam: idque vitium iam dudum a Bünemanno sublatum est, et ex veteribus quidem libris MSS. et Edd. nec vero ex hoc solo Ciceronis loco: v. p. 99. ed. Bün. Oppositum quasi huic est vitium, quo pro *vetera* in Ed. P. scribitur *vera*. Sequitur in Cod. Mon. 2. *et et iis quae*, omisso *ea*: in Cod. Rehd. *et ex iis ea, quae*, cum Edd. S. E. Cam. idque praeferendum existimat Kühnerus. Ego vero eadem motus ratione et supra servavi §. 26: *hoc melius ea* pro *eo melius ea*, et hoc loco servandum existimavi *ex his ea*. Utrique lectioni favent Codd. Gud. Duisb. et Ed. H. ubi est *hiis*. *Mr.*

scriptores Graeciae] Ern. dedit *Graeci* additque in Annott.: „Vulgo *Graeciae*: quod corrigere non dubitavi, cum sic loqui Cicero non soleat. *Graeci* habet MS. Guelf." Accedit ei Cod. Vind. 1. In tanto vero librorum consensu ego, ne Ciceronem ipsum corrigerem, verebar, cum usus Ciceronianus, quo scribere solet *scriptores Graeci*, sit notissimus, nemo igitur facile, si ita antiquitus scriptum fuisset, *Graeciae* intulisset, contra ea proclive fuerit, hunc locum reliquis facili correctione accommodare. *Graeciae* legebat etiam Lactantius l. c. Quod vero ait Nissen. l. c. ad defendendam vulgatam lectionem, *Scriptores Graeciae* eos esse, qui de rebus Graecorum scripserunt, itemque Wolfius in scholis: ea distinctio nihili est, ut iam monuit Ov. „*Graeciae scriptores* sunt, ut *Graeci scriptores*, ii quos Graecia genuit, produxit": quod monet etiam Kühnerus. Neque tamen assentire possum Orellio, saepe *Graeciam* sic pro *Graecis* poni a Cicerone dicenti. Nam quod est supra I. 1. 3. *doctrina Graecia nos — superabat* et 2, 4: *Epaminondas, princeps, meo iudicio, Graeciae*, et qui loci his sunt consimiles, eorum alia est ratio. Eadem esset, si v. c. 1, 1. legeretur *Graeciae literis et doctoribus*, vel in extremo Tusc. capite *in Graeciae conviviis*. Receperunt Ernestianam correctionem Schütz. Wolf. Koel. Bip. Nobb. Pro *ipsi illi* Codd. Vind. 1. Mon. 2. habent *illi ipsi*: quo ordine saepius leguntur ista vocabula apud Ciceronem, quam nostro. Cod. Aug. *prodiderant e coner*. *Mr.*

Maiorum gentium Dii] Ad hunc locum respicit Augustinus C. D. lib. VIII. cap. 5. Maiorum vero gentium Deos quos etiam *Consentes* vocabant, hoc Disticho complexus est Ennius:

Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Iovi', Neptunus, Volcanus, Apollo.

ipsi illi maiorum gentium dii qui habentur, hinc a nobis profecti in caelum reperientur.

Quaere, quorum demonstrantur sepulcra in Graecia: re-

Id exhibent Apuleius de Deo Socr. pag. 667. et Martianus Capella lib. I. pag. 15. *D.*

Maiorum Gentium dii qui habentur] Ad h. l. Guietus in Ed. Oliveti „ita, ait, dixit per metaphoram: nam senatores illi centum, quos legit Romulus, appellati sunt *maiorum gentium*: centum illi, quos legit Tarquinius priscus, *minorum gentium*. Hoc transtulit, ac festive quidem, Cicero ad deos electos et adscriptitios.“ Quod ad h. l. monuit Or., *maiorum gentium deos* iam ante Ciceronem videri appellatos fuisse, quia, si primus ita appellasset eos Cicero, se iocari significaturus fuisset, certe *quasi* addidisset, ut dixit Acadd. II. §. 126: *Cleanthes, qui quasi maiorum est gentium Stoicus*: id mihi secus videtur, ipsumque Ciceronem, facta hac locutione de diis se primum uti, significare quodammodo putaverim verbis *qui habentur*. *Mr.*

hinc a nobis profecti in caelum reperientur] Unus Ox. *hic*. Quod sequitur *a*, omittunt Codd. Marb. Gud. Duisb. Gud. 1. 2. et MS. Reg. ut ait Verb. in marg. Pro *reperientur* est *reperiuntur* in duobus Oxx. Mon. 1. Ed. H., *repperientur* in Cod. Marb.; una Ed. Med. apud Reisk. et nostra Asc. 1. habet *reperiantur*: quod probatur Reiskio, respicienti sine dubio superiora *si vero — coner*. Sed, ut paucis defungar, vide, quae de hoc ipso loco et de eius iusta temporum et modorum consecutione dixerunt Ellendt. in Comm. de Formis Enunciatorum Conditionalium p. 59. (qui confert Acadd. I. 2. 7. *si vero — persequamur — erit* —) Wüllner. Die Bedeutung der Casus und Modi p. 150. *Mr.*

Quaere, quorum demonstrantur sepulcra in Graecia] In MSS. nescio quibus ap. Verb. in marg. itemque in Edd. Asc. 2. Junt. est *Quae quorum*: in Codd. Gud. uno Ox. Ed. Rob. Steph. *Quare quorum*. Camerarius ad h. l. dicit: „Etiam invenio ita scriptum *Quae quorum demonstr.* non sane, ut mihi quidem videtur, inconvenienter.“ Unde, nescio quomodo, Lallemandus hanc fecit notulam: „*Quare, quae quorum*: Ita Camerarii Codd. et nostri. Vulgati omittunt *quae*.“ Quod cum scriberet vir doctissimus, aliud certe egit. Vocem *quorum* omittit Cod. Gud. Quod vero Wolfius (nec vero Ern. ut ait Kühnerus) ex Augustino de Cons. Ev. I. 23. dedit *demonstrentur* pro *demonstrantur* (quod habent Codd. ad unum omnes), id vereor ne cupidius et arripuerit et in scholis defenderit, recte iam ab Orellio reprehensus. Ego paucis dixerim: intelligenda sunt Ciceronis verba ita, quasi dixerit: *ad sepulcra deorum, quae hodieque demonstrantur in Graecia*: neque vero: *inquire, quaenam demonstrentur*. Plane ut in seqq. *reminiscere*, — *quae traduntur* i. e. *reminiscere eorum, quae, ut nosti, traduntur de mysteriis*. Quare etiam fallitur Ern. in annotatione dicens: „ferri posset vulgatum *traduntur*, si et ante fieret *demonstrentur*.“ Ad rem vero haec ex Camerarii Commentario excerpenda visa sunt: „Ut autem de aliis taceamus, Iovis certe sepulcrum Cretenses ostendere solitos [v. Callimachi Hymn. in Iov. v. 8. ibiq. interpr.] et ob hanc etiam causam mendacio infames fuisse accepimus. Et⟨s⟩ aliqui fuisse inscriptionem hanc tradidere: *Μίνωος τοῦ Διὸς τάφος*, et, vetustate obliterato primo nomine, remansisse *τοῦ Διὸς τάφος*. Aliqui Picum fuisse quendam potentem et dominum totius Occidentis, qui Iuppiter cognominaretur. Hunc, cum vixisset annis CXX. tradito regno filio suo Mercurio, mandasse corpus suum humari in insula Creta, quod et factum et ita

miniscere, quoniam es initiatus, quae traduntur mysteriis: tum denique, quam hoc late pateat, intelliges. Sed qui non-

inscriptum esse in monumento: *Ἐνθάδε κεῖται θανὼν Πίκος καὶ Ζεύς.*" Add., quos laudat Or., Iul. Firmicum p. 33. Münt. de Cerere Eleusine sepulta, et Cic. de N. D. III. §. 57. de Mercurii sepulcro. Vid. praeterea Davisium ad Cic. de N. D. locum p. 613. ed. Cr. et nostr. maj. ibiq. laudd., et quae ibidem addidit Creuzerus. In primis autem ej. Symbol. u. Myth. IV. p. 423 — 433. Epitom. nostr. 829 — 832. Demonstrabantur etiam sepulcra Herculis in Oeta et Bacchi Nysae. Pro *sepulcra* Ed. H. habet *sepultura*: pro *in Graecia* Cod. Mon. 2. *ingentia*, qua facta emendatione corrector aliquis mirifice sibi placuisse plausisseque videri possit, nisi forte est vel oculorum vel calami lapsus imperiti alicuius librarii. In Cod. Gud. 2. est *sepulcra quorum demonstrantur*. *Mr.*

quoniam es initiatus] Cod. Aug. *es nuntiatus*. Unus Ox. *quorum es*. Monet Wolfius in scholis *quoniam* esse i. q. *quando quidem*, nec vero confundendum esse cum *quia*, quod hoc loco absurdum foret. Exempla, quae sint argumento, addere putidum sit: ea vel Tursellinus suppeditat p. 835 — 838. Quam beatos vero eos, qui essent initiati, praedicaverit Cicero, vides ex libris de Legg. II. 14. 36. ubi vid. Davis. Wytt. Cr. Turneb. p. 269. 653. ed. nostr. et Cr. Creuzer. annot. ad Orat. de Civitate Athenarum omnis humanitatis parente p. 53. Ed. Lugd. Bat. p. 50. ed. Francof. Ad sententiam verborum *reminiscere, quoniam* etc. vid. etiam K. Voelker. in censura Aglaophami Lobeckiani (Jahn. Jahrbb. 1832. II. 1.) p. 31. *Mr.*

Quorum demonstrantur sepulchra — quae traduntur mysteriis] Vulgo *tradantur*. Liber autem Pithoeanus dabat *mysticis*; de quo sibi disquirendum putavit Gulielmius. Sed non opus est ut in hanc disquisitionem multum temporis absumamus, cum reliqui Codices vulgatam lectionem tueantur, atque ita scripsisse Ciceronem abunde doceant Lactantius Div. Inst. lib. I. cap. 15. et Augustinus de cons. Evang. lib. I. cap. 23. ubi *φῆσις* haec tota laudatur. Hic autem repraesentat, *quorum* demonstrentur *sepulchra — quae* tradantur *mysteriis*; ille vero, *demonstrantur* et *traduntur*: ac ad alterutrum modum Tullii refingenda sunt exemplaria. Adolescentem vero ad mysteria remittit noster, quoniam ea nihil aliud fuere, quam repraesentatio rerum ab iis qui colebantur gestarum, dum in vivis erant. Id patet ex omnibus Apologeticis; maxime quidem ex Firmico de Err. Prof. Rel. pag. 2, seqq. et Clemente Alexandrino in Protr. pag. 10. cuius verba profert etiam Eusebius Pr. Evang. lib. II. cap. 3. Vide et Arnobium lib. V. pagg. 231. 232.

quae traduntur mysteriis] Codd. Rehd. Gud. Duisb. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. Edd. P. A. E. V. M. Ven. nostr. Asc. 1. Rob. Steph. Lambb. Goth. Ald. Sturm. Brut. Boul. HWolf. Leod. Grut. Gron. Oliv. *tradantur*. Reliqui pro Indicativo stant: de quo locutus sum in annot. praeced. Pro *mysteriis* Codd. Gud. et unus Ox. cum Ed. H. *ministeriis*, quod ortum est ex prava quorundam Codd., nostrorum etiam aliquot, scriptione *misteriis*. De locutione *tum denique* vid. nos ad Cic. de Leg. II. 4. p. 178. Pergit Cod. Duisb. cum uno Ox. *quam id late pateat*. Mon. 2. habet *intelligis*. De eo, quod nobis de mysteriis cogitandum sit, et pridem disputaverunt multi (in quibus St. Croix *sur les mystères du paganisme*. II. Tomi. Paris 1817. ed. 2. Ouwaroff *Sur les mystères d'Eleusis* 1816. Paris. Ed. 3. et nuperrime in diversas plane partes abierunt viri, qui per complures annos ei rei operam dederunt. Nostrum certe non est tantas componere lites. *Mr.*

dum ea, quae multis post annis tractari coepissent, physica didicissent, tantum sibi persuaserant, quantum natura admonente cognoverant: rationes et causas rerum non tenebant: visis quibusdam saepe movebantur, iisque maxime

---

Sed qui nondum ea — didicissent] Unus Ox. *Sed numquid.* Pro *nondum* Cod. Marb. *mundum.* Aug. *nundum.* Pronomen demonstrativum quasi per pleonasmum positum, cum ipsum substantivum post propositionem relativam sequatur (*Physica*), saepius a Cicerone ita ponitur v. c. supra 3, 5: *studiosum autem eum qui iis aetate anteibat, Catonem*: quem locum indicavit Wolfius in scholis. Scribitur *tractare* in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. Vind. 2. duobus Oxx. quod non displicet Orellio et Kühnero, quorum ille „Alias, ait, cum infinitivi forma passiva iungit *coeptus sum*, unde haud improbabilis fit Codicis Reg. lectio: hic laudat Ramshornii Gramm. Lat. §. 168. p. 427 sq. Sed sententia videtur adversari: non enim *eosdem* qui physica nondum didicissent, ideoque rerum causas non tenerent, multis post annis ea tractare coepisse dicit; sed ea, quae *illi* nescivissent, *ab aliis* multis post annis tractari esse coepta. Quodsi vero Ciceroni alibi usitatum est dicere v. c. Brut. 67. *minor haberi est coeptus*, nec vero *coepit*, et de Div. II. 2. 7: *quoniam de re publica consuli coepti sumus*, (non *coepimus*: quamquam hoc multi habent libri: vid. ed. nostr. p. 302:) dici tamen nequit activam formam Latinitati officere, et, quod est apud Livium II. 21. 6: *cui — iniuriae fieri coepere*, minus bene dici. Quod vero pro *coepissent* Ern. coniecit *coeperunt*, id si libri exhiberent, non corrigerem: nunc *quae* dictum accipio pro: *cum nimirum (ea)*: ut loco illo notissimo ad Famm. VII. 30: *fuit enim* (Caninius) *mirifica vigilantia, qui suo toto consulatu somnum non viderit.* Pro *physica* scriptum est *fisica* in Cod. Marb. Ad eam vocem commode monet Kühnerus, *Physica* h. e. philosophia vel ea philosophiae pars, quae posterioribus temporibus *metaphysica* vocitata est.“ Mox Vind. 2. *sibi tantum*; unus Ox. *pertuaserunt. Mr.*

quantum natura admonente cognoverant] *Tantum — quantum* est i. q. *tantum modo, non plus, quam —*. V. Ochsner. ad Cic. Eclog. p. 121. coll. p. 187. ed. 3. ibiq. laudd. quibus add. ad Famm. IV. 7. extr. *Gratia tantum possumus, quantum victi.* — Pro *cognoverant* est *cognoverunt* in duobus Codd. Oxx. Gud. Duisb. Marb. Gud. 1. 2. et Reg. Tum Marb. *rationesque et —*. Pro *visis* in Codd. Mon. 1. est *risus. Visa* sunt Graecorum *φαντάσματα*. Macrob. in Somn. Scip. I. 3: *φάντασμα, quod Cicero, quoties opus hoc nomine fuit, visum vocavit. Mr.*

iisque maxime — ii, qui —] *Maxime* abest a Gud. 2. Dav. *hisque — hi.* Sed restituendum erat iustum pronomen, tam saepe in Edd. et Codd. obliteratum, cuius rei causa praecipue est scriptio *hiis* vel HIs. Nobiscum autem faciunt priore loco Codd. Reg. [teste Bouh.] Bern. Mon. 2. Cod. ad marg. Ed. nostrae Asc. 2. Edd. HWolf. FAWolf. Schütz. Orell. posteriore, praeter illos etiam Edd. Car. Steph. Ald. Boul. Gryph. Lambb. Sylb. Cam. Leod. Grut. Gron. Ern. Nobb. *Hiisque* est in Codd. Gud. Duisb. et Ed. H. eadem habet posteriore loco *hii*, ubi Duisb. habet *ei.* Ursinus vero ad h. l. „Scribendum ait, *ut viderentur eis qui*, ita enim est in manuscripto, et ita omnino videtur legendum:“ probat hoc Sylburgius: quod certe mireris. Est etiam *eis* in uno Ox. Sed Rehd. habet *eis hi, qui* et Gud. *eis hii, qui* — ut illud *eis*, perperam ex superiore linea intru-

nocturnis, ut viderentur ii, qui vita excesserant, vivere.
30 Ut porro firmissimum hoc afferri videtur, cur deos esse
b.

sum, in aliquot libris veram lectionem extrusisse videatur. Pro *excesserant* Ed. H. *excesserunt* cum Cod. Mon. 1. *Mr.*

Ut porro firmissimum hoc afferri videtur —] Omnes Codd. et Edd. incipiunt hanc periodum ab *ut*, excepto Lambino, qui correxit *At*, quod probat Ernestus. Bouhierius locum persanatum existimabat corrigens *Et*. Sed neque *At porro* neque *Et porro* Cicero unquam dixit: et, si attendis ad vocis *porro* significationem, quae continuandae orationi vel enarrationi inservit, vides particulam adversativam ei adiungi ita non posse, copulativam plane otiosam esse. Quod vero ad Att. I. 5. legitur *porro autem*, eius loci alia est ratio: ibi nimirum *porro* est i. q. *praeterea*: *autem* vero non est particula adversativa, sed, ut saepissime, continuativa. Brutus ad h. l. „fortasse, ait, legendum *Ut porro — videatur.*" Hier. Wolfius, rarissime ad artem criticam descendens, de nostro loco ita disputat: „Si legitur *Ut porro*, est ἀνανταπόδοτον (id est πρόσασις ἄνευ ἀποδόσεως). Alii legunt *At porro*: quae duae particulae usitate non coniunguntur. Locus hic omnino suspectus est, cum propter salebrosam verborum collocationem, Ciceroni minus frequentem, tum ob connexionem sententiarum minus rotundam. Fortassis autem in causa dubia et difficili de industria caliginem obduxit et tenebras offudit lectori: id quod solere Demosthenem facere notavit Hermogenes. Etsi autem ego nil mutare ausim; facilius tamen intelligetur locus hic, vocibus quibusdam mutatis, hoc modo: *Id porro firmissimum afferri videtur* etc. et postea: *Etsi autem multi de diis prava sentiunt — omnes tamen* etc." Pearcius, repudiatis Lambini et Bouhierii coniecturis, „Mihi quidem, ait, nihil mutandum videtur, si haec possit esse constructio sententiae: *Hoc porro videtur afferri posse ut firmissimum*, id est *tanquam firmissimum.*" Sed utrum haec possit esse constructio, id ipsum admodum dubium est. Davisius in Ed. 2. haec, quae postea silentio pressit: „Cum nihil sit in sequentibus, quod similitudinis particulae (*ut*) respondeat, tota ῥῆσις ad hunc modum legenda videtur et distinguenda: *Ut porro — — imbuerit; (multi — — arbitrantur) nec vero id collocutio hominum aut consensus efficit, non institutis opinio est confirmata, non legibus: omni item in re consensio omnium gentium lex naturae putanda est.* — Causa, quae facit, ut locum mendi suspectum habeam, Lambinum quoque, credo, in eandem suspicionem duxit; is enim ea propter, uti reor, edidit, *at porro firmissimum.* Sed adversantur MSSti, et orationem, nisi fallor melius connectit ea, quam dixi, ratio." Nissen. ad h. l. „Ea, ait, quae illi *ut* respondent, sequuntur in his: *quis est igitur* cet. Sed ordo grammaticus parenthesi: *Multi de diis — lex naturae putanda est* periit; quod mirum non est in Dialogis, ut mutila relinquantur, quae per se possint explicari. *Quis est igitur* i. e. ita communis opinio, quod eum, quem dileximus, vitae commodis privatum arbitramur, idque sentire, luctum pro mortuis effecit. In hunc modum haec cap. 16. in. disponuntur: *sed ut deos — — consensu nationum omnium.*" FA. Wolfius in scholis: „Anacoluthon est, ita intelligendum: sicuti esse deos eo argumento probare solemus firmissimo, quod in ea opinione omnes gentes consentiant: ita, hominum animos esse immortales, eo potissimum argumento evincere possumus, quod omnes lugent mortuos, utpote vitae commodis privatos idque sentientes. Apodosis incipit a verbis: *quis est igitur.*" In eandem sententiam disputat Kühnerus, arti scriptoris tribuens hoc ἀνακόλουθον. Ad sententiam con-

credamus, quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio: — multi de diis prava sentiunt: (id enim vitioso more effici solet:) omnes tamen esse vim et naturam divinam arbitran-

---

fert de Legg. I. 8. et suum de Ciceronis Philosophia librum p. 182. itemque nostrum librum infr. 16. 36: *Sed ut deos esse natura opinamur; — sic permanere animos arbitramur consensu nationum omnium.* Ad verba *καρενθέτως* interposita (*multi — putanda est*) ea iccirco a Tullio videri inserta dicit, ut ad id, quod facile quispiam contra dicere posset, responderet. Atque in hac quidem Wolfii et Kühneri sententia acquiescendum videtur. Eadem etiam est sententia Buggii l. c. p. 16 sq. Kritzii l. c. p. 96. Ad sententiam adde locos, quos collegit Mahnius V. Cl. ad Wyttenbachii Lectiones p. 125 — 127. Praeterea de N. D. I. 16. 43. I. 17. 44. Nicolai Methonensis Anecdoton II. ed. Voemel. p. 17. ibiq. laud. (Francof. 1826.) Aelian. V. H. II. 31. Iam vid. etiam sententiam Censoris Ed. Kühn. Lipsiensis 1831. 199. p. 1591. quam hic apponere longum est. *Mr.*

firmissimum hoc afferri videtur] Cod. Rehd. *asserere*, sed supra lin. *afferri*. Illud etiam Vind. 1. in marg. habet. Mon. 2. *afferre*, cum uno Ox.; alius Ox. et Aug. *asseri:* ubi agnoscis glossam vel correctionem eius, qui nesciret *afferre* ita absolute poni. Sed ita noster infra I. 29: *cur credam, afferre possum*, sc. argumenta vel rationem. Vid. Ochsner. ad Cic. Eclog. p. 22. ed. tert. Unus Ox. habet *videretur*. Quod volebat Brutus, *videatur*, habent Ed. Ven. Alteri in marg. Edd. A. B. S. E. Med. idque se probare dicebat etiam Fr. Fabr., ita tamen, ut forsitan legendum: *Cui porro non firmissimum hoc afferri argumentum videatur — opinio, quamquam multi —*. Hoc vero est Ciceronem corrigere. Post *cur deos esse* omissa sunt in Cod. Marb. verba *credamus — mentem non*. Marg. Crat. habet *credatur*. *Mr.*

quod nulla gens tam fera etc.] „*Nemo hominum* habet antiquus liber, pro *omnium*, et ita paullo post *et religione hominum consecrata* pro *omnium.*“ *Ursinus.* — Est etiam *hominum* in Codd. Rehd. et quatuor Oxx. marg. Lambb. et Goth. *horum* in Cod. Gud. quod ortum est ex compendio vocis *hominum*. *Mr.*

cuius mentem non imbuerit deorum opinio] Scribitur *opinio deorum* in Cod. Mon. 2. De locutione *deorum opinio* v. Wüllner. üb. d. Casus u. Modi p. 65. Similiter noster de N. D. I. 12. 29. *Empedocles — in deorum opinione turpissime labitur.* — „*Deorum opinio*, ait I. Pagninus, est *persuasio de diis.*“ Cf. de Or. I. 27. extr. *opinio tarditatis:* de Off. II. 11. 39: *etiam solitario homini opinio iustitiae necessaria est:* ubi vid. C. Beier. T. II. p. 77. et in primis Heusinger. p. 451. Aliter locutus est de N. D. III. 4. 11. *opinio de diis immortalibus et omnium est et quotidie crescit:* ubi vides causam Genitivi non positi. *Mr.*

Multi de Diis prava sentiunt,] Bouhierius, cum in uno Leid. reperisset *de his*, quod habet etiam unus Ox., nimis cupide pravam eam scriptionem amplexus est: nimirum ne tam saepe deorum nomen repetatur: parum cogitans tum certe *iis* scribendum fuisse. Sed vide de hac ipsa iteratione disputantem Goerenz. ad de Legg. II. 16. 41. p. 167. Ad sententiam cf. Creuzer. ad Cic. de N. D. I. 16. p. 72. ed. Cr. et nostr. maj. — Pro *prava* unus Ox. *pura*. *Mr.*

(id enim vitioso more effici solet)] Cod. Reg. pro *id enim* habet *idem*, ex male lecto compendio. Quod vero Garatonius hunc locum laudans ad Cic. pro Milon. 31. p. 290 sq. ed. Orell. scripsit *id autem*: calami lapsus esse videtur. Cod. Rehd. pro *more* habet *in ore*,

tur: nec vero id collocutio hominum aut consensus effecit, non institutis opinio est confirmata, non legibus: omni autem in re consensio omnium gentium lex naturae putanda est: quis est igitur, qui suorum mortem primum non eo lugeat, quod eos orbatos vitae commodis arbitretur? Tolle hanc opinionem; luctum sustuleris. Nemo enim maeret suo

---

frequentissima permutatione. Cf. infr. c. 49. prc. Mox unus Ox. omittit *divinam*. Pro *nec* Ed. H. *neque*. Pergit Rehd. *vero id effecit*. Pro hoc verbi tempore plerique habent *efficit*: sed *effecit* est in Codd. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 2. uno Ox. Ed. vet. Bouh. unde receperunt Ern. Wolf. Schz. Orell. Nobb. Cod. Aug. paullo superius *esse arbitrabantur*. *Mr.*

aut consensus] Bouh. postquam, *consensum* hominum id non effecisse, a Cicerone dici posse negavit, quia hoc contradicere videatur iis, quae posuit de N. D. I. 17. (*ad unum omnium firma manet consensio — esse deos*); et infra c. 15. (*omnium consensus naturae vox est*): primum viri alicuius docti coniecturam profert *at consensus*; deinde suam (quae postea etiam Nissenio in mentem venit) commendat: *Nec vero id collocutio hominum aut consessus effecit. Non institutis* etc. laudatque Aristotel. Rhet. I. 13. [p. 49. Sylb.] ἔστι γὰρ, ὃ μαντεύονταί τι πάντες, φύσει κοινὸν δίκαιον καὶ ἄδικον, κἂν μηδεμία κοινωνία πρὸς ἀλλήλους ᾖ μηδὲ συνθήκη. — Hanc respiciens sine dubio coniecturam Anonymus apud Olivetum ita ad h. l. scripsit: „*Consensus* ex collocutione. Ita *sentiunt* omnes, inquit Petrus Victorius, quamvis consensio nulla hominum intercesserit, neque ita inter se ipsi pepigerint. Itaque *consensus* hic est pactio et, ut iuris periti vulgo loquuntur, *conventio*." In eandem sententiam disputat Kühnerus, addens aliam h. l. vim habere eam vocem atque infra c. 15. 35. h. l. esse i. q. συνθήκη. Merito Orellius Bouhierii coniecturam dixit miram. Ceterum vide, quae nos de vv. *consessus* et *concessus* monuimus ad Cic. de Rep. I. 33. p. 133. et ad de Legg. II. 513. p. 185. ubi vero col. a. l. g. ab ult. leg. *praeponendum*, et col. b. l. 12. *consessu*. *Mr.*

omni autem in re etc.) Cod. Marb. *omni autem iure:* quod si correctoris est, is sibi Ciceronem loqui docens mire placuisse potest videri. Ad rem vid. Hug. Grot. de Verit. Rel. Christ. I. §. 2. p. 4. ed. Cleric. Amst. 1709. et quos laudavimus ad initium huius periodi. Cod. Aug. habet: *lex nata reputanda est*. *Mr.*

Tolle hanc opinionem] De hoc Imperativo v. Wüllner. l. c. p. 150. Pro *sustuleris* Cod. Mon. 1. *stulerit*. Ed. H. *substuleris*. In praec. Gud. 2. *collugeat* pro *eo lugeat*. *Mr.*

Nemo enim maeret suo incommodo.] Ita libri ad unum fere omnes. Unus tantum Ox. *nisi suo incommodo*. Gud. *sine incommodo*. In utroque agnoscis manum correctoris, qui sententiam lectionis vulgatae a mente et sententia Ciceronis abhorrere existimaret. Et habet certe nonnihil dubitationis. Nissen l. c. p. 11. interpretatione difficultatem amovere studuit dicens: i. e. nemo enim, qui suorum mortem luget, propterea, quod ex ea sibi incommodi quid enascatur, maeret. Nam ob suum incommodum fieri potest, ut doleat iacturam morte suorum factam, ut metu futuri temporis angatur, quod is, in quo auxilium sit ipsi, sibi ereptus sit; sed illa lugubris lamentatio non ad *se* [sic], sed ad mortuos pertinet." Kühnerus ita sententias connexas vult: „Omnibus hominibus de animorum immortalitate persuasum est. Id apparet ex eo, quod in omnibus gentibus nemo reperitur, qui suorum mortem non eo lugeat, quod

incommodo. Dolent fortasse et anguntur: sed illa lugubris lamentatio fletusque maerens ex eo est, quod eum, quem dileximus, vitae commodis privatum arbitramur, idque sentire. Atque hoc ita sentimus natura duce, nulla ratione nullaque doctrina.

---

eos orbatos vitae commodis arbitretur. Credunt igitur homines, amissorum vitae commodorum sensum ad defunctos pertinere, atque adeo animos post mortem permanere. Quae opinio nisi in hominum animis haereret, ob defunctos maximum illum luctum non susciperent.“ Idem ad sententiam verborum *maerendi* et *dolendi* laudat Epp. ad Att. XII. 28. infr. IV. 8. 18. Forcellin. s. v. *moeror* et *dolor*. Aug. Grotefend. Comm. z. d. Material. VIII. 2. 1. p. 184. Billerbeckium non moramur, qui nonnisi dimidiam annotationis Nissenii partem descripsit. Orellius ita: „Quodsi non statuas mortuos vitae commodis orbatos [idque sentire], maeror aberit. Maeror enim semper ad alios spectat, quos maeremus: nec vero eum, qui suo incommodo dolet, Latine recte dixeris *maerere*, sed *dolere* tantum vel *angi*.“ Et hoc quidem satis placet animumque fere explet; quamquam non nego, mihi quoque aliquando de vera lectione loci dubia esse suborta. Et emendare eum iam studuit M. Weberus in Prolusione De intempestiva ac nimia lectionis emendandae cura (Witeb. 1783.) p. 8 sqq. denuo recusa in ej. Symbolis ad Gramm. et Crit. Lat. p. 197 sqq. corrigens *suorum commodo*. Ego vero conieceram *suo in commodo* (maeret): ut dixit noster c. 21. huius libri: *gloriari in eo*; vel: *suorum in commodo*. Sed nihil muto. Iam vid. quae de hoc loco fusius disputavimus in Symboll. Critt. ad Cic. Specim. III. cap. 2. p. 6. 7. *Mr.*

Dolent fortasse] „Cur *fortasse* in re minime dubia? Credo esse vitiosum: correctionem probabilem nec ipse reperi, nec alii destituentibus libris.“ *Ern.* Sed recte Orell. ita sententiam utpote simplicissimam explicat: Quodsi forte aliquis parum fortis ac sapiens, neque fortunae ludibria contemnere edoctus, suo contristatur incommodo, tum *dolere* et *angi* eum recte dixeris, *maerere* non item. De constructione horum verborum vid. Gernhard. ad Lael. IV. 14. p. 36. — Pro *lamentatio* marg. Goth. Lambb. et Verb. habent: al. *eiulatio*. Quinam vero sint hi alii, in omnium librorum nostrorum consensu dicere non possum. Post *dileximus* in Cod. Marb., oculo scribae aberrante ad sequentia, intrusa sunt verba *natura duce*, itemque in uno Ox. eaque lectio in altero Ox. vocem *vitae* extrusit. Verba *idque sentire* desunt in Codd. Vind. 2. et uno Ox. Neque vero supervacanea sunt, sed commode explent sententiam. Vid. Goerenz. ad Acadd. II. 10. 32. p. 64. Verb. in marg. ait unum Cod. exhibere *commodo* pro *commodis*. *Mr.*

Atque hoc] Sic recte Bak. Vulgo *haec*. *D.*

Atque hoc] Ita dederunt etiam FAWolf. Orell. (quibus assentit Buggius l. c. p. 17.) et exhibent Codd. Rehd. Gud. Bern. (a pr. m.) unus Ox. et Ed. H. Eam etiam scriptionem, laudans locum nostrum, praetulisse videtur Ochsner. ad Cic. Ecl. p. 343. Scribitur *sentimus ita* in Codd. Rehd. Vind. 2. Ed. H. Ad v. *ratione et doctrina* vid. Wyttenb. ad Cic. de N. D. p. 718. ed. Cr. et nostr. maj. Add. locos, quos Ochsnerus laudat l. c. nimirum de Off. I. 26. 90. de Finn. I. 9. 30. ubi v. Goerenz. p. 40. Add. Plexiaci Lexicon Philosophicum (Ciceronianum) p. 45 sq. *Mr.*

c. 14. *argumentum est, naturam — iudicare, quod — sunt*] Hanc

14 31 **Maximum vero argumentum est, naturam ipsam de immortalitate animorum tacitam iudicare, quod omnibus curae sunt, et maximae quidem, quae post mortem futura sint. *Serit arbores, quae alteri saeculo prosint*, ut ait ille**

---

constructionem explicat Doeleckius in Dtsch. Lat. Schulgramm. p. 202. — Unus Ox. habet *mortalitate*. Pro *tacitam* unus Ox. *tacite*: quod est correctoris. In Cod. Vind. I. post *curae sunt* additur *eorum*. Credebat nimirum librarius *curae* esse Nom. Plur. ideoque Ciceronem ita loqui docuit: *mihi sunt curae alicuius rei*. Eleganter scilicet. Cod. Aug. habet *cure sit eorum maxime*. *Mr.*

Curae sunt, et maxumae *quidem*] Vulgo *maxume*: sed edidi *maximae*, iubente sensu; quod et Fr. Fabricium priorem vidisse video. Cicero ad Quintum fratrem II, 14. Maximae *vero mihi* curae *erit*, Sic alibi passim. Vide de Amic. cap. XII. et Livium X, 25. *D.*

et maximae quidem] Minus bene Ern. cum Grut. servavit *maxime* itemque Verb. Oliv. Lall. et Bip. quamquam iam Lamb. correxit et Fr. Fabr. ad h. l. scripsit: „*Maximae* legendum, non *maxime*. Est enim correctio [ἐπανόρθωσις] verbi ex comparatione maiori. Et habent *maximae* Codd. Gud. I. Gud. Duisb. Rehd. Edd. Man. Ald. Sturm. HWolf. Asc. I. H. Car. Steph. Gryph. et post Davisium FAWolf. Schz. Nobb. Orell. Vid. praeter locum a Davisio allatum, etiam ad Famm. X. 1: *Itaque mihi maximae curae est* etc. ubi item Ciceroniani usus ignoratio et scriptio medii aevi *e* pro *ae* in Cod. Med. Ed. Vict. Rob. Steph. et Beng. peperit lectionem *maxime*, itemque aliorum (quam non annotavit Orellius) correctionem *maxima cura*, ut habent Edd. Cort. Funcc. et iam dudum Edd. Car. Steph. Ald. Paris. 1537. Quod vero ait Morgenstern. l. c. p. IX. Ciceronem non dicere *hoc mihi magis* vel *minus curae est*, sed potius *hoc mihi maioris* (*minoris*) *curae*: id, opinor, noluit scribere: ita enim Cicero nunquam dixit. *Mihi maiori curae est* legitur in Or. ad Quir. post Red. 9. 12; *magnae curae sibi fore*, in Verr. Act. II. L. IV. 33. 73; *summae curae esse*, ad Att. I. 1. prc. *Quidem* omittit Mon. 2. *Mr.*

quae post mortem futura sint] „Edd. Iuntae etc. *sunt*. Fortasse rectius." *Ern.* Ita nimirum Codd. Rehd. Duisb. unus Ox. Edd. C. V. Asc. 2. [sed in marg. docta manus correxit *sint*] Rob. Steph. Cam. HWolf. Nec vero debebat placere Ernesto Indicativus: non enim curae esse hominibus ait ea, quae futura sunt: sed curae sunt iis, quae futura esse vel sperant, vel volunt, vel metuunt. Ad sententiam convenit Plin. H. N. VII. 1: *uni animantium luctus est datus — uni immensa vivendi cupido, uni superstitio, uni sepulturae cura, atque etiam post se de futuro*: ubi cf. Harduin. p. 370. De versu, qui sequitur, vid. Spengelii Editionem Fragmm. Caecilii Statii (4. Monac. 1829.) Synepheb. Frgm. 2. eiusque censuram in Allg. Schulztg. 1832. 10. p. 77. a F. Osanno scriptam. *Mr.*

Serit arbores, quae alteri saeculo prosint] Hermannus (Lpz. Lztg. 1819. p. 171.) haec verba ita in versus formam redegit, ut sint Cretici:

— — — — — — *serit*
Árbores, quae álteri sáeculo prósient:

et ita ea exhibent Nobbius h. l. et Billerbeck. itemque Otto in Ed. Catonis maj. ubi comparent eadem cap. VII. 24. ibique re vera margo Cod. Reg. habet *prosient*. Grotefendius autem apud Billerbeck. Iambicum esse ait Senarium ita restituendum:

Serit árbores, quae prósint seculo álteri,

in Synephebis: quid spectans, nisi etiam postera saecula ad

---

vel potius: *quae séclo prosint álteri.* — *Secum* enim non dici per syncopen pro *seculum*: sed primam illam esse formam, a *secus* (*sego*, ? *τέκω*) ducendam, unde Ciceronis demum aetate trisyllabum factum sit: — *culum* esse Deminutivorum terminationem, — *clum* eorum Nominum, quae fiant ex Supinis. — In aliam plane sententiam de v. *saeculum* disputavit Grotefendius in Orthogr. §. 129. ubi scriptionem omnium numismatum et lapidum (*saeculum*) firmari dicit Graeco *αἰών*, unde *saeculum* aeque atque *aevum* ducendum sit. Orellius ad Scholas FAWolfii violentius hoc actum esse existimans, si transponendis verbis versus extorqueatur; qui, ut fortasse sit poetae, a Cicerone ipso vel casu vel consulto disiici potuerit: Ceterum inscriptiones fere omne exhibere SAECVLVM: sibi vero semper hanc vocem, quamvis per *ae* scribatur, a *secus* ducendam esse visam. Nuperrime etiam Spengelius in Fragmm. Statii (Monac. 1829.) p. 50. Iambicum postulari h. l. dixit: *Serit arbores, quae seclo prosint alteri*, vel potius antique *altero*. Ego omnium librorum auctoritatem relinquere religioni duxi. Alterutrum si eligendum sit, malim certe minima mutatione scribere *prosient*. Sed huc transferri potest ipsius Spengelii sententia ad Statii versus alios, qui sunt de N. D. I. 6. 13. dicentis l. c. p. 50: „e nexu, quae apud Caecilium erant, solvit Cicero et in usum suum vertit, ut, qui versus inde effingere velit, audacior esse videatur.“ V. nunc etiam Grauert. in Iahnii et Seebodii Annall. Philoll. 1821. I. 4. p. 391. *Mr.*

Ut ait Statius *in Synephebis*] Ne minime quidem dubitari potest, quin Caecilius Statius huiusce fabulae sit auctor. In Msstis tamen plurimis legitur *Ennius in Synephebis:* in Reg. et aliis Poetae nomen prorsus omittitur. Haec cum ita sint, repono, *ut ait in Synephebis*. Vide nos ad lib. I. N. D. cap. 6. *D.*

ut ait ille in Synephebis] Recipienda fuit coniectura *ille*, quam firmat Cod. noster Aug. a I. Gebhardo primum, nec vero a FAWolfio, prolata. Ita enim ille: „Pall. quatuor et Pithoei omnes clare ad oculum *Ennius*. Ceterum optimi duo libri Pal. quart. et Fabr. omnino abdicant. et videtur eiiciendum; modo revoces provocabulum *Ille* aut tale quid: aut referas ad sequens *agricola*.“ Posterius quidem fieri nequit, quare nec cum Davisio facere possumus. Plane abest nomen a Codd. Reg. Bern. (a pr. m.) uno Ox. Duisb. *Statius* est in octo Oxx. Vind. 1. Gud. Edd. B. S. E. C. V. M. L. Cam. Goth. Asc. 1. 2. Rob. et Car. Steph. HWolf. Ald. Sturm. Junt. Sylb. Gryph. Boul. Grut. Gron. Dav. Ern. Verb. *Ennius* habent Codd. Rehd. Mon. 1. 2. Bern. (ex corr.) Marb. Vind. 2. Edd. P. A. Ven. nostr. *Ille* receperunt post Wolf. Schützius et Orell. Nomen Statii uncinis inclusit Nobbius Ed. An. *ut ait in.* Morgensternius ad h. l. postquam de differentia nominum in Codd. et de scriptore Synepheborum locutus est, ita pergit: „Ubi maior aliqua versatur varietas, de utriusque lectionis veritate dubitare licebit. Scilicet quod saepissime alias fit apud Ciceronem, sicubi versus aliquis laudatur, ut pronomen *ille* adhibeatur de persona aliqua, id etiam h. l. statuendum videtur. Atque si ita scripsit Cicero, tale Pronomen quasi allicit et ducit post se facillime glossema aliquod. Sequuntur haec: *quid spectans, nisi etiam postera saecula ad se pertinere?* Dicit *ad se*. An igitur poëta illud spectavit? Nullo modo hoc ferri potest. Igitur vel hac de causa coniectura quamvis audax adamari debet. De Nat. Deor. I. 6. simillimum quid factum est, ad quem locum conf. Wolfium ipsum in Analectis Literariis II. p. 303. At exspectabas: *Sero arbores* etc.

se pertinere? Ergo arbores seret diligens agricola, quarum aspiciet bacam ipse nunquam: vir magnus leges, instituta, rem publicam non seret? Quid procreatio liberorum, quid

---

Ille, qui in Synephebis illud dixit, haud dubie ita dixerat. Sed hic versus statim paene in proverbium abierat. Hinc *Serit* etc. „In nomine fabulae varie peccari nemo dubitabit. Bern. *Syniphebis*. Marb. Mon. 1. 2. *Sinephebis* etc. Pergit Gud. *quod specularis*. De Statio poëta vid. G. J. Vossium de Poetis Lat. p. 56. Lil. Gyrald. de Poët. Hist. VIII. p. 416 sq. ed. Jens. Lugd. Bat. 1696. f. m. et nunc Spengel. in Fragmm. Statii, quae supra laudavimus. Pro *postera* unus Ox. habet *altera*. *Mr.*

Leges, instituta, Remp. non seret?] Veteres editi, pluresque Mssti neglecta interrogationis nota dant *conseret*. At Ursino placet, *ergo arbores seret diligens Agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam: vir magnus leges, instituta,* quae deseret. Qua quidem coniectura nihil vidi futilius, mirorque virum doctum tam coactam hariolationem, optimam iudicasse; cum Lambinus vulgatam lectionem, quae elegans est et Cicerone digna, ex suis Codicibus iam protulerat; quibuscum faciunt Eliens. primus et Pall. tres. Quint. autem, Eliens. sec. et Balliol. *Reip. non seret? D.*

Ergo arbores seret — non seret?] Praeter necessitatem et sine omni auctoritate [nam motum eum virum esse scriptione unius Cod. Ox. non credo] FAWolfius dedit *arbores serit;* nec praeeunte Bouhierio, ut ait Or. in annot. Ille enim loquitur de altero *seret,* quamvis loqui videatur de priore. Merito vero improbatur illud *serit* a Goerenzio ad de Finn. II. 23. 110. p. 286. et a Kühnero; sine causa receptum est a Schützio et Nobbio. Nihil vero egit C. Beierus ad de Off. I. 31. p. 245. Goerenzium reprehendens, futurum h. l. restitui jubentem, quod, contradicentibus omnibus libris neque postulante Grammatica, suo prorsus arbitratu (nisi forte invito excidit,) mutaverat Wolfius. Sciebat certe vir summus, Futurum tum saepissime in praeceptis philosophorum poni, cum dicunt, quid, hac vel illa re incidente, is facturus sit, qui recte agere velit i. e. quid ei faciendum sit. Unde Graecorum more frequentissimae eiusmodi formulae praesertim Stoicorum: *ad rem publicam accedet vir sapiens: uxorem ducet:* etc. quae sunt id genus alia. Quod vero hoc loco agricola opponitur viro magno, rem ipsam non mutat. Vult enim: sicut agricola, si diligens est, hoc *faciet*: ita vir in re publica versans, si est, qualis esse debet, *faciet* illud. *Bacam* scripsi cum optimis libris, consentiente Grotefend. Orthogr. §. 142: alii *baccam* vel *bacham* vel *baccham*. Vocem *leges* omittit Cod. Gud. Ursini coniecturam merito exagitavit Davisius: illud addo, Ursinum pro *conseret,* quod est in plerisque, in uno reperisse *condet,* quod rectius aliquanto vulgatâ existimabat, sed non plene satisfacere. Idque cum recte sensisset, in pessimam inde delapsus est coniecturam. Nec vero Lambinus verae lectionis *non seret* sive auctor sive primus suasor exstitit, sed P. Manutius, qui ita ad h. l.: „Si est, ut videtur, argumentum a minori, dubitari non licet, quin Cicero scripserit *non seret?* mutatio quidem in literis fere nulla, et sententia quasi iacens excitatur, ab interrogante enuntiata. Eiusdem generis illud: *Ergo miles facere poterit, doctus vir sapienseque non poterit?* Et: *An Scythes Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere, nostrates philosophi non potuerunt?* Et alibi saepe.“ Lamb. vero ita: „*non seret?* legendum, non, ut in libb. vulgg. *conseret*. *Non seret* enim habent omnes libb. vett., quos vidi, cum interrogationis nota, praeterea aliquot

propagatio nominis, quid adoptationes filiorum, quid testamentorum diligentia, quid ipsa sepulcrorum monumenta, quid elogia significant, nisi nos futura etiam cogitare? Quid 32. p. 155. a.

libri eiusdem notae *instituta, rempub.* ubi vulgg. habent *instituta reip.* quod probo." Brutus ad vulgatam redire maluit. Sylburgius, et Ursini et Lambini lectione prolata, nihil iudicii addidit. Bouhierius ex variarum lectionum copia hanc elegit haud felicissime: *Ergo arbores serit — nunquam. Vir magnus leges, instituta reip. conserit.* Gebh. *non seret* reperit in quatuor Codd. Palat. nos in Bern. Vind. 2. et in marg. Asc. 2. ex MS. praeterea receptum est a Grut. Verb. Dav. Gron. Ern. Bip. Oliv. Koel. Wolf. Schz. Or. Nobb. ex vett. a Fr. Fabr. HWolf. *Non serit* est in Ed. Erasmi. *Conserit* habent duo Oxx. Edd. A. B. S. Ven. Alt. et nostr. Asc. 1. 2. Cam. Junt. Med.; reliqui *conseret*, nisi quod unus Ox. habet cum Aug. *remp. conservat.* — *Rei publ.* est in duobus Oxx., *rerum* in Cod. Gud. Reiskio placuisse sive *conserit* sive *conseret* (addit enim: *conserere remp.* est κοσμεῖν, συνείρειν, velut conflare, dissitas eius partes in ordinem redigere:) mireris certe. Recte iam pridem post eos, quos supra laudavi, Franc. Fabricius: „habet maiorem vim lectio *non seret*, per interrogationem et collationem minorum enuntiata, quam si absque interrogatione legas *conseret*, ut est in nostro MS. in quo parium collatio inest." Davisius hunc nostrum locum adhibuit Ciceroni de Legg. I. 6. 20. p. 51. ed. nostr. et Cr. ubi legitur *serendi etiam mores.* — In proximis Cod. D. habet *procurationes. Mr.*

Adoptationes *filiorum*] Sic Reg. Eliens. sec. tert. Bak. et a prima manu Petrensis. Sallustius Iugurth. cap. XI. *Ipsum illum tribus proxumis annis* adoptatione *in regnum pervenisse.* Agellius lib. V. cap. 19. *Quod per praetorem fit,* adoptatio *dicitur.* Sic etiam loquitur Tertullianus ad Nat. lib. II. cap. 1. Vulgo *adoptiones:* sed nos verbum, quod in usu rarius est, revocandum censuimus. *D.*

quid adoptationes] Lectionem *adoptationes* ex Cod. Reg. duobus Leidensibus et Ed. sua vetere sibi cum Dav. recipiendam visam esse ait Bouhierius. Habent eam praeterea unus Ox. Gud. 1. Vind. 2. Bern. Duisb. et post Dav. Edd. Wolf. Or. Morgensternius ad h. l. p. IX. „a verbo, ait, *adoptandi* facile procedit *adoptatio.* Alia exempla afferri possunt, ubi sola usurpatur formula huic similis: ut *afflictatio* a verbo *afflictare* apud Ciceronem legitur, non *afflictio.* Etiam apud Sallustium, qui plerumque servat antiquiorem formulam, est illud *adoptatio* Iugurth. XI. 6. ubi conf. Cortii annot. p. 455. [qui item probat, in Sallustio certe, *adoptatio.*] et nunc Kritz. p. 59 sq. Ceterum de eius vocis usu iam dudum lis fuit inter viros Grammaticos, ad quos lectores amandamus brevitatis causa: vid. igitur G. J. Vossii de Vitiis Sermonis L. III. c. 1. p. 365. ed. Frcf. p. 351. ed. Elzev. Ol. Borrichii Cogitatt. de Variis L. L. aetatibus p. 39. Güntheri Latinit. Restit. P. I. p. 17. Cellar. Curae Poster. p. 155. J. Ker. Obss. de L. L. Lib. I. s. v. *adoptio.* Noltenii Lex. Antibarb. p. 794. C. G. Schwarz. ad Plin. Paneg. p. 9. 582 sq. 593. Forcellin. in Lex. s. v. p. 71. ed. Schneeb. Orellius in annot. ad Wolfii scholas saepe dubium esse ait, utrum eiusmodi formae rariores ipsis scriptoribus debeantur, an Philologis Italis, qui seculo XIV. et XV. saepe eiusmodi delicias vel ἅπαξ λεγόμενα ex Grammaticis in Codd. scriptorum veterum intulerunt. Ad *testamentorum diligentia* annotat J. Pagninus: i. e. diligens illa, quae in testamentis faciendis adhiberi solet, cautio. *Mr.*

Sepulchrorum monumenta, quid elogia significant] Reg. et Eliens. tert. antepenultima voce praetermissa, dant *sepulchrorum monumenta*

illud! num dubitas, quin specimen naturae capi deceat ex

---

elogia significant. Forsan Cicero scripsit, *sepulchrorum monumenta et elogia significant. D.*

sepulcrorum monumenta, quid elogia] Vocem *quid* ante *elogia* omittunt etiam Codd. Marb. Mon. 2. Gud. 1. 2. unus Ox. Pro *elogia* est *eulogia* in sex. Oxx. Gud. Mon. 1. Aug. Vind. 1. Edd. P. Ju., *eclogia* in Lamb. in marg. Lambb. Goth. et Verb. dicitur esse etiam *ellogia* in aliis libris. De eo quid sit *elogium* locutus sum in Symbb. Critt. ad Cic. Spec. II. p. 9 sq. ubi vid. laudd. quibus adde Mahnii Epicrisin Censurr. Bibl. Crit. p. 43. Bergman. ad Ruhnken. Opuscc. II. p. 1021. N. Bach: über d. Urspr. u. d. Bedeutung d. eleg. Poesie b. d. Griechen; in Allg. Schulztg. 1829. II. 134. pag. 1097—1099. Orellius Lambini scriptionem *eclogium* significare videri ait, illum virum eam vocem a Graeca *ἐκλογεῖον* duxisse, quae nihili est: neque certius eam duci ab *ἐλλόγιον*. Sibi quidem haud absurdam videri suspicionem, iam veteres Latinos e bellis in Magna Graecia gestis vocabulum *ἐλεγεῖον* paullulum immutatum, vel potius corruptum, domum retulisse, cum Graecorum quidem *elogia* plerumque fuerint disticha elegiaca. *Mr.*

nisi nos futura etiam cogitare] Unus Cod. Vind. 2. et Ed. Dav. habent inverso ordine *etiam futura*, quod in scholis praefert FAWolfius. Sed recte monet Or. cum *etiam* ad totam pertineat propositionem, non minus bene poni vulgato ordine. Et mihi quidem vulgatus, si tamen serves iustum, melior videtur. Post haec praetulit Davisius distinctionem *Quid? illud num dubitas* — vulgatae: *Quid illud? num dubitas.* — Ita noster ad Famm. V. 20. post med. *Illud cave dubites, quin ego omnia faciam.* — Pro *num* esse dicit Verb. in MS. nescio quo, *non*; quod habet Aug. Unus Ox. habet *quid num*, alter omittit *num*. tertius *naturae*. Quid sit *specimen naturae*, non satis commode explicat Nissen., dicens esse *vim naturae*, quemadmodum est infr. 15, 35: recte Kühnerus: „Exemplum (*Muster*) cuiusque rei capi debet ex iis, quae optima sunt in quaque re: — ergo ex optima hominum natura optimum de animorum immortalitate duci potest argumentum.“ Vid. Creuzer. ad Cic. de Legg. III. 3. 10. p. 391. ed. nostr. et Cr. Cic. de N. D. III. 32. 80. Unus Ox. omittit *quin*. *Mr.*

Capi debeat] Ita Lambinus, quem, codicibus licet invitis, sum secutus. Vulgo *deceat*, quod respuit Latini sermonis ratio. *D.*

capi deceat] Hanc contra Davisium defendit scriptionem Wopkensius Lectt. Tull. p. 71. ed. Hand. laudans de Legg. II. 3: *et fieri sic decet* et c. 7: *hunc hominem — numerari qui decet?* Virg. Aen. XII. 797: *decuit violari vulnere divum.* Terent. prol. Andr. *contaminari non decere fabulas.* Symmach. Epp. III. 67. de Finn. IV. 11. Tusc. II. 3. Eandem varietatem deprehendi ait Handius Parad. II. 19. de Senect. 23, 84: priore loco a Goerenzio non videri iustum verbi *decere* patrocinium susceptum (*quidquid est laudabile, — expetendum videri debet:*). „*Decere*, pergit, non pro *debere* dicitur, sed de re congrua et apta etc. Discrimen patet in Cic. de Legg. I. 8. 24, ubi opponuntur, *qualem deum haberi deceat et deum haberi debeat* [voluit, credo, Handius: *deus haberi debeat*], quod inest in verbis *habendum sciat.*“ Buhlerius quoque contra Davisium laudat Virg. Aen. V. 384. Ovid. ex Ponto I. 6. 20: itemque Nissen. l. c. commode: „Parum bene Lamb. Dav. Ern. [nam hic quoque Lambino se applicavit] *debeat*. Est enim dignitatis aliquid et decoris in eo, ut ex optima quaque natura ipsa vis naturae intelligatur.“ Est autem

optima quaque natura? Quae est melior igitur in hominum genere natura, quam eorum, qui se natos ad homines iuvandos, tutandos, conservandos arbitrantur? Abiit ad deos Hercules: nunquam abisset, nisi, quum inter homines esset, eam sibi viam munivisset. Vetera iam ista, et religione omnium consecrata.

Quid in hac re publica tot tantosque viros ob rem publicam interfectos cogitasse arbitramur? iisdemne ut fini-

---

deceat in Codd. et Edd. omnibus, exceptis Codd. Rehd. Vind. 2. Edd. HWolf. Fr. Fabr. Nobb. Defendit etiam *deceat* Morgenstern. l. c. laudans praeterea Goerenz. ad Cic. de Finn. IV. 11. 28. et Cens. Jen. 1792. 113. *Mr.*

quae est melior igitur] Hunc ego ordinem vulgato (*igitur melior*) praetuli cum Dav. Goerenz. (ad de Finn. I. 18. 61.) Orellio, cum eum exhibeant etiam Codd. tres Goerenzii, nostri Gud. 1. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. Vind. 1. 2. Ed. H. Vid. nos ad Cic. de Divin. I. 15. 27. p. 73. ubi ex Tuscc. I. 34. 82 excitavimus locum, quo longius etiam a principio abest *igitur*, nimirum: *Ne in animo quidem igitur*. Probat hunc ordinem etiam Kühnerus, quamquam pro suae editionis consilio servavit vulgatum. Vocem *est* omittit Ed. P.; verba *quae est — genere natura* oculo aberrante omisit scriptor Cod. Marb. Mox. Cod. Mon. 1. habet *qui sese natos*. Ad sententiam cf. Cic. de Off. I. 7. 22. ibiq. Beier. p. 49 sq. Pro *tutandos* Codd. Gud. et unus Ox. *tuendos*, alius Ox. *curandos*, MS. in marg. Verb. *tuendosque et*; idem ex Cod., ut ait, Reg. enotavit *conservandosque*, et sic Aug., Gud. et Duisb. habent *et conservandos*. Sed copulam in tribus verbis, substantivis, adiectivis, adverbiis respuit usus Ciceronianus. Vid. Goerenz. ad de Finn. V. 15. 43. p. 586 sq. V. 27. 82. p. 634. nos ad de Legg. III. 18. 41. p. 460. Stallbaum. ad Ruddimann. p. 360. T. II. *Mr.*

Abiit ad Deos Hercules] Cod. Marb. *ad eos*, quod vitium ortum est ex scriptione ADEOS. In seqq. Mon. 1. post *homines* omittit *esset*. Tum Ed. H. habet *munivisset viam*. Unus Ox. habet *et eam*: alius omittit *munivisset*. Mon. 1. habet *Vetera et iam ista*. Cod. Gud. 2. *meminisset*. Aug. *invenisset*. *Mr.*

religione omnium consecrata] Ursinus se reperisse ait in libro antiquo *hominum*: estque ea lectio in Vind. 1. Aug. Gud. Recepit eam FAWolfius: in scholis autem fatetur se iam nescire, cur eam praetulerit, neque enim eam esse aptam. Laudat Orellius ad v. *omnium* suam Inscriptionum Latinarum Collectionem N. 4798. et Wopkensium p. 9. Handii. Cod. MS. apud Verb. habere dicitur *omni*. Ad v. *religione - consecrata* v. Garaton. ad Cic. pro Mil. p. 287. ed. Orell. Iam vid. de lectione *hominum* Censorem Lips. 1831. 199. p. 1591 sq. qui merito eam improbat. *Mr.*

c. 15. *Quid in hac — arbitramur*] Vocem *hac* omittit Cod. Rehd., vocem *tot* unus Ox. Eius loco Mon. 1. habet *tum*. Verba *iisdem — terminaretur* absunt ab uno Ox. Pro *iisdem* Gud. et Ed. H. habent *isdem*, Rehd. *hisdem*, Mon. 2. *eisdem*. De constructione FAWolfius in scholis Ciceronem, ait, scribentem *cogitasse, ut terminaretur* perspicuitatis causa vitium commisisse grammaticum, cum sequi debuerit Accusativus cum Infinitivo. Sed merito Orellius quaerit, an re vera Cicero dicere vel intelligi voluerit: *an, iisdem finibus nomen suum, quibus vita, terminatum iri?* Videri sibi, ait, potius quaestionem dubitantem, quasi viri isti quaererent: *iisdem ut finibus nomen meum, quibus vita, terminetur?* [Nimiram, ut dixit Cic.

bus nomen suum quibus vita terminaretur? Nemo unquam sine magna spe immortalitatis se pro patria offerret ad
33 mortem. Licuit esse otioso Themistocli; licuit Epaminondae; licuit, ne et vetera et externa quaeram, mihi: sed, nescio quo modo, inhaeret in mentibus quasi saeculorum quoddam augurium futurorum; idque in maximis ingeniis altissimisque animis existit maxime, et apparet facillime. Quo quidem dempto, quis tam esset amens, qui semper in

---

Cat. I. 9. 22: *te ut ulla res frangat? tu ut unquam te corrigas?* etc.] Mihi vero ut Wolfium errasse certissimum est, ita noster locus conferendus potius videtur cum Corn. Nep. X. 9. 2: *cogitans — ut haberet, quo fugeret ad salutem:* i. e., ut recto Güntherus ad eum locum, collato hoc ipso nostro, ait: *eo consilio, ut.* — Nostro igitur loco *cogitasse, ut* — intelligo *spectasse, ut* —. Vid. etiam E. Wunder. ad Cic. pro Planc. Prolegg. p. XXVII. ubi perperam laudatur §. 22. pro 32. Cens. Lips. ed. Kühn. 1831. 199. p. 1591 sq. Ceterum eam, quae hic est, sententiae enuntiationem amat noster: similiter enim dixit de Sen. 23: *si iisdem finibus gloriam meam, quibus vitam, essem terminaturus.* Pro Arch. 11: *si, quibus regionibus vitae spatium circumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas.* Vocem *vita* omittit Gud. 2. *Mr.*

Nemo unquam — ad mortem] Vocem *unquam* omittit Cod. Gud. In Rehd. et Ed. H. est *sine spe magna.* Tum Mon. 1. *mortalitatis.* Reisk. sine causa coniecit *offeret*, quod est in uno Ox. Verba enim *sine — spe* intelligenda sunt, quasi scriptum sit *nisi — speraret.* Ex perperam lecto compendio in uno Ox. est *se propriam offert. Mr.*

Licuit esse otioso Themistocli] Cf. locum similem apud nostrum de Rep. I. 1. p. 2 sq. *Crzr.* — De Constructione vid. Krüger. v. d. Attraction p. 370. vel potius p. 352—372. Cod. Vind. 1. habet *licuit enim.* Rehd. omittit *esse*, Mon. 1. habet *licuit etiam.* Tales errores compendiis debentur. Mox Vind. 1. *licuit etiam ne vetera. Et* post *ne* omittunt Cod. Gud. Edd. Med. Junt. S. P. A. B. E. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cam. Pro *externa* Cod. Mon. 1. habet *eterna*: unus Ox. *extera.* Quod ne cui placeat, verbo moneo, adiectivum *exterus* Ciceroni et rarissime usurpari, et nonnisi coniunctum cum substantivis *populus, gens, natio, hostis.* Billerbeckius voculam *et* ante *vetera* sublatam et ante *mihi* repositam volebat. — Quod de se ipso loquitur Cicero, intelligit illum consulatus sui annum, quem tam saepe praedicat, quo conjurationem Catilinariam et detexit et restinxit. *Mr.*

inhaeret in mentibus] Abest *in* a Codd. Duisb. Vind. 1. Gud. 2. Aug. Unus Ox. habet *haeret in mentibus.* (Mon. 1. *montibus*). Sed v. infra III. 2. 3. *poëta — inhaerescunt penitus in mentibus.* de Or. II. 39. 164. *inhaerent in rei natura. Mr.*

quasi saeculorum quoddam augurium futurorum] Cod. Mon. 2. *quasi* addit ante *quoddam*: *quoddam* post *augurium* infert Cod. Duisb. De verborum collocatione vid. Goerenz. ad Cic. de Legg. III. 10. 23. p. 246. ibiq. laudd. Ad usum locutionis Philipp. II. 35. 89: *O mea frustra semper verissima auguria rerum futurarum! Mr.*

Quo quidem dempto] Nimirum saeculorum futurorum augurio. Cod. Reg. pro *quo* habet *quod.* In seqq. Wolfium in scholis admodum sibi probari dixisse refert Kleinius distinctionem *Quid? poëtae nonne* etc. quae est Davisiana. Sed praestat ea, quam nos exhibemus cum plerisque: ita enim melius opponuntur poëtae principibus. Pro *qui* ante *semper* unus Ox. habet glossam *ut.* — Pro *illud* (sc. disti-

laboribus et periculis viveret? Loquor de principibus. Quid poëtae? nonne post mortem nobilitari volunt? unde 34
ergo illud?

Adspicite, o civeis, senis Enni imagini' formam.
Hic vostrum panxit maxuma facta patrum.

Mercedem gloriae flagitat ab iis, quorum patres affecerat gloria. Idemque,

---

chon statuae Ennii inscriptum) Cod. Gud. habet *istud.* Unus Ox. *militari* pro *nobilitari.* Marb. *igitur* pro *ergo. Mr.*

Adspicite — formam] Ed. H. et Cod. M8. apud Verb. *Inspicite:* unus Ox. *Accipite.* Pro *imagini' formam*, quae sola vera lectio est, multi libri editi. *imaginis urnam*, v. c. A. B. S. E. C. M. Junt. H. Med. Ven. Alt. et nostr. Cam. Asc. 1. 2. HWolf. (sed hic in marg. ut nos) et MS. in marg. Verb. Cum enim librarii primam literam verbi *formam* ad supplendum Genitivum *imaginis* adhibuissent, nihilque restaret nisi *ormam*, in epitaphio se aptissime *urnam* reposuisse videbantur, de sententia ceterum, ut solebant, parum solliciti. *Imagine* habet unus Ox., *imaginis* est in multis Edd. et MSS. De Ecthlipsi literae *s* v. Ruddimanni Prosod. p. 46. Zumpt. Gr. Lat. §. 8. Pergit Ed. H. cum Cod. D. *hic nostrum*, sed posterior in marg. habet *vestrum:* causa erroris manifesta, quamquam fortasse non una. *Mr.*

Pinxit *maxima facta patrum*] Alii *panxit*, quod passim de poetis dicitur. At cum Msstis Gebhardianis faciunt Reg. Eliens. pr. tert. Bak. Med. et Petrens. quos sequendos arbitror; nam *pingere μεταφορικῶς describere* significat. Sulpicius Severus de Hieronymo Dial. I. cap. 8. *Pinxisse mihi videtur vitia multorum.* Terentius Phorm. Act. II. Sc. I, 38. *Probe horum facta imprudens* depinxit *senex.* Eusebius H. E. VIII, 12. *Τί με χρὴ — τὰς πολυτρόπους αἰκίας ἈΝΑΖΩΓΡΑΦΕΓΝ τῶν θαυμασίων Χριστοῦ μαρτύρων.* Simili translatione dixit noster lib. V. Tusc. cap. 39. *Eius* (Homeri) *picturam, non poesin, videmus.* Accedit quod argutius sit Epigramma, si petat Ennius, ut eius *imaginem aspiciant* cives, quippe qui paterna eorum facta *pinxerat*, quam si modo legatur altero. *D.*

panxit] Haec scriptio, pro *pinxit*, restituenda fuit, quamquam Gebh. peiorem praetulit ex quatuor Pall. et quinto, qui habet *pinsit* antiquâ, ut ait, scripturâ *s* pro *x: pingere*, addit, est poëtarum *ποικίλλειν, ἁιδάλλειν.* Bouhierio magis placebat, quod commendat Bentleius, *panxit:* itemque Morgensterno, qui „*pingendi* vocabulum, ait, non solum ad poëma pertinet, sed ad quamcunque narrationem, etiam prosa expositam, ubi coloribus aliquis ornat narrata. *Pangere* vocabulum apud antiquiores frequentatum, Lucretianum imprimis.“ [Lucr. I. 932.] Recte monet Kühnerus, *pinxit*, nude positum, pictoris epitaphio, nec vero poëtae, convenire. Buggius l. c. defendit *pinxit.* Frustra. *Panxit* habent sex Codd. Oxx. Reg. Gud. Duisb. Edd. V. M. L. Rob. et Car. Steph. Boul. Gryph. Goth. Lambb. HWolf. Ald. Sturm. Sylb. Lall. Oliv. Verb. Wolf. Schz. Or. Cf. Stieglitz de Pacuvii Duloreste p. 17. Ennii Vitam a P. Merula compositam in Ed. Annalium Ennii Lipsiensi (1825.) p. XXXVII. Et intelligi velle poëtam hos ipsos Annales, nemo est, quin videat. Quod vero ad ipsa haec epigrammata attinet, narrant quidem, ea, lapidi insculpta, reperta esse seculo XVI. ad portam Capenam. Rem vero ita se habere monet Orellius ad scholas Wolfii: „J. Mazocchius in Epigrammatis antiquae urbis (Romae 1521. f. m.) folio 123, 10 et 11. exhibet haec

Nemo me lacrumis decoret, nec funera fletu
Faxit. Cur? volito vivu' per ora virûm.

---

disticha, eaque extare ait in Palatio Archiepiscopi Senensis Pii III. Pont. Max. nepotis: addit tamen: *non vidi.* Receperunt ea neque Gruterus, neque Sponius, neque Muratorius; sed Ferretius in libro non admodum laudando quem inscripsit *Musae Lapidariae* (Veronae, 1672. f. m.) ex eoque Fleetwood. [Inscriptt. antt. Sylloge. Lond. 1691. 8. sed de fide Ferretii admodum dubitans] p. 323. 2. Nihil certius est quam epigrammata haec vel nunquam lapidi incisa fuisse reperta, vel a mangone quodam ex Cicerone sumta marmorique insculpta esse, qui fraudem facere se posse vidisset Archiepiscopo Senensi.“ — Pro *flagitat* Cod. Duisb. habet *efflagitat*, quod nimium esset: sed cum ultima praecedentis vocis litera casu vel repetita esset vel adhaesisset sequenti, verbum compositum sponte enatum est. *Ab iis* correxi, cum Dav. ediderit minus bene *ab his*. Quod cum in seqq. etiam saepissime sit faciendum, taciti faciemus, nisi ubi aliquid dubii restat. — Quod sequitur *affecerat gloria*, rarius a Cicerone dictum est: legitur tamen etiam ad Famm. XIII. 8: *magna me affeceris non modo laetitia, sed etiam quodammodo gloria.* Pro *idemque* Cod. Rehd. *ideoque*. *Mr.*

Nemo me lacrimis — Cur volito etc.] Vulgo *Nemo me lacrimis* decoret nec funera fletu Faxit. *Cur?* etc. Supplerunt vel ex huiusce libri cap. XLIX. vel ex libri de Senectute cap. XX. Nam Reg. ita dat ut edidimus, et Ciceroni dimidiatos versus, si modo noti fuerint, laudare non est inusitatum. *D.*

Nemo me — per ora virûm] *Nemo me lacrimis — Cur? volito vivos per ora virum.* Nihil praeter haec verba dedit Davisius, quum reliqua abesse vidisset a Cod. Reg. Eadem verba, nimirum *decoret, nec funera fletu faxit*, omittit etiam unus Ox. Sed in aliis quoque rebus variant libri. Cod. Rehd. habet *ne* pro *nec*. Edd. H. P. Codd. Gud. Duisb. et unus Ox. *neque*. Marb. et unus Ox. *aut*. Vocem *fletu* omittunt tres Oxx. cum Duisb. et Gud. Sed Rehd. habet *fletus*. MS. in marg. Verb. *fletum* idque coniiciebat legendum Scaliger, fingens, *funera* esse nomen singulare femininum et significare i. q. *praefica*. Sed hoc est nihili. *Funera* ubique est pluralis: v. c. infr. 49. §. 118: *ut celebrent funera cum gemitu*. Propert. II. 3. 90: *miserae funera Quintiliae*. Aen. 9. 496. *nec te in tua funera mater Produxi*. Quos locos laudavit Or. *Nec funera lessum* reperit Bouh. in MS. Leid. ipse quoque de muliere praefica, quam *funeram* dictam post Scaligerum contendit, somnians; quod recepit Lallemannus. Hic addit: „*Lessus* eiulatus muliebris, *quem duodecim tabulae in funeribus adhiberi vetuerunt*, ut habetur libro sequenti c. 23. vide et de Legg. II. 23. et Muretus Var. Lectt. 9. 19. Male vulgo legitur: *nec funera fletu* vel *fletum Faxit.*“ Laudat praeterea Or, Burmanni Anthol. II. 217. Gernhard. ad Cat. mai. p. 140. Heyn. ad Aen. 9. 486. Nunc adde Klotz. ad Cic. Cat. maj. p. 154 sq. Cod. Vind. 1. et unus Ox. habet: *nec funera faxit. Cur? volito vivus docta per ora virum.* Ed. H. *faxit. Cur? quoniam volito vivus docta p. o. v.* Marb. *funera faxit cur nolito nimis docta p. o. v.* Mon. 2. *viva per ora.* Mon. 1. *faxit fletu — vivus docta p. o. v.* Unus Ox. *cur luctu volito? vivo.* alter: *cum volito vivas*: tres etiam alii inserunt *docta* ante *ora*. Ed. P. habet *vivus docta per hora.* Ed. A. *vivus est per ora.* Loco vocis *vivus* habent *docta* Edd. B. S. E. C. Cam. Junt. Asc. 2.; *vivo'* habent Dav. Schz. FAWolf.; *vivu'* HWolf. Brut. Verb. [hic, nescio unde, *facit*] Oliv. Sylb. Lambb. Goth. Gron. Alt. Ern. Bip. Koel. Nobb. Or. In

Sed quid poëtas? Opifices post mortem nobilitari volunt. Quid enim Phidias sui similem speciem inclusit in clypeo Minervae, quum inscribere non liceret? Quid nostri philo-

---

Ed. Annalium Ennii laudata scriptum est *lacrumeis — founera fletum — quom volito doctu'*. — Ad sententiam consimile est Epigramma Martialis VI. 18. ad Priscum de Salonino, laudatum a Leod.:

Sancta Salonini terris requiescit Iberis,
Qua melior Stygias non videt umbra domos.
Sed lugere nefas: nam qui te, Prisce, reliquit,
Vivit, qua voluit vivere parte magis.

Ad quem locum vid. Raderi Comment. p. 440 sq. qui tamen aliter interpretatur. De elisione literae *s*. vid. Scip. Maffei Siglae Lapid. Graecorum p. 107. *Mr.*

Sed quid poetas?] Reg. Elienss. tert. et Balliol. *Sed quid* putas? Recepta tamen lectio, quam servant Med. Bak. aliique Codices, mihi potior videtur. Sic infra II, 16. *Sed* quid hos? *quibus Olympiorum victoria consulatus* etc. *D.*

Sed quid poëtas?] Quamquam nihil certius est hac lectione, habent tamen *putas* praeter Reg. etiam quinque Oxx. Gud. 1. 2. Marb. Duisb. (sed hic in marg. al. *poëtas*) et recepit Dav. in Ed. 1. et 2. Bentleio, ut ait Wopkens. p. 72., suasore: iam reprehensus a Wopkensio qui ad h. l. „Cave, inquit, cum Cl. Bentleio coniicias *Sed quid putas?* nam cum in antecedentibus est de poëtis iniecta mentio, tum quoque istiusmodi forma nihil est usitatius. Sic infra II. 16. *sed quid hos?* de Divin. I. 26. *sed quid ego Graecorum?* V. Savelius ad Cic. Or. post Red. in Sen. p. 144. Ed. H. *quid sed p.* Cod. Mon. 1. *sed qui poetas.* Vind. 1. *sed quid poetas loquor?* Post *opifices* (quod mireris a nemine in *artifices* esse mutatum) inferunt *et* Edd. A. B. S. E. Ven. nostr.; *etiam* Edd. Med. Ald. Asc. 1. Rob. Steph. HWolf. Lamb. Goth. Brut. Boul. Leod. Sylb. Sturm. Eandem vocem post *mortem* additam habet Cod. Vind. 1. Pro *nobilitari* Edd. Lambb. Goth. et Verb. in marg. habent vocem Lucretianam *nominitari*. Cod. Aug. *poetae*. *Mr.*

Quid enim Phidias] Cod. Marb. omittit *enim*. De Phidia vid. Fr. Junium in Catal. Artificum p. 151—162. Siebelisii Indicem ad Winckelmanni Opera p. 324 sq. — *Speciem* pro imagine vel simulacro posuit noster etiam de Div. I. 12. I. 36. 79: *hanc speciem Pasiteles caelavit argento*. *Mr.*

Phidias sui similem speciem inclusit in clypeo Minervae] Hanc historiam refert Aristoteles de mundo cap. VI. Eius verba sic Latine reddit Apuleius pag. 746. *Phidiam illum — vidi ipse in clypeo Minervae — oris sui similitudinem colligasse, ita ut siquis olim artificis voluisset exinde imaginem separare, soluta compage, simulacri totius incolumitas interiret.* Eodem respiciunt Valerius Maximus lib. VIII. cap. XIV, 6. et noster de Orat. II, 17. *D.*

Cum inscribere non liceret] Moris erat, ut fictores nomina sua statuis insculperent. Plinius H. N. Praef. pag. 9. Pingendi fingendique conditores *invenies absoluta opera — pendenti titulo inscripsisse, ut* Apelles faciebat *aut* Polycletus. Basilius de Socrate Hom. XXIV. pag. 577. *Ἐπιγράψαι δὲ τῷ μετώπῳ λέγεται, ὥσπερ ΑΝΑΡΙΑΝΤΙ ΤΟΝ ΔΗΜΙΟΥΡΓΟΝ, ὃ δεῖνα ἐποίει.* Vide sis etiam Tzetzem in Epist. quam publici iuris fecit Kusterus ad Suidam in *Δυσόφρων*, ut et Chil. VIII, 930. Haec sunt iis addenda, quae congessit Marq. Gudius ad Phaedri lib. V. Prol. 2. *D.*

sophi? nonne in iis ipsis libris, quos scribunt de contem-

---

quum inscribere non liceret] Quatuor Codd. Oxx. *scribere*. „Videatur excidisse *nomen* ante *non*. intelligi e verbo *inscribere* potest. illud tamen melius videtur.“ *Ern.* „*Inscribere* est titulum dare, uti alibi quoque occurrit. Nam titulo nomen quoque auctoris comprehenditur.“ *Nissen.* Rathius se non intelligere ait, cur non licuerit: nec alibi, hoc non licuisse, apud veteres legi: imo, si non licuisset, audacius etiam acturum fuisse Phidiam, imaginem sui in clypeo includentem. Coniicit ergo: *cum inscribere * non liberet*. Loco autem asterisci excidisse existimat *nomen*. Quam coniecturam miram esse dixit Censor Jenensis 1806. 50. p. 394. Morgensternius vero l. c. p. X. „Ernesti, ait, coniectura, excidisse *nomen* ante *non*, speciem habet, non veritatem. Dicimus *inscribere aliquid alicui rei*, nec minus bene *inscribere aliquid aliqua re*. Hoc igitur loco intelligendum videtur: *clypeum nomine suo*. Fortasse etiam simpliciter dixit Cicero *inscribere*, ut ἐπιγράφειν simpliciter nonnunquam est ἐπιγραφὴν ποιεῖν. Legere me memini coniecturam Censoris editionis Davisianae per Rathium repetitae in Ephemeridd. Litt. Halenss. (A. L. Z. 1806. 73.) quem Wolfium non esse facile intelligas e censura. Ille igitur sic statuit esse legendum: *quum inscribere nomen liceret*. Scil. Phidiae non satis erat, nomen addere artificio: etiam effigiem suam tradere voluit posteritati, ut hodie librorum auctores, praeter nomen, nonnunquam imaginem suam aere insculptam libris praeponunt. Haec etiam coniectura speciem habet, non veritatem. Nam aliud est *licere*, aliud *non satis esse*, neque certo constat, quod sumit vir doctus, imo ne veri quidem simile est, nomen Phidiae artificio additum fuisse. Saltem apud Plutarchum Pericle c. 31. qui locus classicus est de illo clypeo, nihil est de nomine inscripto. Ceterum de quonam Minervae signo Phidiaco sermo sit, tirones discant ex Boettigeri libello: Andeutungen zu 24 Vorlesungen üb. d. Archaeologie p. 84—90.“ Kleinius ad collationes, nobis ab Orellio amicissime transmissas, Wolfio ait placuisse eumque emendandum iudicasse: *quum inscribere nomen liceret*. Eandem coniecturam proferunt etiam H. Meyerus et J. Schulzius in annott. ad Winckelmanni Hist. Artium apud vett. T. VI. 2. p. 116 sq. Contendunt ibi, non esse Latinum *inscribere* pro *inscriptionem facere*, indeque nominis inscriptionem erui non posse. Neque etiam aliunde innotescere, vetitam fuisse nominis inscriptionem artificibus, neque, quod alibi licuerit facere, in Minervae statua vetandi fuisse causam. Siebelisius vero in Indice laudato p. 352 sq. neque lacunosum esse locum nostrum existimat, neque corruptum. Videri tamen nonnisi ex coniectura posuisse illud Ciceronem, nimirum non licuisse Phidiae inscribere statuam. Conf. Lucian. Imagg. c. 4. Quid? quod ipse Phidias teste Pausania V. 10. p. 397. fin. nomen suum ad pedes Jovis Olympii apposuit. Vid. Winckelmanni opus laud. T. II. (Opp. T. IV.) p. 23. [Est locus Pausaniae p. 39. T. II. ed. Facii]: inscriptio autem haec: Φειδίας Χαρμίδου υἱὸς Ἀθηναῖός μ' ἐποίησε. Et in hoc quidem acquiescendum videtur. *Mr.*

Quid nostri philosophi? nonne —] Schützius: *Quid? nostri philosophi nonne* — addens: „ita ipse interpunxi.“ Credo: neque vero erat, de quo gloriaretur: nam et alii dudum idem fecerant (v. modo marg. Lambb. Goth. Verb.) et, qui fecerunt, non admodum laudandi sunt. Vide, quae modo posuimus ad verba *quid poetae? nonne* — ubi item erat, qui minus bene *quid? poëtae nonne* — scriptum vellet. Cod. Gud. 2. *Quid enim nostri*. *Mr.*

nenda gloria, sua nomina inscribunt! Quod si omnium 35
consensus naturae vox est, omnesque, qui ubique sunt, con- b.
sentiunt esse aliquid, quod ad eos pertineat, qui vita cesserunt; nobis quoque idem existimandum est. Et si, quorum

---

in iis ipsis libris — inscribunt] *In* omittit unus Cod. Ox. Eadem varietas est in Or. pro Archia XI. 26: *ipsi illi philosophi, etiam in illis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt:* ubi Orellius cum Edd. recentioribus omisit *in*, auctoritas vero librorum veterum utrique lectioni favet. Infra V. 35. 101. est: *quid aliud in bovis, non in regis sepulcro inscriberes?* Ad Famm. XII. 3. prc. *in statua, quam posuit in rostris, inscripsit.* Correxi autem *in iis ipsis libris*, cum Dav. dederit *in his libris ipsis*, ex Codd. Gud. Duisb. (*hiis*) Edd. S. E. MS. in marg. Ed. Asc. 2. nostr. eundemque verborum ordinem habent fere omnes praeter Codd. Marb. Rehd. Gud. 1. 2. Mon. 2. Vind. 2. In Cod. Rehd. omittitur *iis*, Mon. 1. eius loco habet *illis*. Pro *nostri* Ed. Cam. habet *vestri*. Tum Ed. H. *quos inscribunt*: incommode. Ad verba *omnium consensus naturae vox est* cf. supra c. 13: *consensio omnium gentium lex naturae putanda est.* Mox unus Ox. *et omnesque ibique*: alius: *ubicunque. Mr.*

Quos scribunt de contemnenda gloria, sua nomina inscribunt] Huc respicit Hieronymus lib. III. Comm. in Epist. ad Galat. ed. Victor. Tom. VI. pag. 155. *Videas plerosque* (*quod etiam* Tullius *ait*) *libros suos de contemnenda gloria inscribere et causa gloriae proprii nominis titulos praenotare.* Idem notat Valerius Maximus lib. VIII. cap. XIV, 3. ext. *Gloria ne ab his quidem, qui contemtum eius introducere conantur, negligitur; quoniam quidem ipsis voluminibus nomina sua diligenter adiiciunt, ut, quod professione elevant, usurpatione memoriae consequantur.* Vide Ciceronem pro Archia cap. XI. et Amm. Marcellinum XXII, 7. *D.*

Qui vita cesserunt] Sic Reg. At Eliens. pr. sec. *qui vita* excesserunt; quod etiam probum. Vulgo *cesserint. D.*

qui vita cesserunt] Sequimur Codicem Reg. omittentem *e* „quod abest etiam a Codd. octo Oxx. (quorum vero unus habet *excesserint*) Rehd. Gud. Duisb. Gud. 1. 2. Marb. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. Bern. Edd. P. H. Dav. Ern. FAWolf. Schz. Nobb. Or. Indicativum dedi ex Reg. Duisb. Gud. Edd. A. B. S. E. Med. Ald. Ven. nostr. Asc. 1. (etiam MS. in marg. Asc. 2.) Car. Steph. HWolf. Sylb. Lambb. Goth. Brut. Boul. Dav. Koel. FAWolf. Schz. Or. *Cesserint* est in Codd. Oxx. octo, (quorum unus habet cum Gud. 2. *censserint*) sex Gebhardi Marb. Mon. 1. 2. Gud. 1. Vind. 2. Edd. P. C Asc. 2. Vict. Junt. Rob. Steph. Camer. Sturm. Verb. Oliv. Ern. Bip. Gron. Grut. *Excesserunt* habet praeter Elienses sola Ed. H. sed *excesserint* cum uno, quem diximus Ox. Codd. Rehd. Vind. 1. Cod. Ursini et Davis. in Ed. 2. marg. Lambb. Goth. Gebhardus dicit *vita cedere* esse dictum, ut *bonis cedere*, et similia (v. c. in Ep. spuria ad Octav. *cedam tibi foro, curia — templis*). Ernestus contendit *cedere e vita* dici proprie de iis, qui se ipsi interfecere. „igitur, pergit, malim *excesserint*, ut edidit Davisius, sed nullis libris auctoribus.“ In quo duplex est error. Nam neque Hortensius se ipse interfecit, de quo tamen Cic. in Bruto I. 4. dicit: *perpetua quadam felicitate usus cessit e vita* (conf. Luzac. de Hortensio Part. I. §. 44 sq. p. 88 — 90): neque Davisius sine auctoritate, ut vidimus, dedit *excesserint*, et hanc ipsam lectionem in Ed. 3. quae ante Ernestinam exiit, reiecit. — In seqq.

aut ingenio aut virtute animus excellit, eos arbitramur, quia naturâ optimâ sunt, cernere naturae vim maxime: veri simile est, quum optimus quisque maxime posteritati serviat, esse aliquid, cuius is post mortem sensum sit habiturus.

---

pro *idem* est *id* in Cod. Gud. et uno Ox. Ed. H. *item* in Vind. 1; abest ab uno Ox. 1. et Gud. 2. alius Ox. *estimandum*, *Mr.*

Eos arbitrabimur, *quia* — sint] Ita Reg. Vulgo *eos* arbitramur, *quia* sunt. *D.*

arbitramur — sunt] Restitui ex Codd. Gud. 1. Aug. cum Ern. et seqq. lectionem a Davisio relictam, quam adhuc servaverat in Ed. 2. Futurum cur ponatur, non modo nulla est causa, sed falso etiam poneretur in re, quae non ita erit, cum aliud quid evenerit, sed semper et re vera ita est.. *Sunt* autem praeferendum est, quia intelligi debet hoc orationis membrum: *eo ipso, quod sunt.* Bouhierio coniunctivus placebat, cuius haec esset sententia: *quippe quos naturâ optimâ esse existimamus.* Et habet *arbitrabimur* praeter Reg. solus Duisb. Idem cum Gud. 1. Gud. Vind. 1. 2. *sint* et praeter hos nullus. Sed Edd. Sturm. Sylb. Leod. Car. Steph. Brut. Boul. Leod. Goth. Lambb. Duisb. habet *natura bona vel optima.* Sola Ed. Cam. *natura optimi.* Mon. 1. *optima natura.* Unus Ox. *qui* pro *quia. Mr.*

cernere naturae vim maxime:] Verb. ex Cod. Reg. enotavit: *cernere naturae vim*: *maxime.* — Et sic Cod. Vind. 1. et noster Marb. (qui pro *veri* habet *mihi:* ubi glossa plane supervacanea verum scriptoris vocabulum extrusit.) Mon. 1. habet *natura.* — *Maxime* autem in fine positum satis defendit Goerenzius ad Cic. de Legg. II. 26. p. 206. (ubi G., fortasse invitus, nostro loco scripsit *vim naturae. Mr.*

maxime posteritati serviat] Vocem *maxime* omittit Mon. 1. Pro *serviat* est *consulat* in Mon. 2. quod est correctoris vel glossatoris, qui Ciceronis sententiam non plane assequeretur. Laudat Orellius Cic. ad Qu. Fratr. I. 1. fin. *ut te orem, ut valetudini tuae — diligentissime serviaas* et eundem, Tironem suum ob hanc locutionem vituperantem, ad Famm. XVI. 17: *Sed heus tu — unde illud tam ἄχυρον: valetudini fideliter inserviendo?* ubi vero non verbum, sed adverbium *fideliter* incommode positum, reprehendit. *Serviendi* autem verbo quam saepe in re laudabili, et quam fieri vult, utatur Cicero, non est necesse docere, cum ubique legatur *venustati servire, populo servire, tempori, utilitati aliorum, commodis alicuius, saluti, rei familiari, rei publicae, honori, virtuti, gloriae cet.* unum addo, ubi explicat illud verbum: ad Att. XIII. 49. extr.: *magis mihi isti serviunt, si observare servire est.* — In fine capitis Cod. Rehd. habet *sensus*, cum Gud. 2. *Mr.*

c. 16. *natura opinamur*] Cod. Gud. 2. *maxime* pro *natura.* Cod. Mon. 2. interponit *a*, quasi voluerit scriba ponere *arbitramur*, ut est in uno Ox. Tum Marb. *agnoscimus* pro *cognoscimus.* Pro *animos* est *alios* in marg. MS. ad Asc. 2. Pergit Mon. 1. *arbitramus* Aug. *arbitremur.* Marb. habet *quia in sede.* Vocem *in* omittunt Edd. B. S. E. eamque vir doctus ad marg. Asc. 2. redundare dicit: idem cum in Ed. Asc. 2. sit: *qualee sint*, correxit *qualesque.* In nostra Ed. Ven. est *qua in sede maneat qualeque sit.* Est etiam *quales* in duobus Oxx. *sunt* pro *sint* in uno. Nec vero assentiendum illi viro docto, *in* redundare dicenti: quamquam enim est de N. D. I. 12. 29: *quia nihil semper suo statu maneat;* tam constanter tamen Cicero praepositionem *in* verbo *manendi* addit, ut centum etiam et plures loci ad id probandum afferri possint. Mon. 1. habet *quales-*

Sed ut deos esse natura opinamur, qualesque sint, ra- 16
tione cognoscimus: sic permanere animos arbitramur con- 36
sensu nationum omnium; qua in sede maneant qualesque sint, ratione discendum est. Cuius ignoratio finxit inferos easque formidines, quas tu contemnere non sine causa videbare. In terram enim cadentibus corporibus, iisque *humo* tectis, e quo dictum est *humari*, sub terra censebant reliquam vitam agi mortuorum. Quam eorum opinionem magni errores consecuti sunt; quos auxerunt poëtae. Fre- 37

---

que sint rationes. Sequitur in Marb. et Mon. 1. *dicendum;* in uno Ox. *discerendum,* ut voluisse videatur *disserendum. Mr.*

Cuius ignoratio finxit inferos easque formidines,] „Hoc loco *formidines,* quod opinor esse hactenus observatum a nemine, haud quaquam timores sunt ac metus, sed eorum causae. *Formido* veterum superstitione consecrata, quam Hyginus, in aditu Fabularum, natam ait *ex Venere et Marte,* fingebatur uti spectrum quoddam, cuius officium terrere mortales, unde etiam *terricula* dicebatur. Idem ille scriptor, Fabul. 145. de Vacca, in quam conversa Io fuerat: *Iuno Formidinem ei misit, cuius timore exagitata* etc. Virgilius Aen. XII. 335. de Martis comitatu: *Circumque atrae Formidinis ora, Iraeque, Insidiaeque,* etc. (cf. Georgic. IV. 468. Stat. Theb. V. 68: quibus item locis non agnoverunt istam deam interpretes). *Formidines* dixit Cicero ad emphasim, quemadmodum Lucilius in Fragmento, quod servavit Lactantius, Instit. Div. I. 22.

Terriculas, Lamias, Fauni quas Pompiliique
Instituere Numae —

Conf. etiam Arnob. VI. p. 209. ed. 1651: *O species Formidinum dirae, metuendique Terrores.*" *Bouhierius.* „Frustra, ait contra eum Nissen. l. c. p. 12; nam *eas* id reiicit. Imo *formidines* sunt Cerberus, Cocytus, Acheron, Tantalus, Sisyphus, iudices, id quod verba eum docere potuissent nisi ingenio indulgere maluisset." Recte. Pro *ignoratio* Ed. Med. et Cod. Aug. male *ignorantia:* pro *easque* unus Ox. *easdem,* alter, coniuncta utraque lectione, *easdemque.* Commode Billerbeckius laudat de Finn. V. 11: *quia quaedam post mortem formidines extimescant* I. 14. 46: *sapientiam esse solam, quae nos a — formidinum terrore vindicet.* Add. ib. 19. 63: *liberamur mortis metu, non turbamur ignoratione rerum, e qua ipsa horribiles existunt saepe formidines.* — Pro *videbare* Cod. Mon. 1. *videre.* Ad formam *videbare,* quam veteri Latinitati usitatiorem fuisse alterâ (*videbaris*) ait FAWolfius, laudat Orell. Quinctilianum I. 5. 42: *fuerunt, qui nobis quoque adiicerent dualem scripsere, legère: quod evitandae asperitatis gratia mollitum est, ut apud veteres pro male mereris, male merere.* Conf. Ramshorn. Gr. Lat. §. 62. 2. p. 112. *Mr.*

e quo dictum est humari] Cod. D. *eo quo* Aug. et Unus Ox. *a quo.* Codd. nostri reliqui omnes et Edd. post Grut. habent *e quo:* priores *ex quo.* Ad verba *dictum est humari* vid. Cic. de Legg. II. 22. p. 332 sq. ed. nostr. et Cr. et p. 678. ibiq. laudd. quibus add. Ruhnken ad Terent. Andr. I. 1. 101. p. 21. ed. Schopen. Pergunt Codd. Vind. 1. Rehd. Marb. duo Oxx. Ed. H. *sub terram* Marb. post *censebant* plenam habet distinctionem. Vind. 1. post *quam* omittit *eorum. Mr.*

Magni errores consecuti sunt] H. Stephanus Castig. in Ciceronem pag. 99. reponit *terrores,* et paullo post *tantumque valuit ter-*

quens enim consessus theatri, in quo sunt mulierculae et pueri, movetur audiens tam grande carmen:

Adsum atque advenio Acherunte vix, via alta atque ardua,

---

ror; sed commodior est recepta lectio, quam praestant omnes Mssti. Nec exinde stabilitur eius emendatio, quod paulo ante *formidinum* meminit Tullius; error enim falsa est opinio, quae terrores potest, non minus ac alios affectus procreare. *D.*

magni errores consecuti sunt] Codd. Rehd. Vind. 1. Ed. H. *consecuti magni errores sunt.* Quod volebat H. Stephanus *terrores*, habet iam marg. Crat. Nec vero eo solum fulciebat Stephanus coniecturam suam, quod paullo ante *formidinum* meminit Cicero, sed etiam verbo *movetur*, quod subsequitur. Laudat etiam Or. pro Sext. [37. 79. *defatigatione magis et errore — aliquando caedere destiterunt*] ubi item vult ex aliquot libris corrigi *terrore*, idque et ibi habet marg. Crat. Recte vero correxit Stephanus idem vocabulum in libro de Univ. [X. extr. Castigatt. p. 13 sq. ed. Paris.] *rursusque emersi terrorem incutiant rationis expertibus:* ubi prius legebatur *errorem* usque ad Ed. Or. qui nunc ex aliquot Codd. Edd. Man. Lamb. Oliv. et Stephani coniectura recepit *terrorem*, quo ducere iam poterat verbum *incutiant* adiectum, nisi ipsum Platonis in Timaeo verbum *φόβους* errorem corrigi iuberet, quod iam dudum e regione conversionis Ciceronianae videre poterant editores in H. Stephani Ciceroniano Lexico p. 30. et in annotatione P. Manutii ad eum locum. Ceterum nostro loco ego quoque praeferendum existimo *errores*. In seqq. unus Ox. habet *opiniones:* unus *consessu*, alius *consensu*, quatuor et Vind. 2. Gud. 2. Mon. 1. Aug. Marb. *consensus*, errore contrario eo, qui supra 13. 30. lectionem *consessus* peperit. In seqq. verba *et pueri* desunt in Cod. Rehd. Unus Ox. habet *moventur;* Aug. *audientes*. Vind. 2. omittit *tam:* pro *grande* Gud. habet *grave*, quod ne cui placeat, verbo admoneo, vocem *grandis* de locutione, sermone, carminibus propriam esse et Ciceroni et optimo cuique scriptori. Ciceronis exempla ubivis obvia: Horatianum illud (Art. poet. 27.) *professus grandia turget*, nostro ipso loco nemini non in mentem venturum existimo. Pro *carmen* unus Ox. habet *crimen*. De iis, qui sequuntur, versibus vid. librum, rarissimum quidem, sed bonae frugis plenissimum, B. Marantae Venusini Lucullianarum Quaestionum Ll. V. (Basil. Oporin, 1564. f. m.) p. 24: qui monet Ciceronianos hosce versus praestare Euripideis: add. ib. p. 30 sq. *Mr.*

Adsum atque advenio — caligo inferum] Huic Tristicho respondet initium Hecubes Euripideae.

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
Λιπὼν, ἵν' ᾅδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν,

Priorem versum sic παρῳδεῖ Aristophanes apud Athenaeum lib. XII. pag. 451:

Καί τις νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
Ἔτλη κατελθεῖν —

[De hac Parodia v. nostram prolusionem scholasticam, quae inscripta est: Parodiarum Graecarum exempla ex Aristophane, Plutarcho et Luciano excerpta (Ulmae. 1819. 4.) p. 7 sq. *Mr.*]

Hinc, ut id obiter dicam, memoriae falsum esse Tzetzem liquet, qui hoc modo locum expressit Chil. X, 162.

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνά τε καὶ πύλας ἀφεὶς
Σκότου —

Quin et receptam lectionem servat Lucianus Necyom. Tom. I. p. 325. ed. Amst. *D.*

Per speluncas, saxis structas asperis, pendentibus,
Maxumis, ubi rigida constat crassa caligo inferûm.
Tantumque valuit error, qui mihi quidem iam sublatus vi-

Adsum atque advenio — caligo inferum] „Eurip. Hecub. init. cum Ammonii not. Add. virum doctum in Bibl. Crit. I. 4. p. 19. obiter dicam Euripidis versus laudasse Priscianum p. 47. cf. Spengel. in calce ad Varron. de L. L. p. 624.“ *Schuch* — Cod. G. habet *Assumus*. Cod. D. Edd. H. Fr. Fabr. Cam. *Assum*. Ed. H. pergit: *nemo ab Acherunte vix via ardua atque alta*. Vind. 1. *advenio ab imo Acheronte*. Marb. *atque venio*. Pro *vix* est in Cod. Mon. 1. *ms9* (sic); in Marb. *nix*. Unus Palat. Gebhardi *via alia atque alia*. Gulielmius coniecit *invia viâ* pro *vix via*. Pro *via* unus Ox. *in*. Ante *Acherunte* (plerique ediderunt *Acheronte*) inserit Billerb. *ab*, idque ex suo ingenio prodiisse significat: sed est, ut vidimus, iam in Ed. H. et dedit etiam FAWolf. in ed. pr. „Post *Acherunte*, refert G. Hermannus in Animadvv. ad Eurip. Hecub. 1. (p. 59—62.): Reizius addendum putabat *imo*, ut versus constaret. Aut non meminerat vir doctissimus, in prisco sermone Latinorum primam huius vocabuli syllabam ancipiti mensura esse, aut non credebat Jo. Ger. Vossio aliisque, eam rem uno alterove Plauti exemplo confirmantibus. Nam sane in hoc genere paucitas exemplorum minuit fidem. Plautus vero propemodum semper istam Syllabam producit, ut Amphitr. IV. 2. 9. Captiv. II. 8. 12. III. 5. 31. V. 4. 1. Casin. II. 1. Mostell. II. 2. 67. Mercat. III. 4. 21. Poenul. I. 3. 22. Trinumm. II. 4. 92. et 124. Trucul. IV. 2. 36. Mil. Gl. III. 1. 33. Mercat. II. 2. 19. Brevis est tantummodo in Amphitr. V. 1. 26. Mostell. II. 2. 77. Poenul. I. 2. 31. IV. 2. 9: ut magis de his locis, quam de iis, in quibus producitur, dubitandum videatur. *Vix* est i. q. statim, modo.“ Altero versu legitur in Cod. Aug. Edd. S. P. A. B. E. Med. Ven. nostr. Asc. 1. *asperis structas saxis*: in Vind. 1. *asperas structas saxis*. Tertio mederi volebat Ernestus scribendo *stat* pro *constat*: tenebrae, dicens, dicuntur *stare*, non *constare*. Contra eum Nissen. recte monet id neque versum septenarium admittere, et *constare caliginem* dici posse, ut dicitur acies *constare* vel aqua. (Sed quod addit voces *asperis* et *maxumis* disyllabas esse, id silentio erat premendum) Wolfius in scholis confert Graecum συνίστασαι. Post *constat* additur *et* in Edd. Ven. Alt. et nostr. A. B. S. V. Rob. Steph. Asc. 1. Med. et duobus Codd. Oxx. Gesnerus in Thesauro L. L. v. *rigidus* hunc versum ita laudat: *Maximis, ubi rigida et crassa constat caligo inferum*. Pro *caligo* Marb. habet *calligo*. Laudatur hic versus tertius a Nonio p. 272, plane ita, ut in Edd. Ciceronis plerisque exhibetur. *Mr.*

Tantumque valuit error] Cod. Vind. 1. *error valuit*. Unus Ox. *terror*. Ern. ad seqq. volebat *videbatur*, quod consentire melius cum verbo *valuit* ei visum est: recte vituperatus a Nissenio. Cicero minime de suo tempore loquitur, dicens *valuisse* errorem: sed sibi iam videri sublatum eum errorem, qui pristinis temporibus valuerat. Vocem *quidem* omittunt Codd. Vind. 1. Duisb. Gud. Rathius pro *mihi* vel libris invitis scribendum esse ait *tibi*, cum paullo superius scriptum sit *formidines, quas tu contemnere non sine causa videbare*: reprehensus iam a Censore Ienensi 1806. 49. p. 390: qui recte loqui Ciceronem ait de hominum sui temporis fere omnium persuasione, quam eam esse confidit, ut nemo fere ista iam videatur crediturus. In seqq. pro *tamen* est *cum* in Ed. H.; eam vocem omittit unus Ox. Voci *ea* in Cod. Vind. 2. superscriptum est: *id est*: *aliqua*: melius

detur, ut, corpora cremata quum scirent, tamen ea fieri apud inferos fingerent, quae sine corporibus nec fieri possent, nec intelligi. Animos enim per se ipsos viventes non poterant mente complecti: formam aliquam figuramque quaerebant. Inde Homeri tota *νεκυία*: inde ea, quae meus

---

explicuisset glossator: *eiusmodi res.* Cod. Gud. 2. *iam scirent* pro *quum scirent. Mr.*

Ea fieri apud inferos fingerent, quae sine corporibus nec fieri possent] Vide Iustinum Martyrem Cohort. ad Graec. cap. XXVII. pag. 101, seqq. *D.*

quae sine corporibus nec fieri possent nec intelligi] Pro *nec* Ed. H. utrobique habet *neque.* Ern. coniecit *possunt*: quod fieri debere FAWolfius in scholis negat, quia *possent* cohaereat cum verbo *fingerent.* Ego vero, cum iam ante lectam Ernesti notulam coniecissem *possunt*, ne nunc quidem plane vanam istam suspicionem existimo. Quid enim? an eosdem homines dicere vult Marcus ea nec fieri posse nec intelligi sine corporibus existimavisse? Quod si negari potest, nihil sane cohaeret cum Coniunctivo *fingerent* propositio relativa, sed ea continet iudicium Marci de iis rebus, quas isti homines finxerunt. Quod si verum est, Indicativus ponendus fuit, eumque ego, in sola Ed. HWolfii servatum a librariis intempestive elegantibus obliteratum existimaverim. *Intelligi* autem vere dicit Wolfius esse idem, quod nunc plerique minus bene dicunt *cogitari.* Placere tamen potest *possent*, si ita explices, ut dicat: ea fieri, quae quivis sine corporibus fieri non posse facile intelligat. Unus Ox. habet *possint*: alius mox *poterit. Mr.*

Homeri tota Νεκυία] Ita vocatur Odyss. *Λ.* quod in eo libro Ulysses inferos adiisse, et cum umbris collocutus esse fingitur. Vide Eustathium. *D.*

Homeri tota vexvία] Cod. Aug. *tota nec.* Abest graeca vox a duobus Oxx (quorum unus habet cum Mon. 2. *tanta*) Marb. Gud. Mon. 1. Ed. H. sed vacuo spatio plerique relicto. Ed. nostra Ven. habet *tota NEVIα*: unus Ox. habet *tota que*, alius *tota Odyssea.* Commode ad h. l. advocat Fr. Fabricius Victorii Varr. Lectt. V. 15. Add. Schütz Lex. Cic. T. IV. p. 63 sq. Verba *inde ea* absunt a Cod. Marb. *Mr.*

Ea, quae meus amicus Appius Νεκυομαντεῖα faciebat] Vulgo *quam meus amicus — faciebat.* Lectionem vero, quam sequimur, repraesentant optimi Codices scripti non minus ac editi. Nec tamen vitio caret haec scriptura; non enim *νεκυομαντεῖα*, seu locos ubi responsa dant manes evocati, *facere*, sed iis *uti* solebat Appius. Vide lib. I. de Divin. cap. 58. Forsan igitur, cum nonnulli libri *νεκρομαντεῖα*, alii *ψυχομαντεῖα*, reliqui *νεκυόμαντεῖα* dent; eae varietates librarii produnt additamentum, meritoque Petr. Ciacconius illud verbum, quodcunque sit, abundare statuit; aut, quod probabilius videtur, cum acutissimo Bentleio legendum, *νεκυομαντεῖα consulebat.* Non absurde tamen legeris, *νεκυομαντεῖα adhibebat. D.*

ea, quae meus amicus] Pro *quae* est *quam* in Codd. Vind. 1. 2. Mon. 1. Edd. P. C. V. Ven. nostr. Cam. Asc. 1. 2. (posterior in marg. ex MS. *quae*) Goth. Grut. Gron. Reiskius, qui item *quam* reperisset in Med. Junt. Ald. Scur. Col., id receptum probabat. Perperam. Erroris causa manifesta est. *Mr.*

meus amicus Appius] Quinam ille fuerit Appius, certius Orellio dicere non possum. Ita autem vir doctissimus: „Dicit hunc Billerbeckius Appium Claudium Pulchrum, Ciceronis in Auguratu Colle-

amicus Appius *νεκρομαντεῖα* faciebat: inde in vicinia nostra Averni lacus,

---

gam (de Div. I. 16.), qui consul fuit a. u. c. 700. frater P. Clodii, ad quem Cicero epistolas tertii Epp. ad Famm. libri scripsit, qui nonnunquam a Cicerone Appius appellatur. Quaeri autem potest, an forte, auctore Sulpicio, veteri Lucani interprete, ille Appius intelligendus sit, quem Delphicum adiisse et consuluisse oraculum referunt Val. Max. I. 8. 10. et Lucanus V. 68 sqq. Eum Orosius 6. 15. Appium Claudium Censorinum appellat. Hasius ad Val. Max. l. c. illud factum esse ait a. u. c. 704. Sed neque ad hunc neque ad insequentes annos reperio apud Pighium in Annalibus Appium Claudium, Achaiae Proconsulem (ita nimirum apud Val. Max. est in Indice, in contextis: *qui Achaiae praeerat.*) Quem significat Billerb., is apud Pighium III. p. 470. u. c. 700. (701.) *Procos. Ciliciam et Cyprum obtinuit,* neque huc pertinet is, de quo ipse dubitat (III. p. 449.) App. Claudius, qui *Propraetore Illyricum obtinuit* a. u. c. 706 (707.)" Mihi quidem satis certum est, eum, qui hic intelligitur, esse Appium Claudium Pulchrum, Ciceronis in Auguratu collegam, de quo Cicero de Div. I. 16 (nec vero 17. ut dicunt Bill. et Or.) loquitur: qui cum etiam Censor fuerit (a. u. c. 703. vid. Borhek. ad vers. Germ. Epp. Cic. T. II. p. 2—6. cf. Cic. Epp. ad Famm. VIII. 12. et 14.) ab Orosio l. c. *censorius* dicitur; ita enim, nec vero *Censorinus,* legendum videtur apud eum scriptorem. Is idem est, quem de Div. I. 58. Quintus frater Marci amicum appellat, quique ibidem *ψυχομαντείοις* uti solitus esse dicitur: in eundem vero commode convenit quod Valerius Maximus l. c. de eo narrat, eum nimirum Delphicae cortinae antistitem in intimam sacri specus partem coëgisse descendere. Nimirum, ut ait Pighius ad eum locum, cum in Achaia provincia Delphi essent, quam administrabat, viribus imperii cogere antistitem oraculi Delphici poterat. Conf. Turneb. ad Cic. de Legg. II. 13. p. 648 sq. ed. nostr. et Cr. *Mr.*

νεκρομαντεῖα faciebat] „Mihi ita aliquando visum legi debere: *quam meus amicus Appius faciebat, νεκρομαντεία:* ut dicere intelligeremus Ciceronem: ex hoc genere esse *νεκρομαντείαν,* quam Appius fecerit. Haec autem quibus in locis exercebatur, ea *ψυχομαντεία* dicebantur, ut et in primo de Nat. Deor. [volebat de Div.]: *ne ψυχομαντεῖα quidem, quibus Appius amicus tuus uti solebat.* Alii tamen libri sic: *quae meus amicus Appius νεκρομαντεία faciebat,* atque ita sane fuerit paullo aptius, quam: *quam — νεκρομαντεία faciebat.*" *Camerar.* Ernestus in annotatione probat, quod Dav. Graecum vocabulum neutro plurali scripserit *νεκρομαντεῖα.* Scripsit autem Dav. *νεκυομαντεῖα.* Rathius, non cognita, ut videtur, Camerarii coniectura, eandem ut suam protulit, addens: „Est vero *νεκυομαντεία* [sic scribit] vaticinatio seu divinatio, quae fit evocatis manibus, unde *νεκυομαντείαν facere* ita dicitur, ut *aruspicinam facere.* At *νεκυομαντεῖον* s. *ψυχομαντεῖον* locus est, ubi inferorum umbrae responsa reddunt sciscitantibus. Eiusmodi locis Appius *usus fuisse* dicitur de Div. I. 58. eamque ipsam ob causam *faciebat νεκυομαντείαν.*" Neque inepta est illa Rathii, vel potius Camerarii, coniectura. Vulgata certe, utcumque eam vertas, incommoda est: violentior autem est ea, quam adhiberi volebant Bentleius et Davisius, medicina, nimirum ut scriberetur vel *νεκ. consulebat,* vel *adhibebat.* Standum igitur videtur vel a Camerarii partibus, vel a Ciacconii, qui deletam volebat Graecam vocem ut glossatoris additamentum, quae est etiam Kühneri sententia et Buggii: quamquam et hoc, in tanto librorum consensu, paullo

p. 156. a. *Unde animae excitantur obscurâ umbrâ, aperto ostio Alti Acheruntis, sanguine falso, mortuorum imagines.*

violentius factum videtur; vel denique legendum, ut ego aliquando conieci: *quae meus amicus Appius tanti faciebat*, νεκρομαντεῖα. Scribitur autem *νερχυομαντία* in Cod. Reg.; *νερειομαντία* in Marb.: *neptiomantia* in Rehd.; *νεκυϊομαντία* in Mon. 2; *quam — νεκρομαντείαν* in uno Ox.; *ενκροπνθια* (sic) in Ven. nostr., *necromantia* in Ed. Junt.; *ψυχομαντεῖα* in Cod. Ursini: quod placebat Bouhierio, quamquam est nonnisi correctio ex de Div. I. 58. Lacunam habent Cod. Mon. 1. et Ed. H. Plerique habent *νεκρομαντεία*. Leod. *νεκυομαντεία*. Fr. Fabr. *νεκροματεῖα*. Cod. Gud. *ne id mta*. Pergit Cod. Reg. cum Gud. 1. 2. *inde in vitia*. Marb. *inde initia*. V. etiam annott. seqq. *Mr.*

νεκρομαντεῖα] Ad rem consule Peucerum de variis Divinationum generibus (Servestae 1591. 8.) fol. 177—181. J. M. Maraviglia Pseudomantia veterum — explosa (Venet. 1662. fol.) T. I. p. 116 sq. T. IV. p. 73 sq. Hoffmanni Lex. Univers. s. vv. *Divinatio, Necromantia, Necyomantia*. *Mr.*

νεκρομαντεῖα] Davisius in Ed. 1. hanc posuerat annotationem: „Corrupte P. et A. Manutius, D. Lambin. ac Fr. Fabr. ediderunt. *inde ea, quae — νεκρομαντεῖα faciebat:* Licet iis faveat MS. Norvic. nisi quod ille *νεκυομαντεῖα* repraesentet: *νεκρομαντεῖον* enim sive *νεκυομαντεῖον* locum denotat, ubi responsa dant manes evocati. Vid. Herodotum V. 92. 7. et Pollucem I. 1. §. 17. 18. Rescribendum credo: *inde ea, quae meus amicus Appius νεκρομαντεία faciebat*. Adisis lib. I. de Divin. c. 58. Alter e Norvic. *ψυχομαντία*. Petr. *necyomantia*; sed non opus est, nam utrumque dicitur. Hesychius *Νεκυομαντεία, νεκρομαντεία*, seu per mortuos divinatio. Plinius Hist. Nat. XXXV. c. 11: *Athenis Necromantia Homeri:* ubi frustra *Necromantian* reponit P. Victor. Var. Lect. Lib. V. c. 15." Unde vides Davisium coniecisse, quod dudum ante ediderat Leodegarius a Quercu. Et certe vel sic lectus locus praestat vulgatae lectioni: quamquam illam scriptionem amplecti nolim. Wolfius in scholis *facere* ait simpliciter h. l. dictum videtur, ut *sacra facere* vel §. 34. *funera facere*. Laudat Orellius Freretum, Francogallum, qui in Operibus (Oeuvres Paris 1825. T. I. p. 518.) egregiam scripserit commentationem: *sur les Oracles rendus par les ames des morts*. — Add. Creuzer. Symb. und Mythol. T. I. p. 189. 192. Orellius, reiecta Kühneri suspicione, coniecit: *ea, quam meus amicus Appius νεκρομαντείαν* (s. *νεκυομαντείαν*) *faciebat* i. e. exercebat. Et ita in uno Ox. legi supra notavimus. Cui coniecturae quo minus accedam, prohibet incommoda plane verborum collocatio. *Mr.*

Averni lacus, Unde animae] Ibi *νεκυομαντεῖον* erat, quod hoc modo descripsit Maximus Tyrius Diss. XIV. §. 2. ed. Lond. *Ἦν δέ που τῆς Ἰταλίας κατὰ τὴν μεγάλην Ἑλλάδα περὶ λίμνην Ἄορνον οὕτω καλουμένην, μαντεῖον ἄντρον καὶ θεραπευτῆρες τοῦ ἄντρου ἄνδρες ψυχαγωγοί, οὕτως ὀνομαζόμενοι ἐκ τοῦ ἔργου· ἐνταῦθα ὁ δεόμενος ἀφικόμενος, εὐξάμενος, ἐνταμὼν σφάγια, χεάμενος χοάς, ἀνεκαλεῖτο ψυχήν, ὁτουδὴ τῶν πατέρων ἢ φίλων, καὶ αὐτῷ ἀπήντα εἴδωλον, ἀμυδρὸν μὲν καὶ ἰδεῖν ἀμφισβητήσιμον· φθεγκτικὸν δὲ καὶ μαντικόν· καὶ συγγενόμενον ὑπὲρ ὧν ἐδεῖτο ἀπηλλάττετο. Τοῦτό μοι δοκεῖ τὸ μαντεῖον καὶ Ὅμηρος γνούς, προσθεὶς τῷ Ὀδυσσεῖ τὴν ἐπ' αὐτῷ ὁδόν.* Non aliter Strabo lib. V. pag. 374. *Ἐμύθευον δ' οἱ πρὸ ἡμῶν ἐν τῷ Ἄορνῳ τὰ περὶ τὴν νεκυίαν τὴν Ὁμηρικήν· καὶ δὴ καὶ νεκυομαντεῖον ἱστοροῦσιν*

Has tamen imagines loqui volunt; quod fieri nec sine lingua, nec sine palato, nec sine faucium, laterum, pulmonum vi et figura potest. Nihil enim animo videre poterant: ad oculos omnia referebant. Magni autem est ingenii, sevo- 38

ἐνταῦθα γενέσθαι, καὶ Ὀδυσσέα εἰς τοῦτο ἀφικέσθαι. Νεκυομαντείου etiam τοῦ ἐν τῷ Ἀόρνῳ meminit lib. I. pag. 46. *D.*

Averni lacus] De Averni lacu prope Puteolos laudat Orellius librum qui inscribitur: *Viaggio di Enea all' Inferno ed agli Elisii secondo Virgilio del Canonico Andrea de Jorio.* Napoli 1823. 8. p. 101. — Kühnerus Heynii Excursum II. ad Virg. Aen. VI. Meyeri Darstellungen aus Italien p. 464. Adde P. Merulae Cosmograph. Part. II. Lib. IV. c. XII. p. 752 sq. *Mr.*

Obscura umbra opertae] Vulgo *obscura umbra*, aperto *ostio* etc. Sed Reg. et Vatic. *opertae*: unde manum Ciceronis eruit Cl. Bentleii solertia. Procopius in I. Regum pag. 86. Εἰώθεσαν ἐν ταῖς νεκυομαντείαις, δαιμόνων ἀπάταις, ΣΚΙΟΕΙΔΗ βλέπειν φαντάσματα. Nimirum veteribus σκιαὶ videbantur οἱ νεκροί, prout loquitur Scholiastes ad Aeschyli Choëph. vs. 155. *D.*

Unde — mortuorum imagines] Summa est hoc loco et librorum et interpretum discrepantia. Quam cum enarrare et diiudicare non possimus in hac annotationis angustia, reiecimus in Excursum II. ad calcem huius Operis, omissis iis, quae sunt in Davisii et Bentleii annotationibus. *Mr.*

Imagines mortuorum] Iano Gulielmio placet *mortuorum imagines*, uti quidem dant Eliens. tert. et Petreus. eaque mutatio (si modo versus esset Trochaicus, quod illi videbatur) prorsus est necessaria. Has autem imagines εἴδωλα καμόντων Homerus vocat, *simulacra luce carentium*, Lucretius et Virgilius: non quod animas imaginibus speculorum similes posuerint, quae, quamvis nostram referant speciem, corporeae naturae expertes omnino sunt, ut perperam Hier. Columna in Ennii Fragm. pag. 246. cui praeivit Porphyrius de Styge apud Stobaeum Eclog. Phys. pag. 129. sed quoniam *definierunt esse quoddam simulacrum, quod ad nostri corporis effigiem fictum inferos petat*, ut loquitur Servius in Aen. IV, 654. Vide sis et eundem ad Aen. VI, 134. Plutarchum de facie in orbe Lunae Tom. II. pag. 944. Scriptorem vitae Homericae inter Opusc. Galeana pag. 342. Horatium Od. lib. I, 24. Gisb. Cuperum in Apoth. Homer. pag. 20. et nos ad lib. III. N. D. cap. 16. [ibiq. Crzr. p. 550 sq. qui nova quaedam attulit.] *D.*

nec sine lingua, nec sine Palato,] Post *fieri* abest *nec* a Codd. Vind. 1. et Mon. 1., bis exhibet *neque* pro *nec* Ed. H. *Pallato* scribitur in Cod. Marb. *Mr.*

Sine faucium, laterum, pulmonum vi] Vulgo *laterumve* et *pulmonum*; sed voculas illas recte praetermittunt Reg. Med. Eliens. tert. et Bak. *D.*

faucium, laterum, pulmonum vi] Cod. Gud. *et laterum.* In Edd. A. B. S. E. C. V. Junt. Ven. nostr. Cam. Sturm. Asc. 1. 2. Rob. Steph. Grut. Gron. Verb. Ern. et Cod. Vind. est *laterumve et pulmonum.* Vind. 1. *laterumve et pulmonis.* Unus Ox. *pulmonumque*; alius: et Aug. *pulmonumve.* Nobiscum faciunt reliqui omnes. Rathius coniecit: *faucium laterumve aut pulmonum.* Et habet certe hoc asyndeton gravitatem ab argumento alienam: et ipse noster in fine cap. 17: *in corde, cerebrove, aut — in sanguine —* scripsit. Sed a plurimis optimisque libris standum fuit. In seqq. unus Ox. *omnino videre:* alius *animo videri. Mr.*

care mentem a sensibus, et cogitationem a consuetudine abducere. Itaque credo equidem etiam alios tot saeculis;

Revocare *mentem a sensibus*] Laudat hunc locum Augustinus ad Volus. Epist. 3. et habet *sevocare*, quod etiam repraesentasse videtur Eliens. tert. a prima manu. Noster N. D. lib. III. cap. 8. *Non quod difficile sit mentem ab oculis* sevocare; *sed quo magis* sevoco, *eo minus, quod tu vis, possum mente comprehendere.* Infra cap. XXX. *Quibus fuisset minima cum corporibus contagio, seque ab his semper* sevocassent. *D.*

sevocare mentem a sensibus] Davisium secuti sunt Ern. Schz. Wolf. Orell. Nobb. Locis a Davisio laudatis adde Tusc. I. 31. 75. *cum — a corpore — sevocamus animum*: de Div. I. 30. 63: *cum — est — sevocatus animus — a contagione corporis.* In seqq. dedit Or. ex Cod. Reg. Edd. P. et Dav. *ab consuetudine*, quibus accedit etiam Gud. 2. et unus Ox. Sed nolui in constanti reliquorum librorum scriptione, et cum aliis locis ipse ille Regius vulgatam vocis scriptionem teneat, eiusque hic immutandae nulla plane sit causa, insolentius quid inducere, cum vel optimi libri scriptor ab erroribus nequaquam se exhibeat immunem. Ceterum non falsam dico eam scriptionem: imo constans est apud Cic. de Inv. II. 53. 160: *et ab natura — et ab consuetudine*: itemque in antiquissimo illo palimpsesto librorum de Rep. III. 8. *ab Chrysippo*: sed non augenda videntur eiusmodi exempla praeter necessitatem. Ceterum de scriptione praepositionis *ab* ante literas consonantes quae dicenda sunt, habes coniuncta in Handii Tursellino I. p. 5 sq. quibus adde novam Ed. Forcellini Germanicam s. v. *a, ab, abs. Mr.*

credo equidem etiam alios tot saeculis] Vocem *etiam* omittunt duo Oxx. *et alios* habet Ed. H. Post *tot saeculis* plerique addunt glossemata: sine iis verba Ciceronis exhibent Codd. Vind. I. 2. Bern. Marb. Duisb. Rehd. quatuor Oxx. quatuor Pall. Vatic. et Pith. apud Gebhardum Lambb. in marg. Ipse autem Lamb. quamquam addidit in Ed. 1566. *de animis*, cum reliqui ediderint *disputasse de animis*, hanc annot. scripsit: „Hoc totum *disputasse de animis*, quod erat in vulgatis, non reperitur in libris veteribus: et profecto, si quis altius perspiciat attentiusque consideret, videbit redundare. Repetitur enim *ἀπὸ κοινοῦ dixisse animos* etc.“ „Lambinum post repetitas curas sic dare voluisse: *itaque credo etiam alios tot saeculis*, omissis reliquis, auctor est Gothofredus p. 173. idque ille acceptum refert repetitionibus Lambinianis. *Syrium* Pherecydem dixit Plinius 7, 51. sect. 52. Tom. I. p. Harduin. 407, 6. cf. Strabon. X. (non. XII, ut est apud Stephanum p. 626. E.) p. 487. Tom. 4. p. Siebenkees. 331 sq.“ F. A. *Klein.* ad Lamb. Emm. Tull. p. 460. Dav. in Ed. 2. edidit, Bentleio, ut videtur, suadente *alii*: nimirum ut facilius intelligas *ἀπὸ κοινοῦ dixerunt.* Lallemannus cum Lambino facit dicens: „Addunt vulgati *disputasse de animis*: sed has voces ignorant Codd. regii: eas igitur cum Lambino et Davisio delevimus.“ Bouhierius, eam in uno Leid. et sua Ed. vet. reperisset *disputasse*, hoc addi plane necessarium existimabat. Addunt eam vocem Mon. I. 2. tres Oxx. et Ed. P. Illud *disputasse de animis* habent unus Ox. et Edd. nostrae vett. omnes itemque A. B. S. E. C. V. M. Quod vero dicit Or. post Ed. Lamb. 1584 sequentes omittere illam glossam, id non factum reperio in Ed. Sylb. (1590.) Goth. (1596.) Olivet (Patav. 1753.) Amstelod. (Blaeu 1659.) — Cod. Vind. 2. habet in marg. *in aliis tot saeculis.* Apertissime vero agnoscis glossas in Cod. Gud. et Ed. H. ubi est: *tot saeculis scripsisse vel disputasse de animis.* Fr. Fabr. habet *de animis*, omisso *disputasse. Mr.*

sed, quod literis exstet, Pherecydes Syrius primus dixit, animos esse hominum sempiternos: antiquus sane: fuit enim

---

sed quod literis exstet,] Post *exstet* additur *probo* in Cod. Aug. Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cam. Med. Abiectum volebat *probo* iam Camerarius, cui obsecuti sunt sequentes, usque ad Reiskium, qui ex isto verbo plane incommodo ingeniose expiscatus est *proditum*. Ern., nihil de Reiskio monens, quia emendationem suam fortasse ante Reiskium excogitaverat (prodiit enim Ed. Ern. prima 1737, secunda 1757. Reiskiana 1759. tertia Ernesti, qua nos utimur, 1774.) idem faciendum monuit et fecit, ita scribens: Addendum aut intelligendum *traditum* vel *proditum*. nam sine hoc formam illam nusquam reperi. Vestigia sunt in edd. vett. et MS. Guelf., qui post *exstet* addunt *probo*. Eum secuti sunt Bip. FA. Wolf. Koel. Nobb.; Orellius vero verbum *proditum*, quum plane absit a Codd. uncinis inclusit. Ego vero ne hoc quidem mihi licere existimavi. Quod enim ait Ern. se sine illo verbo formam illam nuspiam (ita scripsit) reperisse, id nos non movet: est enim Brut. 15, 57: *quem vero exstet, et de quo sit memoriae proditum, eloquentem fuisse:* de Invent. I. 26. 39: *quod — monumenta — in literis exstent:* ubi, si *in* abesset, quod abesse poterat, nostram fere haberes formam. Unus Ox. cum habeat $\overline{co}$ *exstet*, potest voluisse *constet*, ut est de Or. II. 22. 93: *quorum — scripta constent:* vel *literis consignatum exstet*, ut est de Legg. III. 20. 46: *literis consignatam memoriam*. Sed v. etiam de nostro loco O. M. Müller. de vi et usu verborum quorund. Latinorum p. 12. Pro *exstet* Cod. Gud. 2. *existet*. De loci sententia vid. Wyttenb. in Bibl. Crit. VIII. p. 109. not. 5. *Mr.*

Pherecydes Syrius *primum dixit animos hominum esse sempiternos*] In vulgatis male *Syrus primum:* nam Syri insulae τὸ ἐθνικὸν est *Σύριος*, quod nec Ursinum latuit. Eadem macula tamen in non paucis restat veterum locis. Sic Luciano Macrob. Tom. II. p. 474. et Achilli Tatio Isag. ad Arati Phaenom. cap. III. pag. 125. *Φερεκύδης* dicitur ὁ ΣΥΡΟΣ. Leg. *Σύριος*; immanis enim est error Tzetzis et Augustini, quorum illi Chil. II, 869. huic contra Acad. lib. III. cap. 17. et ad Volusianum Epist. 3. *Assyrius* est noster Pherecydes. In iis tamen litteris recte tradit Episcopus Hipponensis, Pherecyden animorum immortalitatem docuisse; falliturque Tatianus, qui Orat. ad Graecos cap. XLI. sic loquitur: *Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης τοῦ Φερεκύδους δόγματος κληρονόμος ἐστί, καὶ τῆς ψυχῆς διαβάλλει τὴν ἀθανασίαν.* [Wesselingius ad Herodot. I. 16. librariorum culpa Tatiani verba corrupta putat. *Cr.*] Vide Lactantium Div. Instit. Lib. VII. cap. 7, 8. At non est dissimulandum scriptoribus inter se non convenire, qui primi dogma de animorum aeternitate tradiderint. Pausanius Messen. cap. 32. *Ἐγὼ Χαλδαίους καὶ Ἰνδῶν τοὺς μάγους πρώτους οἶδα εἰπόντας, ὡς ἀθάνατός ἐστιν ἀνθρώπου ψυχή.* [Vid. Casauboniana p. 13. ib. laud. Palladius de Brachmanibus. cf. ibid. p. 219 sq.] Aegyptios autem hac laude mactant Herodotus lib. II. cap. 123. et Clemens Strom. lib. VI. pag. 752. Athenaeo si credimus lib. XI. pag. 507. *Ἡ ψυχὴ ἀθάνατος — παρὰ πρώτῳ εἴρηται Ὁμήρῳ.* Vide et scriptorem vitae Homericae inter Opusc. Galeana p. 341. Id a nonnullis Pythagorae, ab aliis Thaleti tribuitur. Adi Diogenem Laertium I, 24. Maximum Tyrium Diss. XVI. §. 2. Porphyrium vit. Pythag. p. 188. et Hieronymum in Rufin. lib. III. cap. X. pag. 537. *D.*

Pherecydes Syrius] *Syrius* pro eo, quod est in multis libris, *Syrus*, scribi iam voluit Ursinus; „siquidem, dicens, *Σῦρος νῆσός ἐστιν*

meo regnante gentili. Hanc opinionem discipulus eius, Pythagoras, maxime confirmavit: qui, quum Superbo regnante in Italiam venisset, tenuit magnam illam Graeciam quum honore et disciplina, tum etiam auctoritate: multaque sae-

---

ἰωνική, ut inquit Strabo lib. XII. a qua τὸ *ἰθυκὸν σύριος*". Idem fieri iussit Camerarius in Annot. p. 51. Habent autem *Syrius* Codd. quatuor Oxx. Guelf. Gud. Duisb. Vind. 1. 2. Marb. Aug. Edd. Cam. Ven. Alt. Verb. Ern. et seqq. In Ed. HWolfii est *Scyrius:* in reliquis *Syrus*. In nomine *Pherecydis* varie peccari (*Pherecides, Pherentides, Ferecides*), in talibus semper videmus. De Pherecyde Syrio v. Heinii Comm. in *Mémoires de l'Acad. des Sciences de Berlin*. V. 174. 7. indeque in Windheim. Philosoph. Bibliothek. T. III. Tiedemann: Griechenlands erste Philosophen p. 153—186. Hornii Hist. Philos. p. 181. Wyttenbach. in Comm. de Vett. Philoss. sententiis de statu animorum etc. p. VIII: qui vir verbis *quod literis exstet* minime videsur fuisse offensus; denique Hoffmanni Lex. Univ. s. v. *Mr.*

primus dixit] Ita dedi ex Codd. Rehd. Duisb. Bern. cum Ed. HWolfii, Lamb. Dav. 2. (ubi Bentleium secutus est) FAWolf. Koel. Orell. Reliqui perseverant in *primum*. Unus Ox. *primum dicit*. Pergimus *animos esse hominum* cum Codd. Reg. Gud. 1. 2. Gud. Dav. Or. Plerique *animos hominum esse*. Cod. Mon. 2. *esse animos hominum. Mr.*

Fuit enim meo regnante gentili] Verba *fuit enim* absunt a Cod. Marb. „*Servio Tullio* Romanorum rege sexto, qui eiusdem Tulliorum generis fuit. Hinc Silius Italicus Lib. VIII. [406 sq. Vid. ad eum Dausquej. p. 350 sq.]

Tullius aeratas raptabat in agmina turmas,
Regia progenies, et Tullo sanguis ab alto.

Hoc igitur Tullio regnante Pherecydem vixisse ostendit Cicero." *A. Manut.* Ian. Pagn. in scholiis ait Ciceronem eum gentilem suum ideo tantum vocasse, quia eodem secum Tullii nomine vocaretur. Vid. quos laudat de Ciceronis, quam ipse de se praedicat in libris de Legg. II. 1. 3, stirpe antiquissima Wyttenbachius ad eum Cic. locum p. 159. ed. nostr. et Cr. Iocatum eum esse ait Or. laudans Brut. 16. ubi est: *ut, si ego me a M'. Tullio esse dicerem, qui patricius cum Servio Sulpicio consul anno X. post exactos reges fuit.* Ubi vid. Ellendt. p. 50. Add. Histoire de Ciceron par Mr. Morabin. T. I. p. 2. Remarques p. X. A. Weichert in Poett. Latt. Aostii etc. Vitis et Reliquiis p. 2. Vocem *meo* omittit Cod. Aug. sed vacuo spatio relicto. *Mr.*

maxime confirmavit] *Maxime* abest a tribus Codd. Oxx. Edd. Oliv. Lall. Mox cum glossa *regnante Tarquinio Superbo* locum exhibent Codd. Aug. Vind. 1. Edd. Ven. nostr. et Alt. Cam. Asc. 1. 2. Car. Steph. Junt. Fr. Fabr. Med. P. A. B. S. E. C. (sed Crat. in marg. ut nos). Pergunt Marb. Vind. 1. Rehd. Gud. *tenuit illam magnam.* „Magna Graecia, quae res est notissima, ea proprie dicitur Italiae pars, quae est a Tarento Cumas usque. Iustin. XX. Aliis tota Italia. Ovid. in Fastis [IV. 64. ubi vid. Taubneri Ind. p. 403 sq.] *Itala nam tellus Graecia maior erat.*" *Ian. Pagnin.* Add. Merulae Cosmogr. P. II. L. IV. c. 28. p. 1170—1181. *Mr.*

Cum honore et disciplina] Reg. Eliens. tert. et Med. *cum honore disciplina.* Cl. Bentleius reponit *cum* more *et disciplina. D.*

quum honore et disciplina] FAWolfius in Ed. tertia, invitus fortasse, (quamquam habet etiam Ed. H.) perperam edidit *tum*, ut recte monet Kühnerus: qua de re cum fluctuarent adhuc viri

cula postea sic viguit Pythagoreorum nomen, ut nulli alii docti viderentur.

Sed redeo ad antiquos. Rationem illi sententiae suae 17

---

doctissimi, vel minus accurate praeciperent, rem denuo in examen vocavit et utilissime de ea, adhibitis exemplis, disputavit Stuerenburg. ad Cic. pro Arch. p. 167. Quod sequitur *honore et disciplina*, est in Codd. Vind. 1. 2. Aug. Gud. uno Ox. Gruterianis, ut videtur, Edd. H. P. A. B. S. E. C. V. M. Ven. nostr. et Att. Leod. Asc. 1. 2. Cam. Rob. et Car. Steph. Ald. Sylb. Sturm. HWolf. (hic vero annotavit, alios legere *honore disciplinae*, quod coniecit Reisk. et ego reperio in uno Ox. Edd. Lamb. FAWolf. Ern. Schz. Nobb. Or.) Junt. Boul. Brut. Goth. Lambb. Grut. Olivett. Gron. Bentleii coniecturam, *more et disciplina*, recepit Dav. in Ed. 2. Contra quam Pearcius „At mihi, inquit, potior videtur emendatio, quam nuper protulit popularis noster, Warburtonus, qui, leviore mutatione, legit *cum honore ex disciplina*. Ciceroni propositum fuit in hoc loco non naturam Pythagoreae philosophiae memorare, sed eam gloriam, quam Pythagoras habuit apud civitates magnae Graeciae. Hunc illae civitates tum philosophum tum legislatorem agnoverunt: *honos* igitur *ex disciplina* hic respicit ad primum illum Pythagorae characterem, *auctoritas* vero ad secundum. Ne quis vero dubitet, an satis latine dicatur *honos ex disciplina*, animo contempletur id, quod Cicero dicit in Orat. pro Sex. Roscio c. 50. *quanto honore ipsa ex illorum dignitate afficeretur*." Pearcii sententiam probavit eiusque emendationem recepit Lallemannus. Ad nostram lectionem proxime accedunt ii Codd. in quibus est *ratione disciplina*, quia ultima vocis prioris litera facile absorbere potuit voculam *et*. Sunt ii Reg. Mon. 1. 2. quatuor Oxx. Rehd. Defendit nostram lectionem Nissen. p. 13. dicens: „sensus est: tantam suae disciplinae famam comparavit, ut multi eam sequerentur." Bene. Recte etiam Or. *honore* explicans voce *celebritate: auctoritatem* ad rem publicam potius referens. Servavi autem *honore et disciplina*, quia hanc locutionem per figuram ἓν διὰ δυοῖν dictam existimo, quales enumeravit C. L. Rothius in utilissimo libello: Taciti Synonyma et per fig. ἓν διὰ δυοῖν dicta: p. 22 sqq. ut sit id ipsum, quod recepit Orellius, intelligendum: *honore disciplinae*: quam scriptionem docto cuidam interpreti deberi existimo. Goerenzius, qui item cum Ern. legit *honore disciplinae* ad Acadd. I. p. 15. et 52. monet, *disciplinae* non ad v. *honore* tantum pertinere, sed etiam ad *auctoritate*. — Pro *sic viguit* Ed. H. habet *subviguit*: tres Oxx. *post* pro *postea*: unus omittit *docti*. Similis nostro loco est Sall. Cat. 7. 4. *per laborem et usum* (vel ut Obbarius in Jahnii Annal. 1839. I. p. 65. vult: *per laborem et usu*) ubi Kritzius ex auctoritate aliquot Codd. ἓν διὰ δυοῖν sustulit, scripsitque *per laboris usum*. Pro *viderentur* Verb. in marg. ex MS. *ne* (sic) *crederentur*. *Mr.*

Multaque saecula postea sic *viguit*] Nonius in *Nominativus pro Dativo*: Cicero Tusc. lib. I. multaque saecula post illa *reviguit* Pythagoreorum nomen. Leg. *sic viguit*, ut apud nostrum. *D.*

c. 17. *Sed redeo ad antiquos.*] Id dixit respiciens ad verba antecedentia: *multaque saecula postea*. Saecula dicit non tempus centum annorum, sed, quod monuit Or., hominum aetates, vel (ut vulgo loquantur) generationes. Pro *sententiae suae* Ed. H. habet *suae sententiae*. Pergit Vind. 1. *non reddebant fere*. Hoc vero sensu vox *fere* negationem excipere solet. Vid. exempla apud Tursellin. p. 297. ed. Schwarz. Pergunt Codd. Mon. 2. Rehd. Gud. Edd. H.

non fere reddebant, nisi quid erat numeris aut descriptio-
39 nibus explicandum. Platonem ferunt, ut Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse, et didicisse Pythagorea omnia,

---

P. A. B. S. E. Junt. Ven. nostr. Cam. *nisi quod.* De constructione *nisi quid erat* vid. Etzler. in Jahnii Annall. Philol. et Paedag. 1829. III. 2. p. 231: ubi aliquis fortasse exspectet *esset:* quod necessarium non est. Cod. Gud. 2. habet *quid numeris erat. Mr.*

numeris aut descriptionibus] Ad sententiam loci commentator anonymus apud Leod. haec: „Id ait propter Pythagoram, qui omnia ad numeros referebat, eosque existimabat rerum omnium principia. Itaque veras causas immortalitatis animorum non afferebat; quasdam petebat a numeris, ut poterat. Accipi potest ita quoque, ut antiqui in mathematicis disciplinis rationibus dicantur usi, non in naturalibus.“ *Descriptiones* intellige formas et demonstrationes geometricas, ut *numeros* demonstrationes arithmeticas. *Describere* est in illis rebus verbum proprium: vid. de Finn. V. 19. 50. de Sen. 14. 49. ubi v. Ern. et Gernh. Graecis hae *descriptiones* dicuntur διαγράμματα. Vid. Wyttenbach. ad Platon. Phaedon. p. 184. — Pro *aut* est *ac* in Codd. Gud. et Vind. 2. Tum habent *discriptionibus* Cod. Reg. et Ed. H. Cod. Marb. pergit *explicatum*; et sic etiam unus Ox. *Mr.*

Platonem ferunt etc.] Factum est hoc post Socratis obitum. Vid. Appuleium de Dogmate Platonis p. 47. ed. Stewech. *Mr.* — „Huc facit potissimum Aristot. Metaphys. I, 6: μετὰ δὲ τὰς εἰρημένας φιλοσοφίας ἡ Πλάτωνος ἐπεγένετο πραγματεία, τὰ μὲν πολλὰ τοῖς Πυθαγορείοις τούτοις ἀκολουθοῦσα, τὰ δὲ ἴδια παρὰ τὴν τῶν Ἰταλικῶν ἔχουσα φιλοσοφίαν. Cf. Porphyr. Vit. Pyth. §. 53.“ *Schuch.* — Ad seqq. addo, Davisium in Ed. 1. post verba *in Italiam venisse* illud multorum librorum additamentum (*et in ea cum alios multos, tum Archytam Timaeumque cognovisse*) servasse additis hisce: „Nos retinendas censemus eas voces, cum nihil Cicerone indignum vel alienum a vero complectantur. Noster de Finn. V. 29: *cur Plato Aegyptum peragravit? — cur post Tarentum ad Archytam? cur ad ceteros Pythagoreos, Echecratem, Timaeum, Acrionem, Locros.* At secundum Macrobium Saturn. I, 1: *Inclutum dialogum Socrates habita cum Timaeo disputatione consumit, quos constat eodem saeculo non fuisse;* quare necessum est, ut plura veterum loca congerantur. Valer. Max. VIII. 7. 3. ext. *Quo minus miror Platonem in Italiam transgressum, ut ab Archyta Tarenti, a Timaeo et Acrione et Echecrate Locris Pythagorae praecepta et instituta acciperet.* Hieronym. Apol. II. adv. Ruf. T. III. fol. 112. C. ed. Froben. *Plato — ab Archyta Tarentino et Timaeo Locrensi Pythagorae doctrinâ eruditus, elegantiam et leporem Socratis cum huius miscuit disciplinis.* Haec, nisi fallor, Saturnalium scriptorem refellunt, et lectionem, quam recepimus, abunde confirmant stabiliuntque.“ Haec apposui, non probans sententiam Davisii priorem, sed quia continent locos veterum ad rem facientes. *Mr.*

In Italiam venisse] In vett. editis post haec verba legitur *et in illa* (vel *ea*) *cum alios multos, tum Archytam, Timaeumque cognovisse;* quae, cum ab optimis Pall. abessent, Jano Gebhardo non esse Ciceronis videbantur. Exulant etiam a Reg. Bentleian. et Balliol. nec quin hoc iure merito fiat ullus dubito; siquidem Codices illi, qui hoc agnoscunt emblema, fere repraesentant, *et in illa cum alios multos cum Archytam Timaeumque cognovit;* unde ea docto cuidam Scholiastae deberi satis apparet. Vide nostrum de Fin. lib. V. c. 29.

primumque de animorum aeternitate non solum sensisse idem, quod Pythagoram, sed rationem etiam attulisse; quam, nisi quid dicis, praetermittamus, et hanc totam spem im-

---

Valerium Maximum lib. VIII. cap. VII, 3. ext. Apuleium de Habit. Doct. Plat. pag. 569. et Hieronymum in Rufin. lib. III. pag. 537. *D.*

in Italiam venisse] Quae vulgo post haec adduntur verba, nunc post Dav. eiecta, absunt a Codd. tribus Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Bern. tribus Palatinis, Vatic. (in hoc vero scriptum est, teste Gebhardo: *Platonem ferunt, qui, ut Pythagoreos cognosceret, in Italiam venit, didicisse Pythagorea omnia*) Mon. 1. (qui istud additamentum nonnisi in marg. pallidiore atramento addita habet) marg. MS. Ed. nostr. Asc. 2. Edd. Grut. Gebh. seqq. exceptis Verb. Lall. Oliv. Lectionem *cognovit* pro *cognovisse*, unde recte apparere dicit Davisius manum Scholiastae, reperi in Codd. duobus Oxx. Rehd. Gebh. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. Edd. C. V. M. Ven. nostr. et Ald. Asc. 1. Recte in Add. monet Or. pannum illum, tot Editionibus assutum, videri desumptum ex Finn. V. §. 87. vel de Rep. I, 10. i. e. ex Nonio, qui posteriorem locum excerpsit: ad quem vid. annotata in Ed. nostra Cic. de Rep. p. 48—50. — Pro *didicisse* Cod. Regius *dedicisse*. Ad v. *Pythagorea omnia* vid. Gronov. Observatt. II. 2. p. 223 sq. — Pro *animorum aeternitate* Cod. Rehd. et Ed. H. *animorum immortalitate*: quod est glossatoris. Dixit etiam c. 22. *animorum aeternitas*: cf. c. 23. extr. 33. pro. *cum de aeternitate animorum dicatur*. Pro *sensisse idem* est *sensisse id* in Cod. Vind. 1. et paullo superius unus Ox. habet *primum quidem* pro *primumque*. *Mr.*

Sensisse idem, quod Pythagoran, *sed* rationes *etiam adtulisse*; quas etc.] Vulgo *Pythagoras, sed* rationem *etiam adtulisse*, quam etc. Lectionem vero quam dedimus exhibet Bak. Et recte quidem, ut vidit Cl. Bentleius: nam Plato *multas rationes* attulit cur immortales putandi sint animi. Vide cap. XXI. Quod autem *Pythagoran* legamus, id fide Reg. Eliens. tert. aliorumque Codicum nititur. Censorinus de die Natali cap. XV. *Isocratem Rhetorem ferunt prope ad id aetatis pervenisse, quo* Gorgian *Leontinum*. Quinctilianus Declam. II. pag. 18. *Idem vos putatis efficere noctium merita — quod natalium pignorumque* reverentias. Sic et alii. *D.*

quod Pythagoram] Accusativum habent tres Oxx. Reg. Rehd. Marb. Gud. Bern. Mon. 1. 2. Vind. 2. Edd. Ern. (ex Cod. Guelf.) Dav. HWolf. Leod. Koel. Bip. FAWolf. Schz. Nobb. Or. idque etiam se in Cod. uno Leid. reperisse testatur Buhierius. Nissen. l. c. p. XIV. Nominativum praeferre videtur: quem Ernestus Latinitati officere contendit: in hoc quidem nimius: quamquam elegantior est Accusativus. Loquuntur de hac constructione Krügerus üb. d. Attraction. p. 286. Oehsner. ad Cic. Eclogg. p. 398 sqq. Otto ad Cic. Cat. maj. 1. p. 5. — Ed. A. habet *quod Pythagoraos* (sic), conflato lectionis monstro ex *Pythagoras* et *Pythagoreos*, quod exhibet Ven. nostr. *Mr.*

sed rationem — quam] Restitui singularem, quem habent plerique, et optimi quidem, libri: nam *rationem* reddentes, quod recte observavit FAWolfius, plures afferre rationes v. argumenta possumus. Pluralem habent MSS., nescio qui, apud Ern., Mon. 1. Vind. 1. 2. unus Ox. Ed. H. Ernestus vero cum diceret, habere quosdam MSS. *rationes*, hos ipse non vidisse credendus est, sed legit in Ed. Dav. 2. qui item in tertia nonnisi unum Bak. laudat: in secunda vero pluralem nondum receperat. Pro *nisi quid* in marg. MS. Asc. 2. est *nisi si quid*: quod hic locum non habet: vide modo Ramshorn.

mortalitatis relinquamus. A. Ain' tu? quum me in summam exspectationem adduxeris, deseres? Errare, mehercule, malo cum Platone, quem tu quanti facias scio, et quem ex tuo ore admiror, quam cum istis vera sentire. M. Macte

Gramm. Lat. §. 190. p. 593. nos ad Cic. de Legg. II. 26. p. 364. Quod vero Bentleius pro *dicis* coniecit *vis*, necessarium non est. Neminem, opinor, fugit, quam saepe *dicere* ponatur pro *contradicere*. *Mr.*

Ain' tu?] Ita Dav. ex Bentleii sententia in Ed. 2. (nec vero in 3. etc. Oxon.) et post eum FAWolf. Schütz. Or. probante etiam Ernesto, quamquam hic coniecit *an tu me, cum in* etc. Et ita legi volebat Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 19. 62. ubi est: *Ain' tu? quum res occultissimas aperueris — negabis —?* De Legg. I. 20. 53. et III. 6. 14. similiter: *Ain' tandem?* ad Att. VI. 1. post med. *Ain' tu? Scipio hic Metellus proavum suum nescit, censorem non fuisse?* Conf. Orat. 45. 154. — Pergit Cod. Gud. *me quum etiam in* — Rehd. *summam in exspectationem*: elegantius scilicet. Constructionis verbi *adducere* cum praepositione *in* plurima exempla vides collecta in nova Ed. Forcellini Germanica p. 55. b. Scribitur *duxeris* in Ed. H., *induxeris* ex corr. in Ven. Alteri. Legerat nimirum corrector in libris de Off. II. 15. 53. *in istam spem induxit*. Lael. 16, 59: *inducatque in spem*: Or. pro Planc. extr. *subito inducor in spem*. Sed ad Att. II. 22. est *in eam spem adduci*. *Mr.*

deseres] Ita scripsi pro *deseris*, non tantum probantibus Bouhierio, Ernesto, Goerenzio ad locum Cic. in Acadd. modo laudatum, ubi item sequitur futurum post *ain' tu?* et Kühnero ad h. l.: sed ex Cod. duobus Goerenzii, uno Ox. Guelf. Vind. 1. 2. Rehd. Gud. *Mr.*

Errare, mehercule, malo cum Platone,] Codd. Vind. 1. Aug. *Errare me malo, hercle:* et Leid. apud Bouh. *Me errare, hercule, malo.* Rehd. *mehercle.* Idem cum Ed. H. *cum Platone malo.* De formula *mehercule* vid. quae monui ad Cic. de Legg. III. 14. extr. p. 444. Add. Garaton. ad Cic. pro Planc. 26. p. 153. ed. Orell. ib. p. 60. Goerenz. ad Cic. de Legg. II. 4. 8. p. 115. Gernh. ad Cic. Lael. 9. 30. p. 72. Ad constructionem *quem tu quanti facias* — nuper commode disputavit G. P. Schuppius, Gymn. Hanoviens. Dir. in Prolusione Scholastica, quae prodiit 1830. p. 7. Ad rem et sententiam vid. Creuzer. ad Cic. de N. D. II. 12. p. 255. ed. Cr. et nostr. maj. Add. ed nostr. min. p. 99. in primis Kühneri librum de Ciceronis in philos. meritis p. 71. et conf. nostrum librum infr. c. 21. 49. In eandem sententiam Quintilian. Inst. Or. I. 6. p. 72. ed. Burm.: *vel error honestus est magnos duces sequentibus. Mr.*

quem tu quanti — vera sentire] Ad locutionem cf. Stuerenburg. ad Or. pr. Arch. poet. p. 18. Unus Ox. et Mon. 2. *quem tu qualem facias.* Verba *quem ex tuo ore admiror* intellige: quem te docente et praeeunte admiror, quia ubique Platonem praedicas. Verba *cum istis* intelligenda sunt non de Pherecyde vel Pythagora, sed de vulgaribus, quos alibi dicit, philosophis, Epicureis potissimum, ut recte monuit Or., quippe qui de animorum immortalitate dubitabant. *Mr.*

Macte virtute!] Cod. Aug. *M. tute.* Cod. Marb. *Hac te virtute.* Formulam sacrificialem comparat Or., unde haec locutio ducenda videatur: *Juppiter O. M., macte hac hostia esto:* unde intelligenda sit: auctus fortunatus esto virtute tua! Vid. Barnab. Brisson. de Formulis p. 29. ed. Conr. et Bachii. Post *ego enim* Cod. Mon. 1. omittit *ipse* eandemque vocem in Ed. Ven. Alt. delendam esse, punctis subscriptis indicatur: abest etiam ab uno Ox., quorum alius

virtute! ego enim ipse cum eodem ipso non invitus erraverim. Num igitur dubitamus, sicut pleraque: quamquam b.

---

in praecedentibus omittit *quam*, alius *vera*. Quamvis autem dicatur *sentire cum aliquo*, hoc loco *vera* abesse nequit, cum verbo *errare* opponatur. Quod sequitur *cum eodem ipso*, A. Matthiae ad Cic. pro lege Man. 16. 46. corrigi vult *cum eodem illo*, quod probat Friedemannus ad Ruhnk. Oratt. etc. I. p. 85. quibus accedit Beneckius ad Cic. Cat. II. 5. p. 131. qui aut *ipso* delendum, aut cum Matth. *illo* scribendum existimat. Et abest revera *ipso* a Cod. Gud. Sed mihi cum Or. nihil mutandum videtur: neque tam facile a librariis *ipse* et *ille*, quam *ipse* et *iste* permutantur: et ipsum illud *illo* tam promptum erat corrigere, ut conveniat cum locutione vulgata *idem ille*, ut facilius credas, ab aliquo illam correctionem (*illo*) illatam esse (quamquam hoc factum non est), quam si adfuisset, mutatum fuisse *illo* in *ipso*. Pro *erraverim* Cod. Mon. 1. habet *oraverim*: ubi agnoscis Monachum formulae *Oremus* quotidiano usu adsuetum. *Mr.*

Num igitur dubitamus, an, sicut pleraque, sic et hoc?] *Dav.* in Ed. 1. haec: „Ultimas tres voculas perperam omittunt MSS. Petr. Cantabr. et unus e Norvicensibus. Alter: *Dubitamus, an, sicut pleraque, sub dubitatione accepimus, sic et hoc?* Additamentum est ex glossa. Ed. Ven. hoc modo interpungit: *Dubitamus? an sicut pleraque sic et hoc?* Quae sane distinctio exinde ortum habuit, quia nesciret librarius, verbum illud active poni, quod tamen alibi a Cicerone factum esse docuit Casp. Scioppius ad Sanctii Minerv. Lib. III. c. 3.“ *Lallemannus* ad h. l.: „Voculam *an* cum Bentleio delevimus, additam a librariis, qui ignorabant verbum *dubitare* active sumi.“ *Bouhierius* quoque Bentleii sententiae accedebat, quam v. in eius annot. *Ernestus* servavit scriptionem, quam in lemmate huius annotationis exhibemus, ita tamen, ut *an* uncinis includeret, utpote molestum, cum nihil sit, quo referatur. Ad verba *sic et hoc* dicit: sc. quod de animorum aeternitate statuit cum Pythagora Plato. „Edd. quaedam, pergit, etiam pro *num* habent *non*. non male.“ *Reiskius*: „Fortasse: *non igitur dubitamus. An, sicut pleraque, sic et hoc?* scilicet dubitamus. Observavi etiam alibi in Ed. Med. *num* pro *non* positum.“ *Nissen.* l. c. „Sententia quo melius procedat, haec sunt ita distinguenda: *num igitur — sic et hoc* (quam*quam* — *mathematici*) *terram* etc.“ Cod. Aug. habet *an sicut ut plerique*. Iam vide etiam de hoc loco Censoris Lips. Ed. Kühn. sententiam (1831. 200. p. 1593.) qui in legendo loco nobiscum facit. De *et* non pro *etiam* ponendo v. Otto in Excurs. ad Cic. de Finn. p. 379 — 387: de hoc autem loco p. 384. Sed vid. etiam quae monuimus infra ad IV. 34. 73. ad verba *Probe et ille*. *Mr.*

Dubitamus sicut pleraque etc.] Vulgo *dubitamus* an *sicut pleraque*, sic et hoc. Sed illas tres voculas omittunt Reg. Eliens. tert. Bak. Petr. et Cantab. locumque perpurgavit doctissimi Bentleii solertia. *D.*

Num igitur dubitamus, sicut pleraque: quamquam — mathematici terram] Hanc nos scriptionem, et re et virorum doctorum sententiis ponderatis, recipiendam duximus. Sed primum de libris dicendum. Pro *num* est *cum* in Cod. Marb. Vocem *an* habent quidem libri, sed cum facile intelligi possit, quomodo irrepserit, eam eiiciendam duximus cum Ern. Absunt autem verba *sic et hoc* a Codd. Mon. 1. 2. Vind. 1. Rehd. Gud. Gud. 1. 2. Aug. quinque Oxx. et Reg. Ea uncinis inclusit Or. cum v. *an*, parenthesi autem sequentia

hoc quidem minime; persuadent enim mathematici: terram in medio mundo sitam ad universi caeli complexum quasi

---

quamquam — mathematici. Cod. Oxx. tres et Ven. Alt. habent *pleraque sub dubitatione accipimus*, unus cum Ed. H. *pleraque sub dubitatione accepimus.* Ed. P. *an sicut pleraque mathematici persuadent; quamquam hoc quidem minime persuadent enim terram.* — *Hottingeri* sententia in Prolusione supra laudata haec est: „Facile assentior Bentleio, particulam *an* delenti. Non item illi accedam, verba ista, *quamquam hoc quidem minime — mathematici* uncinis includenti [non uncinis inclusit B., sed parentheseos signis], ut sequentia cum prioribus sic coniungantur: *Num igitur dubitamus, terram in medio mundo sitam* etc. Quamquam igitur olim ipse, nondum visa mihi Bentleii animadversione, locum ita in ordinem redigendum censueram; tamen postea, accuratius cognito Ciceronis more, animum ultro mutavi. Non enim, si vulgari scribendi consuetudini magis conveniens est illa ratio, magis etiam habenda est Ciceroniana. Atqui deprehendi Tullium saepe, quae natura atque severa scribendi lege cum enuntiatione priori erant coniuncta, ea cum posteriore aliqua, non sine grata quadam sermonis negligentia contexere. Sic inf. c. 36: *Hoc premendum etiam atque etiam est argumentum, de quo, si mortales animi sunt, dubitare non possumus, quin tantus interitus in morte sit, ut ne minima quidem suspicio sensus relinquatur.* Ubi vulgaris ratio item sic postulabat: *Confirmato illo (de quo dubitare non possumus) ut tantus interitus in morte sit* etc. De Divin. II. 15: *Concedam hoc ipsum; si vis: etsi magnam iacturam causae fecero, si ullam esse convenientiam naturae cum extis concesserо.* De Offic. I, 10. *Ne noster quidem probandus est, si verum est,* Q. *Fabium Labeonem — arbitrum Nolanis et Neapolitanis de finibus a senatu datum — cum utrisque separatim locutum* etc.“ Haec quidem sententia mihi prae ceteris probatur, ideoque eam sublatis parentheseos signis, sequendam duxi. Verba autem: *Num igitur dubitamus, sicut pleraque* etc. ita intelligo: Nos quidem, ut Academici, pleraque, i. e. de plerisque, dubitamus: num igitur hoc quoque? Certe vix licet: nam id quidem, quod mathematici persuadent i. e. demonstrant, dubitare vel minime licet, nimirum terram etc. — In Ed. H. legitur *quanquam et haec quidem,* in Cod. Marb. *id quidem.* Gud. omittit *quidem.* Vocem *enim* omittit Marb. *Mr.*

terram in medio mundo sitam] Legitur *mundi* in Codd. Rehd. Gud. Edd. H. Fr. Fabr. V. M. L. Rob. et Car. Steph. HWolf. Sturm. Sylb. Ald. Brut. Boul. Goth. Lambb. (sed Lamb. 1566. ut nos) Lall. Oliv. In marg. Lambb. Goth. et Verb. legimus esse in aliis libris *mundi loco:* quod nusquam reperi: si reperirem, glossatoris vel correctoris esse dicerem, ut, quod est in Codd. Rehd. Marb. Mon. 2. *positam,* et, quod coniecit Rathius: *in media mundi sede sitam:* quia est de N. D. II. 39: *terra locata in media mundi sede.* Ad rem conf. Plin. H. N. II. 69. *Mr.*

ad universi caeli complexum] *Ad* ponitur in comparatione, pro: comparatam cum universi caeli complexu: vel, ut explicatur in nova Forcellini Ed. Germ. p. 49. b. supr.: si referatur, spectetur, comparetur. Cf. Wyttenbach. ad Cic. de Legg. I, 2. 6. p. 20. ed. nostr. et Cr. Handii Tursellin. T. I. p. 104 sq. coll. p. 111. Multa etiam exempla habes apud Pareum in Lex. Crit. p. 30. et Vechnerum in Hellenolexia p. 440 sq. Melius, ut videtur, sonaret *ad universum caeli complexum:* sed nihil de mutatione cogitandum. Unus Ox. omittit *universi.* Pro *complexum* est *conspectum* in Cod. Marb. qui

puncti instar obtinere, quod κέντρον illi vocant: eam porro naturam esse quattuor omnia gignentium corporum, ut, quasi partita habeant inter se ac divisa momenta, terrena et humida suopte nutu et suo pondere ad pares angulos in terram et in mare ferantur: reliquae duae partes, una ignea, altera animalis, ut illae superiores in medium locum

---

tamen *complexum* in marg. adpictum habet rubro colore. Verb. in marg. ait legi in MS. nescio quo *compressum*. Ad sententiam v. Cic. de rep. VI. 17. extr. ibiq. nos p. 488. in primis c. 16. extr. p. 485. Pro κέντρον in Ed. H. lacuna est, *centron* scribitur in Codd. Reg. Mon. 2. Gud. 1. 2. Edd. Junt. Ven. nostr. *centrum* in quinque Oxx. Rehd. Marb. Mox Cod. Rehd. et Ed. H. *esse naturam*. Corpora quatuor omnia gignentia sunt ea, quae dicimus elementa: huc confert Kühnerus Cic. Acadd. I. 6. 24. Unus Ox. omittit *omnia*. *Mr.*

ut, quasi partita habeant inter se ac divisa momenta,] Scripsi *ac* ex Cod. Reg. quem solum eam vocem pro *et* exhibere dicit Or. Sed habent *ac* praeterea Codd. Gud. 1. 2. Mon. 1. 2. Marb. Rehd. Vind. 1. 2. Ed. H. In Cod. Gud. est *et inter se divisa*. Pro *divisa* Verb. in marg. ex MS. *diversa*. Posui autem verba *quasi - momenta* inter duo commata, ut ea parentheseos signis circumscripsit Carolus Stephanus; quo facto non erat, quod contra optimorum librorum auctoritatem ante *terrena* adderem *ut*, quod non agnoscunt Codd. Reg. tres Oxx. Vind. 2. Marb. Rehd. Bern. Pall. Edd. Fr. Fabr. M. Lamb. Car. Steph. Boul. Brut. HWolf. Leod. Ald. Sylb. Goth. Grut. Gron. Dav. Lall. Oliv. Verb. Ern. Bip. Nobb. *Ut* additum probant Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 15. 48. p. 92. Gernh. ad Cic. Lael. XXIV. p. 181. et Bouhierius ad h. l. *Momenta* intellige movendi v. motionis leges. Ad v. *humida* cf. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. II. p. 13. Duo Oxx. eius loco habent *huiusmodi*. *Mr.*

suopte nutu et suo pondere] Est *suapte* in Codd. Aug. Marb. et Ed. Ven. Alt. (ex corr.) *suo* in Codd. Gud. et uno Ox. Cod. Rehd. omittit *nutu*. Ad h. v. vid. nos ad Cic. de N. D. II. 39. 98. de Rep. VI. 17. p. 489. ad priorem locum inprimis Creuzer. p. 760. 363. ed. Cr. et nostr. maj. ibiq. laudd. Add. Turnebi Adversarr. L. XXVII. 2. p. 84. Ed. Paris. T. III. De forma *suopte* v. Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 18. 49. p. 78. Add. Ruddimann. Inst. L. L. 1. p. 293. — Pergit Lamb. *et suopte pondere*. Verba *ad pares angulos* intellige: ad rectos angulos, qui fiunt, cum in lineam rectam incidit alia linea perpendiculariter. Pro *ad pares* unus Ox. *et partes*. Pergit Mon. 1. *et in terram*: tum Reg. *et in mari*. Sequentia: *reliquae duae* desunt in uno Ox. Cod. Rehd. habet *reliquae vero duae*. Mon. 2. *reliquaeque duae*. Quod h. l. dicitur *animalis*, mox redit, et explicatur voce *spirabilis* i. e. aër. Ad v. *illae superiores* in Cod. Vind. 2. commoda superscripta est glossa recentiore manu: *superius dictae*; nimirum terra et aqua. Ne vero quis litem moveat posteriori voci, ut superfluae, conferat Epp. ad Famm. I. 9. 54: *proximis superioribus diebus*, ubi item, quamquam alio modo, posterior vox inservit priori explicandae. Add. de Finn. III. 21. 70: *tamen hi quoque posteriores fatentur*: ubi ego in Symbolarum in Cic. Criticarum Specimine primo p. 12. sq. praeter necessitatem, ut nunc videtur, v. *posteriores* supervacaneam esse dixi ideoque deletam volui. *Mr.*

in medium locum mundi] Vox *mundi* abest a Codd. Rehd. Gud. 2. eamque delevisse Lambinum scriptum est in marg. Edd. Lambb. Goth. et Verb., cuius rei ego in collatione ab Oliveto et Orellio in-

mundi gravitate ferantur et pondere, sic hae sursum rectis lineis in caelestem locum subvolent, sive ipsa natura superiora appetente, sive quod a gravioribus leviora natura repellantur. Quae quum constent; perspicuum debet esse,

---

stituta nullum reperio vestigium. Pro *ferantur* est *feruntur* in Cod. Rehd. Edd. H. et Lamb. idque coniiciebat etiam Bouhierius. *Medius locus* est, quod nos dicimus *centrum*. Pro *et pondere* Cod. Vind. 2. habet *ac pondere*. — *Hae* sunt posteriores partes, ignea nimirum et animalis. Eius loco est *haec* in duobus Codd. Oxx. Mon. 1. Edd. Ven. nostr. Fr. Fabr.; *hee* in Cod. Marb. *eae* in Mon. 2. Pro *rursum*, quod occupat plerosque Codd. MSS., Regium quoque, recepi cum Or., quod receperat iam FAWolfius in Ed. 1. (quamquam *rursus* revocavit in 2. et 3.) *sursum*, quod exhibent Codd. Vind. 2. unus Pal. duo Oxx. Edd. P. A. B. S. E. C. V. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. 2. HWolf. Ald. Sturm. Cam. Med. Sylb. Leod. Lamb. Goth. Brut. Boul. Junt. Rob. et Car. Steph. Fr. Fabr. Oliv. Lall.; *cursum* habet Cod. Rehd.; *rursus* est in Cod. Mon. 1. et quatuor Oxx. Defendi potest *rursum*, si id positum dicas, non ut repetitionem, sed ut oppositionem significet, quemadmodum Graecum *αὖ*, ut est infra c. 20. 45: *et habitabiles regiones, et rursum omni cultu vacantes*. In seqq. Cod. Gud. habet *in caelestem locum ferantur subvolitent*: prioris erroris causa manifesta: posteriorem peperit vocabulum Ciceroni alibi non usitatum: quamquam scriba iam nobis procudit verbum, quod ne alii quidem scriptores usurparunt. *Mr.*

Sive ipsae — adpetentes] Vulgo *ipsa — adpetente*. Ast *adpetentes* est in nonnullis Codicibus, ut testatur Lambinus; qui locum sic constituit, ut edimus. Legi tamen queat *sive* ipsarum *natura superiora adpetente*. *D.*

sive ipsa natura superiora appetente] Placebat Ernesto Davisii coniectura. *Lambinus* ad h. l. „*appetentes* habent aliquot veteres Codd. melius, opinor, quam vulgati, *superiora appetente*: vel lege *ipsae*.“ Hoc ipsum Bentleius voluit et Davisius recepit, itemque Lallemannus, Olivetus, et FAWolfius in Ed. pr. Lambini lectionem habent Fr. Fabr. (hic vero in marg. *appetent*:) HWolf. (sed in marg. *petente*) Bipont. *Petente* est etiam in Ed. Sturm. Bentleii coniecturam iam Bouhierius supervacaneam esse censuit, recte explicans: *Soit que la nature même de ces élémens les porte à s'élever aux regions supérieures*. In eandem sententiam disputat Nissen. l. c. p. 16: „Quid? ait, nonne intelligi debet *eorum*? Certe natura, quae sequitur, item leviorum est, tanquam dicatur *natura sua*.“ Nuperrime locum nostrum tractavit S. B. *Bugge*, in Prolusione (Obss. in I. Cic. Dispp. Tusc. librum) Christianiae 1825. edita, ubi p. 19. ita: „Equidem nullum unquam in vulgata lectione vitium potui deprehendere. Quid enim? Nonne *ipsa natura* in hoc rerum nexu bene exponi potest: *ipsa earum* (ignearum illarum et animalium partium) *natura* — ? Ut sit sensus: sive quod ipsa earum natura superiora appetat. Faciliorem tamen et perquam ingeniosam esse emendationem Bentleianam, facile concedo. Praeterea valde placet coniectura Wolfii *sursum* pro *rursum*.“ Hanc vero minime esse Wolfii coniecturam supra vidimus. — Unus Ox. habet *apparente*: reliqui Codd., qui nobis quidem innotescunt, *appetente*. *Ipsae* ex uno Ox. enotatum est. *Mr.*

Sive quod — constent] Adducuntur haec a Nonio in *constat*. *D.*

Sive quod — constent.] Post *leviora* omittitur *natura* in Cod. Vind. 1: neque eo vocabulo admodum aegre careremus. Pro *repel-*

animos, quum e corpore excesserint, sive illi sint animales, id est spirabiles, sive ignei, sublime ferri: si vero aut nu-41

lantur est *pellantur* in Codd. quatuor Oxx. Aug. Gud. Edd. P. A. B. S. E. Cam. Ven. nostr. Junt. Med. Ald. (ap. Rsk.) Ed. H. habet *repellentur*. Ad v. *constent* FAWolfius in scholis: *constare* dicimus in quo omnes consentiunt. Sequitur in Cod. Vind. 1. *debet esse perspicuum*. Mon. 1. *debent*. Mox *e* ante *corpore* abest ab uno Ox. *Corporibus* scribitur in Cod. Vind. 1. et Ed. H. *Mr.*

Animales id est spirabiles] Reg. et Vatic. *spiritabiles;* Pal. quart. *spiritales;* Petrens. *spirituales;* ac ita legendum coniecerat Janus Gulielmius. Frustra quidem et immerito. Noster cap. XXIX. *Fac igneam, fac* spirabilem. Sic et alibi. Servius ad Aen. III, 680. Spirabile, *vitale, quo spiramus, et est sermo* Ciceronis, *quamquam ille* spiritabile *dixerit in libris de Deorum natura*. Empedocles ex versione Chalcidii in Timaeum §. 11.

Humorem liquido, nostro spirabile *flatu.*

Eundem versum nonnihil immutatum profert §. CCXVI.' Aberravit vero P. Manucius, qui tres ultimas voces Glossematis damnavit. *D.*

animales, id est spirabiles] Qui glossas venantur, facile h. l. sibi tale quid deprehendisse possunt videri, si loco *id est* in uno Ox. legi viderint *et*, in alio *sive*, in Mon. 2. *vel*. Accedit, quod contendi potest, Ciceronem, si voluisset explicare vocem *animales*, id certe facturum fuisse eo loco, ubi primum eam posuit: nimirum paullo superius, ubi est *una ignea, altera animalis*. Et certe iam A. Manucius: „Fortasse, dixit, hoc etiam suppositititium, ab interpretante proximum verbum *animalis* inculcatum." Sed tamen cum Davisio servanda censeo verba, quae hoc loco commodius explicant illam vocem, quam supra. Varietas autem lectionis in voculis plerumque compendio scriptis nihil movere debet suspicionis: quamquam Rathius quoque ad h. l. „Explicatur itaque, dicit, quid *animale* sit, sc. *Spirabile* et mox c. 18. enucleatur, quid *spirabile* sit, sc. *animale*: et id ipsum animale paullo ante sine ulla explicatione legitur. Utrobique inepta haec interpretatio inducenda est:" merito iam reprehensus a Censore, quem non semel laudavi, Jenensi 1806. 49. p. 387. Scribitur autem *spiritabiles* in uno Ox. et Cod. Reg. idque placebat Bouhierio: quamquam equidem illud ipsum vocabulum, a Servio (in Annot. Davisii) Ciceroni vindicatum, in libro de N. D. II. c. 6. extr. nohnisi in uno Cod. Rehd. vidi, et apud ipsum Servium alii legunt *spiritale*, quod ipsum est cadentis latinitatis. Ex eo vero et adiectivo *spirabilis* Ciceroniano conflatum existimo vocem nihili *spiritabilis*. Ceterum de Ciceroniano vocabulo cf. Ochsner. ad Cic. Eclogg. ed. 3. p. 27. *Mr.*

sublime ferri] „Vetus cod. habet *in sublime ferri*, quod magis placet, quia supra dixit *in caelestem locum.*" *Ursinus.* Idem recipiendum visum est Ernesto, cum in Cod. Guelf. et Edd. Med. Junt. Ald. *in* additum vidisset. Accedunt his duo Codd. Oxx. Aug. Vind. 1. Gud. Edd. H. S. A. B. E. C. L. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cam. Sylb. Car. Steph. Sturm. Fr. Fabr. Schz. Nobb. HWolf. habet quod nos additque: „alii *sublimes*, alii *in sublime: μετεωρίζεσθαι, ἢ ἄνω φέρεσθαι, ἢ ἀνωφερεῖς γενέσθαι.*" Cicero autem v. *sublime* saepius ita posuit. Vid. modo nos ad Cic. de N. D. II. 16. p. 271. ed. Cr. etc. nostr. maj. II. 39. p. 366. II. 56. p. 446. 769. ed. nostr. min. p. 105. 164. Add. Ochsner. l. c. ed. 3. p. 65 sq. et p. 491. Doederlein: *Lat. Synon. u. Etym.* I. p. 70. — Scribitur etiam *sublime* adverbialiter pro *in sublimi:* v. c. infra c. 43. 102. de Div. II. 31. 67. Doederlein. l. c. II. p. 100. *Mr.*

merus quidam sit animus, quod subtiliter magis quam dilucide dicitur, aut quinta illa non nominata magis quam non

---

si vero aut numerus quidam sit animus] Post *aut* Cod. Marb. omittit *aut*. *Numerus quidam*, ait Wolf. in Scholis, non est i. q. numerus aliqui certus, sed aliquod numeri genus, aliquid quod in numeris ponendum sit. In verbis *quinta illa non nominata magis quam non intellecta natura* admodum discordant viri critici: interpretes plane nihil in eo differunt, quaenam sit illa natura. Ἐντελέχειαν enim, de qua loquitur Marcus extremo capite decimo, ad unum omnes intelligunt. Et libri quidem fere nihil variant: nisi quod post *magis* Mon. 1. omittit *quam non*, Codd. vero Rehd. Vind. 2. unus Ox. et unus ap. Verb. voculam *non*. *Ern.* ad v. *non nominata magis* addit sc. in sermone Latino quae nomen non habet. *Reiskius*: „Fortasse *non nominata non magis* — id est: natura non magis carens nomine, quam ad intelligentiam obscura". *Nissen.*: „i. e. quamquam non nominata, intellecta tamen natura. Scilicet nomen non habebat ante Aristotelem, quamquam vis eius nota fuit et intellecta." Prior pars explicationis vera: posterior non item. *Rathius* utramque negandi particulam sublatam volebat; immemor supra eam dici c. 10. extr. *nomine vacantem*, ut ait Cens. Jen. laud., coll. c. 26, 65: *quinta quaedam natura, ab Aristotele inducta primum*: de Finn. IV. 5. *quinta quaedam natura*: Acadd. I. 7. *quintum genus quoddam*. Rathio tamen obsecutus est *Schützius*. FAWolfius posterius *non* delevit et in scholis haec addidit, illorum ratione non meliora: „i. e. natura, cuius non magis nomen est, quam intellectus; nimirum apud vulgus hominum, et in lingua Latina. Graecum enim ei imposuerat nomen Aristoteles; *non* autem arcte coniungendum est cum v. *magis* ne ita intelligas: quod facilius intelligi, quam nomine aliquo significari v. appellari potest." *Orellius* vero: „Si lectio librorum tantum non omnium, ait, sana est, explicari debet (cf. Ramshorn. p. 304. Zumpt. p. 290.): *aeque non intellecta ac nominata* i. e. non tam intellecta, quam nominata duntaxat sc. ab Aristotele. Nissenii explicatio falsa est, itemque Wolfii; nam nomen habebat, ἐντελέχειαν. Rathius autem ad sententiam recte. Sed periculosa est eiectio duplicis *non*: magisque etiam, si quid mutandum, placeret: *illa nove nominata magis, quam intellecta*. cfr. §. 22 (*novo nomine*)". Ego vero (etiam si sententia probabilis esset, quod secus videtur) vereor, ut unquam Cicero *naturam nove nominatam* scripturus fuisset, quamquam Auctor ad Herenn. I. 9. 15. dixit: *ne quid nove dicamus*. *Kühnerus*, Wolfii, pro suo proposito, lectionem sequens, sententiae eius explicationem cum Orellio reprobat, suamque hanc exhibet ob corruptam lectionem non probabilem: „natura, quam non magis apto verbo designare possumus, quam clare perspicere." *Kernius*, recentissimus interpres Germ. ad sententiam a Wolfio reprobatam satis probabiliter: jenes fünfte Grundwesen, welches sich mehr durch die Vernunft erkennen, als durch einen Namen aussprechen läfst. *Orellius* vero in animm. ad FAWolfii scholas ita reddidit locum ad lectionem vulgatam nec vero accurate intellectam: die nicht sowohl ihrem Wesen nach begreiflich, als blofs (von Aristoteles) benannt ist. — *Buggius* denique, cuius Prolusionem supra laudavi, „Mihi, ait, simplex et apertus verborum sensus hic esse videtur: quinta illa natura, cuius, etsi nullum ei est nomen, notionem tamen qualemcunque nobis informare possumus; quae nomine quidem caret, intelligi tamen quodammodo potest. Quinta illa natura, inquit, nomine magis, quam

intellecta natura; multo etiam integriora ac puriora sunt, ut a terra longissime se efferant. Horum igitur aliquid animus est, ne tam vegeta mens aut in corde cerebrove, aut in Empedocleo sanguine demersa iaceat.

---

intellectu caret. Ipse Cicero c. 10. extr. nomine vacantem eam appellat.“ Kritzius in Cens. Ed. Kühn. (A. S. Z. 1830. 112. p. 907.) Wolfio assentit, dicens, sententiam esse: quinta illa natura, cuius non magis nomen habemus, quam perspicuam notionem; dixisse enim Ciceronem 10, 22: *quintum genus adhibet, vacans nomine: et sic ipsum animum ἐντελέχειαν appellat, novo nomine, quasi quandam continuatam motionem et perennem.* Recte Buggius. Sed omnium optime de hoc loco disputavit R. Klobius Quaest. Tull. I. p. 81—88. cuius tota disputatio lectu digna, sententia vero de nostro loco haec est p. 84: Vult quidem Cicero: *„quamquam non nominata, intellecta tamen natura*; sed quo id verecundius diceret, duplici negatione usus hanc suam dixit sententiam: *natura illa, quam ego quidem non dixerim esse prorsus intellectam planeque perceptam, sed quam tamen magis esse intellectam contenderim, quam nominctam.* P. 87: Haec est Cic. sententia: istam quidam naturam ab Aristotele esse non nominatam, sed tamen, qualis esset, intellectam; esse enim quintam illam naturam non ex elementis, quae vulgo ferantur, conflatam, sed divinam et caelestem, quod quum saepe his locis significavit, tum c. 26. §. 65. aperte declaravit: *sin autem — animorum*: c. 27. §. 66. *singularis est — necesse est.* P. 88: „quam (naturam) ait Cic., non contenderim quidem prorsus cognosci a nobis posse atque intelligi, sed quae mihi tamen videatur ab Aristotele non nominata magis, quam non intellecta esse i. e. minus esse nominata, quam intellecta: est enim illa divina et caelestis et aeterna. Quod ut efficeret, animum humanum esse immortalem, vel maxime debebat affirmare.“ Iam v. etiam Cens. Lips. 1831. 200. p. 1593 sq. *Mr.*

multo etiam integriora ac puriora sunt] Ern. ad h. l.: „Genus non convenit superioribus, i. e. animis humanis. „unde Davisius edidit *integriores ac puriores sunt.*“ Ita nimirum Dav. in Ed. 2. ex Bentleii sententia. In tertia neque lectionem mutavit, neque quidquam monuit. Nissen. existimabat, Ciceronem, neutro genere utentem, in mente habuisse *corpora* ex superioribus. Pro *etiam* est *et* in Ed. H., *igitur* in Cod. Gud. *Interiora* habet unus Ox. *Sunt* omittit Ed. P. Pro *se* est *sese* in Cod. Mon. I. Tum *haec ferant* in Codd. ap. Verb. uno Ox. ubi agnoscis vestigia veteris scriptionis *ecferant*, quam servavit Gud. 1. et Davisius. Cod. Rehd. *effecerint.* In seqq. Bouhierius, nescio quid absurditatis subodorans, coniecit: *horum igitur aliquid animus esto*, quia non recte intelligebat vocem *igitur*, quam dictam existimabat pro *ergo*, ut sit quasi conclusio syllogismi, huic loco non conveniens. Quem refutare necessarium non est. Addam tamen eius annotationem, ut lectores ipsi possint iudicare: „Hoc ita exponitur, quasi consequens ex iis, quae antecessere. Atqui aliter res se habet, neque phrasis sententiam explicare nisi absurdam potest. Proinde opinor Ciceronem scripsisse *esto.* Explicato, quam felix animorum sit futura conditio, si aut aëre constent aut igne etc. haec subiungit: Optemus igitur horum aliquid animum esse, ne indigne cum corpore pereat: periret autem, si vel cor esset, vel cerebrum vel sanguis.“ — Verbum *est*, nescio cur, in Ed. 3. omisit Dav., quod abest a Codd. Rehd. Mon. 2. In secunda scripsit *est animus*, ut est in Mon. 1. Marb. Gud. Ed. H. Unus Ox. habet *animus est aliquid. Mr.*

18 Dicaearchum vero cum Aristoxeno, aequali et condiscipulo suo, doctos sane homines, omittamus: quorum alter ne condoluisse quidem unquam videtur, qui animum se habere

---

Ne tam vegeta mens] Forte *ne tam vegeta* res *aut in corde* etc. Prout etiam Cl. Thomas Bentleius reponendum coniecit. *D.*

ne tam vegeta mens — iaceat] v. R. Klotzii Quaest. Tull. I. p. 21. qui tuetur *ne*. Thomae Bentleii coniecturam non improbat FAWolfius: sed nullus liber suffragatur. *Nec — iacet* habent Edd. B. S. E. Cam. Ven. nostr. Asc. 2. Cod. Bern. Gud. 1. et FAWolf. in ed. pr. idque volebat etiam Ern. exhibere ex Edd. Med. Junt. et MS. Guelf., sed edidit *nec — iaceat*, ut est in Ed. Rob. Steph. Nobb. Haec scriptio, nisi typographi errori debetur apud Ern. et Stephanum, ab aliis perperam repetito, commendaret Bouhierii coniecturam *esto*. Scribitur *ne — iacet* in Ed. Asc. 1. et Med. unde Reisk. ipsum illud *nec — iacet* coniecit scribendum, quod postea in duabus Edd. reperit: nos in pluribus. Vocem *tam* omittit Cod. Marb. Pro *vegeta* est *veta* in Cod. Reg., *vegetata* in uno Ox., *vegetativa* in Cod. ap. Verb. Pro *cerebrove* Ed. H. habet *cerebro*. Pro *Empedocleo* alios habere *Empedoclio* ait Verb. De latina Graecorum Adiectivorum in — εῖος terminatione vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. V. 19. 54. p. 600. ad de Legg. II. 3. 7. p. 114. cf. nostr. etc. Cr. Ed. p. 174. Goerenz. ad Acad. II. 31. 98. p. 181. et nos ad Cic. de Div. II. 5. 14. ibiq. laud. Schneider. Gr. Lat. I. Elementarlehre I. p. 69—73. Pro *demersa* est *submersa* in duobus Oxx. De Empedocle v. supra ad c. 9. *Mr.*

c. 18. *Dicaearchum vero* etc.] Unus Ox. habet: *cum aristo Zenoquasi et*. De Dicaearcho v. Mahnium de Aristoxeno §. 6. p. 16: de Aristoxeno eundem ib. Pro *Aristoxeno* Cod. Vind. 1. *Aristoseno*, consulto, ut apparet, eraso x. Mox Aug. tres Oxx. Ed. Junt. *et cum discipulo*. Cod. Rehd. *et discipulo*. De recto hoc pronominis possessivi (*suo*) usu vid. Doelekii Deutsch-Lat. Schulgramm. p. 164. Omittit id unus Ox. Ad constructionem *Dicaearchum — cum. Aristoxeno — doctos sane homines* Dav. in Ed. 1. haec: „Hanc constructionem defendit optimorum scriptorum usus, licet Th. Munckero ad Hygini Fab. VI. poëticam magis, quam pedestrem, orationem sapere videatur. Hirtius Bell. Afr. c. 52: *Iuba cum Labieno capti in potestatem Caesaris venissent*. Corn. Nep. Phocione c. 2: *Demosthenes cum ceteris, qui bene de Rep. mereri existimabantur, plebiscito in exilium erant expulsi*. Sic etiam locuti sunt Sallustius, Livius aliique, ut ostenderunt Fr. Sanctius et Jac. Perizonius Minerv. IV. 10. „Pro *omittamus* Gebh. se in optimo Pal. tert. et emendatissimo reperisse testatur *amittamus*: recte, addens, meo animo. *Amittere* enim est *amandare, ablegare*: et ut ferme *amittere personam*, ita *omittere rem* dicimus.“ Sed v. Doederleinium (*Lat. Synon. u. Etymol.* III. p. 284.) de usu et significatione utriusque verbi disputantem. Pro *alter ne* Cod. Reg. *alternae*, unus Ox. et Aug. *alter nec*. Omittunt *ne* Edd. A. B. S. E. Cod. Gud. habet *quidem ne condoluisse*. Rehd. et Mon. 2. *ne doluisse quidem*. Ad haec Leodegerius: „Iocatur in Dicaearchum, qui, quum se negaret animum habere, non debuit fateri se dolore aliquo affici: quod sine anima non fit.“ Ad seqq. *Pearcius*: „In hac lectione [*qui — non sentiat*] Cicero non dicit, cur Dicaearchus *non videatur condoluisse*: poterat ille et sensisse *se animum non habere*, et tamen condoluisse. Quapropter mihi in mentem venit Ciceronem scripsisse: *quia — non sentiat*: ut haec sit ratio, cur Dicaearchus non videatur *condo-*

non sentiat; alter ita delectatur suis cantibus, ut eos etiam ad haec transferre conetur. Harmoniam autem ex intervallis sonorum nosse possumus; quorum varia compositio etiam harmonias efficit plures; membrorum vero situs et figura corporis, vacans animo, quam possit harmoniam effi- p. 157. a.
cere, non video. Sed hic quidem, quamvis eruditus sit, sicut est, haec magistro concedat Aristoteli; canere ipse doceat. Bene enim illo Graecorum proverbio praecipitur,

Quam quisque norit artem, in hac se exerceat.

---

luisse. Sensus est: Dicaearchus ita acerrime disseruit se animum non habere, ut ne condoluisse quidem, quod eum non haberet, videretur.“ Sed non cogitabat Pearcius, ipsum relativum *qui* saepe esse causale. Vid. nos ad Cic. de Rep. II. 21. p. 272. ibiq. laudd.; ad de N. D. II. 26. p. 313. ed. Cr. et nostr. maj. coll. ib. II. 42. p. 377. Ed. nostr. min. p. 119. Ne vero cui placeat lectio *doluisse*, is conferat nostrum infr. II. 22: *pes condoluit*: de Or. III. 2: *latus ei condoluisse.* Acadd. I. 10. 38: et *condolescere et concupiscere.* Neque aliud, quidquam est in verbo composito *condoluit*, quam si eum, qui loqui desiit, *conticuisse* dicimus. Catil. III. 5: *conscientia convictus repente conticuit.* cf. quod paullo inf. legitur *concalefactam. Mr.*

alter ita delectatur suis cantibus] Ed. H. *alter etiam ita.* Cod. Gud. *alter delectatur ita.* Cod. Aug. *alter itaque utique.* Vind. 1. *alter ita utique suis cantibus delectatur.* Ad v. *ad haec* Jan. Pagninus: „nimirum ut doceret animam esse harmoniam.“ In seqq. Cod. Vind. 1. Edd. C. V. L. Rob. Steph. *ex sonorum intervallis.* — Tum Mon. 1. *nosce*, ut voluisse videri possit *noscere.* Idem statim *vario.* Mox Vind. 1. *plures efficit harmonias.* Mon. 1. Gud. *harmonias etiam efficit.* Ed. H. *efficit etiam armonias.* Edd. P. A. B. C. M. L. Fr. Fabr. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cam. Junt. Rob. et Car. Steph. cum Cod. Gud. faciunt, ordine non peiore vulgato, Cod. unus Ox. *posset* pro *possit*: ex his duo paullo superius *ad hoc*, unus cum Gud. 2. *et haxc.* Cod. Aug. *ad huc.* Tum Cod. Rehd. et Mon. 2. *harmoniam facere.* Cod. Gud. 2. omittit *etiam.* Sequitur in Vind. 1. *certe non video.* Cod. Aug. *Sic hic quidem.* Pro *quamvis* unus Ox. *quantus*, alius omittit eam vocem. Pro *sicut* Ed. E. sola *sicuti*, quae forma antiquior Ciceroni minus est usitata. Sine varietate lectionis est Epp. ad Famm. VI. 6. extr. — *Haec* intellige *philosophandi artem.* Pergunt Codd. Rehd. Mon. 2. *concedat magistro.* Gud. *magistro Aristoteli concedat.* Quod sequitur *ipse*, ut Graecum αὐτὸς saepissime, non est i. q. nos dicimus er selbst: sed sonus est in verbo *canere*, et locus ita intelligi debet: *canendi artem* docere suum esse munus existimet. Unus Ox. et Aug. habet *hoc* pro *haec.* Gud. 2. omittit *haec.* Oxon. alius post *Aristoteli* addit *mendaciter.* In seqq. Cod. Rehd. et Mon. 2. habent *Graecorum illo proverbio.* Gud. *Graecorum illorum proverbio.* Nostrum ordinem habent Codd. Bentleii, Davisius, Codd. Mon. 1. Vind. 2. Marb. Gud. 2. Ed. Rob. Steph. Reliqui *illo proverbio Graecorum. Mr.*

Quam quisque — exerceat] Hoc modo Graeci,

Ἕρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

Extat apud Aristophanem in Vespis vs. 1422. [1431. Dindorf.] et Suidam in ἔρδοι. Similia veterum loca congessit Th. Gatakerus V. C. de Stylo N. T. cap. 25. [p. 129 sq. Ed. Traj. 1698.] *D.*

Quam quisque norit artem, in hac se exerceat.] „Versus hic Ari-

42 Illam vero funditus eiiciamus individuorum corporum levium et rotundorum concursionem fortuitam: quam tamen Democritus concalefactam et spirabilem, id est animalem, esse vult. Is autem animus, qui, si est horum quattuor generum,

---

stophaneus necdum ab iis, qui proverbia collegerunt, animadversus." *Ursin.* Est tamen iam in Erasmi Chiliadibus Adagg. p. 684. Ed. Frcf. 1656. ubi multa similia ex veteribus collecta habes. Add. his Propert. II. 1. 46:

Qua pote quisque in ea conterat arte diem.

Ad quem locum vid. Passeratii Comment. (Paris. 1608. f. m.) p. 250. A. Schotti Adag. Graecorum p. 428. Pro *norit* Cod. Vind. 1. *novit*. Ad constructionem versus huius proverbialis vid. Krüger. v. d. Attraction. p. 194. *Mr.* — Interprr. ad Pind. Nem. I. 25: *τέχναι δ'ἑτέρων ἕτεραι.* „Add. Stratonic. ap. Athenae. VIII. 10. p. 351. E. Auct. Aur. Carm. v. 30. *πρῆσσε δὲ μηδέ τι τῶν μὴ ἐπίστασσαι.* Add. Ciceron. ad Att. V. 10. Allatium ad Socraticorr. Epistol. p. 198. ed. Orell." *Schuch.*

Illam vero funditus etc.] Antiquam scriptionem *eiciamus* reperio in Codd. Marb. et Mon. 2. Ad rem cf. de N. D. I. 24. p. 105. 106. ed. Cr. et nostr. maj. ibiq. Cr. Interprr. ad Diogen. Laërt. IX. 44. Davis. supr. ad I. 11. init. Andr. Schotti Nodor. Ciceron. II. 7. p. 319 sq. De scriptione *lēvium* (non *laevium*) v. supra I. 11. prc. Vocalem sequentem *et* omittit Cod. Rehd.; pro *concursionem* est *cursionem* in uno Cod. Ox. *Mr.*

quam tamen Democritus concalefactam] Pro *tamen* est *tantum*, ex perperam lecto compendio, in marg. MS. ad Asc. 2. Edd. A. E. Schur. Ven. nostr. Pro *concalefactam* Cod. Marb. *cum calefactam*. Hoc verbum et sequens *spirabilem* (pro quo Cod. Mon. 1. habet *conspirabilem*, quod est nihili, et marg. Crat. *spiritalem*, quod est posterioris aevi) Kühnerus recte explicat: igneis et aëriis partibus constantem: laud. Aristot. de Anima I. 2. *Mr.*

Quam tamen Democritus concalefactam et spirabilem id est *animalem esse* vult] Vulgo *voluit*, contra Msstorum fidem. Scilicet philosophus illa corpuscula *σφαιροειδῆ πῦρ καὶ ψυχὴν λέγει*, prout auctor est Aristoteles lib. I. de anima cap. 2. Portenti vero simile videri possit, quod noster hoc in loco *spirabilem id est animalem* dicit, quum supra cap. XVII. legatur, *sive illi sint animales id est spirabiles*. Hinc certe dubitari non potest, quin *animale spirabili* censuerit obscurius. Eodem igitur modo sumendus est hicce locus ac ii de quibus egimus lib. III. cap. 27. *D.*

id est animalem, esse vult.] De hoc quoque loco suspicio moveri potest, et re vera mota est eadem, quae supra c. 17. de verbis *animales id est spirabiles;* ad quae vid. annotationem nostram. Pro *id est* unus Ox. habet *et*, Rehd. *vel* cum Mon. 2. Uncinis incluserunt verba *i. e. animalem* Schützius, FAWolfius, Kühnerus. Sed recte monet Or. neque lectionis varietatem movere nos debere (nam compendia verborum *id est* [*i.*] et *vel* [*t*] facile permutari) et hoc significatu glossatorem vocem *animalem* vix intrusurum fuisse. Neutra vox, addit, quum satis per se placeret Ciceroni, utramque posuit. Cfr. de Finn. 3. §. 13: *Erit enim notius, quale sit, pluribus notatum vocabulis idem declarantibus:* cf. ib. §. 55. — Scripsi autem *vult* (pro *voluit*, quod ortum est ex antiqua scriptione *volt*) ex Codd. tribus Oxx. Bern. Reg. Rehd. Gud. Marb. et Codd. Lallemanni, qui eam lectionem recepit cum Dav. Wolf. Orell. *Mr.*

Is autem animus, qui, si etc.] Particula *autem* transitioni inser-

ex quibus omnia constare dicuntur, ex inflammata anima constat, ut potissimum videri video Panaetio, superiora capessat necesse est. Nihil enim habent haec duo genera proni, et supera semper petunt. Ita, sive dissipantur, pro-

---

vit, monente Kühnero, qui laudat Brem. ad Corn. Nep. Dion. III. 5. p. 155. Beier. ad Cic. Off. I. 8. prc. p. 55. Add. Handii Tursellin. I. p. 564 sqq. Ad sententiam loci Turnebus in Adverss. X. 14. p. 324. ed. Paris. haec: „si animus est ex elementis compositus, non e terra humoreque constat. Haec enim elementa nimium crassa nimiumque concreta sunt et ponderosa, cum animi mirifica sit subtilitas atque levitas: quo fit, ut, si ex elementis coagmentatus est, ex ardore et anima constitutus sit, id est ex igne et aëre, quae et levia sunt et tenuissima. Infra quoque Cicero ista de causa dicit iunctum ex anima tenui et ardore solis temperato ignibus insistere, neque se altius efferre, compositum illum intelligens ex aëre et igne.“ Vocem *qui* abundare existimabat H. Wolfius: et recte ille, si vera esset eius lectio in seqq. *et superiora capessat necesse est:* tum enim *qui* non posset referri ad *constat*, neque haberet quo referretur. Huius vero *et*, praeter Ed. H. Wolf., in nullo libro apparet vestigium. *Mr.*

Qui, si est horum quatuor generum, ex quibus omnia] Lambinus edidit *horum quatuor generum* ex aliquo, *ex quibus omnia*. Sed eas voces adiici non patiuntur Mssti simul ac Nonius in *constat*. *D.*

si est horum quattuor generum,] Cod. unus Ox. *se si*. Rehd. Mon. 2. *quattuor horum*. Lambini interpolationem *ex aliquo* nullus confirmat liber. Quod Bentleius commendat ex Nonio, ut pro *ex quibus* legatur *unde*, recepit Dav. in Ed. 2. Sed nullus liber suffragatur. — Ad v. *inflammata anima* Beroaldus: „Ex aëre igneo et calescente: quod quadrat cum sententia M. Varronis, qui dicebat animam aërem esse fervefactum in pulmone, diffusum in corpus: et haec sententia convenit communi sensui, cui persuasum est, anima, id est spiritu et igne, animantium vitam consistere, cum sine respiratione vivi non queat, et corpore igne viduata frigescant et exstinguantur.“ *Mr.*

ut potissimum videri video Panaetio] *Potissime* est in Ed. H. *Videri* omittunt unus Ox. et Gud. 1. *Videtur Panaetio* habent duo Oxx. Rehd. Gud. Aug. Mon. 2. Vind. 1. Edd. P. A. B. S. E. C. V. Cam. Med. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Rob. Steph. Junt. Cod. Marb. exhibet *vides videri*. Mon. 1. *videtur*, omisso *Panaetio*. De Panaetii sententia v. van Lynden disp. de Panaetio (Lugd. Bat. 1802.) p. 69 sq. Ut h. l. dixit *superiora capessere*, ita de N. D. 2, 45. *medium locum capessere*. *Mr.*

Nihil enim habent haec duo genera proni] Cod. Gud. 2. *nihil habent enim. Nihil proni* i. e. nihil habent, quod vergat in imum et centrum, ad quod prona sunt, quae ponderosa sunt. Pro *nihil* est *nil* in Cod. Marb.; pro *haec* est *illa* in Ed. H. Ille Cod. loco *proni* habet *proin*. Quod sequitur *et* omittit Ed. H. Aug. habet *sed*. Gud. 2. *pronitatis*, quod est Glossatoris. Cod. Vind. 1. exhibet *et superiora*. *Mr.*

Ita, sive dissipantur, procul etc.] De constructione particulae disiunctivae accurate disputat Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 35. ed. 3. nostro quoque loco adhibito. Scribitur autem: *Ita id evenit sive dissipantur procul a terris* in Cod. Vind. 1. Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Med. Ald. Ven. nostr. Cam. Asc. 1. 2. *Dissipantur* referendum est ad *haec duo genera*, ignem nimirum et aërem, et significat i. q. evanescunt et quasi ad nihilum recidunt. Hac sententia ponitur su-

cul a terris id evenit: sive permanent et conservant habitum suum, hoc etiam magis necesse est ferantur ad caelum, et ab iis perrumpatur et dividatur crassus hic et concretus aër, qui est terrae proximus: calidior est enim, vel potius ardentior, animus, quam est hic aër, quem modo dixi crassum atque concretum: quod ex eo sciri potest, quia corpora nostra, terreno principiorum genere confecta, ardore animi concalescunt.

19 Accedit, ut eo facilius animus evadat ex hoc aëre, quem saepe iam appello, eumque perrumpat, quod nihil est animo

---

pra c. 9. 18. de N. D. I. 25. 71. *interitus et dissipatio.* Vocem *procul* omittit unus Ox., alius pergit *a terra. Mr.*

Ita, sive dissupantur, procul a terris id evenit] Vulgo *ita, sive dissipantur procul a terris, id evenit.* Nos ex ipsa re, simul ac Msstis Eliens. tert. et Petr. vitiosam distinctionem sustulimus, quae cunctas, quas vidimus, editiones maculat. *D.*

sive permanent et conservant habitum suum] Cod. Marb. *permaneant et conservant.* Unus Ox. *permaneant et conservent;* alius *permanent et conservent.* Pergit unus Ox. *animum suum,* alius *semper animum suum.* Cod. Gud. 2. *feramur* pro *ferantur.* Tum unus Ox. Mon. 2. Rehd. Gud. Ed. H. *per hoc.* Edd. Ven. nostr. Cam. Sturm. Asc. 1. 2. Rob. Steph. Junt. Med. P. A. B. S. E. C. V. *per haec:* et ita etiam vet. Cod. Car. Steph. Tum scripsi *et ab iis,* pro vulgato *et ab his,* ex Codd. Mon. 2. Gud. (*hiis*) Edd. S. E. quod probat Kühnerus. Ed. H. habet *illis.* Post haec duo Oxx. *disrumpatur,* duo alii *prorumpatur.* Ad v. *crassus* Beroaldus. „Posidonius quadraginta stadiorum a terra altitudinem esse ait, in qua aër turbidus sit et crassus, ubi venti nubesque gignantur ac nebulae: supra vero purum liquidumque et imperturbatae lucis aërem.“ In seqq. Cod. Gud. *qui terrae proximus est.* Tum Vind. 1. *calidior enim.* Gud. 2. Rehd. *calidior enim est, et potius.* Mox Gud. *quam enim hic aether.* Marb. *quam hic aër est.* Tum Gud. et Ed. H. *et concretum. Mr.*

quod ex eo sciri potest, quia — concalescunt] Pro *sciri* Vind. 2. *fieri;* pro *quia* Ed. H. *quod;* male; cum modo alio sensu praecesserit *quod.* De Constructione *quod — quia* v. Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 15. 43. p. 67. Pro *terreno* in marg. Lamb. 1581. et Goth. conjicitur *ex terreno;* sed nullus assentit liber. Neque necessarium esse quisque videt: improbat eam conjecturam, quam Lambino adscribit, Wopkensius Lectt. Tull. p. 70 sq. Quod Gulielmus pro *confecta* coniecit *conferta,* non magis est necessarium. — In Cod. Gud. sequitur *animi ardore. Mr.*

c. 19. *Accedit, ut eo facilius* etc.] Male Codd. Reg. Gud. 1. Marb. Rehd. Aug. quatuor Oxx. Ed. H. *Accidit,* duo Oxx. *accessit.* Ille error ortus est ex sequente coniunctione *ut:* quod librarii se legisse meminissent *accedit, quod* et *accidit, ut.* Pro *ut* est *cur* in Ed. Fr. Fabr. sola cum Lamb., eaque lectio ut coniectura ponitur in marg. Lambb. et Goth. Bouhierius cum in aliquot Codd., ut ait, reperisset *accedit eo, ut,* coniecit *accidit eo, ut,* ut Codici etiam Regio et veteri suae, quam amplectebatur editioni satisfieret. Quid intersit inter *accedit, ut* — evadat et *accedit, quod* — evadit Kühnerus ita exponit: „prius significat rem, quae non ita vere esse ponitur, sed quae ita cogitanda sit: posterius rem designaret, quae vere esset.“ Idem ad V. 21. 62. dicit: *Accedit, ut* est i. q. praeterea fit etiam,

velocius, nulla est celeritas, quae possit cum animi celeritate contendere. Qui si permanet incorruptus suique similis, necesse est ita feratur, ut penetret et dividat omne caelum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur; quod et hu-

---

ut. — Recte. Sed iam multa de hac re disputata sunt a viris doctis, quae commode collecta habes cum multis veterum locis in nova Ed. Forcellini, quae Schneebergae et Zwiccaviae prodit, s. v. *accedo* p. 23. 6. Nos duos tantum Ciceronis locos addemus: ad Famm. X. 21: *accessit eo, ut milites eius — conclamarint.* de Or. II. 46. 198: *accedebat, ut - tu adolescens - existimarere.* — Pro *ex hoc* Cod. Marb. *et ex hoc.* Vocem *hoc* omittit Gud. *Mr.*

quem saepe iam appello] Post *appello* addunt *crassum* tres Oxx. Aug. Edd. P. A. H. B. S. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cam. Sturm. Ald. Sylb. Med. Junt. Col. Lambb. Goth. Brut. Lall. Oliv. *Crassum appello* legitur in Edd. C. V. Leod. Rob. Steph. Reliqui glossam ex fine cap. praeced. (ubi est: *aër, quem modo dixi crassum*) omittunt. Gud. omittit *iam.* Pro *perrumpat* est *prorumpat* in Codd. Mon. 1. Gud. duobus Oxx. Asc. 1. et 2. Edd. Vind. nostr. et Alt. Junt. Cam. ex perperam lecto compendio. *Mr.*

quod nihil est animo velocius] Ad rem Beroaldus: „Thales Milesius velocissimum, inquit, omnium, quae sunt, est mens: nam per universa discurrit. Lactantius libro de Opificio [v. cap. XVI. 9. p. 1202. ed. Bünemanni, ibiq. laudd.] *Animus, inquit, tantae celeritatis est, ut uno temporis puncto caelum omne collustret, maria pervolet, terras et urbes peragret.* Cod. Marb. *nihil animo est velocius.* De usu v. *velox, celer* aliorumque similium v. Doederlein. Lat. Synon. u. Etym. II. p. 123 — 139: nostrum locum adhibuit p. 136. Vocem *nihil* omittit Cod. unus Ox. *Mr.*

nulla est celeritas — contendere] Bouhierius quum in uno Cod. reperisset *nulla est enim celeritas*, ita scriptum locum sibi satis placiturum significavit. Mihi vero addita videtur ea vocula ab homine aliquo, cui nimis abrupta sine ea videretur locutio, et praeterea fere ταυτολογικῶς addita. Et ego fateor, mihi iam dudum, antequam Wolfii editionem primam vidissem, haec omnia speciem glossematis prae se ferre visa esse, quam suspicionem, quum verba in illa Ed. uncinis inclusa (itemque in Ed. Koehii) viderem, auctam etiam sensi. Sed postea quam reputavi et glossam, quam existimarem, elegantiorem esse iis pannis, quas assuere solerent istius modi homines, et omnino in verbis praecedentibus nihil inesse, quod explicationem vel glossam desiderare videatur, denique Ciceronem amare eiusmodi ἐπεξηγήσεις oratorias; suspicionem istam abiicere coepi: quod etiam a Wolfio in Edd. 2. et 3. et in scholis factum esse nunc video. *Mr.*

Qui si permanet incorruptus suique similis] Bouhierius cum in veteri sua ed. reperisset: *qui si permanet incorruptus, ad sui simile necesse est ita feratur, ut* etc.; sibi ita scriptum locum magis placiturum affirmat. Quas delicias ei non invidemus. *Sui similis* additur explicandi causa pro immutatus i. e. non mutatus, integer. Sic de Finn. I. 9. I. 21. Acadd. II. 7. iungit *incorruptum* et *integrum.* Brut. 35. de *incorrupta integritate* loquitur. Ceterum Cod. Aug. facit cum illa Bouhierii ed. vet. itemque Vind. 1. nisi quod hic omittit *est.* — *Caelum* recte explicat Pagninus *aërem*, melius etiam dixisset *atmosphaeram*, quo sensu est etiam de Div. I. 43. 97. p. 213. ed. nostr. ibiq. Dav. Plures locos habet Forcellin. s. v. Vocem *hoc* omittit Cod. noster Mon. 2. cum uno Ox., vocem *imbres* Cod. Aug. Verbum *coguntur* ἐτυμολογικῶς intelligendum *coaguntur, congregantur,*

midum et caliginosum est propter exhalationes terrae. Quam regionem quum superavit animus, naturamque sui similem
b contigit et agnovit; iunctis ex anima tenui et ex ardore solis temperato ignibus insistit, et finem altius se efferendi facit. Tum enim sui similem et levitatem et calorem adeptus, tanquam paribus examinatus ponderibus, nullam

---

confiunt, coagitantur, ut de N. D. II. 39. 101: *concretus* (aër) *in nubes cogitur*. Pergit Ed. H. *quod etiam*. Mox unus Ox. *exabtationes*, quod ortum est ex scriptione *exalationes*, quam habent Gud. 1. 2. Aug. Marb. Mon. 2. In uno Ox. est *exhalationem*. Hoc substantivo alibi non usus videtur noster. Sed usi sunt Plinius et Seneca de eadem re. *Exhalandi* autem verbo Cicero nonnisi de vino et crapula utitur. Vocem *quum* omittunt Cod. Gud. 2. et Ed. Med. *Superaverit* est in Codd. Rehd. Gud. Edd. H. Ven. Alteri, *Separavit* in Cod. Mon. 1. Statim Vind. 1. *sui contigerit similem*. Verba *sui similem* h. l. plane aliter intelligenda esse patet, quam paullo superius, videlicet: aërem tenuiorem, liquidiorem, calidiorem. Pro *contigit* Cod. Marb. *contingit*. Rehd. habet *contigerit et agnoverit*. *Mr.*

Iunctis — facit. Tum *enim — adeptus*] Vulgo, *iunctus — facit*. Cum *enim adeptus* est. At Reg. ultimam vocem nescit; idemque Codex *iunctis* dat a prima manu. Nos igitur emendationem Cl. Bentleii merito recepimus. Vide Hieroclem in Aur. Carm. LIV. pag. 186, seq. *D.*

Iunctis — insistit — facit. Tum enim — adeptus.] „Ita fere Codd. regii cum Bentleio et Davisio. Vulgo: *iunctus ... ignibus insistit, et finem ... facit. Quum enim ..* sensu obscuro aut nullo.“ *Lallemannus*. Placet idem Ernesto: receperunt Wolf. Schz. Or. *Iunctis* dedit etiam Nobb. sed idem servavit *quum*, asterisco tamen eâ voce notata. *Iunctis* i. e. compositis, habent, ut videtur, aliquot Codd. Oxx., nostri Rehd. Gud. Mon. 2. (qui vero additum habet *que*) Bern. (si recte colligo); unus Ox. eam vocem omittit: *victus* habet Gud. 2. et Ed. E.; *vinctus* Cod. Marb. Edd. P. A. B. S. Asc. 1. 2. Med. Cam. Ven. nostr. et Alt., *junctus* reliqui. Pro *anima* est *aëre* in Codd. Aug. Gud. et uno Ox. Varr. lectt. Herw. 1. 2. marg. Asc. 2. Junt. H. Cod. Vind. 2. habet *ex aëre anima*, ubi habes glossam iunctam cum Ciceronis scriptura. Post *tenui* deest *et* in Ed. H., *ex* in uno Cod. Ox. Ad sententiam verborum *ignibus insistit* vid. A. Turnebum Adversarr. XXVI. 18. p. 58: qui, Stoicorum, ait, h. l. aemulatur haeresim Tullius, qui sapientum animis ignis regionem corpore relicto tribuunt. *Ignes*, monet FAWolfius, sunt ignes caelestes, nimirum aether et sidera. Cf. de N. D. II. 46. „Pro *temperato* duo Oxx. *temperatus*, unus *temperata*: pro *insistit* unus Ox. *exsistit*, alius cum Edd. Med. S. Asc. 1. et MS. in marg. Asc. 2. *resistit*. Mox MS. ap. Verb. *se haec ferendi*, ubi, ut paullo superius, habes vestigium antiquae scriptionis et enunciationis *ecferendi*, quam servavit Cod. Gud. 1. antiquissimus. Ad verba *finem — facit* Beroaldus: „Aliae animae lunarem circulum, aliae solstitialem tenere dicuntur, prout minus magisve purgatae fuerint.“ *Mr.*

Tum enim — adeptus] Bentleii coniecturam *tum* solus fulcit Cod. noster Aug. Recipienda tamen fuit, ut satis certa, cum plures iique optimi libri omittant *est* post *adeptus*: veluti plurimi Oxx. Gud. 1. 2. Gud. Vind. 2. Marb. Edd. C. V. Rob. Steph. Grut. Gron. Verb. Ern. seqq. Ante *adeptus* ponitur *est* in Codd. Rehd. Mon. 2. Vind. 1. Ed. H. In Cod. Rehd. scribitur *et calorem et levitatem*: ex correctione, sine dubio, hominis, qui sibi sapere videretur Ciceronem

ovetur; eaque ei demum naturalis est sedes,
imile penetravit, in quo nulla re egens aletur
iisdem rebus, quibus astra sustentantur et
e corporis facibus inflammari soleamus ad 44

quem causam levitatis existimaret, *calorem*,
tponeret. *Mr.*
atus ponderibus] Ed. H. *animatis*. Codd.
ore librariorum, adiectiva et participia
dantium. Ad sententiam Beroaldus:
icata utrimque participatione, ut neque
levitate altius rapiatur." Add. Turneb. Ad-
i. qui *examinatus* explicat: suspensus, libratus:
minatione in stateris per ponderationem loquitur,
veterum loca explicat. Commode Neidius: „tanquam
ium redactus, materia, quae eiusdem est gravitatis speci-
rcumfusus." *Mr.*

eaque ei demum etc.] Cod. Vind. 1. *demum ei.* unus Ox. *eidem demum*: alius cum Ed. H. *eidem ut.* Tum *ad sui simile* recepimus ex quatuor Oxx, nostris Reg. Gud. I. 2. Marb. Mon. 2. Bern. Vind. 1. Edd. E. M. L. Car. Steph. Brut. Boul. Goth. HWolf. Leod. Ald. Sylb. Sturm. Dav. Wolf. Schz. Nobb. Or. Reliqui *similem*. *Mr.*

in quo nulla re etc.] Hottingerus l. c. ad h. l. haec: „Duo sunt in h. l., ad quae offendas. Nam in voce *similem* [v. annot. antec. Ita enim legit Ern.] durius omnino substantivum reticetur: neque pronomen *quo* ad quid referendum sit, facile intelligitur. Ergo legendum videtur: *in qua* sc. *sede*. Pro *similem* vero pronum sit legere *simile*. Sed forte totum isthoc, *quum ad sui similem penetravit*, insititium iudicandum est. Neque enim nimium placet eadem sententia paucis versibus toties iterata; *quum naturam sui similem contigit et agnovit — quum sui similem et levitatem et calorem adeptus est — quum ad sui similem penetravit.*" Ego vero existimo in sententia paullo spinosiore et intricatiore exponenda Ciceronem consulto longiorem fuisse et iteratione esse usum, neque ea ipsa, quam in suspicionem vocat Hott., locutio eiusmodi est, ut manum glossatoris prodere videatur. In scriptione vel coniectura *qua* pro *quo* Hott. suffragantem habet Codicem nostrum Gud. *Mr.*

Sustentabitur iisdem rebus, quibus astra sustentantur et aluntur] Veteres stellas animatas esse terreisque et aqueis vaporibus ali censuere. Cicero N. D. lib. II. cap. 40. *Sunt autem stellae natura flammeae; quocirca terrae, maris, aquarum vaporibus aluntur iis qui a sole ex agris tepefactis et ex aquis excitantur; quibus altae renovataeque stellae atque omnis aether refundunt eadem et rursus trahunt indidem, nihil ut fere intereat, aut admodum paululum, quod astrorum ignis et aetheris flamma consumat.* Servius ad Aen. I, 612. *Physici pasci aquis marinis sidera id est ignes caelestes dicunt.* Vide et Lucianum in Icaromen. Tom. II. pag. 190, 191. Plura veterum loca suppeditabunt Lipsius Phys. Stoic. II, 14. et Menagius ad Laertii VII, 145. *D.*

Sustentabitur iisdem rebus etc.] Male Dav. in Ed. 2. scripsit *hisdem*, ut est in Codd. Marb, Reg. Gud. 1. *isdem* habet Gud. 2, cum Ed. H. *eisdem* Cod. Rehd. Ad rem adde iis, quae habet Dav., Plinium H. N. II. 8. De usu verborum *sustentantur et aluntur* cf. Benecke ad Cic. Cat. IV. 8, p. 291. in primis etiam Cic. de N. D. II. 39. 101. Pro *et aluntur* est *alunturve* in Cod. Vind. 1. Ad v. *corporis facibus* (ubi Cod. Gud. egregiam scilicet habet sive glossam

midum et caliginosum est propter exhalationes quod iis aemu-
regionem quum superavit animus, naturam cupiamus; pro-
b contigit et agnovit; iunctis ex anima [illegible]tis, et cupiditatum
solis temperato ignibus insistit, et fine[illegible]dque nunc facimus,
facit. Tum enim sui similem et [illegible]liquid velimus et vi-
adeptus, tanquam paribus examin[illegible], totosque nos in con-
[illegible]onemus: propterea quod

---

confiunt, coagitantur, ut de N. D. I[illegible]*us* insatiabilis quaedam cu-
bes cogitur. Pergit Ed. H. *quod* [illegible] *ipsae* locorum illorum, quo
quod ortum est ex scriptione [illegible]
Aug. Marb. Mon. 2. In uno [illegible]
alibi non usus videtur nos[illegible] quae locutio in prosa oratione ha-
eadem re. *Exhalandi* auter[illegible] intelligi debet *corporis incitamentis*,
utitur. Vocem *quum* or[illegible] Or. III. 1. *verborum faces*. de Or. II. 51.
[illegible] in Codd. Rehd. C[illegible] II. 10. 37. *dolorum faces*: Or. pro Mil. 35.
Mon. 1. Statim Vir[illegible] *solemus* est *solemus* in Codd. Mon. 1. et 2. Oxx.
h. l. plane aliter [illegible] Gud. habet *intendi*. Vid. Doederlein. Lat. Synon.
delicet: aërem t[illegible] *aemulandi* verbo usus est Cicero: in Or. autem
Marb. *contingi*[illegible] cum Accusativo posuit *instituta aemulari*. Pergit
Iunctis - [illegible] *habent; qui ea habent* est in Edd. A. B. S. E.
Cum *enim* [illegible] Cam. Asc. 1. 2. Junt. Statim *cupimus* Edd. P. A.
Codex *iv* [illegible] Steph. Junt. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Cam. In
Bentleii [illegible] scribitur *cupiamus habere*. *Mr.*
pag. 1[illegible] *erimus*] Ita Oxonn. omnes, nostri Reg. Gud. 1.
[illegible] Edd. P. M. Boul. Brut. Sturm. Ald. Sylb. Lamb.
Cod [illegible] Grut. Gron. Ern. Bip. Nobb. Or. *Profecto tum*
ins [illegible] Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cam. HWolf. A. B.
L [illegible] Junt. Leod. FAWolf. Schz.; *tunc beati erimus* Codd.
[illegible] et Caroli Stephani; *erimus beati*, omisso *tunc*, Codd.
Gud. 2. Vind. 2. Mon. 2. Bern. Ed. H. In marg. Edd. Lambb. Goth.
Rehd. Gud. *beati erimus tum, cum*. — Sed nec hac coniectura, nec
coniicitur librorum lectione *profecto tunc* opus est. Mox *relictis*
illa multorum abest a Cod. Mon. 1., sequens *et* ab Edd. A. B. S. E. Ven. Alt. et
nostr. eaque vox redundare dicitur viro docto in ann. MS. ad marg.
nostrae Asc. 2. Tum *expertes erimus* exhibent Cod. Vind. Ed. H. *Mr.*
quodque nunc facimus] Gud. 2. *quod nunc facimus*. — *Nunc* i. e.
quamdiu in vivis sumus. Pro *laxati* unus Ox. male *laxi*, alius *fue-*
rimus pro *sumus*. Tum Gud. *ut suspectare*: quod est nihili. Ad
sententiam facit Cic. de Off. I. 4. 13. ibiq. Beier. p. 29 sq. — *Visere*
recte monet Kühnerus adiunctum habere notionem diligenter inspi-
ciendi, explorandi, examinandi, laudato infr. libri V. cap. 3. ubi
etiam nostro verbo usus est Cicero. Mox Cod. Gud 2. omittit *tum*,
cuius loco Aug. habet *cùm*. Mon. 1. pergit *facimus*; tum duo Oxx.
libentius. In seqq. Cod. Aug. et Ed. H. *prospiciendisque*. Mon. 1.
perspitiemusque. Quod hoc loco paullo insolentius dicitur *nos*
ponemus in contemplandis rebus, cum alibi non dicat *ponere se in*
aliqua re, ἀνάλογον habet huius constructionis in Or. pro Mur. 22,
45: *animum, curam, diligentiam ponere in aliqua re*. In seqq. *et*
omittitur ante *natura* in Cod. Mon. 1. tribus Oxx. et Ed. H.; *ex*
scribitur in uno Ox. *Mr.*

Inest in *mentibus*] Sic Lambini vetus Codex, nostrique Mssti: in vulgatis enim deest praepositio. *D.*

inest in mentibus nostris] Quamquam abest *in* a plurimis libris, tamen addendum fuit et ex usu Ciceronis et e Codd. optimis Reg. Gud. 1. 2. Bern. Aug. Gud. Rehd. Marb. Mon. 2. vet. Cod. ap. Lamb. et Goth. in marg. Edd. H. (ubi scribitur *in mentibus inest*) Dav.

ıs, quo faciliorem nobis cognitionem rerum cae-

·. *Est* pro *inest* habet Gud. 2. Addi etiam volebat ·c. de Finn. II. 14. 46. p. 193. *Mr.*

·endi] Bouh. in Cod. Reg. legi ait *veri vi-* ıvenire existimat Ciceronis verbis superiori- *velimus et visere.* Post Bouhierium Reis- pertum in aliquot Edd. vett. addens: „*visendi* , *visendi* inest cupiditas, studium, attentio sin- ıtemplandi. Respondet *visere* τῷ θεᾶσθαι, ut *videre* pit *visendi* FAWolfius, nulla tamen in scholis ratione ıd factum cum paullo insolentius reprehendisset Rathius ı quidem sciret, utrum ex coniectura ita scripserit W., an ·orum auctoritate) laudavissetque Cic. de Off. I. 4: *veri videndi ·piditas*, quod item legitur de Finn. II. 14. et alibi; exortus est Censor, quem saepius laudavi, Jenensis (1806. 49. p. 391.) Wolfio patrocinans, qui *visendi* verbum huic loco melius convenire dixit, quia de pura (quam hodie dicunt) ideae veritatis intuitione sermo sit: laudans Or. pro Lege Man. 21. ubi est: *eam rem non modo vidit, sed etiam omni studio visendam putavit:* quibus rationibus accedere dicit Codicis Regii auctoritatem. Ego vero de huius Codicis scriptione Bouhierium solum, contra nostram Codicis Regii collationem, in qua nihil enotatum est, non satis certum testem habeo. Nostra enim collatio Parisiis facta ad Ed. Lallemanni, nihil diversitatis habet: ipse vero Lallemannus, cuius nonnisi annotationem habeo, in annot. nihil de recepta lectione *visendi* monuit, unde certum esse existimo, non ideo nostram collationem Codicis Regii nihil habere varietatis, quod in lectione *visendi* uterque liber non discrepet. Accedit, quod Gud. noster 1., regio et vetustate et auctoritate suppar, et cum eo saepissime conveniens, ut ex accuratissima Schneidewinii collatione video, habet *videndi*. Denique si vel maxime Regius haberet *visendi*, tamen non ipsam Ciceronis manum eum exhibere, complures manifesti errores liquido demonstrant, quorum unum ex §. 34 (*putas* pro *poëtas*) in memoriam revocasse nobis sufficiat. Accedo igitur cum Orellio (ad Scholas Wolfii, quamquam Or. ipse in orationis serie habet *visendi*) Kühneri rationi, quam pridem ipse verissimam duxi. Ita autem ille: „Quamvis optime dici videatur *ut spectare aliquid velimus et visere*; vehementer tamen addubito, an item *veri visendi cupidus* apte et e linguae latinae indole a Wolfio repositum sit. Recte quidem dicitur *visere, quid verum sit:* sed vix credam a probis scriptoribus dictum esse *visere verum.*“ Et stant pro lectione *videndi* septem Oxx. nostri Gud. 1. 2. Aug. Marb. Bern. Vind. 1. 2. marg. Crat. V. M. L. HWolf. Sylb. Ald. Leod. Rob. et Car. Steph. Goth. Brut. Boul. Grut. (cuius Codd. Pall. item consentire nobiscum videntur) Gron. Verb. Ern. Oliv. Schz. In Ed. H. est glossa *inveniendi*, in Cod. Gud. *videnti*. *Mr.*

et orae ipsae locorum illorum] *Ora locorum* dicitur pro simplici *loca, regiones*. Ita pro lege Man. 9. dixit *in eas oras* pro in eas regiones. Tusc. I. 28. *globum terrae — duabus oris distantibus habitabilem:* ubi non de ora maritima, sed de latis terrae regionibus loquitur, quas nos dicimus zonas. cf. I. 41. 98. Sic de N. D. I. 20. *ora ultimi* dicitur pro extremitate v. fine; ubi vid. Dav. et nos in Ed. Cr. et nostr. maj. p. 89. nostr. min. p. 37. Cod. Gud. *horae*. Gud. 2. *hore*. Aug. *ore*. Ed. H. *ora ipsa*. Vind. 2. *ipsorum locorum*. Cod. Rehd. omittit *illorum*. *Mr.*

quo pervenerimus] Cod. Mon. 1. *perveniremus*. Idem pergit *quod*

45 lestium, eo maiorem cognoscendi cupiditatem dabunt. Haec enim pulchritudo etiam in terris patriam illam et avitam (ut ait Theophrastus) philosophiam, cognitionis cupiditate

---

facilius. Cod. Aug. *quae faciliorem.* Vocem *eo* ante *maiorem* omittit sola Ed. Ern. operarum, sine dubio, errore. Pergit Cod. Mon. 1. *cupiditatem cognoscendi.* Ad seq. *pulchritudo* intellige *rerum caelestium.*

patritam illam et avitam] „Recte *patritam*, non autem *patriam*, ut antea legebatur. Id Nonii testimonio comprobatur, qui in verbo *patrita* hunc locum recitat et affert praeterea exemplum ex Varrone." *P. Manutius.* — „*Patritum* dici, ut *avitum*, Nonius hoc Ciceronis et duobus Varronis locis probat. Secunda quoque Verrina c. 5. libri quidam habent: *nulla res cuiusquam tam patrita atque avita fuit.*" *Fr. Fabricius.* — „*Patritam* legit Nonius, docens *patritam* ita dictum esse a veteribus ut *avitam.* quod iam olim iudicavit Manutius." *Lambinus.* Accedit horum virorum sententiae *Brutus.*

Patriam *illam et avitam*] Sic omnes Mssti. *Patritam* tamen legit Nonius, quem secuti sunt P. Manucius, D. Lambinus, ceterique recentiores. Mihi sane tanti non est Marcellus, ut eius libros cunctis Ciceronis exemplaribus praeferam, cum pravas et vitiosas passim det lectiones. Accedit, quod Tullius *patria bona, patrias fortunas,* et reliqua generis eiusdem, singulis fere paginis adhibeat, voce vero *patrita* nullus utatur. Quin et Act. prima in Verrem cap. 5. *rem* patriam *et avitam,* ut hic *patriam et avitam philosophiam,* dixit. *D.*

patriam illam et avitam] Bouhierius contra Davisium primum Nonii auctoritatem tuetur: deinde nihil ex eo consequi ait, quod alibi Cicero non usus esse videatur voce *patritus,* cum in libris deperditis saepe vel certe aliquoties legi potuerit: veri potius similius esse, vocabulum, quod magis notum esset librariis, substitutum esse minus noto: praeterea Varronem, Ciceronis aequalem, eo re vera esse usum. Unum illud dubitationi locum relinquere, quod voce *avitam,* quod dicendum fuerit, satis dictum videatur: quare, cum in veteri sua editione legisset *primam illam et avitam,* hanc veram lectionem sibi esse visam. Et habet unus ex nostris Codd. (Mon. 1.) compendium, quod vel *primam* vel *patriam* legi potest: est enim *prīa.* Ernestus a Davisii partibus stat, qui ex Bentleii sententia loquitur. Wolfius praetulit *patritam,* in scholis addens, videri in loco Theophrasteo, quem laudat Marcus, adiectiva πατρῷος καὶ παππῷος scripta fuisse, ut apud Demosthenem. Schützius ad vulgatam reversus est. Orellius quoque *patriam* servavit displicere h. l. dicens magis etiam *patritam,* quia adiungatur *ut ait Theophrastus:* latinus scriptor si laudaretur, sibi magis illam scriptionem ferendam visum iri. Ceterum Nonium saepe pravis Codicibus esse usum: et, etiamsi hoc nonnihil momenti habeat, quod noster locus s. v. *patritum* laudetur, fieri tamen posse, ut hoc vocabulum a Grammaticis antiquarum vocum venatoribus in eos codices illatum sit, quibus usus est Nonius: neque quidquam obstare, quo minus *patritam* in eum Codicem, qui solus hanc vocem habet, (Vind. 1.) ex Nonio invectum existimemus. Mihi quidem haec satisfaciunt, ut placuerunt etiam Kühnero: addiderim etiam vocem *patritam* ne ad analogiae quidem accuratae et probabilis leges videri fictam. Ceterum legitur *patritam* praeter Edd. M. L. FAWolf. etiam in marg. Asc. 2. Edd. Car. Steph. Leod. Fr. Fabr. Sed in Cod., praeter Vind. 1. nullo HWolf. ad v. *patriam* adnotavit: alii *patritam.* inepte, opinor." Cod. Aug. habet *et vitam.* Kritzius *patritam* servari vult, ut quo etiam Varro sit usus. *Mr.*

ut ait Theophrastus] De Theophrasto eiusque libris singularis

incensam, excitavit. Praecipue vero fruentur ea, qui tum etiam, quum, has terras incolentes, circumfusi erant caligine, tamen acie mentis dispicere cupiebant.

Et enim si nunc aliquid assequi se putant, qui ostium

---

exstat libellus Jo. Meursii, qui inscribitur Theophrastus. Lugd. Bat. Elsev. 1640. 12. De eius doctrina et philosophia loquuntur, praeter illum, scriptores historiae literariae et philosophicae, ubivis obvii. Pro *philosophiam* Cod. Rehd. *philosophandi*. Tum unus Ox. *cupiditatem*. Pro *incensam* Neidius coniecit *incensa*, idque in scholis probabat Wolfius: sed recte monet Kühnerus, paullo audacius quidem dictam esse *philosophiam cognitionis cupiditate incensam* pro philosophia, quae orta est e cognitionis cupiditate: nec tamen ita, ut lectio sollicitanda esse videatur. Orellius vero commode ita interpretandam librorum lectionem censet: Haec pulchritudo mentes humanas cognitionis cupiditate incendit, sicque in iis philosophiam excitavit. In qua mihi ratione acquiescendum videtur. Cum enim *philosophia* sit proprie *sapientiae amor*, cur eum amorem non dicat *incensum* esse cognitionis cupiditate omnibus hominibus insita? *Mr.*

Praecipue vero fruentur ea] Vocem *vero* omittit Cod. Rehd. Pergit unus Ox. *vitentur:* tum Gud. 2. *illa, qui tunc cum*. Mon. 1. *etiam tum has*. Marb. *etiam qui has:* unus Ox. et Mon. 1. *colentes*. Ed. H. *quam tamen acie:* unus Ox. *tum acie*. Codd. Aug. Rehd. Vind. 1. Ed. H. *despicere*. In fine Cod. Aug. *cupiebat*. Ad sententiam loci Beroaldus: „Philosophos significat, qui praecipue fruentur pulchritudine rerum caelestium et agnitione: quorum animi adhuc inclusi caeco corporis ergastulo nixi sunt pro virili parte nosse sublimia et caussas rerum perscrutari." — *Dispicere*, ait FAWolfius in scholis, proprie dicitur de catulis, qui, caeci nati, visu gaudere coeperunt: laudans Cic. de Finn. IV. 23. Ibi nimirum legitur: *et quoniam catuli, qui iam dispecturi sunt, caeci aeque et hi, qui modo nati*. Et commode quidem h. l. de catulis utitur eo verbo: ideo vero id *proprie* de iis dici, non dixerim: nihil enim plane est, cur ad catulos id potius, quam ad homines et ad unum quodque animal, quod quidem oculorum aciem aliquorsum intendit, accommodatum dicas. Optime autem de hoc verbo loquitur Ernestus in Clav. Cic. *Mr.*

c. 20. *si nunc aliquid assequi se putant*] Vocem *si* omittit Cod. Marb. *Aliquid* est i. q. *quod operae pretium sit:* ut haud raro scriptores Latini; Graeci item vocem τι ita usurpant. V. nostras Symbolas Crit. ad Cic. I. p. 16. Add. nunc novam Forcellini Ed. Schneeb. s. v. *aliquis* p. 154. c. ubi plures Ciceronis et aliorum laudantur loci. Hermann. ad Viger. p. 731. Cod. Mon. 1. pro *assequi* habet *ai' sequi;* fortasse atramentum evanuit, ut fuerit scriptum *adsequi*, ut literae *d* particula interciderit. Bentleii coniecturam *viderint — viderint* iam Bouhierius merito supervacaneam dixit. Quod vero dicunt FAWolfius et Orellius, Bentleium coniecisse *assecutos*, id ita verum est, ut eam scriptionem B. necessariam putaverit, si servetur utrobique *viderunt*: quod quum reprobaret, et in *viderint* mutandum censuerit, ipse volebat servari *assequi*, ut vides ex eius annot. Ceterum verum est, quod ait Wolfius, accuratius locuturum fuisse Ciceronem, si scripsisset *assecutos*. Mira vero est Rathii explicatio illius verbi. „Equidem, ait ille, arbitror Ciceronem dicere, eos, qui Ponti ostium aliquando viderint et iam redierint, putare, *satis longinquas se terras animo intueri posse*, id est enim *adsequi*." Vocem *se* omittunt Codd. Gud. 1.

Ponti viderunt, et eas angustias, per quas penetravit ea, quae est nominata Argo, quia

— — *Argivi* in ea, *delecti viri*,
Vecti petebant pellem inauratam arietis;

p. 158. a. aut ii, qui Oceani freta illa viderunt,

Rehd.; pro *putant* Ed. H. *putent*. Conf. ad h. l. Cic. ad Att. XII. 4: *non assequor, ut scribam, quod tui convivae — legere possint. Mr.*

Qui ostium Ponti viderint — *Qui Oceani freta illa* viderint] Vulgo *viderunt* utrobique. Nos Cl. Bentleium sequimur, ut iubet Latinitas. *D.*

ostium Ponti] Est Bosporus Thracius, quo Pontus Euxinus iungitur Propontidi. Unus Ox. habet *viderint*, quod volebat Bentleius, probavitque Kühnerus. Neque ego improbo: sed necessarium non duco. Pergit Vind. 1. *et has angustias*. *Angustias* intellige duo illa freta, Hellespontum et, quem diximus, Bosporum. *Mr.*

quae est nominata Argo] Cod. Vind. 1. *Argos*. De hac navi vid. Hoffmanni Lex. Univers. s. v. Forcellin. Ed. nov. Schneeb. p. 229. a. A. Senftlebii Argo s. de Navibus Veterum p. 35. Lil. Gyraldi de Navigiis lib. c. VII. p. 610. ed. Jensii T. I. et quos laudat Klopfer. in Mythol. Wörterb. s. v. T. I. p. 291 sq. De versibus, qui sequuntur, v. Q. Ennii Medea comm. perp. ill. a. H. Planck. (Gotting. 1807. 4.) p. 75 sq. ubi ita scripti sunt:

Argó, qua vectei Argeivei delectéi veirei
Petebant ollam péllem inauratam árietis.

Scribitur autem *dilecti* in Cod. Gud. 1. et Ed. Lamb. Verba *in ea* absunt ab Ed. H. Verba *Argo, quia Argivi in ea, delecti viri* coniuncta, ut versus, scripta sunt in Edd. C. V. M. L. Rob. Steph. Car. Steph. Boul. Brut. Gron. Verb. Oliv. Bip. Ald. Sturm. Leod. Sylb. HWolf. In Edd. Cam. et Dav. *quia* a versu separatur: in Ed. Ern. separantur a versu *quia — viri*, in Ed. Nobb. *quia — in ea*: nostram rationem sequuntur FAWolf. Schz. Ox. *Vecti* abest ab Ed. P. *auratam* habet Cod. Gud. De *vellere aureo* vid. K. O. Müller. Gesch. Hellen. Stämme und Städte I. cap. 7. p. 161—176 ibiq. laudd. Add. Hoffmanni Lex. Univ. h. v. *Mr.*

Argo — arietis] Ennii sunt versus ex Euripidis Medea vs. 4. translati.

— *Μηδ' ἐρετμῶσαι χέρας*
Ἀνδρῶν ἀρίστων, οἳ τὸ πάγχρυσον δέρας
Πελίᾳ μετῆλθον —

Sed Cicero vel data opera vel vacillante memoria nonnihil eos videtur immutasse; scriptor enim ad Herennium lib. II. cap. 22. et Priscianus de metr. Com. col. 1325. ita laudat:

Argo, qua vecti Argivi; delecti viri,
Petebant illam pellem inauratam arietis;

ubi pronomen ἐμφατικῶς est accipiendum, ut frustra sint, quibus placuit, *petebant villo pellem* inaurato *arietis*. Inter eos numerandi sunt D. Lambinus et Hieron. Columna ad Ennii Fragm. pag. 200. *D.* In Ed. 1. Dav. reprehendebat etiam virum doctum, qui coniecerat. *Argivis electi viri. Mr.*

qui Oceani freta illa viderunt] Atlanticum s. Herculeum sive Gaditanum fretum significat. *Viderunt* delendum videbatur Ernesto, ut e superioribus repetitum: quae coniectura non magis necessaria est, quam Bentleiana correctio *viderint*, recepta a Davisio. *Viderant* habent Codd. Guelf. Aug. cum uno Ox.; *viderent* Edd. A. B. S. E. C. Asc. 2. In Ven. nostr. est *videret*. *Mr.*

Europam Libyamque rapax ubi dividit unda;
quod tandem spectaculum fore putamus, quum totam terram contueri licebit, eiusque quum situm, formam, circumscriptionem, tum et habitabiles regiones, et rursum omni cultu propter vim frigoris aut caloris vacantes? Nos enim 46
ne nunc quidem oculis cernimus ea, quae videmus: neque est enim ullus sensus in corpore: sed, (ut non physici so-

---

Europam — unda] Hunc versum profert etiam noster lib. III. N. D. cap. 10. et intelligitur fretum Herculeum sive Gaditanum. *D.*

Europam — unda] Est versus Ennii ex Anall. II. 46. p. 51. ubi scribitur *Libuamque*: locum ad quem vid. annot. in Ed. E. S. Verhum *Libyamque* omittit Cod. Gud. 2; *bilyamque* habet Cod. Mon. 1. Pro *tandem* unus Ox. habet *tamen*. *Mr.*

totam terram contueri licebit] Cod. Gud. *totam in terra*. Scribi in Cod. Pith. refert Gebh. vel potius Gulielm. *contui*: in Edd. S. E. M. et ann. MS. in marg. Asc. 2. nostrae est *tueri*. Variatur inversa ratione in libro VI. de Rep. c. 15. p. ed. nost. 481 sq. ubi pro *tuerentur* unus Cod. habet *intuerentur*. *Tueri* hac sententia non usurpavisse videtur Cicero: *contuendi* verbo de eadem re de Rep. VI. 23. p. 501 sq. *hanc sedem et aeternam domum contueri*. — Post *licebit* unus Ox. pergit *eius consitum* cum Cod. Aug. Rehd. vero et Ed. H. habent *eiusque tum situm*. MS. ap. Verb. *eiusque complexum*. Pro *quum* unus Ox. habet *animi*. Ad rem cf. Senec. Consol. ad Marc. c. 25. extr. Pro *circumscriptionem* MS. ap. Verb. *circumspectionem*. De illius substantivi significatione v. Menkenii Obss. L. Lat. p. 103. *Mr.*

habitabiles, regiones et — cultu vacantes] Ad sententiam facit potissimum Cic. de Rep. VI. 19. 20. ubi vid. nostras annott. p. 494 — 497. quas hic nolumus repetere: adde Voss. ad Virg. Georg. I. 233. p. 33 sq.; interpretes ad Pompon. Melam I. 1. p. 10. 388. 531. 552 sqq. ed. Aor. Gronov. Pro *rursum* Vind. I. habet *rursus*. Tum habent *propter aut vim* Edd. A. B. S. E. Ven. Alt. et MS. in marg. Asc. nostr. 2. Pergunt duo Oxx. *frigoris inhabitabilis*. Marb. *frigoris inhabitabiles*; ubi vides glossam verborum *cultu vacantes* alieno loco in sermonis seriem irrepsisse. *Mr.*

Nos enim ne nunc quidem etc.] Unus Ox. *ne minime quidem*: alius: *ne nunc nostris qu*. Ed. H. *oculis nostris cernimus*. Cod. Vind. 2. supra *oculis* scriptam habet glossam *corpore*. Omittit *quidem* Gud. 2. Ad verba *cernimus — videmus* laudat Billerb. Acadd. IV. 25: *ego Cumanam regionem video, Pompeianum non cerno*: pro Mil. 29. 79.: *ea cernimus, quae videmus*. Ad illum locum vid. Goerenz. p. 149. qui aliter legit; ad hunc Huldricum, Orellium, Garatonium in Ed. Orell. peculiari p. 120 sq. 282. Add. Auson. Popm. de Diff. Verbb. p. 173 sq. ed. Messerschmid. Ernesti *Lat. Synonym.* III. p. 335. Habicht Synon. Handwörterb. p. 627 sq. Quod Or. post *videmus* plene distinxit, non videtur commodum. Nobis certe verba *neque — corpore* inter duo cola, et quasi in parenthesi, ponenda videntur, quia *sed* rationem reddit eorum, quae dicuntur verbis *nos enim — videmus*. *Mr.*

neque est enim etc.] „Hoc refellit Lucretius lib. III. [360 sqq. ubi vid. Lambinum, Fayum in Ed. ad. us. Delph., Creech. Forbiger.]: *Dicere porro oculos nullam rem cernere posse, Sed per eos animum ut foribus spectare reclusis, Desipere* [Forb. post Wakef. *Difficile*, ex Codd.] *est, contra quum sensus dicat* [Forb. cum Wak. *ducat*] *eorum. Sensus enim trahit, atque acies detrudit ad ipsas: Fulgida*

lum docent, verum etiam medici, qui ista aperta et patefacta viderunt) viae quasi quaedam sunt ad oculos, ad aures, ad nares a sede animi perforatae. Itaque saepe aut cogitatione, aut aliqua vi morbi impediti, apertis atque integris et oculis et auribus, nec videmus, nec audimus: ut facile intelligi possit, animum et videre et audire, non eas partes,

---

praesertim quom cernere saepe nequimus, Lumina luminibus quia nobis praepediuntur; quod foribus non fit: neque enim qua cernimus ipsei, Ostia suscipiunt ullum reclusa laborem." *Lambinus.* — Scripsi autem *neque est enim* pro vulgato *neque enim est* cum Dav. etc. Or. ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Gud. Mon. 2. Marb. Reliqui vulgatum habent ordinem. Vid. FVOttonis Excurs. ad Cic. Cat. maj. p. 223. II. Abest *enim* a Cod. Aug. Edd. H. Asc. 2. Pro *est ullus* scribitur *nullus* in uno Ox. Pergit Vind. 1. *in corpore sensus.* Tum servavimus ordinem Cod. Reg. *non physici solum* (pro *non solum physici*) cum Bentleio vel potius, qui ei obsecutus est, Davisio: accedunt praeterea Codd. Gud. 1. 2. Gud. Vind. 2. Mon. 1. 2. Marb. Unus Ox. habet *non solum philosophi. Mr.*

qui ista aperta et patefacta viderunt] Ad rem laudat Or. Celsum in Praef. libri primi, ubi est p. 18. ed. Targae (Veron. 1810.) p. 28. Bip.: *Incidere virorum corpora, et crudele et supervacuum est: mortuorum corpora, discentibus necessarium.* Intelligendus nimirum locus noster de ἀνατομῇ sive dissectione corporum. Verba *et patefacta* desunt in duobus Codd. Oxx. unde nolim aliquem coniicere, ea esse spuria: necessaria enim sunt ad sententiam, quae minus perspicua esset, si nil nisi *aperta* scriptum esset, quia hoc audito vocabulo non statim de sectione anatomica cogitamus. Pro *viderunt* Cod. Aug. *viderant.* In proximis multi libri inverso ordine *ad nares, ad aures,* videlicet Codd. Aug. Vind. 1. Rehd. Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cam. Rob. Steph. Med. Pergit Gud. *ad sedem animi.* Ad verba convenit locus de N. D. III. 4. 9: *duo lumina ab animo ad oculos perforata,* ubi vid. annot. nostr. in versione horum librorum Germanica p. 1662. *Mr.*

Itaque saepe aut cogitatione aut aliqua etc.] Ad h. l. facit locus Plinii H. N. XI. Sect. 54. p. 617 sq.: *Animo videmus, animo cernimus: oculi, ceu vasa quaedam, visibilem eius partem accipiunt atque transmittunt. Sic magna cogitatio obcaecat, abducto intus visu. Sic in morbo comitiali aperti nihil cernunt, animo caligante.* Post *saepe* in uno Ox. deest *aut,* eius loco Cod. Vind. 1. habet *animi* (ex glossa, sine dubio); sed in margine: *aliter aut.* Duo Ox. etc. Post *morbi* Gud. repetit *saepe.* Mon. 1. habet *impedi.* Tum Aug. *apertisque integris.* Quod sequitur *et* omittit Vind. 1. Gud. eius loco habet *etiam.* Pro *nec — nec* Ed. H. habet *neque — neque*: eadem mox *posset* pro *possit.* Pro *audimus* unus Ox. *audivimus.* Cod. Gud. 2. *possit intelligi. Mr.*

animum et videre et audire] „Videtur respexisse ad Menandri sententiam, quae circumfertur: *νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει.*" *Ursinus.*

Animum et videre et audire] Theodoretus Therap. I. p. 15. *Κατὰ γὰρ δὴ τὸν Ἐπίχαρμον, τὸν Πυθαγόρειον λέγω,*

Νοῦς ὁρῇ καὶ νοῦς ἀκούει· τἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά,

ut frustra sit Ursinus, hunc Menandro versum tribuens. Idem patet ex Tzetze Chil. V, 52. XII, 440. et ad Lycophronis vs. 17. ut eos praeteream, quos laudarunt Intt. ad Clementis Alexandrini Strom. II. pag. 442. Conr. Rittershusius ad Porphyrii vit. Pyth. n. 46. aliique. *D.*

animum et videre et audire] Locis a Dav. laudatis add. Kuster.

quae quasi fenestrae sint animi: quibus tamen sentire nihil queat mens, nisi id agat et adsit. Quid? quod eadem mente res dissimillimas comprehendimus, ut colorem, saporem, calorem, odorem, sonum? quae nunquam quinque nuntiis

---

ad Jambl. Vit. Pyth. §. 228. p. 184. Kust. p. 450. Kiessl. Creuzer. ad Plotin. Enn. II. 9. 1. p. 200. et ad Ennead. III. 8. 8. p. 352. itemque p. 363. E. p. 374. C. D. Plat. Theaetet. p. 139. Bip. p. 184. c. d. ibiq. Heindorf. p. 432 sq. Plutarch. de Fort. c. III. Wytt. p. 342. Lips. Hutt. T. VII. p. 303. ibiq. Wyttenbach. p. 6. Ed. Lips. Annott. Plutarch. de Alex. Fort. II. 3. Hutt. T. IX. p. 57. Et hac ego data occasione retractabo, quae scripsi in Creuzeri Meletemn. ex Discipl. Ant. II. p. 54. Ibi enim metro adversante, quod in sede pari dactylum respuit, trochaeum vero simplicem vel tribrachum desiderat, scripsi *τἄλλα δὲ κωφὰ καὶ τυφλὰ·* cum scribendum fuerit *τἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά*. *Mr.*

Non eas — animi] Laudat Nonius in *Fenestrae*. *D.*

non eas partes, quae etc.] Unus Ox. *non per eas*. Mon. 1. *non ea*. Marb. *me* pro *quae*. Scripsi autem cum Dav. *sint* (quamvis *sunt* magis placeat), auctoritate motus optimorum antiquissimorumque Codd. Reg. Gud. 1. 2. Vind. 2. Mon. 2. et duorum Oxx. Respicit locum nostrum Lactantius de Opif. Dei VIII. 11: *verius et manifestius est mentem esse, quae per oculos ea, quae sunt opposita, transpiciat quasi per fenestras, perlucente vitro aut speculari lapide obductas.* Hieronymus contra Jovinianum: *Per quinque sensus, quasi per quasdam fenestras, vitiorum ad animam introitus est. Mr.*

quibus tamen sentire nihil queat mens] Tres Oxx. et noster Rehd. *sentiri*: hic etiam omittit *mens*. Coniunctivus ponitur (*queat*) quia pendet propositio haec relativa a superioribus *ut — intelligi possit*. Pro *id* est *aliquid* in uno Ox. ubi habes manum inepti correctoris: neque melius is correxit, qui eam voculam plane delevit, ut est in Vind. 1. Uterque Latinitatis fuit imperitus. *Id agere* est i. q. attentum esse: et opponitur locutioni *aliud agere*, ut monet Or. Commode advocat Kühnerus Ruhnkenii annot. ad Terent. Andr. I. 2. 15. ubi est: (p. 38. ed. Bruns.) „Haec formula, qua, qui spectant vel audiunt, attento animo esse iubentur, ex veterum sacris manavit. Nam sacerdos antequam victima immolaretur, clamabat *hoc age*, monens populum, ut huic rei intentus esset. v. Plutarch. in Numa p. 69. et in Coriol. p. 225. et interpr. ad Sueton. Calig. c. 58. (p. 430. Ed. Graev.) Terent. Andr. II. 5. 4. Heaut. III. 2. 4. 7. coll. contraria formula Eunuch. II. 3. 56. Hecyr. V. 3. 28.“ Add. Barnab. Brisson. de Formulis p. 10 sq. ed. Bachii. Eadem fere sententia est verbi *adsit*. V. eundem Brissonium p. 694. 64 sq. Plenior formula est *ades animo*, de qua vid. nos ad Cic. de Rep. VI. 10. extr. p. 472. Add. Forcellin. Lex. ed. Schneeb. p. 75. a. b. ubi plura habes huius usus exempla Ciceroniana. Ad. A. Matthiae ad Cic. pro Mil. 2. p. 208. Unus Ox. habet *absit*. *Mr.*

Quid? quod eadem mente etc.] Ox. unus *quidem quod*, Gud. 1. *qui quod*. Aug. *quid est quod*. Ubi vides in Aug. glossam, in Ox. errorem ex glossae compendio, perperam lecto, ortum. In seqq. Gud. 1. Aug. *comprendimus*: quod dedit etiam Dav. sine dubio ex Cod. Reg. quamquam collatio nostra nihil diversitatis exhibet. In duobus Oxx. verba *colorem* et *calorem* sedem commutarunt inter se: in Vind. 2. *saporem* ponitur post *calorem*. Mon. 1. habet *somnum* pro *sonum*, somniante librario. *Mr.*

animus cognosceret, nisi ad eum omnia referrentur, et is omnium iudex solus esset. Atque ea profecto tum multo puriora et dilucidiora cernentur, quum, quo natura fert,
47 liber animus pervenerit. Nam nunc quidem, quamquam foramina illa, quae patent ad animum a corpore, callidissimo artificio natura fabricata est; tamen terrenis concretisque corporibus sunt intersaepta quodammodo: quum autem ni-

---

nisi ad eum omnia referrentur] Ed. H. *nisi omnia ad eum.* Scribitur *referentur* in Codd. Gud. 2. Mon. 1. Marb.; *inferentur* est in Edd. A. B. S. et marg. MS. in Asc. 2. nostra; *inferrentur* in Ven. nostr. P. E. Servavi autem in seqq. lectionem *et is*, verens, ne correctoris vel interpretis, quamquam non inepti, manum reciperem, si cum Or. scriberem *ut idem* (quamquam admodum placet) ex Edd. A. B. S. E. M. L. Ven. nostr. Asc. 1., marg. MS. Ed. Asc. 2., Car. Steph. Brut. Boul. Goth. Ald. Sturm. Sylb. Med. FAWolf. Schz. Nobb. *Et idem*, quod, ut a FAWolfio restitutum, probat Goerenzius ad Cic. de Finn. II. 5. 16, habet unus Ox. Vind. 1. Rehd., Wolfius non habet. *Et is* est in Codd. octo Oxx. Reg. Bern. Gud. 1. Duisb. Gud. Mon. 1. 2. Vind. 2. Marb. veteri Cod. Caroli Steph. Edd. C. V. Col. Junt. Ven. nostr. Cam. Leod. HWolf. Rob. Steph. Asc. 2. Grut. Gron. Verb. Rsk. Ern. Oliv. In marg. Ed. Fr. Fabr. scribitur, alios habere *ut is*: cuius ego lectionis nusquam reperi vestigium: *ut idem* ex Codd. solus habet Aug.; *et his* Gud. 2.; *et in his* Ed. H. quae pergit *omnibus*: tum Vind. 2. et Gud. 2. *solus iudex.* Pergit Cod. Aug. *Atque eo profecto.* Marb. *Atque profecto ea.* Post *puriora* Ed. H. pergit *atque.* Verba *et dilucidiora* absunt ab uno Ox., alius cum Cod. Marb. pergit *cernerentur*, ut est in Ed. P. contra iustam temporum consecutionem et scriptoris sententiam. Tum unus Ox. *cum eo*, ex glossa, quam alio loco positam habet Cod. Rehd. cum Mon. 2: qui exhibent, *quum, quo natura fert, eo liber animus* etc. Elegantius certe. Quod unus Ox. omittit *liber*, abesse nequit; significandum enim est, quod alibi dicitur *vinculis corporis exutus* vel *emissus*, ut infra I. 31. *Mr.*

Nam nunc quidem — fabricata est] Haec habet Nonius in *Foramina.* Sed apud eum nonnihil depravantur. *D.*

Nam nunc quidem etc.] Cod. Aug. et Ed. P. *nam illa nunc quidem quamquam foramina sunt.* Unus Ox. *nam cum nunc.* Locus Nonii est p. 35: „*Foramina* quasi deminutivo a foribus dicta. Cic. Tusc. 1. *Nam nunc quidem, quanquam foramina illa, quae patent ad animos a corpore, callidissimo artificio natura fabricatur.*“ Nares autem, aures, os et oculos significari, nemo est, quin videat. Cod. Mon. 2. habet *naturae.* Rehd. *naturae fabricata sint:* ubi agnoscis operam correctoris supervacaneam: unus Ox. *calidissimo*, omisso *artificio*: illud habent etiam Aug. Gud. 2. *Mr.*

tamen terrenis etc.] Unus Ox. *a terrenis* cum Vind. 1. Rehd. Mon. 2., unde coniecit Wakefieldius *ea terrenis.* Voce *concretus* de eadem re saepius noster et in aliis libris ad philosophiam pertinentibus usus est, et in his ipsis saepissime. Unus Ox. habet *sint* pro *sunt.* — Pro *intersaepta* Cod. Aug. Edd. Ascens. 2. et Lall. habent *intercepta*; Cod. Gud. et Ven. Alt. (haec ex corr.) *interserta.* Ed. H. *intersecta.* Nostro participio usus est etiam Cic. pro Corn. Balbo 19. 43. *ne intersaeptum sit iis iter.* In seqq. Ed. H. *impediet obiecta* Cod. Gud. *opiet ipedire.* Aug. *obiecta impedit. Mr.*

quo minus percipiat] Bentleii coniecturam, *perspiciat*, recepit

hil erit praeter animum; nulla res obiecta impediet, quo minus percipiat, quale quidque sit.

Quamvis copiose haec diceremus, si res postularet, quam multa, quam varia, quanta spectacula animus in locis caelestibus esset habiturus. Quae quidem cogitans, soleo 21 b.

Dav. in Ed. 2. (in seqq. restituit librorum lectionem): improbavit Bouhierius, recte monens, elegantius etiam dici *oculis percipere* quam oculis *perspicere*. Placebat tamen ista coniectura Ernesto. Sed recte quaerit Nissen. l. c. p. 15: *Ergo* animus *percipere* rem non dicitur? Neque magis probaverunt FAWolf. et Or. Cod. Duisb. habet eius verbi loco glossam *videat*, omissis verbis nostri capitis tribus ultimis. Male item unus Ox. omittit *quale*, Marb. habet *quidquid* pro *quidque*: unus Ox. *quodque*. In prioribus unus Ox. *cum enim nihil*. *Mr.*

c. 21. *Quamvis copiose haec diceremus*,] „Menti Ciceronis aptior videtur alia loci interpunctio, *Quamvis copiose haec, diceremus, si res* etc. Quasi dixisset noster: *Quamvis haec copiose diximus, tamen diceremus* etc.“ *Pearcius*. Scripsit haec vir doctissimus, quia non recte intellexit hunc Ciceronis usum, recte iam explicatum a Beroaldo: *quantumvis* copiose, hoc est, uberrime copiosissimeque: „eodemque modo ab HWolfio. Quare Pearcii annotatio cum ab Ernesto laudaretur, non sine reprehensione erat referenda. Nuper de ea re monuit Beier. ad Cic. Lael. XXV. 91: *quamvis multis* exponens: *plurimis*; ibique et alios locos laudans et hunc ipsum nostrum. Add., quos laudat Kühnerus, Bremi ad Corn. Nep. Datam. IV. 3. ad Cic. de Finn. II. 18. p. 182. Beier. ad Offic. I. 25. 86. p. 197. Vid. praeterea Tursellin. de Particull. p. 763 sq. Kritz. ad Sallust. Catil. 23. 6. *Quamvis copiose* eadem, qua hic, sententia, dixit Cic. etiam infra III. 30. 73. Or. refert Nagelium coniecisse *hic* pro *haec*: nec vero ei mutatio videtur necessaria. *Mr.*

quam multa, quam varia, quanta spectacula] Vocem *quanta* habent Codd. et plurimi et optimi: omissa tamen est in duobus Pall. quatuor Oxx. Mon. 1. uno Leid. (quod probat Bouhierius) Edd. P. M. Lamb. Goth. Car. Steph. Brut. Boul. Sturm. Ald. Sylb. Sola Ed. HWolfii habet: *quam multa, quam varia, quam magna spectacula*: quae certe scriptio esset concinnior. In parenthesi addit *vel quantaque*. Pro *spectacula* unus Ox. habet glossam *spectanda*. *Mr.*

soleo saepe mirari] Cod. Gud. *semper* pro *saepe*. Verb. in marg. ait in Cod. Reg. esse *saepenumero*; Cod. Aug. habet *admirari*. Pro *insolentiam* cum reperisset Bouhierius in uno Leid. *insolertiam*, quamquam ipse alibi eam vocem se legere non meminerat, tamen probat: quod neque Latinum est, neque, si vel maxime esset, huic loco conveniret eiusque sententiae. Ceterum recte monet Kühnerus, hanc de Epicureis digressionem ab hoc loco alienam quodammodo esse vel certe longius arcessitam: Ciceronem vero quavis arrepta occasione vana atque inania huius disciplinae decreta carpere et traducere studere. Vid. ej. librum de Cic. in philos. meritis p. 78 sq. In Cod. Duisb. statim: *conditionem i cognicionem i cogitacionem*. Sequitur in Edd. P. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. *admirentur*. *Mr.*

Eiusque inventori et principi gratias exsultantes agunt] Ridet Epicureos, qui maxima quaeque de suo Duce praedicabant. Praecipue vero respicere videtur ad Lucretii lib. V, 8. ubi sic ille de Epicuro:

— *Deus ille fuit, Deus inclute Memmi,*
Qui princeps vitae rationem invenit eam, quae
Nunc appellatur sapientia; quique per artem

saepe mirari nonnullorum insolentiam philosophorum, qui naturae cognitionem admirantur, eiusque inventori et principi gratias exsultantes agunt, eumque venerantur ut deum. Liberatos enim se per eum dicunt gravissimis dominis,

---

Fluctibus e tantis vitam tantisque tenebris
In tam tranquilla, et tam clara luce locavit.

Adi sis et vss. 18, 51. Nam quod recte notavit Tan. Faber, falsus est Lactantius, qui Div. Inst. lib. III. cap. 14. de Pythagora vel Thale haec esse dicta pronuntiat. Non dissimilia sunt quae iactat Poeta, cum alibi saepe, tum lib. VI. initio. Hinc σεβάσεις et ἐπιθειάσεις, quibus magistrum suum καθυμνοῦσιν Epicurei, memorat Plutarchus advs. Colot. pag. 1117. Adi sis et lib. I. N. D. cap. 16. Quin et Epicurus ipse statuit οὐκ εἶναι ἄνευ φυσιολογίας ἀκεραίας τὰς ἡδονὰς ἀπολαμβάνειν. Vide Laertium lib. X. §. 143. et Plutarchum Tom. II. pag. 1092. ed. Par. *D.*

eiusque inventori — gratias — agunt] Cod. Rehd. *eique:* unus Ox. *eius.* Aug. omittit *agunt. Princeps* est auctor scholae vel sectae, ut saepius: sic v. c. Acadd. II. 43. 132: *Zeno — qui inventor et princeps Stoicorum fuit:* ubi vid. Goerenz. p. 238. de Or. I. 11. 47: *harum disputationum inventori et principi — Platoni.* Pergit Cod. Mon. 2. et Ed. H. *exultantes gratias agunt.* Unus Ox. omittit *exultantes.* Ad seqq. FAWolfius in scholis non plane certum esse ait, quod Davisius contenderit, Ciceronem nimirum ad Lucretium respicere. Quamquam hoc non primus dixit Davisius, sed suspicati sunt iam dudum Beroaldus, Janus Pagninus, Leodegarius a Quercu, Wakefieldius quoque ad Lucret. V. 8. coll. V. 88. III. 1 sqq. Eodem certe modo loquentem facit Cicero in libris de N. D. I. 16. 43. Velleium Epicureum de scholae suae principe: *Ea qui consideret —, venerari Epicurum et in eorum ipsorum numero, de quibus hic quaestio est,* (sc. deorum) *habere debeat:* ubi vid. nostram annot. in Ed. min. *Mr.*

Liberatos enim se per eum dicunt] Pro *eum* est *eos* in uno Ox. Cod. Mon. 1. omittit *enim.* Cod. Gud. pro *gravissimis* habet *ingratissimis,* quod est interpretis, nec vero elegantissimi. Eam vocem plane omittit Cod. Marb. Ad v. *terrore,* quae bis redit, vid. Bentleium, qui utrobique corrigit *errore.* Et Bouhierius quidem et Nissenius difficile esse aiunt resistere Bentleii rationibus: Lallemannus vero utroque loco recepit *errore,* addens scribi certe altero loco in optimo ex regiis Codd. *quo errore.* Quem vero ille optimum censuerit, nescio: sunt enim Parisiis XVII Codices Tusculanarum. Sed cuius ego ut re vera antiquissimi et optimi collationem habeo, in eo, ut diserte enotavit J. Bergerus, bis legitur *terrore*: neque aliter in omnibus Codd., qui quidam adhuc collati sunt, nisi quod in duobus Oxx. desunt verba: *quo terrore? quo metu?* Buggius in Prolusione supra laudata p. 19 sq. valde sibi placere ait emendationem Bentleianam, ne gravissimi illi domini nonnisi unus solusque sint. Ceterum Bentleii rationibus nihil addit. FAWolfius ingeniosam appellat Bentleii coniecturam: sed videri tamen ea recepta Ciceronem ipsum corrigi. Addit Orellius ex adiectivo *sempiterno* addito apparere, scriptionem *errore* esse reprobandam. Billerbeckius recepit utrobique *errore* laudatque de Finn. I. 5. 14: *Epicurum — quem ego arbitror unum vidisse verum, maximisque erroribus animos hominum liberavisse*: coll. 13, 43. 19, 64. et supr. 16, 36. Recte certe omnibus his locis *error* ponitur: sed talibus locis laudatis nihil proficitur. Quid? si contra laudes supr. 5, 10: *num te illa terrent, triceps apud in-*

terrore sempiterno, et diurno ac nocturno metu. Quo terrore? quo metu? Quae est anus tam delira, quae timeat ista, quae vos videlicet, si physica non didicissetis, timeretis?

— Acherusia templa alta Orci —
— — — pallida leti,
Nubila tenebris loca — —

---

feros Cerberus etc. 6, 12: *iam mallem Cerberum metueres —?* Kühnerus denique Bentleium ob male intellectam vocem *dominis* suam excogitasse coniecturam contendit. Ego vero Orellii et Kühneri rationibus, quae mihi rem conficere videntur, nihil addendum censeo. *Mr.*

diurno ac nocturno metu.] Unus Ox. *diuturno.* Mon. 1. *et* pro *ac.* Ad seqq. faciunt quae dixit noster de N. D. II. 2. 5: *quaeve anus tam excors inveniri potest, quae illa, quae quondam credebantur, apud inferos portenta extimescat.* de Divin. II. 68. 141: *an tu censes ullam anum tam deliram futuram fuisse, ut somniis crederet —?* Pro *anus* in Mon. 1. est *ancs'*, cruce verbo superscripta. Unus Ox. habet *quae est enim anus*: alius *nos* pro *vos*: duo omittunt *videlicet*: quo omisso pars ironiae perit. Pro *physicâ* habent *physicam* tres Oxx. Aug. Gud. Edd. H. A. S. E. marg. Crat. (ubi appositum est: alii legunt *philosophica*) Ven. nostr. Cod. Mon. 1. *nisi phisica non d.* Pro *didicissetis* unus Cod. Ox. *didicistis.* Ed. Junt. *didicisses*: unus Ox. *non dum didicissetis.* Cod. Rehd. *non didicisse non timeretis.* Inferunt etiam *non* ante *timeretis* Codd. Gud. et Vind. 2. *Mr.*

Acheruntia — obnubila, obsita *tenebris loca*] Si, quod eruditis credibile videtur, hi versus sunt ex Ennii Andromacha desumti, quorum priorem laudavit Varro L. L. lib. VI. pag. 47.

Acherusia templa alta Orci salvete infera;
Poetam reliquisse crediderim,
Acherusia templa, alta Orci salvete infera,
Pallida, Lethaea, nubila *tenebris loca.*

Nunc singula videamus, quo melius emendationis nostrae ratio constet. Et *Acherusia* quidem legimus, Varronis et Msstorum Vatic. et Eliens. sec. fide nixi, eamque formam cum Lucretius adhibet, tum alii. Verum, inquies, unde factum, ut binae voces in omnibus Ciceronis exemplaribus omittantur? Non id arbitror Librariorum vitio contigisse, sed ipse Tullius eas, utpote quae nihil ad rem suam facerent, sciens ac volens praetermisit. Igitur apud eum sic distingue:

Acherusia templa, alta Orci —
Pallida, Lethaea, nubila tenebris loca.

Lethaea vero legerim G. J. Vossium secutus, et hanc sane coniecturam tantum non ratam facit Eliens. sec. qui *Lethes* repraesentat. *Nubila,* non *obnubila,* dant Gebhardiani nostrique Codices, (nisi quod Reg. *onubila*) iidemque *obsita* nesciunt. *D.*

Acherusia templa — tenebris loca.] Ita scripsi hos versus, vel potius haec versuum fragmenta: non quod plane certus sim ea a Tullio ita scripta esse, sed quod certiorem rationem eâ, quam inierunt FAWolf. et Or., neque ab aliis esse repertam video, neque mihi ipsi reperire contigit. Sed videamus de librorum scriptione. *Acherusia* dedi ex Ed. Lamb. et Codd. Reg. uno Ox. Gud. quibus proxime accedit Gud. 1. exhibens *Acherunsia.* Post Davisium eam scriptionem receperunt Ern. Lall. Schz. Nobb. Or. Tbn. Reliqui fluctuant inter *Acheruntia* et *Acherontia.* Cf. etiam Plank. ad Ennii Medeam p. 127.

Non pudet philosophum in eo gloriari, quod haec non ti-

Pro *pallida* est *palatia* in Codd. duobus Oxx. *Paludes* in Cod. Aug. *pallatia* in Cod. Marb. Pro *leti* unus Ox. *lecto*, Reg. Gud. 1. *letio*, Aug. Vind. 1. *Lethei*. Gud. *Leteis*. MS. ap. Verb. *Leto*, nimirum Vaticaneis, El. sec. Lall. FAWolf. in ed. 1. Koel. *Lethes*. Sequitur *obnubila* in plerisque: sed *nubila* dedimus ex novem Codd. Gebhardi Reg. Gud. 1. Aug. Marb. Vind. 2. Gud. duobus Oxx. Post h. v. multae Edd. vett. usque ad Ern. inserunt *obsita*. Sed eam vocem non agnoscunt novem Codd. Gebh. octo Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Vatic. Aug. Gud. Rehd. Duisb. Mon. 1. 2. Edd. H. Asc. 2. Cam. Dav. FAWolf. Schz. Nobb. Or. Tbn. In Ven. Alt. vox *obnubila* deleta est. Cod. ap. Verburg. habet *loco*. Lallemannus dedit:

Acherusia templa, alta Orci salvete infera,
Pallida Lethes, obnubila tenebris loca:

addita hac Annotatione: Hos versus dedimus, ut leguntur in tribus e regiis MSS. Vulgati omittunt voces; *salvete infera*." In Edd. vett. ut in Dav. non ut versus descripta sunt haec verba: ex nostris prima Roberti Steph. ita ea disposita habet:

Acherontia templa, alta orci, pallida
Leti, obnubila, obsita tenebris loca.

Et sic Car. Steph. Leod. Ald. Sturm. Sylb. HWolf. Brut. Boul. Lambb. Goth. Grut. Gron. Verb. Era. Bip. A. Wolfio (FA.) in Ed. 1. sic scribuntur, ut dederunt etiam Koel. et Billerb.

Acherusia templa, alta Orci — —
Pallida Lethes, obnubila tenebris loca.

Nobbius scripsit:

Acherúsia templa alta Órci — —
Palátia Leti, obnúbila tenebris loca.

In Edd. seqq. FAWolfius edidit, ut nos, nisi quod servavit *obnubila*, quod nos cum Or. mutavimus. Billerbeckius, ex Grotefendii sententia, si vulgatam serves, hosce versus Saturninos prodire ait:

Acherusia templa, alta Orci, pallida leti obnubila
Obsita tenebris loca.

Sed cum Or. quomodo in Ennii tragoedia versus Saturnini locum habeant, nos non intelligere fatemur. Kühnerus denique, quamquam nobis quoque cum Or. Anapaesti videntur, et locutio quoque sublimior videtur, quam pro Iamborum sono et incessu leniore, hosce versus in annotatione inde effinxit:

Acherusia templa alta Orci — ∪ — ∪ —
∪— ∪— ∪ pallida leti, obnubila
Tenebris loca — ∪ — ∪ — ∪ — ∪ —.

Nunc ad verborum vel sententiae explicationem transeamus. Ad v. *Acherusia templa* Beroaldus: „*Templum* tribus modis dicitur; in caelo, in terra, sub terra. In caelo templum dicitur, ut in Hecuba; *magna templa caeli*: in terra, ut deorum templa et delubra: sub terra, ut in Andromacha dixit Ennius: *Acherusia templa, alta Orci salvete infera*. Item nunc templa significantur subterranea, videturque Cicero referre carmen Ennianum, cuius meminimus et meminit M. Varro in tertio L. L." His adde de *caeli templis* Senec. Herc. Fur. I. 3: *templa summi aetheris*. Cic. de Rep. VI. 15: *deus, cuius hoc templum est omne, quod conspicis* (sc. caelum) ibiq. nos p. 481. ed. nostr. itemque Cic. de Legg. II. 10. 26. ib. nostr. ann. p. 234. ed. nostr. et Cr. Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 307. Ed. 3. nos ad Cic. de Divin. I. 21.

timeat, et quod falsa esse cognoverit? E quo intelligi potest, quam acuti natura sint, quoniam haec sine doctrina

---

p. 107. ed. nostr. — Varro de L. L. VI. p. 287. ed. Spengel. p. 81. ed. Bip. p. 66. ed. Scal.: *Templum tribus modis dicitur, ab natura, ab auspiciendo, ab similitudine. Natura in caelo; ab auspiciis in terra; ab similitudine sub terra.* — — — *Quocirca [caelum] qua attuimur, dictum templum. Sic Contremuit templum magnum Iovis altitonantis: id est (ut ait Naevius) Hemisphaerium ubi concha caerula septum stat.* — *In terris dictum templum locus augurii aut auspicii causa quibusdam conceptis verbis finitus.* ubi vid. Scalig. p. 160. ed. Bip. p. 98. ed. Scal. De locutione *Acherusia templa* v. etiam interpretes ad Lucret. I. 121. in primis recentissimum, Forbigerum p. 179. Add. Nic. Perotti Cornu Copiae p. 12. ed. Ald. De *leto* vid. Gesn. in Thes. L. L. s. v. G. J. Vossii Etymol. L. L. p. 286. Ed. Elzev. *Mr.*

Orci] „Plutonis, quem antiqui *Uragum* ab urgendo dixerunt, quem modo *Vedium*, modo *Summanum*, modo *Ditem* appellant. Dictus est etiam ab antiquis *Quietalis*, quasi mors quies sit aerumnarum." *Beroald.*

Non pudet philosophum in eo gloriari] Ita Cic. de N. D. III. 36. 87: *in virtute recte gloriamur.* Cf. Borgers. ad Cic. Parad. p. 60. Benecke ad Cic. Cat. II. 9. p. 157. Similiter dixit ad Famm. III. 8. *ne, in quo te obiurgem, id ipsum videar imitari.* Unus Ox. exhibet *Num pudet:* alius: *non timet.* Ed. P. pergit *quod hoc.* Gud. et Duisb. *quod non haec timeat.* Quae sequuntur *quod falsa esse cognoverit,* favere ait FAWolfius Bentleii coniecturae *errori:* quod iam Bentleius in usum suum convertit. Pro *falsa* Mon. 1. habet *fla. Quod* abest a Gud. 2; unus Ox. *timet. Mr.*

E quo intelligi potest] Ita Codd. Reg. Gud. 1. Mon. 2. Dav. probatque Goerenzius ad Cic. de Finn. II. 5. 15. p. 136: qui hanc esse iustam scriptionem ad hunc locum se probaturum pollicitus est. Quod utinam aliquando fiat! In eo vero fallitur, quod scriptos omnes *e* referre existimat. Nam praeter eos, quos nominavi, nullus ex nostris libris assentit. Scripsit etiam *intelligitur* pro *intelligi potest.* Quod vero hodie discrimen statuunt inter *e quo* et *ex quo* (quod alibi iam uberius expositurum se pollicitus est Goer. ad Cic. Acadd. I. 11. 42. p. 65 sq. cf. Ramshorn. Lat. Gr. §. 150. 1. p. 284. Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 214 sq. 305. nos ad Cic. de Rep. I. 44. p. 137. Ruddimann. Inst. L. L. II. p. 337.) de eo sibi nondum plane persuasum esse ait Orellius ad scholas Wolfii. Ego quoque, quamquam plane nihili esse eam distinctionem non existimo, rem tamen nondum ad liquidum perductam credo. Ceterum cf. nunc Handii Tursellinum I. p. 3. eiusque de discrimine inter *a* et *ab* disputationem contra Ramshornium. — Reliqui libri habent *ex*: nisi quod in Cod. Duisb. est *eoque. Mr.*

Quoniam *haec sine doctrina*] Vulgo *qui haec.* Lectionem damus, quam praestat Reg. *D.*

quoniam — fuerunt] Ita scribo cum Dav. ex Bentleii Codd. (pro *qui — fuerint*), quibus accedunt Reg. (quamquam ex hoc nonnisi *quoniam* enotatum est: credo tamen cum Or. eum exhibere Indicativum, cum, qui ad eum proxime accedunt, eum offerant:) Gud. 1. duo Oxx. Duisb. Habent praeterea *fuerunt* Ed. H. duo alii Oxx. Marb. Mon. 1. Vind. 2. Gud. 2. Aug. In Mon. 2. est *quomodo* et in marg. *qui.* Pro *haec* est *hoc* in uno Ox. et Gud. Solus Vind. 1. *fuerunt crediturі.* Gud. *crediturі ferunt.* Nissen. pro *haec* coniiciens *nec,* vel *nec* post *haec* excidisse suspicans, nihil nisi eo professus est,

49 creditum fuerunt. Praeclarum autem nescio quid adepti sunt, quod didicerunt, se, quum tempus mortis venisset, totos esse perituros. Quod ut sit, (nihil enim pugno;) quid

---

se locum plane non intelligere. Ceterum reliquorum ego librorum lectionem, quam servant Edd. quoque recentissimae, plane non reprobo: est enim elegantissima: nostram vero cum exhibeant et optimi libri et antiquissimi, a Cicerone profectam existimo, qui acrius etiam pungere vellet Epicureos, quam fieret scriptione *qui — fuerint*. Ceterum adeat, qui alteram etiam partem audire velit, Garatonium ad Cic. pro Mil. XI. p. 193. ed. Orell. Wopkens. Lectt. Tull. p. 27. ed. Handii, cuius ibidem annotatio nequaquam est negligenda. *Mr.*

Praeclarum autem nescio quid] Cod. Mon. 1. *Si e claram autem*. Ed. Junt. *ante* pro *autem*, errore manifesto. Duo Oxx. omittunt *autem*: sed cum continuando sermoni inserviat, abesse nequit. *Qui didicerunt* pro *quod didicerunt* habent Edd. veteres pleraeque et multi Codd., commendaveruntque Bentleius et Kühnerus. Sed cum *quod* exhibeant cum Dav. Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Duisb. Marb. Vind. 1. 2. quatuor Oxx. Edd. S. Gebh. Gron. Verb. Ern. Schz. FAWolf. Nobb. Or.; servandum duxi. Quod autem in Edd. Dav. omnibus contra ceterorum librorum auctoritatem scriptum est: *praeclarum — nescio quod*, id fortasse casu factum est; si consulto, imitari nolui. Scribit plane ut h. l., nec vero *εἰρωνικῶς*, Cic. pro Arch. Poet. 7, 15: *illud nescio quid praeclarum*. Cf. de Divin. II. 45. 94: *illud nescio quid tenue*: de Finn. IV. 25. 70. *differre — nescio quid immensum*. Ceterum quando et quo sensu *nescio quod* recte dicatur, vid. apud Ramshorn. Gr. Lat. §. 160. p. 367 sq. Goerenz. ad Acadd. II. 25. 81. de differentia inter *nescio quis* et *nescio qui* loquens, illud in contemtu poni dicit, quod si ad genus neutrum referas, in nostrum locum cadit, in locum ex Or. pro Arch. non item. *Mr.*

quum tempus mortis venisset] Cod. Vind. 1. *mortis tempus*. Mon. 1. *tempus morti*. Cod. Duisb. *veniret*. Pergit Cod. Mon. 1. *totos esse peritos*. Rehd. *totos esse morituros*: quod correctoris est, accurati scilicet ac subtilis. Gud. 2: *se mortis tempus venisset totos perituros*, omissis verbis *quum* et *esse*. *Mr.*

Quod ut sit] Ita dedi ex sententia Davisii in Ed. 2. qui ita ad h. l.: „Vulgg. *quod ut ita sit*. At voculam paenultinam non agnoscunt nostri Codd. et formula, quam suppeditant, elegans est et Tullio familiaris.“ Nec tamen omissa est in continuato sermone illud *ita*, quod omissum volebat Dav. Abiici item volebat Goerenzius ad Cic. Acadd. II. 17. 54. II. 20. 66. p. 123. ubi ait, a duobus quoque suorum Codd. eam vocem abesse, et a vetus editis pluribus. Idem tamen, de hac ipsa constructione (*ut* pro *quamvis*) loquens in Jahnii Annall. Philologg. 1826. I. 2. p. 335, nihil de delenda ista vocula monuit. Ego vero ideo quoque eam abieci, quia facilius librarios constructioni rariori *ita* addidisse, quam si adfuit, delevisse censeo. Fortasse etiam scriptio Codicis Reg., *quod ita sit*, ita orta est, ut glossa veram Ciceronis manum expulerit. Scribitur autem *quod ut sit* in aliquot, ut videtur, Codd. Oxx. Edd. Verb. Lall. Oliv. Ceterum haec constructio apud nostrum non ita rara est. Valde similis est locus de Finn. II. 31. 102. ubi item post concessionem sequitur interrogatio: *sed ut sit, etiamne post mortem coletur?* Ad Att. II. 15. scripsit: *Verum, ut hoc non sit, tamen* etc. *Mr.*

nihil enim pugno etc.] Hanc concessionem nonnisi ironicam esse, vel, si mavis, academicam, facile patet. Mox Cod. Duisb. *ea res*.

habet ista res aut laetabile aut gloriosum? Nec tamen mihi sane quicquam occurrit, cur non Pythagorae sit et Platonis vera sententia. Ut enim rationem Plato nullam afferret (vide, quid homini tribuam;) ipsa auctoritate me frangeret: tot autem rationes attulit, ut velle ceteris, sibi certe persuasisse videatur.

Sed plurimi contra nituntur, animosque quasi capite 22
50

Ed. H. *illa res aut delectabile*. Et hoc quidem adiectivo non usus est Cicero: sed *cui nihil — nimis laetabile — videri potest* dixit etiam infra IV. 17. 37. Mox in H. *neque tamen*. Unus Ox. omittit *tamen*. Pergit Rehd. *sane mihi quidquam*. Duisb. *sane quidquam mihi*. Verba *quicquam occurrit* commode explicat FAWolf.: *obiicitur animo meo aliqua cogitatio*: et sic saepissime in libris de Oratore veluti II. 30. 132. II. 34. extr. ubi explicatur *occurret*, addito *incidet* I. 33. 151. *occurrunt* addito: *ostendunt se*: de Finibb. IV. 17. 4. *quodcunque occurrat* addito: *quodcunque in mentem veniat*: Similiter Philippic. XIV. H. 31: *utinam mihi plura in mentem venirent! duo certe — occurrunt*. Aliis locis plenius dixit *animo occurrere* v. c. de Or. II. 24. 103. Acadd. II. 8. 25. *Mr.*

Ut enim rationem Plato nullam afferret.] Eadem constructione utitur Cic. de Div. II. 30. 62. in eadem fere re: *Hunc ergo* (Epicurum) *antepones Platoni et Socrati? qui ut rationem non redderent, auctoritate tamen hos minutos philosophos vincerent*: ubi vid. annot. nostr. p. 150. add. nos ad de Div. I. 6. 10. p. 26 sq. II. 33. 71. p. 419. Cod. Marb. male *Et enim rationem*. Gud. 1. *ut enim veram rationem*: sed vox *veram* punctis notata est. Unus Ox. *ut vero rationem*. Scribitur *rationem nullam Plato* in Codd. Vind. 2. Mon. 2. Edd. P. A. B. S. E. C. V. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Rob. Steph. Cam. Med. — Cod. Duisb. habet: *ut enim Plato nullam afferret rationem*. Ed. H. *afferat*. Pergit Duisb. *ipsa me auctoritate. Ipsa* est i. q. *vel sola*. Vid. de hoc usu Goerenz. ad Cic. de Finn. I. 19. 63, p. 91. Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 125. 130. 344. ed. 3. Lehner. ad Cic. de Rep. I. 13. — Cod. Aug. habet *auctoritas*. Quod ad locutionem cf. Cic. Brut. 25, 95: *fregit Ti. Gracchum patientiâ. Mr.*

Tot autem rationes] Ed. H. *Tot contra rationes*: ubi agnoscis manum interpretis. Cod. Gud. 2. *tot ciens* (voluit fortasse scribere *totiens* i. e. *toties*) *autem rationem*. Singularis numerus, cum illo *totiens*, probari nequit: *ratio* quidem saepe est tota argumentatio, quae singula complectitur argumenta: hoc vero loco *rationes* sunt i. q. argumenta deinceps proposita et allata. Sequentia *velle ceteris* (sc. *persuadere videatur*) cum non concoquere posset Reiskius, praeter necessitatem coniecit *ut velle persuadere ceteris*: duo Oxx. habent *vellet*, quod item debetur correctori. Vind. 2. supra lineam habet *ut quod velle ceteris*. Quod autem post *rationes attulit* scripsit *ut — videatur*, nec vero *videretur*, ideo factum est, ut significetur non quodnam fuerit eius consilium, sed quid allatis rationibus ita effectum sit, ut nobis etiam nunc videatur id sibi persuasisse. *Velle* etiam ἀορίστως pro *voluisse* ponitur, vel ideo, quia, quicunque eas rationes legunt, scriptorem quasi praesentem audiunt, quem ipsis persuadere aliquid velle sentiunt. Pro *sibi* unus Ox. *sic*: videlicet ne *ut* oppositionis particula careat. *Mr.*

c. 22. *Sed plurimi contra nituntur*] Ed. H. *nituntur contra*. Pergit Gud. 2. *animosque quasi corpore capite dampnatos multant* (omisso v. *morte* ut in uno Ox.). *Capite damnare* rarius dicitur,

damnatos morte multant: neque aliud est quicquam, cur incredibilis his animorum videatur aeternitas, nisi quod nequeunt, qualis animus sit vacans corpore, intelligere et cogitatione comprehendere. Quasi vero intelligant, qualis sit

---

quam *capitis damnare*: sed ita dixit etiam infra I. 41. 98: *nec ob eam rem — capite damnarer*: ibid. c. 40. extr. eundem, de quo loquitur priore loco, Socratem *morte multatum* dicit: nimirum, ut ait Wolfius in scholis, iure Romano quicunque esset morte multandus, antea debebat capite damnari. Eum iuris Romani usum nunc facete ad animos transfert. Cf. Barnab. Brisson. de Verbb. Signif. p. 97 sq. ed. Itter. Codd. Rehd. et Mon. 2. *multant morte*. Tum Cod. Vind. I. Ed. H. *neque est aliud*. Ernestus coniecit: *Nec vero* vel *neque vero est aliud*. Quod ad sententiam non plane reprobandum; neque tamen necessarium est. Quod sequitur *cur* abest ab uno Ox., *iis* a Gud. 2. Ceterum hoc quoque loco libri fluctuant inter *iis*, *hiis* et *his*: Edd. fortasse omnes *his*, quod servavi, ut, de quibus loquitur, quasi praesentes appareant. Post *videatur* Gud. addit *esse*. Tum Mon. 1. *nisi que nequeunt*. *Mr.*

qualis animus sit vacans corpore] Codd. Duisb. Gud. 2. *sit animus*. Marb. omittit *vacans*. Ad sententiam facit locus Plinii, qui item intelligere non poterat, qualis sit animus vacans corpore: ita autem ille H. N. VII. 55. Sect. 56. p. 410 sq. Hard.: *Omnibus a suprema die eadem, quae ante primum: nec magis a morte sensus ullus aut corpori aut animae, quam ante natalem. Eadem enim vanitas in futurum etiam se propagat, et in mortis quoque tempora ipsa sibi vitam mentitur: alias immortalitatem animae, alias transfigurationem, alias sensum inferis dando, et Manes colendo, deumque faciendo, qui iam etiam homo esse desierit: ceu vero ullo modo spirandi ratio homini a ceteris animalibus distet, aut non diuturniora in vita multa reperiantur, quibus nemo similem divinat immortalitatem. Quod autem corpus animae per se? quae materia? ubi cogitatio illi? quomodo visus auditusque? aut qui tangit? qui usus eius? aut quod sine his bonum? Quae deinde sedes quantave multitudo tot saeculis animarum, velut umbrarum? Puerilium ista delinimentorum avidaeque nunquam desinere mortalitatis commenta sunt.* Sed et quae sequuntur, quamvis huc transferri spatium vetet, legi merentur cum Harduini Annotationibus. *Mr.*

Quasi vero intelligant] Cod. Vind. 1. *Quasi vero, qualis sit in ipso corpore, intelligant*: quem verborum ordinem ne quis vulgato praeferat: insuaviter enim repeteret eum, qui antecedit: *quod nequeunt, qualis animus sit vacans corpore, intelligere*. Ed. H. habet *quasi vero non intelligant*. Codd. Rehd. et Aug. *quasi non intelligant*: utroque errore orto ex compendio $\overline{uo}$ quod legebat librarius quasi scriptum esset $\overline{no}$, prior fortasse, subdubitans, utrumque ponere maluit. Mon. 1. *quasi illud intelligant*. Commode ad h. l. affert Kühnerus Cic. pro Mil. XXXI. 84. q. v. De formula *quasi vero* ironica et alii locuti sunt, et nos ad Cic. de Rep. I. 6. p. 30 sq. Cf. Wyttenbach. ad Cic. de N. D. III. 35. p. 800. Ed. Cr. et nostr. maj. — Post *quae* addunt *et* Codd. Marb. et unus Ox. Scribitur *quae eius formatio* in Cod. Rehd. quod debetur acumini correctoris; *confirmatio* in Codd. Mon. 1. et tribus Oxx. Edd. H. P., *consummatio* in uno Ox. Nostra voce Cicero saepissime utitur, et in libris quidem rhetoricis alio plerumque sensu: sic ad Herenn. IV. 53. 66. est i. q. προσωποποιΐα: eâ vero, quae hic locum habet, sententiâ est de Or. I. 25. 114. et saepius in libris de N. D. Sequens *quae* omittunt duo Oxx.; pro *qui* duo Oxx. Gud. Mon. 1. 2. Ed. H. *quis*. *Mr.*

in ipso corpore, quae conformatio, quae magnitudo, qui lo-

---

ut, si iam possent] *Ut* est in Codd. Oxx. omnibus, itemque nostris et Edd. vett. fere omnibus. Lamb. vero dedit *aut*, itemque H. Wolffius: et posterior quidem post *aut* verba *si iam — tecta sunt* in parenthesi posuit. Illud *aut* receperunt etiam Lallemannus, et FA. Wolf. in Ed. 1. *Pearcius* ad h. l. ita: „Ne possit istud *ut* ferri, facit vocula interrogativa *ne* et *an* in posteriore parte sententiae. Lambinus pro *ut* legit *aut:* quod sequendum videtur, nisi malit lector reponere *at si iam possent* etc. Utraque lectio cum sequentibus verbis bene conveniet.“ *Ernestus* haec: „*Ut* non aptum videtur huic loco. Non displicet Lambini correctio *aut*. possis etiam coniiccre *et*.“ Ad haec Nissen.: „*Ut* i. e. igitur, in quo repetendum *quasi vero intelligant*. Verte: Ob also die Seele cet. Quare a Bipp. auctore Lamb. temere *aut* receptum est.“ Improbavit scriptionem *aut* Goerenz. ad Cic. de Finn. IV. 6. 15. p. 438. *Rathius* „locum, ait, sic restituo: *qui locus. Haud scio, si iam possint — cerni omnia, casurusne* etc. Est vero, ut mihi videtur, istud *scio* propter *si*, quod proxime sequitur, a librariis neglectum. *Possint* autem ut scribatur, Latinitas flagitat.“ *Hottingerus* in Prolusione laudata „Nihil, scripsit, mutandum. Nam particulam comparativam *ut* ita plane excipere potest interrogandi vel dubitandi particula, quemadmodum nostri homines solent loqui: Zum Exempel, *ob* cet. Atque sic aliis locis Cicero, ut Part. Or. 19: *Tertio autem in genere, in quo, quale sit, quaeritur, aut de honestate, aut de aequitate dicendum est. De honestate sic: ut, honestumne sit, pro amico periculum aut invidiam subire; de utilitate autem sic: ut, sitne utile, in rep. administranda versari?*“ *Orellius* denique scriptionem *ut*, utpote difficiliorem, ita defendit, ut dicat: est Anacoluthon ex hisce duabus propositionibus mixtum: 1. *Quasi vero intelligant — — — qui locus, ut casurus in conspectum videatur animus.* 2. *Casurusne* (*vel tum*) *in conspectum videtur animus, an tanta est eius tenuitas?* cet. Censor autem, quem non semel laudavi, Jenensis p. 390. 391. Rathii coniecturâ docet et sententiam corrumpi, neque unquam periodum incipere, ab *Haud scio*. Imperfectum autem, *possent*, ponendum fuisse, cum, rem fieri non posse, significare velit scriptor. Quare se ad Hottingeri partes applicat: in cuius et ego sententia, utpote simplicissima acquiesco. Simillimus est locus Tusce. IV. 27. 59: *est etiam — illa distinctio: utrum ad universam — an ad singulas melius adhibeatur oratio: — ut, si quis aegre ferat, se pauperem esse, idne disputes — an — aegre ferre nihil oportere?* Unus Cod. Duisb. habet, quod Rathius volebat, *possint*. Cod. Gud. *iam* repetit ante *cerni*. Cod. Aug. *ut suam* pro *ut si iam*, quae lectio vel corruptio inde orta est, quod antiquitus verba non discernerentur, neque literae *i* punctum superscriberetur. Mon. 1. *sit iam*. *Mr*.

In homine vivo] Hanc emendationem, elegantem prorsus et necessariam, sagacissimo Bentleio debemus. Vulgo *uno*. *D*.

in homine vivo] „Idem iam mihi in mentem venerat antequam a Davisio ex Bentleii sententia in Ed. 2. incommodum illud *uno* correctum vidi.“ *Boubierius*. „Lambinus dedit *vivo* [hoc falsum est: voluit fortasse scribere *Bentleius* v. *Davisius*]: alii in *homine uno*: quae lectio minime cum verbis sequentibus congruit, ut notat Pearcius: et sic tamen Regii MSS.“ *Lallem*. — „Nos, renitentibus libris, Bentleii emendationem non audemus recipere: sed in nostra tamen metaphrasi Gallica secuti olim sumus.“ *Olivet*. „Non probandum videtur *uno* in *vivo* mutatum; huius enim vim praeoccupavit illud

lum quasi domum suam venerit. Nisi enim, quod nunquam vidimus, id quale sit, intelligere non possumus; certe et

---

Nisi enim, quod nunquam vidimus — intelligere non possumus, certe — complecti possumus.] Locus paullo impeditior. Videamus primum de libris. Pro *nisi* est *si* in Cod. Rehd. Edd. C. V. M. L. Leod. Ald. Sylb. Sturm. Cam. Asc. 2. (sed marg. MS. *nisi*) Rob. et Car. Steph. Brut. Boul. HWolf. Goth. Oliv.; *nos* in Codd. Duisb. Marb. Pro *enim* est *eum* in Cod. Aug. ibidem *videmus*. Unus Ox. *quod* pro *quale*, alius *esset* pro *sit*, duo *possimus* pro *possumus*. Verba *certe et* usque ad *possumus* desunt in Mon. 1. In Gud. 2. legitur *et divinum et deum ipsum animum*. Mox unus Ox. et Ed. H. *cogitatione ipsa*. Marg. Lamb. Goth. Verb. ex MS. et Ed. Man. Ald. *cognitione*. Post *complecti* addunt *non* Edd. vett. omnes, et, praeter has, Grut. Gron. Verb. Ern. Oliv. praeterea aliquot, ut videtur, Oxx. Rehd. Aug. Marb. Mon. 1. Et hic quidem in fine periodi *possum*, unus Ox. *possimus*. Ed. H. *sic possumus*. Reliqui libri nobiscum faciunt. Videamus de sententia. Bouhierius volebat eam sententiam, quae prodit, si legas cum Edd. vett. plurimis *si enim — intelligere non possumus — complecti non possumus*. Sed codices reverens scribit: *Nisi enim — intelligere possumus*. Lallemannus et Pearcius cum Bouhierio faciunt, ad Bentleium se applicaverunt Koel. FAWolf. Schz. Or. Nobb. *Nissenius* vero *non* ante *possumus* in fine servatum vult, ita vertens: Es sei denn, dafs wir das, was wir nie gesehen haben, auch nicht erkennen können, so können wir freilich auch Gott selbst und den göttlichen Geist, vom Körper befreit, nicht denken. — *Nisi*, addit, est pro *nisi forte*, ut sexcenties. De versione sua ipse viderit. *Ernestus* ad Bouhierii et Lallemanni partes inclinabat, itemque *Neidius*. FAWolfius a Bentleii partibus stat, vertitque initium periodi: Es müfste denn sein, dafs wir nicht im Stande wären. *Billerb.* „Denn wenn wir nicht unfähig sind, die Beschaffenheit dessen, was wir nie sahen, doch wohl zu erfassen (z. B. die Gestalt der Erde); so müssen wir es doch auch vermögen, von Gott und dem Körperbefreiten, göttlichen Geiste uns eine Vorstellung zu bilden.“ *Kernius*: Es müfste denn sein, dafs wir die Beschaffenheit dessen, was wir niemals sahen, zu erkennen unfähig wären; — aber vermögen wir's doch auch, von Gott und dem göttlichen, körperbefreiten Geist uns eine Vorstellung zu bilden. Optime locum explicat Kühnerus, ad cuius mentem sententia loci haec est: „Ego quidem, Cicero inquit, animum cum corpore coniunctum difficilius cogitatione comprehendere possum, quam eundem corpore liberatum. At enim, aliquis obiiciat, quod nunquam oculis vidimus, id quale sit, nec cogitatione complecti possumus. At respondet Tullius, certe deum, quem nunquam vidimus, cogitatione complecti possumus. — Particulae *nisi enim* inserviunt obiectioni. Ad h. l. in marg. Ven. Alt. laudatur locus Lactantii Div. Inst. VII. [3, 4. p. 863. Bünem.] *Deus est divina et aeterna mens a corpore soluta et libera*. Or. de animo confert Senec. Epist. 31: *quid aliud voces animum, quam deum in humano corpore hospitantem?* ubi cf. J. Lipsii annot. Ego addiderim Cic. pro Mil. 30: *Est, est profecto illa vis* (divina): *neque in his corporibus atque in hac imbecillitate nostra inest quiddam, quod vigeat et sentiat, et non inest in hoc tanto naturae et praeclaro motu. Nisi forte iccirco esse non putant, quia non apparet, non cernitur: proinde quasi nostram mentem, qua sapimus,*

deum ipsum et divinum animum, corpore liberatum, cogitatione complecti possumus. Dicaearchus quidem et Aristoxenus, quia difficilis erat animi, quid aut qualis esset, intelligentia, nullum omnino animum esse dixerunt. Est illud 52

---

qua providemus, qua haec ipsa agimus ac dicimus, videre, aut plane, qualis, aut ubi sit, sentire possimus. Mr.

Cogitatione complecti possumus] Vulgo, *cogitatione complecti* non *possumus*; quae quidem lectio menti Ciceronis prorsus est contraria: si enim, quod numquam vidimus, intelligere possumus; qui sit, ut animum corpore liberatum cogitatione complecti non possimus? Immo, concessa Hypothesi, nihil impedit, quo minus animum sine corpore possimus mente comprehendere. Nos igitur particulam negantem exturbavimus, eamque praetermittunt Reg. Med. Eliens. pr. tert. Bak. Cafftab. et Petr. a prima manu. *D.*

Dicaearchus quidem et Aristoxenus] De utroque viro supra locuti sumus. Ad sententiam commentator Anonymus apud Leodegarium: „Hic locus cum superioribus pugnare videtur: sed consentiet, si Lactantium sequamur, qui in libello de Opificio dei scribit ab Aristoxeno sublatam esse mentem, ab eoque positam esse duntaxat harmoniam, quae existeret ex apta membrorum compage. Ita vim quandam animantibus tribuebat, animum tamen tollebat. Locus Lactantii est de Opif. Dei XVI. 13. p. 1204. Conf. ej. librum Div. Instit. VII. (de vita beata) l. XIII. 9. p. 929. in Ed. Dufresn. T. II. p. 116. T. I. p. 554. Vox *quidem* ponitur in enarrandis nominibus propriis pro *veluti, exempli causa*, quod observavit Kühnerus, laudans c. 33. c. 34. II. prc. et ib. c. 7. cf. Heindorf. ad Cic. de N. D. II. 6, 16. Add. Tursellin. de Particull. p. 844. ed. Schwarz. J. S. Rosenheyn. in Jahnii Annall. Philoll. et Paedagg. 1826. II. 1. p. 46. In seqq. Cod. Aug. *difficiles*. Pergit Cod. Duisb. *animi erat*. Ut h. l. dicit Cicero *difficilis erat animi — intelligentia* pro *difficile erat intelligere, quid aut qualis esset animus*, ita de Or. I. 56. 237: *utriusque rei facilis est — defensio*: de Finn. I, 10. 33: *harum quidem rerum facilis est — distinctio*. Verba *nullum — esse* recte FA. Wolfius in scholis explicat *non esse*. Similiter locutus est noster de Legg. II. 6. 14. *tu Titias-leges nullas putas?* de Divin. II. 67. 138: *earum rerum, quae nullae sunt? quae est enim forma — tam nulla* etc. de Or. I. 9. 38: *rem publicam — iam diu nullam haberemus*. Cod. Aug. *nullo modo animum*: quod est interpretis, nec vero optimi. Verbum *esse* omittit unus Ox. *Mr.*

Quid aut qualis *esset*] Forte *quid aut* quale *esset*. *D.*

quid aut qualis esset] Cod. Mon. 1. *qui* pro *quid*. Davisii emendatio necessaria non est. Cogitabat nimirum de loco de N. D. I. 22. 60: *roges me: quid aut quale sit deus*. — *Quid* ad naturam universe spectat: *qualis* ad id, quod ipse Cicero (pro Graeco ποιότης) *qualitatem* rei, cuius natura est cognita, appellat. *Mr.*

Est illud quidem vel maximum] Unus Ox. *Et est illud*. q. Aug. et Duisb. *est istud quidem*. Mon. 2. *est illud vel quidem*. Pergit Rehd. *ipso animo animum videre*. Gud. omittit *ipso*. Ad sententiam commode confert Wopkensius Lectt. Tull. p. 358. ed. Hand. Synesium Epistoll. IV. p. 116: κάπειτα αὐτὴν τὴν ψυχὴν αὐτῇ τῇ ψυχῇ θεασάμενος. Unus Ox. omittit *animum*. Tum scribitur *habet hanc* in Codd. Vind. I. Aug. In sola, ut videtur, Ed. Cratandr. est *habere vim*, sed *habet* est in marg. Vocem *nimirum* significare i. q. noli mirari, noli dubitare, non est, quod exemplis probemus. Vide tamen eandem significationem infra III. 33. 79. *Mr.*

quidem vel maximum, animo ipso animum videre: et nimirum hanc habet vim praeceptum Apollinis, quo monet, Ut se quisque noscat. Non enim, credo, id praecipit, ut membra nostra aut staturam figuramve noscamus. Neque nos corpora sumus: nec ego, tibi haec dicens, corpori tuo dico. Quum igitur *nosce te* dicit, hoc dicit *Nosce animum tuum:*

Praeceptum Apollinis, quo monet, ut se quisque noscat. Hoc *ἀπόφθεγμα* Thaleti, Soloni, Chiloni, aliisque multis adscriptum fuisse docebunt Erasmus Adag. pag. 306. ed. Hanov. et Menagius ad Laertii I, 40. Iis, quae laudarunt viri illi doctissimi, plurima possent adiici; sed id nunc non agimus. Monebo duntaxat Apollini tribuisse non modo Platonem nostrumque lib. I. de Legg. cap. 22, 23. ac Fin. V, 16. sed etiam Plutarchum Tom, II. pag. 49, 116. Philostratum vit. Apoll. VII, 14. Iulianum Orat. VI. pagg. 183, 188. scriptorem vit. Pythag. apud Photium Cod. CCXLIX. denique plures apud Stobaeum Serm. XXI. *D.*

Praeceptum Apollinis — ut se quisque noscat] Locis a Davisio allatis add. Plin. H. N. VII. Sect. 32. ibiq. Harduin. p. 393. J. J. Buddei Dicta Septem Graeciae Sapientum, ibiq. Ethicam Thaletis §. 16. Eth. Chilonis §. 4. (4. Halae Magdeb. 1699.) et quos laudat Ochsner. in Eclogg. Cic. p. 38 — 40. et in Indice p. 481. ed. 3. Pro *noscat* unus Cod. *cognoscat;* male: nam consulto utitur Cicero semper in hac sententia *noscendi* verbo. Pro *credo* unus Ox. *ordo.* De usu huius verbi, qui hic obtinet, v. nos ad Cic. de Legg. II. 24. p. 349. de Rep. I. 3. p. 19. de Div. I. 4. p. 25. Edd. nostrr. Adde nunc Gliemannum in censura Gramm. Zumpt. in Jahnii Annall. Philoll. et Pädagg. 1831. III. 1. p. 88 sq. Tum Mon. 1. Aug. et unus Ox. *praecepit,* alius Ox. *praeceperit,* alius *percepit.* In proximis pro *aut* est *ut,* minus bene, in Cod. Aug.; eam vocem omittunt Mon. 1. et quatuor Oxx. et Ed. P.: non malius. Rehd. *figuramque* cum tribus Oxx. Cod. Mon. 1. *figuram ut noscamus.* Pergunt Gud. 1. 2. *nec* pro *neque.* Aug. *nec quae.* Vocem *corpora* omittit unus Ox. Ad verba *neque nos corpora sumus* etc. vid. quae attuli ad Cic. de Rep. VI. 24. p. 503. ad verba; *sed mens cuiusque, is est quisque.* Pro seq. *nec* rursus multi *neque,* duo vero Oxx. *num,* duo alii *non.* Vocem *tibi* omittunt unus Ox. Vind. 2. Rehd. Edd. H. V. Rob. Steph.; *tibi dicens hoc* habent Edd. A. B. S. E. M. L. Asc. 1. Ald. Sylb. Sturm. Brut. Boul. Goth. HWolf. Ven. nostr. Grut. Gron. Ern. Omittitur *haec* in Ed. P. Cod. Rehd. habet *haec tibi.* V. Davis. ann. seq. *Mr.*

Tibi *haec dicens]* Pronomen *tibi* nesciunt Victor. Balliol. et Baker. In aliis est, *tibi dicens hoc.* Nos autem Reg. Eliens. pr. sec. tert. et Petrens. nostrae lectionis auctores habemus. *D.*

corpori tuo dico.] Post haec verba sequitur glossa *sed animo* in Edd. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Cam. Asc. 2. Junt. Bouhierio haec omnia *Neque nos — tuo dico* alienam manum prodere videntur: nobis non item. *Mr.*

Cum igitur nosce te didicit, hoc dicit Nosce animum tuum] Ex Platonis Alcib. I. pag. 36. [p. 130. e. p. 164 sq. Buttmm.] *ψυχὴν,* inquit, *ἆρα ἡμᾶς κελεύει γνωρίσαι ὁ ἐπιτάττων γνῶναι ἑαυτόν.* Vide Stobaeum Serm. XXI. Et animam quidem ipsum esse hominem dictitant auctores. Aeschines Axiocho cap. 5. [p. 366. a.] *Ἡμεῖς μὲν γάρ ἐσμεν ψυχή, ζῶον ἀθάνατον ἐν θνητῷ κατειργμένον φρουρίᾳ* etc. quae profert etiam Stobaeus Serm. CXX. pag. 612. [T. III. p. 488. ed. Gaisf. Add. Plotin. p. 491. B. c. 10. et p. 492. (XII.) A. B. *Cr.*] Arnobius lib. II. pag. 51. *Audetis ridere nos, quod animarum nostra-*

nam corpus quidem quasi vas est aut aliquod animi receptaculum: ab animo tuo quicquid agitur, id agitur a te. Hunc igitur nosse nisi divinum esset, non esset hoc acrioris cuiusdam animi praeceptum, tributum ut deo sit. [hoc

---

rum provideamus saluti, id est ipsi nobis? Quid enim sumus homines, nisi animae corporibus clausae? Vide et pag. 76. Philonem de Prof. pag. 360. B. Nonnum ad Gregorii Naz. Stelit. I. Hist. 14. eaque, quae congessit Joan. Schefferus in Aeliani Var. Hist. I, 16. *D.*

Quum igitur, Nosce te, dicit etc.] Unus Ox. *Cur igitur:* Mon. 1. *nosce tibi dicit.* Unus Ox. omittit *te*: alius verba *hoc dicit.* Gud. postremum tantum verbum: Mon. 1. vero habet *hoc inquit:* egregia scilicet correctione. *Mr.* „Locis a Davisio laudatis adde Porphyr. Vit. Pythag. §. 26. Creuzer. ad Plotin. de Pulcritud. p. 304. Sic totum humanum corpus ἀγγεῖον dixit Marc. Antonin. III. 3.“ *Schuch.* Ad Marc. Antonin. vid. Gataker. p. 68. Ed. Traj. ad Rh. Praeterea de corpore quasi animi vase vid. Creuzer. ad Porphyr. Vit. Plot. c. 22. in Oraculum ib. v. 33. Lambin. ad Lucret. III. 556. p. 346. Wechel. Scribitur autem *vas est animi, aut aliquod receptaculum* in Codd. Vind. 1. Aug. (hi habet *aliquot*) Edd. P. A. B. S. E. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cam. In Ed. H. scribitur *aliquid.* Unus Ox. *aliquod homini. Mr.*

Ab animo tuo quidquid agitur, id agitur a te.] „Videtur scribendum: *Ab animo tuo id agitur, quidquid agitur a te.* Sed totus locus ita est turbatus in Codd. MSS. ut intelligi vix possit.“ *Bouh.* Ego vero vix intelligi posse existimo, quare non magis etiam placere debeat lectio vulgata, eâdem ipsâ, quam B. volebat, sententiâ. Neque admodum turbant Libri. Unus Ox. post *tuo* addit *agitur:* unus omittit verba *id agitur,* Ed. H. *quidquid. Mr.*

Hunc igitur nosse — tributum ut deo sit.] Ad sententiam cf. Cic. de Legg. I. 22: *Philosophia enim una nos cum ceteras res omnes, tum, quod est difficillimum, docuit, ut nosmet ipsos nosceremus: cuius praecepti tanta vis, tanta sententia est, ut ea non homini cupiam, sed Delphico Deo tribueretur:* ad quem locum v. Turneb. p. 593. ed. nostr. Kühner. de Cic. in Philos. meritis p. 211. ibiq. laudd. Cic. de Finn. V. 16. 44: *Aliter enim nosmet ipsos nosse non possumus. Quod praeceptum quia maius erat, quam ut ab homine videretur, iccirco assignatum est deo. Iubet igitur nos Pythius Apollo noscere nosmet ipsos:* quem locum tractavi in Symbolarum ad Cic. Criticarum particula I. p. 14 sq. *Mr.*

Hunc igitur — esset hoc] Haec verba desunt in uno Cod. Ox. Ed. H. habet *noscere.* Cod. Gud. *nosse se.* duo Oxx. et Mon. 1. *nosce.* Cod. Rehd. *non divinum esset.* Dav. in Ed. 2. dedit (ex Bentleii sententia) *nisi divinus esset:* contra quem iam Bouh. monuit Ciceronem velle: *nisi quid divinum esset.* Commodius etiam sententiam expedivit Kühnerus scribens: „Nisi cognitio sui divina esset, illud praeceptum, *nosce te,* non datum esset ab homine acrioris ingenii: quod quidem praeceptum tam praeclarum est, ut a deo profectum creditum sit.“ Verba *non esset* absunt a Cod. Aug. De constructione, *nisi — esset, non esset* vid. Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 39. ed. 3. Sequens *hoc* abest ab uno Cod. Ox. Pro *acrioris* Ern. suspicabatur *altioris*: improbante FAWolfio in scholis. Contra Ernesti sententiam Ochsner. l. c. laudat Cic. de N. D. II 6: *mentem — acriorem et divinam:* ib. c. 11. *de sensu et ratione: et acriora quidem et maiora.* Add. de Or. II. 20. 84: *animus acer — et acutus. Mr.*

53 (est,) se ipsum (posse) cognoscere.] Sed si, qualis sit ani-

hoc est, se ipsum posse cognoscere] „Frigidum et plane supervacaneum: itaque puto esse tollendum ut glossam.“ *P. Manutius.* „Cum haec iam edidissem, scripsit ad me vir doctissimus — Germanus Genuensis — coniecturam nostram veteris libri testimonio comprobari.“ *Idem.* — „Hoc totum puto non esse Ciceronis.“ *Lambinus.* „Inepta verba et minime Ciceronis, ut recte Manutius sentit, tollenda videntur.“ *J. M. Brutus.* Probat etiam Sylburg. in ann. Lambini sententiam: eaque verba abiecit, nihil monens HWolfius. Contradixit Lambino Gebhardus, nulla tamen ratione addita. In ed. 1. Davisius haec annotationi suae addidit: „Videamus lectiones variantes: Colon. [Franc. Fabricii] *Sic ut tributum deo sit hoc ipsum, se posse cognoscere.* Ex quo commode refingi possit, *sic ut tributum a deo sit hoc, ipsum se posse cognoscere.* Norvic. unus: *sic ut tributum deo scilicet hoc est seipsum posse cognoscere.* Alter: *sic ut tributum a deo sit hoc* etc. Cantab. exulante prima verborum biga, *tributum a deo hoc, seipsum posse cognoscere.* Petrens. *Tributum a deo scilicet, se ipsum posse cognoscere,* quo modo si legatur, sensus est rei congruus. Scribe igitur: *non esset hoc acrioris cuiusdam animi praeceptum. Tributum a Deo scilicet se ipsum posse cognoscere,* nisi forte prior illa, quam dixi, scriptura magis arrideat, ac mihi quidem non displicet.“ Manutii sententiae accedit etiam Bouhierius. *Mr.*

Hoc est, se ipsum posse cognoscere] Hasce voces Glossematis merito damnarunt P. Manucius et D. Lambinus; licet enim refragetur Janus Gebhardus, naso tamen careat necesse est, qui Glossam non olfacit. Simili fere ratione Plutarchus in Demosth. Tom. I. pag. 847. Ἀλλὰ γάρ ἴσως, inquit, εἰ παντὸς ἦ τὸ Γνῶθι σεαυτὸν ἔχειν πρόχειρον, οὐκ ἂν ἐδόκει πρόσταγμα θεῖον εἶναι. Vide sis et Platonem in Alcib. primo pag. 35. F. *D.*

hoc est, se ipsum posse cognoscere] Dav. edidit: *praeceptum tributum ut deo sit.* [*hoc est, se ipsum posse cognoscere.*] *Sed* etc. Lallemannus: *Non esset hoc . . . praeceptum tributum a deo, se ipsum posse cognoscere:* addens: „Ita constanter regii Codd. Ultima verba *se - cognoscere* glossematis merito damnant Manutius et Lambinus. Vulgata lectio vocibus insertis abundat [*hoc est*], quas ignorant Codd.“ Ern. edidit: *praeceptum, sic, ut tributum deo sit.* Reliqua ut Dav. cui assentit, addens MS. Guelf. sic habere: *acrioris animi praeceptum tributum a deo hoc sit, se ipsum posse agnoscere.* Lallemanni lectionem receperunt Bipontini: ad quam *Nissen.* l. c. p. 17: „Ita fere MSS. In quibus nec *a* placet, nec postrema *se ipsum posse cognoscere.* Equidem maneo in vulgata lectione (quam habet Ern.). Nam *sic* est *tale.* Verba ultima *hoc est — cogn.* aut cum aliis pro insiticiis habenda, aut post *hunc igitur nosse* inserenda sunt.“ FAWolf. et Schz. *sic ut tributum deo sit,* omissis, quae vulgo sequuntur et quae sunt in Edd. vett. omnibus excepta, quam diximus, HWolfii: nisi quod ista verba in Edd. Brut. Fr. Fabr. Lamb. Goth. Leod. asterisco notata sunt, et in Ed. H. scribitur *tr. a deo sit hoc se ipsum posse cogn.* Or. denique illa verba cum Wolfio in orationis quidem serie omittit, sed in Obss. p. 173. addit: „Si quis posthac exstiterit, qui gloss. h. l. inculcatum *hoc est - cognoscere* defendendum suscipiat, is saltem deleat cum R. b. *est,* deinde etiam v. *posse.* Minus enim offendimus in hisce: *ut tributum deo sit hoc, se ipsum cognoscere.* Vel sic tamen obstabit aliquantum v. *cognoscere,* quum hic semper dicat *noscere.*“ In ann. vero ad Wolfii scholas addit, nimis videri cupide abiecta illa verba a Manutio, iisque abiectis periodum nimis esse ab-

mus, ipse animus nesciet; dic, quaeso, ne esse quidem se sciet? ne moveri quidem se? ex quo illa ratio nata est Pla-

---

ruptam. Ego vero cum neque librorum scriptio commode possit servari, quam ipsam parum secum consentire statim videbis, neque aliquis ex nostris libris verba illa abiiciat (nam ea nec a Vind. 1. abesse existimo, quamquam ex Alteri collatione aliquis id coniiciat) neque denique satisfaciat abiectum illud *est* et *posse*, quod suadet Orellius, servavi Davisii scriptionem. Contra Orellii enim coniecturam hoc monendum videtur, non bene dici tributum esse deo praeceptum, se ipsum cognoscere: dicendum enim erat: *sic ut tributum deo sit hoc* (sc. praeceptum) *ut quisque se ipsum nosse studeat.* — Iam restat ut Codicum lectiones addamus. Codd. Reg. Gud. 1. 2. Mon. 2. Bern. *praeceptum tributum a deo sit hoc se ipsum posse cognoscere.* Rehd. *non acrioris esset cuiusdam animi praeceptum tributum a deo sit hoc se ipsum posse agn.* Gud. *tributum a deo scilicet hoc se ipsum posse cogn.* Duisb. *praeceptum tributum a deo sit hoc ipsum se posse cognoscere.* Aug. *praec. trib. a deo hoc s. se ipsum p. agnoscere.* Scribitur etiam *a deo* in Codd. Vind. 1. Marb. tribus Oxx. posterior autem reliqua habet ut Rehd. In Vind. 2. legitur *praeceptum a deo tributum sit.* idem habet *agnoscere.* In Mon. 1. est ut Ern. edidit. Tres praeterea Oxx. omittunt verba *sic ut,* octo verbum *est.* Mihi quidem, postquam a librariis *ut deo* mutatum fuit in *a deo,* turbae in prioribus ortae esse videntur: glossam, sane quam veterem, alius alio modo addidit. Sed, ut dixi, cum fieri possit, ut in ea vera Ciceronis manus lateat, quamquam admodum obliterata, manum ab iis abiiciendis abstinui, quae plane emendare me posse mihi non confidebam. *Mr.*

Sed si, qualis sit animus, ipse animus nesciet] Duo Oxx. omittunt verba *sed si,* unus voces *ipse animus.* Scripsi autem *nesciet* ex optimis Codd. Reg. Gud. 1. 2. octo Oxx. Gud. Vind. 1. 2. Edd. Lall. Dav. Oliv. Ern. Reisk. Grut. Gron. Verb. Nec vero improbo coniunctivum, sed eum correctori deberi existimo, sicut quod est in Cod. Duisb. *nescit,* et quod habet unus Ox. *nesciret.* Pro *dic* Bouh. coniecit *hic:* recte improbante Nissenio. Statim duo Oxx. et Ed. H. *nec esse quidem.* Verba *se sciet* omittit Cod. Duisb.; *se sciat* habet Cod. Marb. Idem cum duobus Oxx. pergit *et ne:* alius Ox. *ne mori.* Cod. Aug. habet *se scit. Mr.*

Ex quo illa ratio nata est Platonis] Ed. Cam. omittit *illa.* H. Wolf. habet *ratio illa.* Cod. Duisb. *illa ratiocinatio est Platonis,* eademque lectio in marg. Edd. Lamb. Goth. Verb. et annot. Fabr. esse dicitur in veteri codice; nimirum in Col. De constructione *ex quo — nata est* v. loquentem Beierum ad Cic. Lael. 21, 78. p. 120 sq. eam ex ipso h. l. et aliis defendentem. Ad rem Bouhierius monet, hanc Platonis rationem, quam tanti faciebat Cicero, accurate fuisse refutatam ab Aristotele et ab aliis, quos secutus sit Baylius in libro, qui inscribitur *Réponses aux questions d'un Provincial.* I. 12. Quod enim Plato dixerit de anima, nonnisi deo ipsi convenire; quamquam ipse noster eam etiam in Somn. Scip. 8. et 9. deum dixerit. Add. Creuzer. ad Platon. p. 491. ubi est: τὸν ἔσω ἄνθρωπον· ἔστι τοίνυν καὶ ἡ ἡμετέρα ψυχὴ θεῖόν τι κ. τ. λ. ibiq. laudd. Plat. Alcib. pr. p. 36. Aeschin. Axioch. 5. ibiq. Fischer. p. 123. Paul. Apostol. ad Romm. VII. 22: κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον· et ad eum Hug. Grot. Ephes. III. 16. Procl. in Alcib. pr. p. 9. 141. et passim, Olympiod. in eund. p. 10. et 198. Verba *quae a Socrate* desunt in Cod. Mon. 1. Unus Ox. omittit *est,* alius Cod., Vind. 1, eam vocem reposuit post *Phaedro. Mr.*

tonis, quae a Socrate est in Phaedro explicata, a me autem posita est in sexto libro de Re publica:

23 b. *Quod semper movetur, aeternum est: quod autem motum affert alicui, quodque ipsum agitatur alicunde, quando finem habet motus, vivendi finem habeat necesse est. Solum igitur,*

In Phaedro] Pag. 344. ed. Lugd. Quinctilianus V, 14. *Anima immortalis est: nam quicquid ex seipso movetur, immortale est: anima autem ex seipso movetur* etc. Hanc in rem nonnulla dabit Athanasius contra Gentes §. XXXIII. *D.* Phaedri Platonici locus est p. 318. Tom. X. Bip. p. 245. c. Steph. p. 246. Heindf. Platonem ante oculos habuit Origenes *περὶ ἀρχῶν* Lib. III. c. 1. Tom. 1. p. 108. ed. De la rue. *Cr.*

in Phaedro] Scribitur *in Phaedrone* in Cod. uno Ox. Gud. 2. Duisb. Edd. A. Ven. nostr. Med. Asc. 1; *in Phaedone* habent Codd. Rehd. marg. Asc. 2. et Cod. Aug. Ed. S. B. E.; *infedeone* Mon. 1. In Cod. Mon. 1. post *posita est* leguntur verba paullo superius omissa *quae a Socrate.* Cod. Vind. 1. *in secundo,* sed correctum est supra lin. *in libro sexto.* Vind. 2. habet *in Vto.* De constructione, qua substantivum cum praepositione ab alio substantivo pendet, vid. J. S. Rosenheyn: in Jahnii Annall. Philoll. et Paedagg. I. 2. p. 355. *Mr.*

Cap. 23. *Quod semper movetur, aeternum est*] Huc respicit Servius ad Aen. VI, 727. *Ut Cicero dicit in Tusculanis,* „Aeternum est, quicquid in aeterno motu est.“ Ubi sensum, non verba laudat; quod facit etiam Lactantius Div. Inst. lib. VII. cap. 8. Totam vero *ῥῆσιν* videre licet apud Macrobium in Somn. Scip. lib. II. cap. 13. *D.*

Quod semper movetur, aeternum est:] Tractavimus hunc locum in libro sexto Cic. de Rep. c. 25. 26. p. 504—508: quae omnia hic transscribere noluimus: quare lectores eo amandatos volumus. Quem vero ibidem addidimus Excursum ex Mureti Varr. Lectt. VIII. 3, eum ad calcem huius operis repetere noluimus: primum, quod Mureti Varr. lectt. in multorum sunt manibus, deinde quia, quod a nobis additum est quod capiti illi Varr. Lectt. corrigendo inserviat, in Ed. nostra Cic. de Rep. reperire licet. Ceterum adhibe huic loco Creuzeri Annot. ad Plotin. Enn. IV. 7. 9. p. 463. Cic. de Sen. XXI. 75. de Nat. Deorr. II. 12. prc. Wyttenbach. de Placito immortalitat. animi p. XVIII — XXII. in Ed. Phaedonis Lugd. Bat. 1810. p. XLV — XLVII. ed. Harlemensis 1784. — Sylb. in ann. dicit, apud alios incipere hoc caput: *Nam quod semper* etc., hoc in libris nostris non reperi: sed ita incipit in Somnio Scip. 8. (de Rep. XXV.). In Cod. Vind. 1. glossa est: *Quod per se semper movetur.* Pergunt sex Oxx. Reg. Gud. 1. Marb. Mon. 1. *et aeternum est:* contra Ciceronis morem. Edd. autem vett., quae ad manum sunt, omnes, itemque quas contulerunt Reisk. et Orell. et unus Ox. exhibent *id aeternum est:* sola Ed. H. cum Codd. consentit. Vocem *id* primus eiecit Gebh. *Mr.*

quodque ipsum agitatur alicunde] Restitui, quam suaserat Bentleius receperatque Dav., lectionem *alicunde* pro *aliunde:* illa enim forma rarior, quamquam Ciceroni haud inusitata (v. de Finn. V. 11. 31.), facilius obliterari poterat a librariis, et commendatur libris optimis, Codd. Reg. Gud. 1. 2. Gud. Rehd. Marb. Mon. 1. quinque Oxx. marg. MS. Ed. nostr. Asc. 2. Edd. H. P. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. Med. In uno Ox. est *aliquando finem. Mr.*

Vivendi finem *habeat necesse est*] Vulgo vocula praetermissa dant, *vivendi habeat necesse est.* Lectionem quam e Msstis Reg. Med. Eliens. pr. sec. tert. Bak. et Petrens. recepimus, confirmant ipsa

quod se ipsum movet, quia nunquam deseritur a se, nunquam ne moveri quidem desinit. Quin etiam ceteris, quae moventur,

---

Platonis verba. *ΠΑΥ΄ΑΛΝ*, inquit, *ἔχον κινήσεως, ΠΑΥ΄ΑΛΝ ἔχει ζωῆς.* Quin et ita legitur apud Macrobium. *D.*

vivendi finem habeat necesse est.] Ita scripsi ex Codd. Reg. Gud. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Mon. 1. 2. Rehd. Duisb. Vind. 2. Guelf. Oxx. Edd. C. V. M. L. Asc. 1. H. Sturm. Brut. Sylb. Ern. FAWolf. Schz. Or. Nobb. et a Reiskio collatae Med. Ald. Steph. *Quoque* ante *finem* addunt Edd. A. B. S. E. C. V. M. L. Goth. Asc. 2. Cam. Ven. nostr. et Alt. Boul. Leod. Ald. (nostr.) Rob. et Car. Steph. Junt. Utramque vocem (*quoque finem*) omittunt duo Codd. Gulielmi, tres Pall. Edd. Grut. Gron. Oliv. Pro *vivendi* est *movendi* in uno Ox. sed supra lin. *vel vivendi.* Intelligi quidem potest locus, etiamsi non additum sit *finem:* sed eiusmodi concisum loquendi genus aspernatur usus Ciceronianus. Verbum *vivendi* omittit Gud. idemque exhibet *est necesse.* Post *igitur* in uno Ox. sequitur *quidem se:* ex perperam lecto compendio. Pro *habeat* Cod. Gud. 2. *habeant. Mr.*

Quia nunquam deseritur *a se*] Lambino placet *desinitur.* Quid autem fuerit in causa, cur vulgatam lectionem loco movendam censuerit, equidem comminisci non possum. Eam certe servant Macrobius, et omnia Ciceronis exemplaria; eamque postulant verba Platonis, *ἅτε οὐκ ἈΠΟΛΕΙΠΟΝ ἑαυτό,* quae Lactantius ita reddit, *quia deseri a semet ipso non potest.* Vide lib. VII. Div. Inst. cap. 8. Pari modo noster animum negat *finem motus habiturum, quia nunquam se ipse sit relicturus.* De Senect. cap. XXI. *D.*

quia nunquam deseritur a se] *Desinitur,* cum coniecturae signo *fort.,* est in marg. Lambb. et Goth. Nec vero certum est a Lambino profectas esse coniecturas illarum Edd. marginales. Bouhierius, referens, ita etiam legi in uno Cod. Tusec. Leidensi, monet *desinendi* verbo non raro uti veteres pro *deserere,* laudatque Heinsium ad Ovid. Art. Am. II. 726: fieri igitur potuisse ut hoc quoque loco scripserit Cicero, quod et alibi fecerit, *desinitur:* auctoritate tamen Macrobii ad Somn. Scip. se absterreri a corrigendo ait, quamquam eiusmodi lectiones in Codd. saepe ex Edd. illatae sint. Sed nihil agit vir doctissimus ita disputans: nam et alia plane ratio est locorum, quos Heinsius laudat (v. c. *desine querelas:* nam qui solus huc faceret locus Ov. Met. III. 478: *nec me — desine,* dudum correctus est in *desere*), neque unquam Cicero dixit *ego a te desinor* vel *ego te desino.* Quod enim est ad Famm. VII. 1: *libenter mehercule artem desinerem* (ubi duo Flor. male habent *desererem,* ex glossa vel correctione), id non eo valet, ut illi commento nostro loco aliquid tribuendum esse videatur, praesertim cum linea subsequente verbum *desinit* propria significatione legatur, unde re vera ille in Cod. Leid. error ortus est. Cod. Aug. habet *nunquam ve moveri desinit.* Post *nunquam* omittitur *ne* in Cod. Vind. 1., in Ed. Ven. Alt. est *se* ex corr. cum antea fuisset *ne,* in Ed. H. est *nec.* Scribitur etiam *se moveri* in Edd. A. S., *se movere* in Ed. B. *ne emoveri* in Cod. Rehd. Pro *quidem* unus Ox. *finem.* Ad sententiam cf. Cic. de N. D. II. 12. 32: *cui* (Platoni) *placet — esse — divinius, quod ipsum ex se sua sponte moveatur, quam quod pulsu agitetur externo. Hunc autem motum in solis animis esse ponit, ab iisque principium motus esse ductum putat. Mr.*

Quin etiam ceteris, quae moventur, etc.] Ed. P. *quin etiam in ceteris: quae in ceteris, quae mov.* Ed. H. *quin et ceteris.* Sequitur in Cod. Vind. 1. *hic fons est, hoc princ. movendi.* Marb. habet *foris,* pro

54 *hic fons, hoc principium est movendi. Principii autem nulla est origo: nam e principio oriuntur omnia: ipsum autem nulla ex re alia nasci potest: nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde. Quod si nunquam oritur, ne occidit quidem unquam. Nam principium exstinctum nec ipsum ab alio*

---

fons: unus Ox. habet *hic princ.* Aug. omittit *est*. Codd. Vind. 2. Duisb. habent *vivendi* pro *movendi*: quod est correctoris, qui nesciret, quod monuit HWolfius *movendi* esse i. q. τοῦ κινεῖσθαι, παθητικῶς, ἀλλὰ μὴ ἐνεργητικῶς, τοῦ κινεῖν. De constructione vid. praeter laudd. ad Cic. de Rep. p. 505. Kritz. ad Sall. Catil. 7. p. 41 sq. Hess. in Progr. II. in Tac. German. p. 26. Hunc passivum Gerundii usum, (quem statuunt Ochsn. ad Cic. Ecl. p. 265. Bremi ad Nep. Att. 9. 2. Ramshorn. Gr. lat. p. 442. Perizon. ad Sanctii Min. III. 8. p. 628. ed. Bauer. Ruddimann. Inst. Gr. Lat. II. p. 255. Cort. ad Sall. Iug. 62, 8. Ruhnken. ad Vellej. II. 15. Ernest. ad Tacit. Hist. I. 52. Passow. ad Tacit. Germ. 44. Walch. Emendatt. Liv. p. 181. Weber. Uebungsschule f. d. Lat. Styl. T. I. p. 273.) nunc multis, iisque haud absurdis, rationibus impugnat Kritzius in Cens. Ed. Kühner. (A. S. Z. 1830. 112. p. 907 — 909.) et omnium Gerundiorum Activam esse significationem contendit: quod si secus videatur, id solum inde fieri ait, quod Subiectum, a quo pendet Gerundium, intelligendum relinquatur legentibus vel audientibus, id quod ex quotidiani sermonis usu in scriptum sermonem transiisse monet. Quod si ergo dicat: *ceteris, quae moventur, hoc principium est movendi*, id nihil aliud esse, quam: *caetera, quae moventur, hoc habent principium* (*se*) *movendi* i. e. *quo* (*se*) *moveant*. Et simili ratione explicat multa exempla, quae de passiva Gerundii significatione laudantur, ut intelligat subiectum, quod nos formula man significamus, et latine plerumque vocibus convenientibus (*res, homines* et similibus) intellectis explicari posse videatur. Laudat idem suae sententiae defensorem Bauerum ad Sanctii Minervam I. p. 648. Add. nunc Kritz. ad Sall. Jug. 62. p. 333 sq. *Mr.*

principii autem nulla est origo] Unus Ox. *principium*. Mox dedi *e principio* ex Codd. omnibus (nisi quod Mon. 1. habet *et*): est tamen *ex* in Edd. vett. A. B. C. V. M. L. et nostris omnibus, ut in Somn. Scip. Primus edidit *e* Gruterus. Pergit Gud. *omnia oriuntur*. Tum Vind. 2. *ex re nulla*. Mon. 1. *ex nulla re*. Sequens *alia* omittit unus Ox. Pro *nec enim* est *neque enim* in Cod. Vind. 1. et Ed. H. Haec habet: *neque enim id principium esset*. Aug. *id esset princ.* Unus Ox. *esse princ.* Vocem *id* habent Codd. omnes excepto Rehd. et Edd. plerumque: omiserunt eam Grut. Verburg. Gron. Ern. Rsk. Bip. Schz. Nobb. Codd. Marb. Gud. 2. et Gud. *quod aliunde gigneretur*. Marb. et Rehd. *alicunde*: et hoc quidem loco male. — In marg. Verb. dicitur in MS. nescio quo esse *nasceretur aliunde*. *Mr.*

ne occidit quidem unquam] Est *nec* pro *ne* in septem Codd. Oxx. Rehd. Gud. Gud. 2. Marb. marg. Ed. Asc. 2. marg. Crat. Edd. P. A. B. S. E. Junt. Asc. 1. Ven. nostr. De discrimine inter *ne* et *nec — quidem*, multi disputarunt, quos laudavit Otto ad Cic. de Sen. p. 231. quibus adde Gernh. ad Cic. Cat. maj. p. 50. 60. ad Cic. Lael. p. 45. nos ad Cic. de Div. 1. 9. 16. p. 42. I. 35. 77. p. 175. I. 50. 112. p. 248. ad Cic. de rep. p. 506. Hand. ad Wopkens. Lectt. Tull. p. 290. Nostro loco si leges *nec*, ex oppositione facies αὔξησιν vel certe copulationem ab hoc loco alienam. Pro *unquam* unus Cod. *nunquam*: unus in seqq. *ne* pro *nec*, ante *ipsum*. Pro *renascetur* qua-

renascetur, nec ex se aliud creabit; siquidem necesse est a principio oriri omnia. Ita fit, ut motus principium ex eo sit, quod ipsum a se movetur. Id autem nec nasci potest, nec mori: vel concidat omne caelum omnisque natura consistat

---

tuor Oxx. Marb. Edd. Med. P. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. habent *renasceretur*: Cod. Aug. *renascitur*. Verb. in marg. ait Davisium exhibere *ab alia re nascetur*; fortasse in Ed. 1: nam in Ed. 2. et seqq. eius lectionis nullum exstat vestigium. Paullo superius Ed. H. *neque occidet*. Vind. 1. *ne occidet*. *Mr.*

Nec a se aliud creabit] Sic Macrobius. Item Plato *Οὔτε ἄλλο ἐξ ἐκείνης ΓΕΝΗΣΕΤΑΙ*. Non erat igitur cur Lambinus rescribendum coniiceret *recreabit*, nullis libris addicentibus. *D.*

nec ex se aliud creabit] Ita scripsi cum Or. et Dav. in ed. 2. nimirum ex Bentleii sententia, qui eandem lectionem in suis Codd. reperiri ait; eam exhibent Codd. Somnii Scip. et nostri Gud. Duisb. Aug. Vind. 1. MS. in marg. Verb. Nec longe abit unus Ox., qui habet *e se*, duo Oxx. Mon. 2. Rehd. Ed. H. *de se*: Reg. Gud. 1. duo Oxx. *nec se*, reliqui *nec a se*; quod si defendere velis, dicas, intelligi velle Ciceronem ita, quasi scripserit: „neque aliud creabit, quod ut a se creatum exhibeat.“ Verb. ex aliquo MS. profert lectionem *neque aliud procreat*. In margg. Lambb. et Goth. est coniectura *recreabit*, non certo, ut dixi, Lambino adscribenda: eamque esse in MS. nescio quo, Verburgio in marg. affirmanti non credo: videtur enim istam coniecturam marginalem per festinationem libro cuidam veteri adscripsisse. *Crearet* est in Cod. Marb. et uno Ox., in duobus peius *certaret*. Ista vero elegantia *recreabit* iam reprobata est a Wopkensio Lect. Tull. p. 294. ed. Hand. 215. ed. pr. — Verba *siquidem — ita fit* desunt in uno Ox. Scribitur inverso ordine *omnia oriri* in Cod. Aug. Post haec pro *ita* est *sic* in uno Ox., in alio *ut*. Vocem *principium* omittit Cod. Gud. 2. Sequitur *ab eo* in Cod. Duisb. In marg. Edd. Lambb. et Goth. pro *ex eo sit* est coniectura *id sit*. Unus Ox. habet *ex eo fit*. Pergit Gud. 2. *quod id ipsum*. Pro *a se* Duisb. et Vind. 1. *ex se*. Pro *id* Gud. *quod*; tum Ed. H. bis *neque*. Marb. *moveri* pro *mori*. *Mr.*

Vel concidat omne caelum, omnisque natura *consistat necesse est, nec vim ullam nanciscatur, qua primo impulsa moveatur*] Ita vulgo, Graeca vero sic se habent, *Ἢ πάντα τε οὐρανὸν πᾶσάν τε γῆν συμπεσοῦσαν στῆναι, καὶ μήποτε αὖθις ἔχειν ΣΤΗΝΑΙ, ὅθεν κινηθέντα γενήσεται*. Secundum illud *στῆναι* delet M. A. Muretus Var. Lect. lib. VIII. cap. 3. at pro eo reponendum videtur *ἔσται*; aliter enim mutila restabit sententia. Ad verbum sic vertes: *Vel omne caelum omnemque terram in unum locum concidentia stare, neque rursus habere continget, unde moveantur*. Cicero sane paullo liberius; ita tamen ut a sensu non erraverit; si modo cum Mureto, Lambino ac Fabricio rescribas *vel concidat omne caelum omnisque* terra et *consistat necesse est*. Eo certe ducunt ipsa Platonis verba; nec mihi dubium videtur, quin ita scripserit Tullius. *D.*

Vel concidat omne caelum] Or. dicit Lambinum coniecisse *concidant*, cuius ego lectionis neque in contextis, neque in marg. vestigium reperio. Sed Brutus in ann. dicit Lambinum ita legere, et ita re vera habet Ed. Fr. Fabr. Libri non addicunt; neque, si ita voluit L., ei parendum: certe non magis, quam in seqq. Unus Ox. habet *occidat*, Gud. 2. *concedat*: illud etiam Verb. in marg. ex MS. enotatum habet. *Mr.*

omnisque natura consistat necesse est] Qui Ciceronis verba e

necesse est, nec vim ullam nanciscatur, qua primo impulsa

Graecis Platonis corrigere vult, primum de ipsius Platonis verbis ac lectione certus esse debet. Quod cum neglexerint ii, qui cum Mureto, Lambino et Fr. Fabricio hunc locum emendare et, loco vocis *natura*, vel *terra et*, vel (ut Ern. FAWolfius, Schz. Nobb.) *terra* scribere maluerunt; factum est, ut errorem, qui commaculabat Platonem, etiam in Ciceronem invitis libris inferrent. Qua de re cum dixerim ad Cic. de Rep. p. 506 sq. eo lectores amandatos volo; id tantum addo, in Platonis verbis pro *πᾶσάν τε γῆν* a Bekkero ex multis Codd. restitutum esse *πᾶσάν τε γένεσιν*, ita ut et nostro loco et in Somn. Scip. *natura* restituendum sit. Ceterum Lambino et Davisio praeter eos, quos dixi, assensi sunt etiam Bouh. et Bill., nisi quod cum Ern. omiserunt *et* post *terra*. Est autem *natura* in Codd. omnibus itemque Edd. vett. idque probavit Kühnerus restituitque Or. servaverunt Grut. Gron. Verb. Lall. Oliv. Pro *consistat* in marg. Lambb. et Goth. est conjectura *consistant*, quae a Gebh. et Or. itemque a Bruto Lambino adscribitur, itemque in seqq. *nanciscantur — moveantur*. Quum vero Bouh. apud Cic. legisset *vim — nanciscatur*, inde Platoni medicam manum adhibere voluit corrigendo: *μήποτε ἀνθις ἔχειν σθένος*, postquam iam prius Dav. loco repetiti *στῆναι*, quod recte deleri iusserat Muretus, posuerat *ἑστναι*: quibus coniecturis uterque Graecae *συντάξεως* ignorantiam nolens prodidit. Sed videamus de librorum lectione. *Natura*, ut dixi, habent omnes: *desistat* Cod. Aug., *vel consistat* unus Ox., *consiscat* alius, *ut consistat* Rehd., *considat* Cod. Marb. Plerique errores inde orti, quod non intelligerent librarii significationem verbi *consistat*, quae hic obtinet (habet nimirum *cessandi* vim), quamque exemplis Ciceronianis illustravit Menken. Obss. Ling. Lat. p. 180. *Mr.*

qua primo impulsa moveatur] Ita dedi cum Dav. ex optimis Codd. Reg. Gud. 1. 2. Mon. 1. 2. Marb. Bern. Gud. Vind. 1. 2. duobus Oxx. Edd. H. P. L. Ven. Alt. Grut. Reisk. Ern. Bip. Lall. Nobb. Et Gebh. quidem eandem lectionem se in Vat. et tribus Pall. reperisse ait, Lallemannus in Regiis. Quod vero Lall. ait mendose vulgatos exhibere: *qua ut primo impulsu moveatur*, in eo fallitur; nam *ut*, praeter Oliv. et, ut videtur, Ed. Ox., habet nemo: Olivetus autem ita distinxit: *qua, ut primo, impulsa moveatur*: ita certe est in Ed. Ol. Patav. 1753. Ochsnerus in Eclog., quae Oliveti textum exhibent, habet *qua, ut primo impulsa, moveatur*. Edd. vett. *qua primo impulsu moveatur*. Apud Macrob. in Somn. Scip. est: *quae a primo impulsu moveatur*, ut ego ex plurimis libris edidi de Rep. p. 507. FAWolfius edidit *qua a primo impulsa moveatur*, quem secuti sunt Schz. Or., ut apud Macr. est in aliquot libris, in Tusculanarum Codice nullo, nisi in Rehd. et Duisb. Cum vett. Edd. faciunt duo Oxx. Aug. unus Pal. Unus apud Grut. *impulso*. Muretus in V. L. scripsit *qua, ut a primo, impulsa moveatur*. Quinam autem sint ii, quos habere ait Gebh. *qua primo impulsa moveantur*, me nescire fateor. Bouhierius probat Mureti scriptionem *ut a primo*, quamvis *ut* manifesto glossam prodat iudice Orellio; deinde coniecturis duabus parum felicibus beat Platonem, corrigens *κινηθεῖσα* et paullo inferius (vid. Dav. annot. proximam) *οὖν αἰσχυνεῖται* pro *οὐκ αἰσχυνεῖται*, recepta haud feliciore Davisii *οὐ λέγων*, pro *λέγων*. Reiskius denique coniecit *cuius primo impulsu moveatur*, vel: *quae primo impulsu moveatur*. Ego aliquando conieci: *qua, primum impulsa, moveatur*, ea sententia, ut sit i. q. qua, quum primum impulsa est, moveatur. Nunc in librorum optimorum scriptione, quae eodem fere modo explicari potest, ac-

moveatur. Quum pateat igitur, aeternum id esse, quod se ipsum moveat: quis est, qui hanc naturam animis esse tributam neget? Inanimum est enim omne, quod pulsu agitatur

---

quiesco. Or. Wolfianam lectionem *a primo* ita commendat, ut dicat, esse i. q. primitus, eumque usum Ciceronianum esse affirmet. Cuius ego plane commodum exemplum non reperio, nisi forte ad Att. VIII. 11: *sed hoc a primo cogitavit:* de Finn. III. 9. 32: *id a primo rectissime dicitur. Mr.*

Quum pateat igitur] „*Pareat* legendum libris omnibus repugnantibus. Nam primum sic legitur apud Platonem in Codd. MSS. Ἀθανάτου δὴ πεφαμμένου τοῦ ὑφ' ἑαυτοῦ κινουμένου. [Bekk. πεφασμένου] id est, *cum appareat*, seu apparuerit, *id esse immortale, quod a se ipso moveatur:* deinde *pateat* pro *appareat*, nemo, qui bene Latine loquatur, unquam dixit, et qui ita loquuntur, barbare loquuntur. Itaque reponendum est hoc loco *pareat*, id est, *appareat:* quo verbo utebantur veteres tum multis aliis in rebus, tum in actionibus et iudiciis, ut, *si paret Titium mihi debere centum* etc.“ [v. Barnab. Brisson. de Formulis p. 353. ed. Bach. id. de Verbb. Signif. p. 762. ed. Itter.] *Lambinus.* „Vid. Ann. ad Or. pro Q. Rosc. Com. 4, 11. *Parere* et *patere* confusa videmus ad I. Accus. 31. 78. Sed *pateat* satis firmant Codd. quum Tusc. tum Somnii Scip. etiam Gud. 153. Macrobii, cuius usus nullus fuit in Append. Ed. Bonnensis Cic. Libror. de Rep. 1823. inchoatae.“ *Klein.* „Recte Lamb. hic et lib. 6. de Rep. *Paret* pro *apparet* Cic. pluribus locis usurpavit, qui in libris vulgatis ita sunt depravati, ut hoc verbum Ciceronianum esse fere ignoretur. Habeo librum antiquissimum eundemque optimum aliquot orationum Ciceronis: in eo locus ille Milonianae sic est descriptus: *Quid porro quaerendum est? factumne sit? At constat. A quo? At paret.* Praeterea in optimo exemplari duarum Verrinarum formula illa iudiciorum *si paret*, quae vulgo varie depravata est, emendate legitur: ut Verr. 4: *Si iudicium sit eiusmodi: L. Octavius iudex esto. Si paret fundum Capenatem Q. D. A. ex iure Quiritium P. Servilii esse.* Verrina 5: *Dabat iste iudicium: si paret iugera eius fundi plura esse, quam colonus est professus, tum uti Xeno damnaretur:* Et paullo post: *Quaerebant, quae in verba recuperatores darent; respondebat: Si paret adversus edictum fecisse.* Similiter in Pandectis Florentinis L. 179. et 193. de Verb. Signif. legitur: *Quanti eam rem esse paret.*“ *Franc. Fabric.* HWolf. consentire videtur cum Lambino: edidit enim: *cum pateat* (*pareat*, pro *appareat*) *igitur* etc. Formula *si paret* est etiam in Or. pro Rosc. Com. c. 4. Or. pro Mil. 6. Ern. quidem legit *at patet.* Sed recte Garat. defendit *paret*, q. v. Ed. Or. p. 175. Quod vero ait Lamb. *patere* hoc sensu ne latinum quidem esse, ad hoc respondemus simillimo tamen sensu legi Philippic. XII. 2. 5: *patet, videmus omnia.* Sed si vel maxime hoc dictum esset contra consuetudinem Ciceronianam, ferendum tamen in loco, quem ex Graeco sermone convertit. In talibus enim Ciceronem nonnihil sibi indulgere docuimus ad Cic. de Rep. I. 14. p. 63. Ceterum Lambino nullus Cod. assentit. Verba *Quum pateat — moveat* absunt ab uno Ox. Mox Gud. omittit *id*, Aug. *se*. Cod. Duisb. habet *id aeternum*: Mon. 1. *aeternum esse id.* Unde ob sedem vagam vocem *id* exulare iuberet Beierus. *Mr.*

Quis est, qui hanc naturam animis esse tributam neget?] Plato pag. 344. D. Ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον τοῦτο αὐτό τις λέγων οὐκ αἰσχυνεῖται. Legisse videtur Cicero, ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον τοῦτο αὐτό τις οὐ λέγων οὐκ αἰσχυνεῖται; Hoc observasse debuit Murafus Var.

externo. Quod autem est animal, id motu cietur interiore et suo. Nam haec est propria natura animi atque vis. Quae si

---

Lect. VIII, 3. Ita vero loquitur, quod ab ipsis philosophiae primordiis animum se perpetuo movere statuerunt. Plutarchus de Placit. lib. IV. cap. 2. *Θαλῆς ἀπεφήνατο πρῶτος τὴν ψυχήν, φύσιν ἀκίνητον ἢ αὐτοκίνητον.* Haec exhibet etiam Stobaeus Eclog. Phys. pag. 93. Id tamen postea negavit Aristoteles, cuius rationes suppeditabit Macrobius in Somn. Scip. lib. II. cap. 14. Vide Eusebium P. E. lib. XV. cap. XI. *D.*

Quis est, qui hanc naturam animis esse tributam] Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. et marg. MS. Asc. nostrae *qui propriam hanc.* Verbum *esse* omittit Cod. Rehd. In Gud. 2. et Aug. est *tributam esse.* Marg. MS. Ed. nostr. Asc. 2. habet *attributam.* In uno Ox. omittitur *neget*, in alio scribitur *negetur.* Duo Oxx. Mon. 2. Ed. P. *inanime* pro *inanimum*, forma Appuleiana. Peius etiam duo Oxx. Marb. Aug. Vind. 2. Rehd. Duisb. Ed. H. *in animo*, unus Ox. *inanima.* Vocem *omne* omittunt Cod. Aug. unus Ox. et Ed. P. Cod. Aug. habet *alieno* pro *externo*, unus Ox. *eterno*, alius glossam *movetur externo. Mr.*

Quod autem est animal] Quamvis desinere iubeat Beierus ad Cic. de Off. I. 8. p. 58. „superstitionem, codicum corruptelis certas regulas labefactare:“ *certam* autem ille regulam posuerit ib. p. 21: *praemissa coniunctione monosyllabum verbum non posse tertium occupare locum, nisi in parenthesi*, jubeatque ideo nos scribere h. l. *quod autem animal est*, ut est in Somn. Scip.; nolui tamen contra omnium veterum librorum auctoritatem regulam sequi, cui observationes quidem multae favent, ratio tamen subest vel exigua vel nulla: quamquam ego minime is sum, qui nihil eiusmodi observationibus tribuendum censeam, quales Goerenzius, Heindorfius, Beierus et nuperrime Otto ad Cic. Cat. maj. ad certam aliquam normam redigere atque referre studuerunt. Paruit Beiero Or. — In Cod. Duisb. est: *quod est autem animal*: reliqui omnes ut nos dedimus: sed Edd. A. B. S. E. C. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Leod. Ald. Med. Sylb. Sturm. Goth. Brut. Boul. *quod autem est animatum.* Lallem. dedit *quod autem est animale.* Solus Cam. dedit *inanimatum*; solus item Rob. Steph. *animal est*, ut volebat Beierus: nimirum ex Somnio Scip. Primus Gebh. scripsit *animal.* Verb. ex ed. Dav. prima hanc annot. recepit: „*quod autem et* [err. typ:] *animale*] „Vulgg. *animatum.* Gebh. ex Codd. *animal:* et sic e nostris Petr. nam Cantab. hanc verborum quadrigam prorsus omittit. Macrob. in Somn. Scip. II. 1. 3: *quod autem est anima.* perperam. MS. autem Norvic. lectionem sequimur, quae Platonis *ἐμψύχῳ* apte respondet.“ In Ed. autem sec. Dav. in contextu est *animal*: annotatio tamen haec: „*quod autem est animale*] In aliis est *animatum.* Vulgg. *animal*, et ita tres nostri. Macrob.“ etc. Cum nostro loco ad verba convenit Acadd. II. 12. 37: *quum inter inanimum et animal hoc maxime intersit, quod animal agit aliquid* etc. Pergunt duo Oxx. Marb. *id motu citatur*; Gud. 1. 2. Vind. 2. *citetur.* Duisb. *id motu interiore agitatur et suo.* Vocem *interiore* omittit Gud. 2. In marg. MS. Asc. nostrae 2. est *et interiore et suo.* Tum Mon. 2. *Nam est haec.* Rehd. *nam haec animi natura atque vis est propria:* elegantius scilicet. *prima natura* habent Mon. 1. 2. ex male lecto compendio *prīa.* Vocem *propria* omittunt Edd. A. B. S. E. Junt. Ven. nostr. Asc. 2. Pro *animi* Lamb. et Fr. Fabr. habent *animae* ex Somn. Scip. ubi vid. nostr. ann. p. 508: quam nos formam etiam h. l. restituimus. V. ann. seq. *Mr.*

est una ex omnibus, quae se ipsa semper moveat; neque nata 55
certe est, et aeterna est. Licet concurrant omnes plebeii philosophi (sic enim ii, qui a Platone et Socrate et ab ea

---

propria natura animi atque vis] Henr. Stephan. in Castigatt. p. 1: „*Animae* non *animi* legendum [habent enim Codd. *animi*], ut sit: *haec est propria natura animae atque vis. Quae* anima *si est una* etc. Sed quid obstat (dicet fortasse aliquis), quo minus retinendo *animi* putem relativum *quae* referre illum nominativum *vis?* Nimirum τὸ ἄλογον obstat. Quid enim magis absurdum esset, quam dicere: Haec natura animi atque vis motrix, ut ita loquar, est una ex omnibus, quae se ipsam moveat? At mutato *quae* in *qui* ex quinque sequentibus femininis nominibus facienda quinque masculina essent. Repone igitur potius *animae* pro *animi.*" Contra Stephanum monet Bouh. in his libris semper *animum* dici id, quo vivimus, non *animam:* neque absurdum esse dicere, habere animum vim quasi motricem, qua ipse moveatur. Quam vero ibidem profert Bouh. ex uno Cod. Leid. lectionem *prima,* quam exhibere etiam Codd. Monacc. diximus, non morarer, nisi inde coniecisse in epistola ad se data diceret P. Burmannum *priva,* eamque firmare voluisse sua ad Ovid. Metam. IX. 20. annotatione, ubi videlicet Burmannus voci *privus* a librariis saepe substitutum fuisse *primus* aut *proprius* docuerit: quam quidem emendationem valde sibi placere testatur. Sed ne semel quidem usus videtur Cicero isto adiectivo: et quod est in Oratione spuria pro Domo 17, 43. *privi homines,* id ipsum debetur Scaligeri ingenio, cum in libris sit *privati.* — Cod. Mon. 1. habet *et vis* pro *atque vis. Mr.*

quae se ipsa semper moveat] *Ipsa* scribendum fuit cum Dav. (Bentl.) Ern. FAWolfio et seqq. quamvis renitentibus libris omnibus, excepto Cod. Marb. et, ut videtur, Oxx. Unus Duisb. omittit eam vocem: reliqui habent *ipsam,* quod plane otiosum est: id quod pueri hodie norunt. Vide, ne plura addam, quae monuit Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 40 sq. ed. 3. p. 114. coll. p. 248. ibiq. laudd., nos ad Cic. de Div. II. 55. p. 495 sq. de Fato 11. p. 611 sq. ad de Legg. I. 22. p. 143. ad Cic. de Rep. II. 13. p. 243 sq. ibiq. laudd. quibus add. Steuber. in Jahnii Annall. Philoll. I. 1. 1. p. 125. EWunder. in Praef. ad Varr. Lectt. Ciceron. ex Cod. Erf. p. LXIX — LXXI. Qui Accusativum servarunt in verbis, quae paullo antecedunt: *quod se ipsum moveat,* non agnoverunt *ipsum* esse Nominativum. Cod. Aug. *moneat* pro *moveat. Mr.*

neque nata certe est, et aeterna est] De constructione *neque — et* paucis monuimus supra ad 4, 7. Cod. Duisb. habet *natura,* unus Ox. *moritura:* quae est emendatio scilicet correctoris, qui non intelligeret sententiam loci, quam recte hanc esse dicit Kühn.: *non solum non nata est, sed etiam aeterna est.* Alius in Cod. Vind. 1. pro *et* recepit glossam *sed. Mr.*

Licet concurrant omnes plebeii philosophi] Servavi verborum ordinem a Bentleio ex Codd. suis Davisio commendatum ab eoque receptum, cum eundem exhibeant nostri quoque praestantiores Gud. 1. (credo etiam Reg., quamquam nihil inde enotatum est) Gud. 2. Mon. 1. (*plebei*) Vind. 1. Marb. Gud. Duisb. Vocem *plebeii* omittit Cod. Rehd. cum Ed. H.; eius vocis loco Mon. 2. et unus Ox. habent *minuti,* quod alius Ox. pro varia lectione exhibet: nimirum ex Cic. Cat. maj. 23, 85: *sin mortuus, ut quidam minuti philosophi censent, nihil sentiam; non vereor* etc. ubi vid. Gernhard. p. 162. Otto p. 218. Intelligit autem utroque loco eosdem, praesertim Epicureos. Vid. nos

familia dissident, appellandi videntur) non modo nihil unquam tam eleganter explicabunt, sed ne hoc quidem ipsum quam subtiliter conclusum sit, intelligent. Sentit igitur animus se moveri: quod quum sentit, illud una sentit se vi sua, non aliena, moveri, nec accidere posse, ut ipse unquam
p. 160. a. a se deseratur. Ex quo efficitur aeternitas; nisi quid habes ad haec. A. Ego vero facile sum passus, ne in mentem quidem mihi aliquid contra venire: ita isti faveo sententiae.

24 M. Quid? illa tandem num leviora censes, quae decla-
56

---

ad Cic. de Divin. I. 30. p. 150: ubi item *minuti philosophi* dicuntur Epicurus eiusque similes. Verba *Licet — philosophi* absunt a Cod. Aug. vox ii a Gud. et tribus Oxx. Pro *et ab ea* est *ab illa* in Edd. M. L. Fr. Fabr. Sylb. Sturm. Ald. Goth. Asc. 1. Brut. Boul. HWolf. Car. Steph. *Familiam* recte explicat HWolfius *αἵρεσιν*, sectam, disciplinam. Vid. nos ad Cic. de Legg. III. 6. p. 405. Pro *dissident* Cod. Rehd. *dissidant*. *Mr.*

non modo nihil unquam — sed ne — quidem] Tritissimum est disputare de constructione *non modo non — sed ne — quidem*, *non modo — sed ne — quidem*, et ipsi de ea monuimus ad Cic. de N. D. III. 25. p. 634. ed. Cr. et nostr. maj. p. 218. ed. min. ad de Legg. II. 6. p. 187. III. 5. p. 402. III. 9. p. 422. ad de Rep. II. 15. p. 251. II. 23. p. 284. ad de Div. I. 55. p. 272. II. 9. p. 330. II. 55. p. 294. Minus frequens est ea constructionis forma, qua hic usus est Cicero. Unus Ox. habet *non modo nihil animi unquam*, alius *num modo in hoc unquam*. Gud. 2. *non modo tam nihil unq.* Rehd. *hi non modo tam nihilum*. Gud. ut Gud. 2. In Mon. 2. post *unquam* additur *ii*. Quod h. l. dicit *eleganter*, non alia sententia statim dicitur *subtiliter*. V. Ern. Clav. Cic. s. v. *elegans, eleganter, elegantia*. Pro *explicabunt* Ed. M. *explebunt*, quae sequitur Aldinam nostram. Post haec Rehd. *qui ne*. unus Ox. *qui nec*. Gud. *secundum*, vel potius compendio, *scd'm ne*. Unus Ox. et Gud. om. *ipsum*, alius *quam*: unus exhibet *ipsum, quod*. Cod. Duisb. habet *sit conclusum*. *Mr.*

illud una sentit] Duo vetustissimi, Reg. et Gud. 1. *illum*: mox Marb. *se in sua*. In seqq. post *ut* Rehd. omittit *ipse*: idem cum Duisb. habet *a se unquam*. Mox unus Ox. *occidere*: alius *hoc*. *Mr.*

Facile sim *passus*] Sic Reg. Med. et Balliol. Vulgo *sum*. *D.*

facile sum passus] Ern. ad haec: „An *sim passus* pro *patiar?* melius mihi videtur.“ Videtur igitur hanc Bentleii correctionem (ex Codd. suis) sibi ut suam coniecturam vindicare Ernestus. Improbavit iam dudum Bouhier. Ernestum etiam et Bipontinos ei obtemperantes reprehendit Nissen. l. c. p. 17: et pessimam istam scriptionem vocat FAWolf. in scholis. Accedunt tamen ei Codd. nostri Gud. 1. Duisb. Marb. Mon. 1. 2. tres Oxx. et Ven. Alt. ex corr. Sed obtemperare iis sententia vetat. Statim Mon. 1. *nec in mentem quidem*: idem habet Cod. Aug. sed omisso *quidem* pergens *aliquod*. Gud. omittit *quidem mihi*. Rehd. om. *mihi*: Mon. 1. eius loco habet *nihil*. Vocem *mihi* omittunt etiam Edd. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Cam. Junt. Ad verba *nisi quid habes* subaudies *dicere*, quod posuit Or. pro Balbo 14. vel quod *respondeas*, ut scripsit Or. pro Mur. 12. Pro *passus* unus Ox. *passurus*. Duo alii omittunt *quidem*: unus habet *sententium*. *Mr.*

C. 24. *Quid? illa tandem num leviora censes*] Ita distinxit FAWolfius, quod probat Goerenzius ad Cic. de Finn. II. 22, 74. p. 232. Male interrogandi signum post *censes* posuit Dav., post *quaedam* colon: Ern. *Quid illa tandem? num leviora censes?* non melius. Pro

rant inesse in animis hominum divina quaedam? quae si cernerem quemadmodum nasci possent, etiam, quemadmodum interirent, viderem. Nam sanguinem, bilem, pituitam,

---

illa est *ista* in Cod. Gud. Edd. Asc. 2. H. Junt. Cam. Sed marg. MS. in Ed. Asc. 2. habet *illa* ex Codd. Pro *num* est *non* in Cod. Marb. Ed. Fr. Fabr. habet *declarent*. Post *inesse* abest *in* a Codd. duobus Oxx. Rehd. Gud. Mon. Aug. Edd. P. A. B. S. E. C. Med. Junt. Cam. Ven. nostr. Asc. 1. 2. contra morem Ciceronis. Nam quod erat de N. D. I. 43. 120. *inesse universitati rerum*, nos in ed. nostra min. ex multorum Codd. auctoritate (v. Ed. Cr. et nostr. maj.) post Heind. et Sch. correximus *in universitate*. Tum Cod. Rehd. habet *cernerent*: idem omittit verba *quemadmodum nasci — interirent*; unus Ox. vocem *hominum*: idem habet *possunt*. Gud. 2. omittit verba *quemadmodum nasci possent, etiam*. Unus Ox. et Mon. 1. exhibent *possent et quemadmodum*. In Cod. Reg. prava repetitione scriptum est *nasci possent etiam quemadmodum nasci possent etiam quemadmodum interirent viderem*. Rehd. *viderent*. Gud. *videremus*. *Mr.*

Nam sanguinem, bilem etc.] „Videtur legendum: *Nam sanguis, bilis, pituita, ossa, nervi, venae, omnis denique* etc. nisi quis dicat, eum Graecorum more locutum esse." *Lambinus*. In Ed. 1. Dav. haec suae annotationi addiderat: „Virg. Aen. I. 573: *urbem, quam statuo, vestra est*: ubi Persius: *Hoc schema de antiquioribus sumptum possumus accipere: ait enim Cato in legem Voconiam: Agrum, quem vir habet, tollitur. Et Terentius: Eunuchum, quem dedisti nobis, quas turbas dedit!* Vide J. F. Gronovium ad Senecae Benef. IV. 32. Contra Lambini coniecturam dudum etiam locutus est A. Schottus Nodorr. Ciceron. IV. 16. p. 386. laudans et aliorum scriptorum locos et plures Ciceronis. *Mr.*

Nam sanguinem, bilem etc.] D. Lambino rescribendum videtur, *nam sanguis, bilis, pituita, ossa, nervi, venae, omnis denique membrorum et totius corporis figura*, nisi quis dicat nostrum Graecorum more locutum esse. Nihil tamen est mutandum, siquidem eo modo passim loquuntur tam Graeci, quam Latini. Hoc multis ostendimus ad lib. I. N. D. cap. 26. *D.* Add. Wesseling. ad Herodot. I. 163. T. V. P. I. p. 163. 164. (p. 124. Gaisf. Oxon.) et II. 106. T. V. P. I. p. 331. (p. 224.) Porson. ad Eurip. Orest. 1645. *Schuch.*

Nam sanguinem, bilem etc.] De veritate lectionis nemo, opinor, iam dubitabit. Locuti sunt de hac Attractione, Atticis potissimum usitata, et alii et Beier. ad Cic. pro Tullio P. 53. ibiq. laudd. Krüger. üb. d. Attract. p. 133 — 179. Savelius ad Cic. Or. post Red. in Sen. p. 107 sq. — O. M. Müller. Cur. Sec. ad Or. pro Sest. p. 68. Ochsner. ad hunc ipsum Cic. locum in Eclogg. p. 50 sq. Ed. 3. nos ad Cic. de Div. II. 38. p. 432. Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. II. p. 385 sq. In Cod. Marb. sunt inter *bilem* et *pituitam* verba *coleram, fleumam*, quorum prius est glossa corrupta verbi *bilis* (Cholera, *χολέρα*, quae est Paracelso et iam pridem Lampridio ipsa *bilis*. v. Brunonis Lex. Med. p. 294 sq.), alterum vocis *pituita*, videlicet pro *φλέγμα*, de quo v. eund. Brunonem p. 922. Eandem, sed aliter corruptam, glossam habet Cod. Aug. *billem, coleras, flagmam, pictuitam*. Gud. 2. *sanguinem, carnem, cartilagines, ossam*. Vocem *ossa* omittit unus Ox. in alio sequitur *nerves*: unus omisso *venas* pergit *omnes*: quartus Ox. *omnemque*. Gud. 2. pro *totius* habet *tenuis*. In Ed. H. est *et membrorum*. Hoc vero loco *figura* corporis non est eius forma externa, sed tota eius structura et conformatio. Pro *sint*

ossa, nervos, venas, omnem denique membrorum et totius corporis figuram videor posse dicere, unde concreta et quo modo facta sint: animum ipsum, si nihil esset in eo, nisi

---

est *sunt* in uno Ox. et Cod. Rehd. Et sunt huic constructioni (*videor posse dicere, unde facta sunt*) similes complures apud Ciceronem, veluti de N. D. II. 6. *animum si quis quaerat unde habemus:* ad quem vid. Ochsner. in Eclogg. Cic. p. 28 sq. ed. 3: ibique et ego nunc eam scriptionem a me receptam malim. cf. nostr. annot. ad Cic. de Div. II. 71. p. 547. Frotscher. ad Quintil. X. 1. p. 8. Herzog. ad eund. locum p. 84 sq. in vers. Germ. Wopkens. ad Lectt. Tull. II. 5. Epistoll. Sodall. Philomath. p. 357—381. Hess. ad Tacit. Germ. 45. p. 202 sq. G. Busch. in Allg. Schulztg. 1828. II. 84. p. 691. Krüger. v. d. Attract. p. 134. — Sed nostro loco in tanto Codicum consensu nihil mutandum. *Mr.*

Animum ipsum] Vulgo *per animum ipsum*: sed in libris veteribus non est *per*. Unde coniicere possit aliquis, esse legendum *animo ipso.*" *Lambinus.* „Non incommode legi posse video *Praeterea animum ipsum.* Putat enim Cicero de anima vitali, quae etiam stirpibus tribuitur, deque sensuum, quae brutis quoque inest, habiturum se quod dicat, nempe naturae rationem et originem illius. Sed in hac peculiari natura hominis, de qua nunc deinceps quasi declamitat, haerere se et cogi fatetur, ut tanquam in tragoediis accersat deum, a quo hanc fabricatam sentiat fuisse." *Camerarius.* Camerarii conjecturam recepit HWolfius. *Mr.*

Animum ipsum] Vulgo *per animum ipsum*, quod iurantis et sancte affirmantis esse credidit Hadr. Turnebus Advers. X, 24. Sed cum libri antiqui *praepositionem* nescirent, Lambinus rescribendum coniecit *animo ipso.* Nos Codices scriptos sequendos omnino ducimus; idem enim valeat haec φράσις, ac *quod ad animum ipsum attinet.* Sic Plautus Capt. Prol. vs. 1. Hos *quos videtis stare hic* captivos duos, *Illi qui adstant, hi stant ambo, non sedent.* Nec aliter Act. I. Sc. II, 1. et alibi passim. Vide modo Rudent. Act. IV. Sc. III, 23. Petronius Sat. cap. 134. Hunc adolescentem, *quem vides, malo astro natus est.* Pari modo loquitur Herodotus lib. V. cap. 103. Seneca Cons. ad Marciam cap. 24. *Haec, quae vides,* ossa circumvoluta nervis, et obductam cutem, vultumque, et ministras manus, et cetera, quibus involuti sumus, *vincula animorum tenebraeque sunt.* Homerus Od. A, 275.

ΜΗΤΕΡΑ δ', εἴ οἱ θυμὸς ἀφορμᾶται γαμέεσθαι,
Ἄψ Ἴτω εἰς μέγαρον πατρὸς μέγα δυναμένοιο,

Non erat enim cur ἐκουσίου σολοικισμοῦ Poetam insimularet Eustathius, aut emendare locum conaretur minor Scholiastes. Xenophon Cyrop. lib. II. pag. 39. ΤΟΥΣ μέντοι ΕΛΛΗΝΑΣ ΤΟΥΣ ἐν τῇ Ἀσίᾳ ΟΙΚΟΥΝΤΑΣ, οὐδὲν σαφὲς λέγεται εἰ ἔπονται. Paulus 1. Cor. X, 16. Τὸν ἄρτον, ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστιν; Huiusmodi multa congessere *Γραμματικῶν πάϊδες,* e quibus vide Servium ad Aen. I, 577. et J. F. Gronovium ad Senecae Benef. lib. IV. cap. 32. *D.*

animum ipsum] Dav. in Ed. 2. haec addiderat suae annotationi: „Si tamen haec non arrideant, mutatis interpunctionibus legerim: *nam sanguinem, bilem — — videor posse dicere — — quo modo facta sint; non animum ipsum. Si nihil esset in eo* etc." Ern. cum *per* abesse vidisset a Cod. Guelf. et Lallemannus a regiis, uterque *per* eiiciendum censuit, ita tamen, ut ille vocem nonnisi uncinis includeret: in quo eum secutus est Nobbius. Nissen. l. c. p. 18: „*Per,* quod priori loco est, feras, deleas, perinde videtur. Si feras, *per animum ipsum* repetentur in *per eum;* sin deleas, *animum ipsum* tamen redun-

id, ut per eum viveremus, tam natura putarem hominis vitam sustentari, quam vitis, quam arboris: haec enim etiam

---

dabit propter *si nihil esset in eo.* In utroque est *ἀναχόλουθον* sermonis quotidiani proprium. Sic enim c. 29, 70. *sic mentem hominis — vim divinam mentis agnoscito.* Certe haec ratio tolerabilior est, quam ut Graecismum fingamus.“ Similiter FAWolf. in Scholis: „est *ἀναχόλουθον*, pro: *si nihil esset in animo.*“ Billerb. verba *animum ipsum* pendere ait a *videor posse dicere.* Ramshorn. Gr. Lat. §. 132. Not. p. 235 hunc accusativum pro absoluto habens explicat: *quod attinet ad*, contra quem Kühnerus se ad eam magis inclinare ait sententiam, ut hunc accusativum antecedentis enunciationis conformatione quasi attractum et ad eam conformatum esse putet. Exempla vero a Davisio e Latinis scriptoribus ad *absoluti accusativi* usum illustrandum collecta a re longe esse alienissima. Confert locum nostri operis II. 16. 37: *Militiam vero — nosti exercitus primum unde nomen habeat.* Cuius mihi viri doctissimi sententia prae ceteris placet. Sed vid. tamen etiam, quae Ochsnerus monet l. l. p. 51. Goeller. ad Plauti Trinumm. 986. et Matthiae de Anacol. ap. Cic. in Wolfii Litt. Anal. III. p. 19. Ceterum abest illud *per* a Codd. omnibus, exceptis, ut videtur, duobus Oxx. Vindd. et Gruterianis, in cuius Ed. *per* in verborum serie servatur, nihil vero a Gebhardo ex Codd. Pall. aliisque enotatum est. Abiecerunt istam vocem post Davisium FAWolf. Koel. Lall. Bip. Or. Sola Ed. H. habet *animum autem ipsum.* Buggius in Progr. laud. p. 20 sq. esse quidem *per* molestum fatetur, sed Davisii et sententiam et exempla improbat, quippe quorum alia plane sit ratio: nec facile illud *per* videri recepturos fuisse librarios, si ab ipso Cicerone profectum non esset. „Cum enim, pergit, *per animum ipsum si tantummodo viveremus*, aut eiusmodi aliquid scripturus esset, videri potest, animo ad sensum magis, quam ad verba, intento, voces illas: *si nihil — viveremus* interposuisse, et ob ea postea oblitus esse structuram periodi a praepositione *per* se orsum fuisse.“ Pergit Cod. Reg. *si nihil esse et in eo:* post *nisi* unus Ox. omittit *id*: alius habet *tamen* pro *tam.* Gud. 1. et Reg. habent *naturam*, Duisb. *natura eius.* Ad hunc Ablativum adverbialem laudat Ochsn. Cic. de Legg. I. 5. [16.] Tusc. II. 21 [47.] Offic. I. 44. [157.]. Verbum *putarem* abest ab uno Ox. *Mr.*

hominis vitam] Codd. Vind. 1. et Duisb. *vitam hominis.* Unus Ox. *vita.* Si has voculas (*hominis vitam*) demas, quae sensum verbi *animum* repetunt, plana erit sententia, ait Matthiae de Anacol. ap. Cic. p. 19. Quae coniectura quamvis placeat, tamen verba ista neque eiicere, neque uncinis includere ausus sum: quamquam et varians lectio et verborum transpositio aliquid habent suspicionis. Post *vitam* Mon. 2. addit *posse*: pro *quam arboris* est in duobus Oxx. *et arboris*, quod debetur correctori, qui fortasse in suo exemplari reperisset, quod nos in Cod. Mon. *quam vitis que arboris*: nisi forte est glossatoris. Gud. 2. habet *arbori*; unus Ox. omittit *enim*, cui accedit Aug. qui pergit *etiam diceremus.* Vocem *etiam* non habent Vind. 2. Gud. et Gud. 2. In Vind. 1. est *vivere dicimus*, inverso ordine. HWolf. ad *dicimus* pro varia lectione addit *didicimus*, et ad v. *vivere* in parenthesi: scil. *καταχρηστικῶς καὶ καθ' ὁμοίωσίν τινα.* Quod vero posuit *haec* post duo substantiva feminini generis, ideo factum est, quod illa substantiva nonnisi exempli causa adscripta sunt; quare Neutro significat eiusmodi res, plantas nimirum et totum plantarum genus. Ita noster post quatuor feminina posuit *haec* de N. D. II. 31. 79: *Quod si inest in hominum genere mens, fides, virtus, concor-*

dicimus vivere. Item, si nihil haberet animus hominis, nisi ut appeteret aut fugeret, id quoque esset ei commune cum
57 bestiis. Habet primum memoriam, et eam infinitam rerum

---

dia, unde haec in terras, nisi a superis, defluere potuerunt. Alia et plura dedit Ochsner. l. c. ad h. l. p. 52. Ad sententiam commode confert Kühnerus Cic. de Finn. V. 14: *Earum enim rerum, quas terra gignit, educatio quaedam et perfectio est, non dissimilis animantium: itaque et vivere vitem et mori dicimus, arboremque et novellam, et vetulam, et vigere et senescere. Mr.*

Item, si nihil haberet animus hominis] Unus Ox. *Ita si.* — *Habendi* verbum hoc loco ponitur, ut saepe apud Ciceronem, eo sensu, ut sit, quod nostrum eine Eigenschaft haben. v. c. Philipic. II. 32: *Habebat hoc omnino Caesar:* etc. In Cod. Mon. 1. scriptum est *hominis animus. Mr.*

aut fugeret] „Sic edendum curavi ex nostris omnibus et Pall. atque ita saepe locutus est Cicero. Ita Plautus Asin. Act. I. sc. III. 60: *quod nolebam atque vetueram, de industria fugiebatis.* Porcius Latro Declam. in Catil. c. 12: *quam illi fugere facillime licuisset.* Nec aliter Graeci. Epictetus Enchir. c. 20: ὅστις οὖν ἐλεύθερος εἶναι βούλεται, μήτε θελέτω τι, μήτε φευγέτω τι τῶν ἐπ' ἄλλοις. iterum c. 38: πέφυκε γὰρ πρὸς τοῦτο πᾶν ζῶον τὰ αἴτια αὐτῶν φεύγειν καὶ ἐκτρέπεσθαι. Vulgg. *aut refugeret*, quam lectionem a secunda manu exhibet Petrensis.“ *Davisius* in Ed. 1.

Aut fugeret] Vulgo *aut refugeret*, contra quam iubent Codices, quantum constat, omnes. Cur autem iis *credulitatem suam*, prout loquitur, *addicere* non ausus sit Gebhardus, plane nescio. Scio tamen ita passim dixisse tam Ciceronem, quam alios probi commatis auctores. Quinctilianus III, 6. *Aristoteles in Rhetoricis etiam sic omne opus dividit; in veritatem, et petenda ac* fugienda, *quod* etc. Et paulo post: *De appetendis et* fugiendis, *quae est pars deliberativa.* Seneca Epist. 71. *Quoties quid* fugiendum *sit aut petendum voles scire.* Idem Epist. 82. *Quae sit illa ratio, quae* appetenda ac fugienda *discernat.* Vide sis etiam Epp. 89, 92, 94, 104. Pari modo φεύγειν adhibent Graeci. Adeatur Arrianus Epict. lib. I. capp. 3, 11. et Enchir. capp. 20, 38. *D.*

aut fugeret] Cod. Rehd. *et* pro *aut.* Scribitur autem *refugeret* in libris MSS. paucissimis, ex nostris quidem in nullo, neque in Gebhardi Palatinis, neque in Lallemanni regiis; sed, ut videtur, in quatuor Oxx. et in Vind. 1. Editiones contra veteres omnes, exceptis P. V. et Rob. Steph. perseverant in verbo composito, quod etiam post Davisii Ed. servarunt Ern. et Oliv. itemque Bip. et Nobb. Ochsnerus l. c. Oliveti contextum sequens, ita fluctuat inter *fugeret* et *refugeret*, ut pro hoc laudet Virg. Aen. II. 12. Cic. de N. D. II. 47. de Finn. V. 10. de N. D. III. 13; pro illo hunc eundem locum, ubi est: *quod autem refugit id contra naturam est*, et de Finn. I. 12: *appetendi et refugiendi initia:* quibus locis se motum esse ait, ut servaret *refugeret*: quamquam pro sui libri consilio et aliis quoque locis Oliveti lectionem, quamvis minus probatam, servavit. Kühnerus quoque favet lectioni *refugeret*, cum Ochsnero, ut exquisitiori: sed pro suae editionis consilio servavit Wolfianam lectionem *fugeret.* Ego vero ut concedo exquisitius esse *refugeret*, ita id ipsum correctori deberi, optimosque libros nobis sequendos esse censeo. Pergit Ed. Fr. Fabr. *id quod:* in marg. *Al. quoque.* Tum Rehd. et Mon. 2. *commune ei esset. Mr.*

Habet primum memoriam] Cod. Marb. *primo.* Cod. Aug. *Sed habet:*

innumerabilium: quam quidem Plato recordationem esse vult vitae superioris. Nam in illo libro, qui inscribitur *Meno*, pusionem quendam Socrates interrogat quaedam geometrica de dimensione quadrati. Ad ea sic ille respondet,

---

ut voluisse videtur Orellio Reiskius, qui dicit: huic *primum* respondet *illa vis, quae investiget.* [cap. 25. §. 61.]. Quod vero *primum* dicitur, non sequente *deinde*, de eo vid. Goerenz. ad Cic. de Finibb. I. 6. 17. p. 21. add. Benecke ad Cic. Catil. II. 10. 21. p. 161. Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 67. et 485. ed. 3. Ellendt. ad Cic. Brut. 95, 325. p. 235. ibiq. laudd. Ceterum in toto hoc capite Cicero memoriam et reminiscentiam Platonicam confundere videtur. De hac laudat Creuzerus ad Plotin. p. 472. Platonem Phaedro p. 249. extr. 250. a. p. 47. Bekk. Eustath. Antiochen. in Ang. Maji Collect. Vaticana I. 3. p. 77. Plat. Phaedon. p. 72. e. Theodor. Metoch. §. *πῃ* p. 576. Kiessl. Pro *et eam* Gud. 2. *metam*, unus Ox. *etiam*. Eandem, quam h. l. loquendi formulam habes in Verr. III. 90. *Exempla quaeruntur, et ea non antiqua. Mr.*

quam quidem Plato etc.] „Vid. Gedike ad Platon. Menon. p. 30. ed. Buttm." [sed cf. Stallbaum. ad Menon. p. 60 — 62. Plat. Phaedon. p. 72. e. §. 20. cum Wyttenbachii annot. p. 184. (p. 185 sq. ed. Lips.) Plutarch. T. II. p. 1000. e. Cic. de Sen. XXI. extr. ibiq. interprr. inpr. Gernh. et Otto.] *Schuch.* Vocem *esse* omittit Cod. Vind. 2. vocem *vitae* unus Ox. sed lacuna relicta. Inverso ordine *volt esse* habet Cod. Duisb.; item inverso ordine *superioris vitae* exhibent multi libri; nostrum servant optimi: Reg. Gud. 1. 2. Aug. Gud. Rehd. Duisb. Marb. Vind. 2. Mon. 2. Edd. H. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Leod. Rob. Steph. Med. P. A. B. S. E. C. Junt. HWolf. Dav. FAWolf. Or. Pergit Cod. Aug. *Nam illo*, omisso *in*. *Mr.*

Qui inscribitur Menon] Vide Menonem pag. 17. *D.*

qui inscribitur Meno] Ita scribendum fuit, pro *Menon*, ex certa Bentleii observatione ad Horat. Carm. III. 8. 18. monentis, Graeca substantiva in *ων*, quorum Genitivus habet *ωνος*, Latine scribenda esse in *o*, nec vero in *on*. Et iam Priscianus VI. 6. §. 29. p. 238. ed. Krehl. Ciceronem *Meno* scripsisse ait, non *Menon*. Vid. nos ad Cic. de Rep. II. 1. p. 196. ed. nostr. ibiq. laudd. ad nomina *Draco, Solo*. Quod vero in plerisque libris est *Menon* inde factum est, quod fortasse Cicero Graecis literis scripsit *Μένων*, cuius scriptionis vestigia sunt cum in uno Ox., qui eam vocem omisit, quod solet facere in vocabulis Graecis, tum in Mon. 1. qui habet *Μερνων*; in uno Ox. est *scribitur Meon*: in Ed. H. *Mennon*, in Edd. Asc. 2. Rob. Steph. Junt. C. V. M. *Memnon*: Sed recte scriptum nomen graecis literis exaratum *MENΩN* habet Ed. P. Add. G. J. Vossium in Aristarcho (de Analog. I.) p. 544. Scribit etiam *Μίνων* R. Klotz. in Jahnii Annall. 1834. 9. p. 69. *Mr.*

pusionem quendam] „Puerum Graecum, in domo Menonis genitum atque educatum. *Pusio* enim puer dicitur apud Juvenalem, Appuleium, Ciceronem et ceteros. Antiqui puerum dixerunt *pusum*, puellam *pusam*." *Beroaldus.* Conf. Henr. Steph. Ciceronian. Lex. p. 129. ed. Paris. Verba *Socrates — quaedam* desunt in uno Cod. Ox., in alio verba *de dimensione — geometrica*: utroque loco aberrabat oculus scribae ob similitudinem verborum parvo intervallo redeuntium. Cod. Aug. omittit *quaedam geom. de.* Rehd. habet *interrogabat de geometrica dimensione. Mr.*

de dimensione quadrati] Verb. ex MS. nescio quo enotavit lectionem *divisione*, quod est correctoris, qui ita rectius sententiam Plato-

ut puer: et tamen ita faciles interrogationes sunt, ut gradatim respondens eodem perveniat, quo si geometrica didicisset. Ex quo effici vult Socrates, ut discere nihil aliud sit, nisi recordari. Quem locum multo etiam accuratius

---

nicam explicari existimaret. Pro *respondet* haud pauci MSS. et editi habent *respondit*, et probi quidem. Sed cum ratio ipsa Praesens tempus desideret, secuti sumus Codd. septem Oxx. Reg. Rehd. Gud. Mon. 2. Vind. 1. 2. Edd. C. M. L. Leod. H. Rob. Steph. Fr. Fabr. HWolf. marg. Lambb. et Goth. Grut. et seqq. Pro *ita* Cod. Mon. 1. habet *ista*. Pergit Cod. Vind. 1. *faciles sunt interrogationes*. Vocem *sunt* non habet unus Ox. *Mr.*

eodem perveniat] Recepit Dav. in Ed. 2. Bentleii coniecturam plane supervacaneam *eo demum*, paullo cupidius probatam Bouhierio et Goerenzio ad Acadd. II. 39. 123. p. 222. Melior est lectio *eo*, quae multos libros occupat. Sed *eodem* tuentur quinque Oxx. sex apud Gebh. nostri Reg. Gud. 1. 2. Rehd. Duisb. Marb. Vind. 1. 2. Bern. Col. Mon. 1. Edd. H. Car. Steph. Dav. Oliv. Gebh. seqq. et marg. Ed. Fabr. *Mr.*

Eodem perveniat, quo si *Geometrica didicisset*] Vulgo *quasi*, quod cum sit importunum, Lambini coniecturam sequor, quam diserte repraesentat Reg. et pro varia lectione dat Eliens. sec. *D.*

quo si geometrica didicisset] Lectionis huius unice probae non est auctor Lambinus, sed dudum ante eum eandem exhibuerunt Edd. H. et Car. Steph.; accedunt marg. Goth. HWolf. Dav. Lall. Oliv. Ern. seqq., confirmant quatuor Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Rehd. Gud. Guelf. Ernestus fluctuabat inter *eo — quasi* et *eodem — quo si*, ita tamen, ut posteriorem lectionem reciperet. Commode laudant Kühnerus et Ochsn. Tusce. IV. 36. 77: *Quid est enim, quo non progrediatur eodem ira, quo furor?* Quod in Cod. Gud. est *geometriam* pro *geometrica*, ne cui placeat: vid. modo *J. F. Gronovii* Obss. II. 2. p. 221. Sola Ed. A. habet *geometricam:* vid. de ea forma Goerenz. ad Cic. de Finn. I. 6. 20. p. 26 sq. *Mr.*

Ex quo effici vult Socrates] Cod. Vind. 1. *vult effici.* Loco verbi posterioris Gud. pravam habet glossam *fieri*. Conf. Cic. de Legg. I. 8. 25: *Ex quo efficitur illud, ut is agnoscat deum, qui, unde ortus sit, quasi recordetur ac noscat:* ubi vid. Goerenz. p. 35. Nomen *Socrates* omittit Gud. 2. Pro *discere* unus Ox. *dicere*. *Mr.*

nihil aliud sit, nisi recordari] Ad rem laudat Ochsn. Platonis Menon. c. 15 sqq. Sympos. XXVI. §. 6. Phaedr. §. 62. p. 249. c. §. 63. p. 250. a. Plures paullo superius laudavimus. Pro *nisi* multi libri habent glossam *quam*, veluti Codd. Rehd. Aug. Vind. 1. Edd. vett. quas contulit Orell., praeter P., omnes, nostrae etiam usque ad Grut. et Davisium, quos secuti sunt posteriores. Est autem *nisi* in libris omnibus reliquis, nisi quod Gud. ex perperam lecto compendio habet *ubi*. Nostrum vero usum maxime esse Ciceronianum, non opus est exemplis comprobare, quae vel Tursellinus p. 538. Schw. suppeditat. Add. ad rem Heusdii. Initia Philos. Platon. Vol. II. 1. p. 29 sq. ib. II. 3. p. 202. *Mr.*

Quem locum multo etiam etc.] Codd. Gud. et Duisb. *etiam multo.* Mon. f. „*accuratius*" *etiam* (sic). Gud. 2. omittit *etiam*. Unde fortasse aliquis litem moveat huic particulae: nos non item. De nostro loco cf. H. Stephani Cic. Lex. p. 123. — In seqq. Cod. Vind. 2. *in eo ipso die, in quo.* Duo Oxx. omittunt *ipso*. Rehd. habet *die ipso*. Mox Gud. *ex* pro *e* post *rudis* unus Ox. omittit *esse*. Ad v. *quem*

explicat in eo sermone, quem habuit eo ipso die, quo excessit e vita: docet enim, quemvis, qui omnium rerum rudis esse videatur, bene interroganti respondentem, declarare, se non tum illa discere, sed reminiscendo recognoscere: nec vero fieri ullo modo posse, ut a pueris tot rerum atque tantarum insitas et quasi consignatas in animis notiones, quas ἐννοίας vocant, haberemus, nisi animus, antequam in b.

---

locum vid. Beier. ad Cic. Lael. 13. 46. p. 73. ibiq. laudd. quibus add. de Divin. II. 1. 3. (non tantum 2.). Ochsn. ad nostrum locum p. 55. ed. 3. Eclogg. Cic. *Mr.*

In eo sermone, quem habuit eo ipso die, quo excessit e vita] Platonis Phaedonem dicit; is enim sermones, quos emortuali die habuit Philosophus, Echecrati refert. Ac de recordatione quidem agitur illius Dialogi pag. 382 seqq. [p. 165. ed. Bip. p. 72. e. Steph. c. 47. p. 74. ed. Hdrf.] eandemque rem eleganter disputat Maximus Tyrius Diss. XVI. Boëthius Cons. Phil. lib. III. Metr. XI.

Haeret profecto semen introrsum veri,
Quod excitatur ventilante doctrina.
Nam cur rogati, sponte recta censetis,
Ni mersus alto viveret fomes corde?
Quod si Platonis Musa personat verum,
Quod quisque discit, immemor recordatur.

Sed hanc sententiam refellunt Tertullianus de Anim. cap. 24. atque Arnobius contra Gentes lib. II. pag. 71. ed. Herald. Quin et *vir sapiens inepti̅ssime poëtis credidisse* videtur Lactantio Div. Inst. lib. VII. cap. 22. Is tamen a Pythagoricis dogma, non a Poetis hausit. Vide modo Lucianum *βίων πράσει* Tom. I. pag. 371. et Hieronymum in Rufin. lib. III. pag. 537. *D.*

bene interroganti respondentem,] Unus Ox. *interrogare:* Cod. Mon. 1. *interrogantem.* Pro *respondentem* in nostra Codicis Reg. collatione enotatum est *respondem:* sed est ibi sine dubio compendium, quale habet noster Gud. 1., Regio et vetustate et praestantia et lectione simillimus, *respondeᷣ*. — Pro *declarare* unus Ox. habet *de omni re,* ubi vides a glossa supervacanea verbum Ciceronis fuisse extrusum. Pro *tum* Cod. Aug. *tam̃.* Post *reminiscendo* Ed. H. repetit *illa.* Ven. Alteri ex corr. habet *cognoscere* cum duobus Oxx. Post *nec* unus Ox. omittit *vero. Mr.*

ut a pueris tot rerum] De locutione *a pueris, ab adulescentulo, a puero, ab infante, ab infantibus, a parvo, a parvulis, a tenero, a parva virgine* et similibus v. Handii Tursellin. I. p. 22. add. Ochsn. ad h. l. p. 55. Pro *atque* Ed. H. habet *ac:* unus Ox. omittit *et* ante *quasi.* unus habet *atque consignatas.* Ed. H. *et quasi insignitas.* Aliis locis Cicero illo verbo nonnisi proprie usus est: quare h. l. addidit *quasi.* Unus Ox. pergit *quasi in animis:* Cod. Aug. *in animo.* Tum Ed. H. *rationes. Mr.*

quas ἐννοίας vocant,] Ad rem Camerarius haec: „Quas quidem *notiones* interpretatus est de Graeco, *προλήψεις* etiam dixere, in Academm. [II. 10.] *notitias* vertit. Sunt autem iudicia quaedam et quasi pronuntiata mentis, quae non discendo comparantur, sed a natura insunt, ut similitudinum et comparationum, de quibus solent omnes homines statuere de uno quoque. Hanc vim non acquiri studio nostro, sed innatam esse Plato docet et in Menone et in Phaedone. Ut, exempli gratia, lignorum inter se aequalitatem constitui iudicio meo de aequalitatis ipsius *προλήψει* sive *ἐννοίᾳ.* Epicurus acquiri de usu

58 **corpus intravisset, in rerum cognitione viguisset. Quumque nihil esset, ut omnibus locis a Platone disseritur: (nihil**

---

sensuum voluit docere. Ut si procul aliquid in flumine cernam innatare, et quaeram an navicula sit, an sarmenta: nimirum quod navicula sarmentaque prius visa notaque sint, ideo illorum notio nunc, cum quibus hoc, de quo dubito, confero, existit in animo meo. Sic etiam alias notitias pari existimavit." Vid. Henr. Steph. Ciceron. Lex. p. 156. 163. 167. 159. 160. ed. Paris. Ernesti Clav. Cic. v. *ἔννοια*. Davis. et Creuzer. ad Cic. de N. D. I. 16. p. 74. 76. Wyttenbach. ib. p. 728. ed. Cr. et nostr. maj. Turneb. ad Cic. de Legg. I. 9. in Apologia p. 762. ed. nostr. et Cr. ibiq. Wyttenb. p. 68. Goerenz. ad Cic. de Finn. I. 9. p. 43. Audomar. Talaeum (Petr. Ramum) ad Cic. Topica p. 768 et ad Acadd. p. 126. ed. Wechel. — Varie autem scribitur vocabulum Graecum: Reg. Gud. 1. Duisb. Gud. habent *ennoias*, Gud. 2. Ed. H. *ennoyas*. Cod. Aug. *eurioras*, Ed. Ven. nostr. *ennias*. Cod. Rehd. *enonias*. Mon. 2. *ηηνοιας*. Mon. 1. lacunam habet, et ab al. m. additum *notas*; tres Oxx. omittunt verbum Graecum. Gud. post *quas* addit *Graeci*. Marb. omittit *quas* (quod in Tacito placeret) et habet ENOIAC, superscriptis literis *gr*. De similitudine, quae videri possit esse inter Stoicorum *προλήψεις* et Platonicam *ἀνάμνησιν* commode haec monet Kühnerus: „Et Plato et Stoici notiones innatas esse, a deo mentibus nostris inditas esse statuerunt, sed Plato ita, ut eas e priori vita in hanc vitam ab ipso nascenti homine afferri censeret; Stoici eas oriri ex perceptionibus rerum externarum, per corporis sensus factis, quas vocabant *ἐννοίας*. — Hoc igitur loco videtur Cicero Platonis de ideis doctrinam cum Stoicorum de notionibus innatis quodammodo consociasse." — Pro *vocant* unus Ox, *vocat*, quod volebat Bentl.; *vocant Graeci* habent Edd. E. S. *Mr.*

nisi animus, antequam in corpus intravisset,] Mon. 1. *ante* pro *antequam*; *in* ante *corpus* omittunt Codd. Gud. unus Ox. et Edd. veteres nostrae omnes exceptis Rob. Steph. Leod. marg. Lambb. et Goth. Sed marg. MS. Ed. Asc. nostrae 2. additum est *in*. Pro *intravisset*, quod est in Codd. omnibus (nisi quod Vind. 1. habet *introisset*, Aug. *introissent*) excepto Gud. qui facit cum Edd. vett., illae omnes habent *intrassent* et solae Rob. Steph. Leod. cum Codd. faciunt, quorum lectionem primus recepit Gebh. Lambinus omisit *in* ante *cognitione*: Edd. P. A. B. S. habent *cognitionem* cum nostra Ven. et Asc. 1. *Mr.*

Quumque nihil esset] Hic locus cum difficilis sit ad intelligendum, a glossatoribus et correctoribus varie tentatus est. Videamus primum de libris. Scribitur *nihil corpus esset* in quatuor Oxx. Mon. 2. *nihil corpus esse* in duobus Oxx., *corpus nihil esset* in uno Ox. et ita scribendum esse coniecit Reisk. Quam scriptionem cum Bouhierius quoque in uno Leid. reperisset, necessario recipiendam esse existimabat; nimirum ne verba *quumque nihil esset* iungantur cum seqq. *non potuit animus* etc. quod contra Platonis eiusque imitatoris (Ciceronem intelligit) sententiam esse contendit. Eandem lectionem habet etiam Ven. Alteri. H*Wolfius* ita explicat locum: „Animus cum nihil esset (*si aeternus non esset*) non potuisset haec agnoscere, quae nunc, interrogatione commoda excitatus, agnoscit." Commentator apud Leod. a Quercu: „Plato in Parmenide et Timaeo ea duntaxat ait esse, quae semper sunt eadem, neque immutantur. nam de rebus mutabilibus usurpat *erat* et *erit*, propter assiduum ortum et interitum. Quod autem est semper idem, ut testatur in Timaeo, comprehenditur intelligentia et ratione: quod mutatur, com-

enim putat esse, quod oriatur et intereat, idque solum esse,

prehenditur duntaxat opinione, estque totum opinabile. Si igitur animus nihil scivisset, antequam intravit in corpus, nihil postea scire potuisset propter fluxum assiduum rerum." *Hadr. Turnebus* Adversarr. X. 16. p. 326 sq. ed. Paris.: „Obscurum hoc. Circumductio longa est, sed non tam ambage sua difficilis, quam tribus primis statim verbis implicata: cuius hunc esse sensum aliquando suspicatus sum: Animus si mortalis esset, si nasceretur et moreretur, si mutationi et vicissitudini obnoxius esset, profecto nihil esset. Nam ea non putat esse Plato, quae mutantur, sed quae semper eodem statu et uniusmodi sunt: ipse autem cum eodem statu non esset, tam multa cognoscere non posset. Sed Ciceronem puto dicere, scientiam esse eorum, quae sunt: ea autem demum Platoni sunt, quae sempiterna sunt: animus autem in rerum scientia et cognitione viget: sed hic nihil est: omnia enim hic mutabilia fluxa et caduca labuntur, hic igitur non potuit rerum scientiam notionesque comprehendere et percipere, sed comprehensas et cognitas huc attulit." *Olivetus:* „Hoc loco *esse* debet intelligi non sensu populari, sed Platonico et sublimi, aut si quis mavult, metaphysico: nimirum quo sensu dicebat Plato, id unum posse dici *esse,* quod *semper est,* quod autem oritur et interit, id vero et proprie non esse. Quod Cicero statim ponit. Non ergo de corpore, multo minus de animo dicitur, quod *nihil esset*; sed de re quavis alia, praeter ideas. His enim unice convenit *esse.* Vid. Timaeum c. 2." *Ernestus* cum Dav. parenthesin post *esset* incipit, et ex ea intelligit: *quod oriretur et interiret.* FA*Wolfius* ad verba *quumque e — esset* subaudit sc. eorum, quae in parenthesi sequuntur: Platoni enim re vera *erant* nonnisi *ἰδέαι, τὰ νοητά·* quae mutantur, *γένεσις* nimirum vel *τὰ αἰσθητά,* non habent *οὐσίαν ὄντως οὖσαν·* cf. Sophist. p. 248. A. *Esset* ponitur, quia sequitur *potuit.* Orellius constructionem eam esse manifesto ait, quam monstravit Hottinger. (in Eclogg.): *Quumque nihil esset* (*οὐδενὸς ὄντως ὄντος*) *quod oriretur et interiret; nihil enim Plato putat esse, quod oriatur et intereat;* nec vero probandam esse Billerbeckii explicationem parum latinam: *quumque τὸ nihil* (*οὐδὲν*) *existeret* i. e. *Quumque, quod in rerum externarum natura esset,* nihil *esset*: neque magis probat eius coniecturam in seqq.: *quod semper tale sit, quale* (scil. *est*) — *ἰδέαν* cet, quamquam etiam Reisk. simile quid coniecerit: *quod semper tale sit, quale id, quod ἰδέαν* cet. Quae sententia cum plane satisfaciat, non est, cui plura addamus. *Mr.*

ut omnibus locis — disseritur] Post *ut* additur *in* in Codd. Rehd. uno Ox. Mon. 2. Vind. 2. Vocem *ut* omittit eiusque loco *in* exhibet Cod. Marb. In Ed. H. scribitur: *ut a Platone omnibus locis disseritur.* Post *nihil* abest *enim* a Cod. Gud. *Mr.*

Nihil enim putat esse, quod oriatur et intereat] Vulgo, *nihil enim* ille *putat.* Penultimam vero vocem non agnoscit Reg. quapropter eam delevi. Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypot. lib. III. cap. 5. *Πλάτων γινόμενα μέν, ὄντα δὲ οὐδέποτε, καλεῖ τὰ σώματα.* Ex Platonis mente Diogenes Laertius lib. III. §. 19. *Ταῦτα δ' (αἰσθητά) ἐστιν, ὧν ἀεὶ γένεσις, οὐσία δὲ μηδέποτε πέφυκε. νοητὸν δὲ ἐξ οὗ μηδὲν ἀπογίνεται μηδὲ προσγίνεται.* Vide et §. 64. Hoc autem clarissime docuit ipse Plato in Timaeo pag. 526. *Τί τὸ ὂν μὲν ἀεί, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον; καὶ τί τὸ γιγνόμενον μέν, ὂν δὲ οὐδέποτε; Τὸ μὲν δὴ νοήσει μετὰ λόγου περίληπτον ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὄν· τὸ δὲ δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου δοξαστόν, γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν.* Ea laudant Iustinus M. Cohort. ad Graec. cap. XXII. Eusebius Praep.

quod semper tale sit, quale ἰδέαν appellat ille, nos speciem:)

Evang. lib. XI. cap. 9. Theodoretus Therap. II. pag. 26. Sextus Empiricus advs. Mathem. VII, 142. et Zacharias Scholasticus de Opif. mundi pag. 501. Adducit etiam Cyrillus in Iulianum lib. I. pag. 23. ubi pro γνώσει μετὰ λόγου lege νοήσει μετὰ λόγου περίληπτον. In iisdem vocibus peccatur apud Suidam in Πλάτων Tom. III. pag. 125. habet enim, νοήσει τοῦ λόγου περίληπτον. Rescribendum νοήσει ΜΕΤΑ λόγου περίληπτον. Hoc cum non observasset Kusterus, locum prorsus incommode vertit. Vide sis et Apuleium de Hab. Doct. Platon. pag. 574. *D.*

Nihil enim putat esse,] Vocem *ille* omisi cum Davisio, cum eam non tantum a Cod. Reg. abesse vidissem, sed etiam a tribus Oxx. Vind. 1. et praeter Ed. Lamb. etiam ab Edd. HWolf. Fr. Fabr. Leod. Sylb. Brut. Car. Steph. praeterea in Codd. Rehd. et Mon. 2. *ille* ponitur post *putat*. Mox pro *solum esse* Codd. Gud. 1. 2. Duisb. et unus Ox. *solum esset*, alius quidam Ox. *solum esset et tale sit*: unus denique Ox. et Ed. P. *solum est*. *Mr.*

Quale *εἰδέαν appellat ille, nos speciem*] Vulgo *qualem*: nos vero Reg. Med. Bal. et Eliens. tertium sequimur. Porro ideae secundum Platonem sunt aeterna quaedam et νοητὰ rerum corporearum exemplaria. Vide Ciceronem Acad. I, 8. Tertullianum de Anim. cap. 18. Apuleium de Habit. Doct. Plat. lib. I. pag. 573. et Diogenem Laertium III, 13, 77. Alcinous cap. 9. Ὁρίζονται δὲ τὴν ἰδέαν, παράδειγμα τῶν κατὰ φύσιν αἰώνιον. Stobaeus Eclog. Phys. cap. XV. pag. 30. Ἰδέα ἐστὶν οὐσία σώματος (Leg. ἀσώματος) — αὐτὴ μὲν ὑφεστῶσα καθ' ἑαυτήν, ἐνεικονίζουσα δὲ τὰς ἀμόρφους ὕλας καὶ αἰτία γιγνομένη τῆς τούτων διατάξεως (scribendum δείξεως) πατρὸς ἐπέχουσιν (forsan ἐπέχουσα) τοῖς αἰσθητοῖς τάξιν. Adi Plutarchum Plac. Phil. lib. I. cap. 10. Origenes Philos. cap. XIX. pag. 110. Τὸ δὲ παράδειγμα τὴν διάνοιαν τοῦ Θεοῦ εἶναι, ὃ καὶ ἰδέαν καλεῖ, οἱονεὶ κονίσματι (Leg. ᾧ οἷον εἰκονίσματι) προσέχων ἐν τῇ ψυχῇ ὁ θεὸς τὰ πάντα ἐδημιούργει. Ubi mirandum non est si diversus a Stobaeo et aliis quamplurimis abeat Origenes, cum ipse Plato ἰδέας ποτὲ μὲν οὐσίας καὶ ὑφεστάναι καθ' ἑαυτὰς διϊσχυρίζεται, ποτὲ δὲ καὶ ἐννοίας εἶναι θεοῦ διορίζεται, ut ait Cyrillus in Iulian. lib. II. pag. 66. Si plura cupias, adeatur vir doctissimus Ioan. Clericus Art. Crit. P. II. S. II. cap. V. 4. seqq. *D.*

quale ἰδέαν appellat ille] *Quale* habent Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. quatuor Oxx. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 2. Bern. Edd. S. E. Dav. Koel. FAWolf. Nobb. Or. De Reiskii et Billerbeckii commentis iam vidimus. Ern. coniecit *quam*. Vulgati habent *quam*, quod praefert Kühnerus, ut dictum sit, ut de Legg. I. 7: *animal hoc providum — quem vocamus hominem* laudato Ochsnero ad Cic. Eclogg. p. 30 sq. [p. 36 sq. ed. 3.] [Sed eo ipso loco Ochsnerus docet, praestare nostro loco *quale* (p. 37.): *qualem* vero tum tantum probari posse, si *semper tale* esset i. q. *semper idem, immutabile*, i. e. si praedicatum plenum esset.] Krüger. Über d. Attract. §. 36 sqq. [sed et hic legit, et recte quidem, *tale*: vid. p. 104. 112.] Schützius operarum, ut videtur, errore dedit *quales*. Buggius denique in Progr. laud. p. 21: „Pro *qualem*, ait, nec cum Davisio et Wolfio *quale*, nec cum Ernestio *quam* substituere opus habes. Non enim correlatum est antecedentis *tale*, sed absolute positum, et quod ad genus attinet, uti saepissime vocabula relativa, sequenti substantivo, *ἰδέαν*, accommodatum. Est igitur hic sensus: Nihil putat esse Plato, nisi quod *semper idem* maneat, cuius semper eadem sit ratio, idem status: quod autem ita se habet, id ab eo *ἰδέας* nomine insignitur.“ Sed de eo ipso merito

non potuit animus haec in corpore inclusus agnoscere; cognita attulit: ex quo tam multarum rerum cognitionis

---

dubitat Ochsnerus, an *semper tale* sit plenum praedicatum significetque *semper idem:* id cum probari non possit; nec illud probandum est. Iam vid. etiam de h. l. disputantem Censorem Ed. Kühneri Lipsiensem 1831. 200. p. 1594 sq. *Mr.*

ἰδέαν] Ita scripsi cum Or. FAWolfio, Sch., Nobbio, post Leod. HWolf. cum ipse Plato ita scripserit. Probat etiam Goerenzius, qui item graecis literis exaratam dedit eandem vocem loco gemino Acadd. I. 8. 30: *mentem volebant rerum esse iudicem: quia sola cerneret id, quod semper esset simplex et uniusmodi, et tale, quale esset. Hanc illi ἰδέαν appellabant, iam a Platone ita nominatam: nos recte speciem possumus dicere.* Scribitur *ideam* in plerisque libris et scriptis et editis; *εἰδέαν* in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Dav. lacunam habent eius loco duo Oxx. Aug. et Mon. 1. in hoc vero expleta est scriptione *ydea;* Ed. H. *ydean;* Cod. Marb. *EIAEAN* additis literis *gr.;* Mon. 2. *συδρδαν,* sed in marg. *ideam;* Rehd. *FιδεlF appellatur ille;* Bern. *eidean.* Vind. 1. *εἰδεῖαν.* Vocem *ille* omittit Cod. Duisb. Pro *nos speciem* Edd. Put. B. Junt. Cam. Ven. nostr. HWolf. Asc. 1. 2. *speciem nos.* De *ideis* Platonicis loqui et longum est, et alii dudum praeceperunt. Veterum sententias collegit Jac. Bruckerus in libro bonae frugis plenissimo: Historia Philosophica de Ideis. August. Vindel. 1723. 302. pp. Add. Facciolati Instit. Logicae Peripat. p. 127 sq. Walchii et Krugii Lexica Philosophica v. *Idee.* Wyttenbach. ad Platon. Phaedon. p. 270 sq. Gedike Hist. Philos. ant. p. 163. sqq. *Mr.*

non potuit animus haec in corpore inclusus agnoscere] Pro *haec* est *hoc* in tribus Oxx. uno Palat. Edd. A. B. S. E. C. V. Junt. Rob. Steph. Ven. nostr. Med. Cam. Asc. 1. 2. Eam vocem omittit unus Ox., alius habet *hic animus.* Codd. Gud. et Duisb. *in corpore inclusus haec agn.* Vind. 2. *inclusus in corp.* In Codd. Gud. 1. et 2. scribitur *adgnoscere.* In marg. Lambb. et Goth. est coniectura: *cognoscere,* quod improbabat Gebhardus, probabat FAWolfius in scholis. Recte autem Kühnerus: *agnoscere* dicimur res, quarum cognitionem vel notionem ante perceptam habemus; *cognoscere* omnino res, in quarum notitiam primum venimus: saepissime autem permutari ait inter se ista verba, et ita quidem, ut hoc saepius pro illo ponatur: recte autem mox dici *agnoscit illa reminiscendo.* Add. Ochsn. ad h. l. Eclogg. p. 57 sq. Cic. de N. D. II, 39: *tenebrae* (tantae fuisse dicuntur) *ut per biduum nemo hominem homo agnosceret:* ubi item quinque Codd. *cognosceret. Mr.*

cognita attulit] Cod. Duisb. et MS. apud Verb. *sed cognita attulit.* Illa vero particula sono intelligitur. Ad sententiam Camerarius haec: „Cum igitur nihil esset, quod nasceretur et interiret, quid in caduco corpore inveniret, rerum scilicet, id est *τῶν ὄντων,* vacuo animus? Ergo attulit aliunde. Fuit igitur prius, quam in corpus intraret.“ Quae sequuntur: *ex quo — tollitur,* desnnt in Cod. uno Ox. Vocem *tam* omittit Cod. Aug. Idem habet *admiratio cognitionis,* qui ordo, cum praecedat *multarum rerum,* ut esset *multarum rerum admiratio cognitionis,* videtur correctoris potius esse, nescio quam elegantiam interposito inter Genitivos Nominativo quaerentis, quam Ciceronis. — *Ex quo* ponitur pro *quo: admiratio,* non est quam nos dicimus Bewunderung, sed Verwunderung: quo sensu semel dixit Cicero de Div. II. 22. 49: *miratio:* ad quem locum vid. nostr. annot. p. 377. ed. nostr. *Neque,* quod iam alii monuerunt,

admiratio tollitur. Neque ea plane videt animus, quum repente in tam insolitum tamque perturbatum domicilium immigravit; sed quum se collegit atque recreavit, tum agno-

---

est pro *neque vero:* vide locos similes apud Turnebum. de Particull. p. 511 sq. ed. Schwarz. *Plane* explicat Beroaldus *lucide et perspicue.* Ita est de Finn. III. 2. 10: *sed tu istud dixisti bene latine, parum plane.* In praeteritis duo Oxx. omittunt *rerum*: iidem pro *neque* habent *neque enim:* in qua scriptione agnoscis glossatoris manum. *Mr.*

Cum repente in tam *insolitum*] Vulgo, *cum* tam *repente in insolitum.* Multo autem commodior est is ordo, quem Victorius est secutus, nostrique Mssti repraesentant. *D.*

quum repente in tam insolitum] Ita Codd. Reg. Bern. Gud. 1. 2. Marb. Aug. Vind. 2. Gud. Rehd. Duisb. Mon. 1. 2. Edd. P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cam. Ald. Sturm. Rob. et Car. Steph. Junt. H. Praeterea Dav. in Ed. 1. ait se ita scriptum reperisse in MSS. Norvic. Petrens. et Ed. Ven. 1491. Ex recc. ita ediderunt post Davisium Oliv. FAWolf. Schz. Lall. Nobb. Or. Tbn. Sed Gebh. Grut. Ern. sine libris, ut videtur, ediderunt *tam repente in insolitum.* Boul. Brut. Lamb. Goth. Fr. Fabr. Med. Ald. unus Cod. Ox. et Vind. 1. habent *tam repente in tam insolitum.* Sola Ed. Sylb. *tam repente in tam solitum:* quod, ut operarum vitium, enotavit etiam Reiskius ex Ed. Steph. (Rob. Steph. 1543.): cuius lectionis vel depravationis in nostris Stephanianis nullum est vestigium. Unus Ox. habet *repenteque vitam insol.*, alius *repente vitam ins.* Billerb., qui neque Codd. MSS. neque Edd. vett. contulit, in omnibus fere esse eam lectionem existimabat, quam primus tacite dedit Gebh., eam vero mutatam esse a Victorio et Davisio. Ridiculus fere est, qui sine libris de lectionum auctoritate disputat. Pro *tamque* solus Cod. Aug. *tanquam.* — *Perturbatum domicilium* paullo insolentius dictum pro domicilio perturbationibus obnoxio. Sequitur in Cod. Duisb. *migravit.* — Pro *collegit* Gud. 1. et unus Ox. habent *colligit. Mr.*

tum agnoscit illa reminiscendo] Cod. Gud. *illa agnoscit,* minus bene. Pro *illa* est *ea* in Cod. Vind. 1. Edd. P. A. B. S. E. C. M. L. Brut. (sed hic dicit in ann. alios habere *illa*) Junt. Boul. Goth. et reliquis vett. exceptis Rob. Steph. Leod. Fr. Fabr. In Ed. HWolfii v. *ea* explicatur: quae in vita superiore cognoverat. Recte. Bouhierius quum in Ed. sua, quam saepius laudat, vetere reperisset: *tum agnoscit vel retractat illa reminiscendo;* manifesta hac glossa Ciceronem esse ditandum existimavit. De sensu verborum *reminiscendi* et *recordandi* vid. Doederlein. *Lat. Synon.* u. *Etymol.* T. I. p. 166. sq. coll. T. III. p. 315. — Proxime scripsi ex Codd. Reg. Gud. 1. Aug. Mon. 1. Marb. Vind. 1. Gud. Duisb. (sed hic habet *nil*) cum Dav. *nihil est aliud:* reliqui habent *nihil aliud est.* Ed. H. *nihil esse aliud.* Gud. 2. *nihil aliud discere quam recordari,* omisso *est*: in marg. *nisi.* Cod. quoque Vind. 1. habet glossam *quam.* Verba *ego — admiror* omittit unus Ox., alius nonnisi *maiore*: cuius loco tertius habet *maiorem,* unde factum est *maiore vi* in Edd. P. A. B. S. E. Med. Junt. Cam. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Quod eum in aliquot Edd. vett. etiam vidisset scriptum Reiskius, coniiciebat *maiorem vim etiam quodammodo memoriae admiror.* Sed plane nihil mutandum. Error inde ortus est, quod pro *quodam modo* multi particulam *quodammodo* scriptam esse existimabant a Cicerone: quo facto non habebat *maiore,* quo referretur. Quare addidit corrector aliqui *ei* ad v. *maiore;* quod cum scriptum esset veteri more *ei,* alii id *m* inverum esse existimantes inde correxerunt, prudenter scilicet, *maiorem etiam quo-*

scit illa reminiscendo. Ita nihil est aliud discere nisi re- 59
cordari. Ego autem maiore etiam quodam modo memoriam admiror. Quid est enim illud, quo meminimus? aut quam habet vim? aut unde [natam]? Non quaero, quanta memo-

---

dammodo memoriam: ut solent eiusmodi homines ad alienissima potius abire, quam ad veritatem redire. Vocem *etiam* omittit unus Ox., eius loco Aug. habet *et*. Quod hoc quoque loco Cicero duplici sensu utitur *memoriae* nomine, ut sit et discendi facultas, quae item est Platonica *ἀνάμνησις*, et ipsa ea animi facultas, qua, quae in vita sive didicimus sive vidimus, revocare possumus, id, ut iam supra monui, reprehendendum est, quia confusionem parit rerum admodum diversarum; ut ipse Cicero aut errasse, aut certe aliis ab errore non satis cavisse videatur. In Cod. Rehd. scriptum est *amniror*, quam scriptionem in Laelio amplexus est Beierus. *Mr.*

Quid est enim illud, quo meminimus?] Vocem *est* omittit unus Ox. Cod. Duisb. habet *quid enim est*. De iusto horum vocabulorum ordine vide Otto ad Cic. Cat. maj. in Excursu I. p. 222 — 224. Vox *illud* abest a Cod. Aug. Idem cum quinque Oxx. omnibus Gebhardi, nostris Gud. 1. 2. Duisb. Vind. 1. 2. Mon. 2. Marb. *quod* pro *quo*: sententia adversante. *Mr.*

aut unde naturam] „*Unde natura* Gryphii liber MS. longe optimus, quo posthac utemur: *ἀκέφαλον* enim nacti sumus. *Unde natam* Lambinus edidit.“ *Brutus.* — „In vulgatis libris est *naturam*: in quo mendum P. Manutius odoratus, *aut undenam?* corrigendum putavit. Nos Lambini emendationem (*natam*) praeferimus.“ *Fr. Fabricius.* Assentit ei Bouhierius. Bentleius quid contra Lambinum, Manutium et Davisium disputaverit, quidque ipse excogitaverit, infra vides. Aut unde *natam* dedit et defendit ex suis Codd. Dav. in in Ed. 2. *Mr.*

Aut unde naturam] Mendum suspicatus P. Manucius reponit, *aut undenam*. Felicior est D. Lambini medicina, qui corrigendum censuit, *aut unde natam*; sic enim dant Eliens. tert. et Petrens. a prima manu. Cum tamen *vim* et *naturam* passim coniungat Cicero, vetustissimusque Reg. vulgatam lectionem teneat, ab ea non recedo. Vide supra cap. XXIII. De Orat. I, 38: denique Fin. I, 16. *D.*

aut unde [natam]?] *Natura* quid hic sit, nemo dicat. MSS. ap. Davisium habent, quod Lambinus coniecerat, *natam*, quod recepi. Vitium natum est e compendio *ntam*, quod est in Guelf. quod et *naturam* et *natam* legi potest.“ *Ern.* Nissen. malim, ait, *natum*. Idem eodem fere tempore excogitavit Hottinger. in Progr. laud., qui, postquam lectionem *naturam* corruptam esse concessit, ita contra lectionem Lambinianam disputat: „Primum iste dicendi modus: *memoria vim suam unde habet natam*, Ciceronem mihi parum refert: qui, aut fallor, potius sic dixisset: *aut quam habet vim? aut unde?* Sed nec ipsa sententia verbis istis subiecta, si rem dialectica subtilitate exigas, probari possit. Quid enim *illud, quo meminimus*, esse dicamus, nisi ipsam *memoriam?* Quid porro *vis memoriae?* Numquid aliud, quam ipsa memoria? Ergo Cicero, *memoria* unde *memoriam* habeat, quaesiverit? At id quidem absurdum. Quid multa? Mihi sic scripsisse videtur Cicero: *Quid enim est* [scr. *quid est enim*] *illud, quo — — aut unde natum?* Id enim quaeritur in tota hac disputatione, num animi atque adeo memoriae, quae est animi quaedam pars sive facultas insignis, origo ad corpus, aut rem ullam corpoream possit referri? Ita paullo post cap. proximo: *Quid enim, obsecro te, terram tibi, aut hoc nebuloso et caliginoso caelo aut sata aut concreta*

ria Simonides fuisse dicatur, quanta Theodectes, quanta is, qui a Pyrrho legatus ad senatum est missus, Cineas, quanta

---

videtur tanta vis memoriae? ubi satis trita periphrasi *vis memoriae* nihil amplius, quam ipsam *memoriam* significat, ut quum *vis deorum* dicitur pro *numine.*" FAWolfius, cum vox *natam* absit ab optimis Codd. [abest autem a nullo ita, ut non eius loco substituatur *naturam,* quod ipsum esse videbimus in optimis]; uncinis illam vocem coërcuit. Or. et Nobb. *natam* uncinis liberaverunt cum Schützio: Billerbeckius plane eiecit, ad v. *aut unde* subaudiens *haec vis nata?* vel: *illud, quo meminimus, natum est?* Huic ego assentior, quod ad sententiam: sed cum in omnibus libris alterutrum sit vocabulum, violentius agere nolui. Et habent *naturam* Codd. quinque Oxx. omnes, ut videtur, Gebhardi, nostri Reg. Gud. 1. 2. Aug. Bern. Rehd. Duisb. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. Marb. Edd. H. A. B. S. E. C. V. et nostrae vett. omnes, praeter marg. Lamb. et Goth. *Natum* habent, praeter duos Davisianos, quatuor Oxx. et post Ed. Davisii secundam Ern. Oliv. Lallem. Bip. et recentissimi, quos diximus. Koel. cum Wolfio facit, laudans cap. 25. §. 60. ubi est: *quae sit illa vis, et unde sit, intelligendum puto.* Cod. Gud. habet *nat̃*, compendio dubio. Ego vero, ut fatear, quod est, *naturam* quamquam maxime improbo, fieri tamen potuisse existimo, ut a Cicerone profectum sit *quam habet vim aut naturam?* Vide modo locos a Davisio laudatos. Cum vero omnes habeant *unde,* si a Cicerone profectum est, glossator aliquis adiecisse videtur *natam,* cum c. 25. §. 60. legisset *sata — vis memoriae.* Utut est, nolui vestigia antiquissimae scriptionis plane obliterare. — Cum Cod. Gryphiano sola facit Ed. P. *Mr.*

Quanta memoria Simonides] Is artem memoriae primus ostendisse dicitur. Vide Quinctilianum Inst. Orat. lib. XI. cap. 2. Plinium H. N. VII, 24. et Aelianum H. A. VI, 10. *D.*

Non quaero, quanta memoria Simonides] Verbum *quaero* abest ab uno Ox. Scribitur σιμωνίδης in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Ed. P.; CIALCONIAC in Cod. Marb. superscriptis literis *Gr.*; σιΜωνιασHC in Mon. 1. Ed. A. *Simonidi;* quod est correctoris. De Simonide vid. quos congessit veterum locos Hoffmannus in Lex. Univ. s. v. Add. Analect. Br. T. I. p. 137. n. LVI: (T. I. p. 69. Jacobs.)

Μνήμη δ' οὔτινα φημὶ Σιμονίδῃ ἰσοφαρίζειν
δγδωκονταέτει, παιδὶ Λεωπρεπίος —

ex Aristide T. II. p. 379. Jebb. *Mr.*

Quanta Theodectes]. D. Lambino placet *Themistocles,* et sic ex Msto Fr. Fabricius. At si ullus extat eiusmodi Codex, a sciolo quodam fuit emendatus. Nam licet Themistoclis memoriam celebrent plurimi, recte tamen habet vulgata lectio; quum *semel auditos quamlibet multos versus protinus dicatur reddidisse Theodectes,* ut auctor est Quinctilianus Inst. Orat. lib. XI. cap. 2. eique artem memoriae fuisse tradit Aelianus H. A. lib. VI. cap. 10. *D.*

quanta Theodectes] Post *quanta* additur *est* in Cod. Aug. Scribitur in eodem et Vind. 1. marg. Vind. 2. *Theodotes,* in Marb. *Thedectes,* in Vind. 2. *Theothetes,* in Mon. 2. *Theodoctus,* in duobus Oxx. *Theodorus,* in tribus Oxx. Mon. 1. et Edd. P. Ven. 1. *Theodotus,* in Edd. Ven. 2. A. *Theodatus,* in Cod. Duisb. *Themistocles,* quod praetulit cum Lambino Fr. Fabricius. Plura vid. de Theodecte in Schützii Lex. Cic. T. I. s. v. et Hoffmanni Lex. Univ. s. v. Mox Mon. 1. *Pirro.* Pergit Duisb. *ad Senatum legatus:* tum Mon. 2. Vind. 1. *missus est.* Verbum *missus* omittit Cod. Gud. 2. *Mr.*

Cineas] Vulgo *Cyneas.* Male. Graecis enim *Κινέας,* non *Κυνέας*

nuper Charmadas, quanta, qui modo fuit, Scepsius Metro-

dicitur. Vide Cl. Salmasium Exerc. Plin. pag. 49. [p. 36. ed. Traj. 1689. f. m.] Eius memoriam hisce verbis celebrat Seneca Controv. Prooem. *Cineas — missus a Pyrrho legatus ad Romanos, postero die novus homo et Senatum et omnem urbanam circumfusam plebem nominibus suis persalutavit.* Adi sis et Plinium H. N. VII, 24. ac Historiae Miscellae lib. II. pag. XI. *D.*

Cineas] Pravam scriptionem *Cyneas* servaverunt tamen, post Davisii correctionem, Ern. Bip. Nobb. eamque exhibent septem Oxx. Marb. Mon. 2. et Edd. vett. usque ad Grut. Probam habent Reg. Gud. 1. 2. (hi scriptum habent *Ceineas*, ut se in antiquissimo Codice Regio Solini reperisse testatur Salmasius in Pliniann. Exercitatt. p. 36.) unus Ox. Aug. Mon. 1. Duisb. et post Davisium FAWolf. Koel. Schz. Or. Oliv. Lall. In Gud. est *Cemeas*, in quo habes vestigia scriptionis *Ceineas*, in uno Ox. *Comeas*. Locis a Davisio laudatis adde Plutarchum in Pyrrho c. XV. sqq. praeterea Hoffmannum in Lex. Univ. s. v. *Mr.*

Quanta nuper Charmadas — *Scepsius Metrodorus*] In vulgatis est *Carmadas*, ac ita quoque Turnebus Advers. X, 16. p. 326. Cum vero Graecis Χαρμάδας, non Καρμάδας, dicatur; proborum Codicum lectionem recipiendam putavimus. Vide Cl. Salmasium Exerc. Plin. pag. 50. Bak. et ex editis multi hic, ut et lib. II. de Orat. cap. 88. *Carneaden* repraesentant, sed iis ratio temporum repugnat, ut fuse docet Joan. Jonsius Hist. Phil. lib. II. cap. 14. Ei sane placet *Charmides*, quod eodem redit. Quinctilianus tamen Instit. Orat. lib. XI. cap. 2. *Quare et* Carneades, *et Scepsius, de quo modo dixi, Metrodorus, quos* Cicero *dicit usos hac exercitatione* (lib. II. de Orat. extr.) *sibi habeant sua.* Legendum *Charmadas* vel *Charmides*, iubente Chronologia. *D.*

quanta nuper Charmadas] Nihil certius hac scriptione, quam exhibent libri paucissimi; ex nostris nonnisi Gud. 2. et, ut videtur, Reg. itemque quatuor Gebhardiani. Proxime accedunt ii, in quibus est *Carmadas*, Gud. I. et quos inspexit Turnebus. *Charneades* habet Vind. 2. unde transiit nominis scriptio in corruptionem *Carneades*, quae occupat reliquos Codd. nisi quod in uno Ox. est *Cardamas*, Ed. P. habet *Carnedeas*, quae tamen scriptio iam displicebat Beroaldo, qui dudum ante Jonsium (v. Dav. annot.) malebat *Charmides* ex Plin. [H. N. VII. 24.] ubi iam inde ab Harduino legitur *Charmadas*: cuius vid. edit. p. 387. et annot. crit. LXXIX. p. 425. a., in qua Harduinus quoque Ciceroni veram scriptionem vindicat, quod item fecit Hoffmannus in Lex. univ. s. v. *Charmadas*. „Lege *quanta nuper Charmadas.*“ *Lambinus*. Add. H. Valesii Emendatt. I. 29. p. 33. ed. Burmann. Lambb. et Gebh. dederunt *Carmadas*. Iam dudum etiam *Charmadae* nomen restitutum est in locis Ciceronis aliis, quos laudat Schütz. in Lex. Cic. s. v. ex quibus huc maxime facit de Or. II. 88. 360. (Schtz. perperam laudat cap. 36.), ubi etiam *Scepsii Metrodori* fit mentio. In posterioris autem viri nomine non minus peccari, nemo mirabitur. Quod praecedit *fuit* abest a duobus Oxx. et Gud. 2.; Reg. Gud. 1. *Secpsius*, Aug. *Saepius*, duo Oxx. Marb. Rehd. *pseusippus*, unus Ox. et Mon. 2. (hic vero punctis subscriptis) *Speusippus*, Gud. 2. Duisb. et unus Ox. *sepsius*, alius Ox. *sepius*, unus *sephius*, Edd. E. C. V. M. *Scephius*, Ed. P. *Scephus*, Ed. A. *Scipsius*, Ed. Ven. nostr. *scepsuis*, Asc. 2. *sceptius*. Vind. 1. *Septius*. In reliquis vera est scriptio. De *Scepsio Metrodoro* vid., quem supra laudavimus, Plinium l. c. ibiq. Hard. et universe quos laudat Ciceronis

dorus, quanta noster Hortensius; de communi hominum memoria loquor, et eorum maxime, qui in aliquo maiore studio et arte versantur: quorum quanta mens sit, difficile est existimare; ita multa meminerunt.

25 Quorsus igitur haec spectat oratio? Quae sit illa vis,
60

locos Schz. in Lex. Cic. s. v. *Metrodorus*, qui non debebat s. v. *Scepsius* hoc nomen ut hominis alicuius diversi ab illo laudare, sed ad Metrodorum lectores relicere. Plura dabit Hoffmannus Lex. Univ. s. v. *Metrod. Scepsius:* add. de Metrodoris Fabricii B. Gr. II. p. 660. III. 606. 607. *Scepsis*, Metrodori patria, fuit urbs Phrygiae, de qua v. Bischoffii et Moelleri Lex. Geogr. Vet. Med. et Rec. (Goth. 1829.) s. v. Cod. Aug. habet *Metrodotus*, *Mr.*

Noster Hortensius] Huius excellentem memoriam depraedicat Cicero in Bruto cap. 88. Seneca Controv. Prooem. *Horteusius a Sisenna provocatus, in auctione persedit diem totum, et omnes res, et pretia, et emptores ordine suo recensuit, argentariis recognoscentibus, ita ut in nullo falleretur.* Adi sis Latinum Pacatum Pan. XII. c. 18. ac Quinctilianum Inst. Orat. lib. X. cap. 6. et lib. XI. cap. 2. *D.*

noster Hortensius] Unus Ox. *nunc Hortensius.* Cod. Duisb. *noster et Ortensius.* De Hortensii memoria plane admirabili vid. Luzacii Diss. de Q. *Hortensio* (Lugd. Bat. 1810.) p. 107 sq. *Mr.*

De communi hominum *memoria*] Vulgo *omnium.* Sed editos veteres sequendos duximus. *D.*

de communi hominum memoria] Ita tres Oxx. Vind. 1. Aug. Mon. 1. Rehd. Guelf. Edd. veteres omnes, usque ad Gebh., exceptis H. marg. Crat. Vict. Rob. Steph. Cum Gebhardo ex reliquis libris dederunt *omnium* Verb. Lall. Olivet. Reisk. In seqq. unus Ox. *alio* pro *aliquo*: tum Marb. *maiorum*, Duisb. *maiori* Gud. et Vind. 1. *studio versantur et arte.* Vocem *Studio* omittit unus Ox. Circa finem capitis tres Oxx. et Mon. 1. *extimare.* Pro *meminerunt* Gud. *meminere*, Gud. 2. et unus Ox. *meminerimus. Mr.*

Cap. 25. Quorsus *igitur haec spectat*] Sic noster etiam lib. I. de Legg. cap. 24. *Sed* quorsus *haec pertinent*. Nam ita dant Codices. Ne vero probitas vocis in dubium revocetur, adi Senecam de Ira lib. II. cap. 2. et lib. III. cap. 5. Vulgo *quorsum*, et perparum refert, utro legatur modo. Mssti tamen vel in minimis sequendi videbantur. *D.*

Quorsus igitur haec spectat, oratio?] *Quorsus* habent sex Codd. Gebhardi, quinque Oxx. Reg. Rehd. Duisb. Gud. 1. Aug. Bern. Mon. 2. Marb. Edd. P. Lall. Ol. Verb. Koel. FAWolf. Schz. Or. Nobb. antiquiore eaque meliore forma ante vocales et lit. *h*. Cf. Beier. ad Cic. de Off. III. 16. extr. p. 305. sq. Gernh. ad Cic. de Off. I. c. p. 341. in primis eundem ad Cic. Cat. maj. XII. 42. p. 76. sq. Otto ad Cic. de Sen. V. 13. p. 85. Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 7. 22. p. 29. ad de Finn. IV. 17. 46. p. 478. sq. nos ad Cic. de Legg. I. 24. 63. Sed ibid. I. 7. 22. p. 55. nunc restitutum velim ante consonam *quorsum* (*pertineat*). Pergit Cod. Aug. *haec igitur*: unus Ox. *igitur hoc.* Vind. 2. *igitur ipsa.* Tum Marb. *exspectat. Mr.*

Quae sit illa vis, et unde, intelligendum puto.] „Eieci alterum *sit* post *unde*, imperantibus Fabr. et tribus prioribus Palli". *Gebhard.* „In Codd. fere omnibus est *et unde sit*. Sed repetitum *sit* insuave est: praeterea aliquid ad sententiam explendam videtur deesse: legerim igitur: *quae sit illa vis, et, unde, sic intelligendum puto.*" *Bentbier.*

et unde sit, sic intelligendum puto. Non est certe neo cordis, nec sanguinis, nec cerebri, nec atomorum. Anima sit, ignisne, nescio: nec me pudet, ut istos, fateri nescire, quod

---

Et unde sit] Vulgo deest vox ultima, quam nos ex Victor. Reg. Balliol. Eliens. tert. et Bak. recipiendam censuimus, nec aliter Cicero loqui solet. *D.*

Quae sit illa vis, et unde sit, sic intelligendum puto] Ferri non potest simplex illud *intelligendum puto*, nisi addatur Adverbium. Hoc probe viderunt FAWolfius et Sch., qui dederunt, quod volebat Bouhierius. Sed cum *sit* exhibeant Codd. fere omnes, octo Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Rehd. Gud. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2., neque tamen *sic* omni auctoritate destituatur, cum sit in Cod. Bern. et in Ed. omnium, quae exstant, vetustissima H., mihi quidem non videtur dubium absorptam esse alterutram vocem, cum sint similli-mae, et Ciceronem pro suo more repetivisse quidem verbum substantivum, nec vero contra morem suum omisisse ad verba *intelligendum puto* qualitatis particulam. Et in hac nunc sententia esse video Orellium in Obss. ad calc. ed. p. 174. et, quae habet FAWolfius in scholis (qui dedit *unde, sic intelligendum p.*) legi etiam posse *unde sit*, ad nostram quoque sententiam intelligi possunt. Ern. post Gebh. cum Bip. Lall. Oliv. omisit *sit* et *sic:* cum Davisio facit Nobb., et, in contextis quoque, Orellius: accedit Kühnerus. Rathius „Hunc locum, ait, sic lego et distinguo: *Quorsum igitur haec spectat oratio? quae sit illa vis, et unde sit. — Intelligendum puto*, non *esse certe nec cordis* etc. i. e. eo spectat, ut intelligatur, quae sit illa vis et unde sit:" iam refutatus a Censore Jenensi l. c. p. 392. qui laudat de Off. III. 16: *quorsum haec? ut illud intelligas*: de Sen. 12: *quorsum haec? ut intelligatis:* cum Wolfio autem praefert *sic*. Bugglus denique in Progr. laud. p. 21: item, cum manca sit sententia, si Ernestum, vel potius Gebhardum sequaris, neque plena, si Davisium, Wolfii lectionem amplexus est, addens: „*sic* (i. e. ex his, quae dicta sunt; ex hac oratione, quae quorsus spectet, quaeris) intelligi debere puto, quae sit illa vis, et unde orta. *Sic* igitur non ad sequentia pertinet, sed ad id, quod quaesiverat oblocutor, quorsus spectaret ea oratio." Nissen. verba, *quae sit illa vis*, ita explicat, ut addat: non memoriae solum, sed totius mentis atque animi. Nam oratio a parte ad totum ascendit. Quod vero ait Or. in ann., Davisii lectioni favere locum prorsus similem de Finn. 3. §. 39: id secus est. Legitur quidem ibi: *Constituto autem illo — intelligi necesse est:* non addito *sic*: sed non abrumpitur oratio, ut nostro loco, sed continuatur Accusativo cum Infinitivo: *pluris id — aestimandum esse* etc. Multo autem similior est nostro, quem idem laudat Or., locus alter de Finn. 4. §. 38: *sed sic intelligamus:* quo dicto, parenthesi abrumpitur locutio; qua absoluta alia denuo sequitur constructio particula *igitur* illata. Rectius Nissenio iam Beroaldus intellexit verba *illa vis* addens: „illa memoriae potentia, quae Graece dicitur δύναμις": ad v. autem *nec cerebri:* „dudum diximus, ex cerebro prout temperatum fuerit, memoriam exsistere meliorem vel deteriorem: non quia cerebrum sit ipsa memoria, quae vis animi est: sed quia domicilium." In seqq. duo Oxx. omittunt *est* post *non*. *Mr.*

Anima *sit ignisve, nescio*] Sic Codices. Leg. *an animae sit ignisve, nescio*, ut optime Bentleius reposuit. *D.*

Anima sit an animus ignisve] „Ita Edd. omnes: sed in Gryph. exemplari legitur *anima sit ignisve*: vocem *animus*, quae in vulgatis haesit, minime quidem hoc loco necessariam, non habet." *Brutus*

nesciam. Illud, si ulla alia de re obscura affirmare possem,

In marg. Edd. Lambb. et Goth. est coniectura: *anima sit animus ignisne*. Bentleii emendationem, quam in ann. probat Davisius, ipse in Ed. 2. in orationis seriem recepit. Bouhierio placebat Lambinianum *ignisne*, lectionem vero *an animae* idem non existimabat necessariam. Lallemannus contra probabat Bentleii correctionem, addens vulgatam certe non niti librorum MSS. auctoritate. Verb. errat dicens Bentleium coniecisse *an anima sit ignisne*. Illud autem verum est, abesse post *sit* vocem *animus* a Codd. fere omnibus: videtur tantummodo esse in tribus Oxx. et Vind. 1: quod cum videatur glossatoris, eieci, nec acgnoscunt Edd. P. et H. Quare nihil agit Nissen., temere a Bentleio et Davisio vocem *animus* eiectam esse contendens; quasi sit in Codd. MSS. Correxi autem *ignisne*, quod, ut librariis minus tritum, facile abire potuit in *ignisue*, et est in Codd. Marb. Rehd. Gud. Receperunt *ignisne* FAWolf. Schz. Or. Ochsnerus in Eclogg. p. 59. Ed. 3. cum *sit*, ait, pendere debeat a *nescio*, praestat scribere *ignisne*: ut sententia prodeat haec: utrum aër sit animus, an ignis, nescio. Si legas *ignisve*, haec erit sententia: sive aër est animus, sive ignis: equidem nescio. Similiter Kühnerus: *Si ignisve* legitur, utrumque in medio relinquitur, an anima, an ignis sit: si vero *ignisne*: alterutrum ponitur, ut in sequentibus: *sive anima sive ignis sit animus*. Quod vero defendit *ignisve* Beierus ad Cic. de Am. p. 202 sq. in Excursu de formulis dubitanter decernendi, id nos non movet, ut palinodiam canamus, quippe cum ea defensio, in qua rationibus parum idoneis utitur, ad firmandam aliam pravam lectionem afferatur, qua apud Cic. de Rep. I. 12: defendit *uno an altero spatio*: nimirum ut ea, qua pollebat, arrogantia et scurrilitate et nos impugnaret, et potius absurdam plane locutionem Ciceroni obtruderet, quam vel se vel librarium errasse confiteretur. Quod vero Cod. Aug. habet *aër* pro *anima*, est glossatoris: et ita in parenthesi post v. *anima* HWolfius: i. e. aër, halitus, spiritus, quiddam venti simile. Unus Ox. habet *ignis*. Buggius quoque praefert *ignisne*. *Mr.*

Nec me pudet] Cod. Rehd. omittit *me*. Pro *fateri* Vind. 1. habet *me fateri*; nimirum ut *me*, eleganter praepositum, referatur ad *nescire*. Commode autem monet Ochsn. ad h. l. non quidem frequentem esse omissionem Pronominis personalis Ciceroni in hac constructione: sed reperiri nonnunquam apud Infinitivos *fateri*, *dicere*, *opinari* et similes, praesertim cum paullo ante idem pronomen cum verbo finito praecesserit. Adde ibi laudatis Krügerum v. d. Attraction p. 342—345. Madvig. ad Cic. Philosophica p. 114. Simillimus est nostro locus de N. D. I. 39. 109: *puderet me dicere non intelligere, si vos ipsi intelligeretis*. Conf. nos ad Cic. de Legg. III. 19. p. 463. ad Cic. de Div. I. 54. p. 271. Accurate de ea re praecipit Hand. ad Wopkens. Lectt. Tull. p. 13 sq. Sententia est Socratica vel potius Academica. Laudat similem locum Augustini Beroaldus: *Nemo ex me scire quaerat, quod me nescire scio*: et Origenis: *Ignorantiam nostram non ignoramus*. *Mr.*

Illud, si ulla alia de re] Unus Ox. et Ed. H. *si nulla*. Vind. 1. *ob firmare* pro *affirmare*. Duisb. omittit *sive*. Necessario autem distinguendum fuit post *illud*, quod neglexit Davisius. Non enim pertinet ad *affirmare*, sed, quasi *ἀνακολούθως* vel *πλεοναστικῶς*, ad *iurarem*: quasi dicere voluerit: *Illud certe facerem, si — animus: iurarem equidem eum esse divinum*: vel: *Ego certe, si — animus, eum iurarem esse divinum*. Pro *iurarem* Cod. Aug. *vitarem*. Gebh. Gui-

sive anima, sive ignis sit animus, eum iurarem esse divinum. Quid enim? obsecro te, terrane tibi, hoc nebuloso et caliginoso caelo, aut sata aut concreta videtur tanta vis memoriae? Si, quid sit hoc, non vides; at, quale sit, vides: si ne id quidem; at, quantum sit, profecto vides. Quid igitur? utrum capacitatem aliquam in animo putamus esse, p. 161. a. 61

lielmum ex coniectura annotasse ait *iurare me esse divinum non opus est. Mr.*

Quid enim? obsecro te, etc.] Ita iam distinxit Lamb. et post eum HWolf.; minorem certe distinctionem posuerunt Sylb. Ald. Car. Steph. Brut. Boul. Bip. Oliv. Sed Grut. Ern. cum aliis Edd. vett. nihil habent distinctionis, quam etiam poni iussit Beier. ad Cic. Lael. 9. 30. p. 50. Post *obsecro* Mon. 1. cum Gud. 2. omittit *te*: contra Edd. H. Ven. Alteri post *te* addunt glossam *e*: cui respondet, quod est in uno Ox. *ex hoc nebuloso* etc. *Mr.*

terrane tibi] „Quidam legi volunt *Terrenane tibi* etc. ego nihil muto." *Lambinus.* Ex nostris quidem libris nullus assentit: neque ego scio quinam sint illi, qui ita legi voluerint. Unus Ox. habet *terra t'ibine. Mr.*

Hoc nebuloso] Vulgo *aut hoc.* At primam vocem praetermittunt Reg. Gryph. et Med. *D.*

hoc nebuloso et caliginoso caelo] Vocem *aut* omittunt etiam Codd. nostri Gud. 1. 2. Aug. Gryph. Mon. 2. Marb. Rehd. Gud. Duisb. Ed. H., quare cum Bentleio et Davisio abieci: quamquam rationem ab illo allatam non probo: neque displicet, quod est in Cod. Mon. 1. et Ed. P. *et hoc neb.*, nimirum ut *et* sit disiunctivum, ut saepius. Verba *nebuloso et* absunt a Cod. Gryph. ut refert Brutus. Ceterum noster h. l. aërem crassum faeculentumque, terris proximum significat, monente Beroaldo. Duisb. omittit *hoc;* Gud. habet *nebulo. Mr.*

aut sata aut concreta videtur] Duisb. *concreta esse.* Unus Ox. *videatur* cum Vind. 1. In seqq. Mon. 1. *si quidem si hoc.* Post *vides* pergunt Mon. 1. Marb. Duisb. *aut quale:* duo Oxx. *aut quae;* Aug. omittit *at, quale sit, vides,* pergitque: *sive id quidem aut quantum sit vides profecto.* Gud. 2. *atque quale.* Gud. omittit verba *at quale — profecto vides.* Vind. omittit *si ne id — prof. vides.* Unus Ox. habet: *si ne id quod aut.* Mon. 1. *quidem addat quantum.* Alius Ox. *sane id quidem, at.* Marb. *aut quantum.* Gud. 2. *ac quantum.* Admodum frequens est nostro usus participii *concretus* in his libris: de quo conf. modo mox §. 61. C. 27. §. 66. C. 29. §. 71. *Mr.*

Quid igitur? utrum capacitatem etc.] Vocem *utrum* omittit Cod. Gud. *Capacitatem* cave intelligas eo sensu, quo vulgo barbare hoc vocabulo utuntur. Alibi eo vocabulo Cicero non est usus, neque frequenter alii. Semper significat spatium vel amplitudinem loci, qui capere aliquid et continere potest. Vid. Plexiaci Lexicon Philosophicum, (quo tota Ciceronis Philosophia continetur) p. 195. (Hagae Com. 1716. 4.). *Mr.*

in animo putamus esse] „*Animum* Lambinus edidit, sine particula *in.* Ut nos edidimus, *in animo,* praeter excusos alios, Gryphii liber habet." *Brutus.* Est illa sine dubio Lambini coniectura, recepta etiam a Fr. Fabricio, qui vero suum Codicem non consentire ait. Neque consentit alius; quamquam plurimi ad manum sunt. Pergunt Codd. Vind. 1. Aug. *esse putamus:* minus bene, quia Cicero vitare solebat rythmos dactylicos in oratione pedestri. Tum unus Ox. *quod* pro *quo:* idem omittit *in.* Sequitur *in aliquo vase* in Cod. Aug. Edd. Venetis duabus Reiskii, Med. 1. 2. Junt. A. B. S. E. C. Ven.

quo, tanquam in aliquod vas, ea, quae meminimus, infundantur? Absurdum id quidem. Qui enim fundus, aut quae talis animi figura intelligi potest? aut quae tanta omnino capacitas? An imprimi, quasi ceram, animum putamus, et esse memoriam signatarum rerum in mente vestigia? Quae possunt verborum, quae rerum ipsarum esse vestigia? quae porro tam immensa magnitudo, quae illa tam multa possit effingere? Quid? illa vis, quae tandem est, quae investigat

---

nostr. Gam. Asc. 1. 2. Nihil mutandum: quemquam etiam Columella de Re Rust. VI. 4. scripsit *in naribus infundere*. Pro *infundantur* unus Ox. *infundamus*; Duisb. *infunduntur*. Ad v. *Absurdum id quidem* laudat Ochsn. de N. D. II. 58. III. 17. Codd. Marb. et unus Ox. cum Ed. H. adduunt *est*. Tum unus Ox. Duisb. Edd. H. Lamb. *Quis enim*. Cod. Aug. *qui cum fuerit*. Mox Duisb. *animi figura talis*. Pro *omnino* est *animo* in Cod. Aug. et uno Ox.; in alio in marg. *vel animo*. Unus Ox. habet *etiam capacitas*. *Mr.*

an imprimi, quasi ceram, animum putamus] Construitur h. l. *imprimi*, ut saepius *inscribi*: v. c. in Verr. Act. II. Lib. II. 69. 167: *statuae: quas tu inscribi iussisti*. Sed ipsum nostrum verbum semel ita positum reperitur Epp. ad Famm. V. 20. post med. *Quae quum viderem tot vestigia impressa* pro: *quibus quum viderem tot vestigia impressa*. Beroaldus ad haec: „Ideo dixit Galenus in materia cerebri molliore imprimi formas rerum, veluti sigilli impressiones." Verbum *putamus* omittit unus Ox. Cod. Aug. habet *in primis*. *Mr.*

et esse memoriam] Recentissimae quoque Edd. *et memoriam esse*. Sed nos cum Davisio Bentleianos sequimur Codd. et nostros Gud. I. 2. Aug. Marb. Mon. 1. 2. Rehd. Gud. Duisb. Vind. I. 2. Ed. H. Pro *signatarum* unus Ox. *figurarum*: idem omittit verba *rerum in — esse vestigia*. Aug. Rehd. Marb. omittunt *quae possunt — esse vestigia*. Gud. habet *ipsarum rerum*: idem cum Ed. H. *vestigia esse*: et sic etiam Vind. I. Unus Ox. omittit *ipsarum*. In seqq. Gud. 2. habet *eam* pro *tam*. Vind. 1. *magnitudo illa*. Verbum *possit* omittit Ed. H.: eadem habet *effugere* pro *effivere*. Cod. Aug. *illa quae* pro *quae illa*. Pergit unus Ox. *tam immensa*. *Mr.*

Quae porro tam immensa magnitudo, quae illa tam multa possit effingere] Suspecta est vox ultima; non enim *magnitudo* res ullas *effingit*, sed in illa hae effinguntur. Lego *quae illa tam multa possit excipere*. *D.*

quae illa tam multa possit effingere] Wopkens. Lectt. Tull. p. 92. ed. Hand. Davisii emendationem hariolationem esse ait, et ita locum explicat: quae tam immensa magnitudo (de memoriae capacitate sermo est), quae illa tam multa possit effingere, i. e. quae illa tantae res magnitudinis, quae ea, quae effingat, complecti tam multa queat? Ochsnerus *effingere* ad eandem sententiam explicat: *efficta continere*: et ita FAWolf. in scholiis coll. de Div. II. 45: *formas et mores effingere a parentibus liberos*: ad quem locum vid. Kayseri et nostram annot. p. 463. ed. nostr. Add. Handii Tursellin. I. p. 30. et novam Ed. Forcellini. Germ. T. III. p. 144.

Quid? illa vis, quae tandem est] Unus Ox. *quae illa vis quae tandem est*. Duisb. *quae* pro *quid*. Gud. *quid autem illa* — In marg. Lambb. et Gothi est, ut aliorum lectio *quid illa vis? quae tandem est? aut* —. Laudat Ochsn. de Div. I. 27: *quid? illa duo summa — quis tandem potest continere?* [ad quem locum vid. nostr. ed.

occulta, quae inventio atque excogitatio dicitur? Ex hacne tibi terrena mortalique natura et caduca concreta ea videtur? aut qui primus, quod summae sapientiae Pythagorae62

---

p. 137.] Ne quis *quae tandem est*, intelligat *quaecunque tandem est*, monet Or., cum Davisio post *dicitur* interrogandi signum esse ponendum; ne vero quis offendatur duabus propositionibus relativis: *quae investiget occulta, quae inventio dicitur?* docet, priorem poni pro *vis investigans occulta*; quod duriuscule dictum esset: laudatis locis de legg. I. §. 27. III. §. 38. de N. D. III. §. 70. de Div. II. §. 92. Cat. §. 59. Offic. II. §. 81. In seqq. Mon. 1. habet *vestigat* pro *investigat*. Illo verbo rarius usus est noster, neque id certam habere videtur sedem, nisi de Or. III. 23. 88: *quod cum desidiosa delectatione vestiges*: nam ib. II. 39. 166., pro *causas rerum vestigabimus*, sunt qui legant *c. r. investigabimus*. — *Inventionem* et *excogitationem* recte explicat Bill. inveniendi et excogitandi vim. Loco vocis posterioris unus Ox. habet *cogitatio*. Post *terrena* in Mon. 1. sequitur *mō talique*. Pergit unus Ox. *natura et natura*. In Cod. Aug. omissum est *et*, sed scribitur *caduca et concreta*. *Mr.*

Concretus esse] Vulgo *concreta ea*, nec aliter Codices. Certa tamen mihi videtur Cl. Bentleii emendatio, quam recepi. *D.*

concreta ea videtur] Iam Wopkens. l. c. p. 92. ed. Hand. improbabat Bentleii coniecturam (q. v.) a Davisio receptam: Bouhierio vero ea videbatur certissima. Ern. nihil monet, sed tantummodo verba *concreta ea* explicat: sc. vis inveniendi. Pearcius vero, „Bentleius, ait, reposuit *concretus is* [quae est altera eius correctio] *videtur, aut* etc. quia nescivit, quo referrentur illa toties in sequentibus repetita *aut qui*. At mihi ista emendatione opus non esse videtur, si sic locum interpungamus: *Ex hacne tibi terrena mortalique natura et caduca concreta ea* (sc. inventio atque excogitatio) *videtur: aut qui primus* etc. Scilicet haec compendiose dicta esse censeo, cum fusius Cicero sic dicere potuisset: *aut ex illa natura concretus is videtur, qui primus* etc. Nissen. l. c. ad Bentleianum illud *concretus esse videtur, aut qui* etc. „Ridicule! ait, quasi illi non e terrena natura concreti fuissent. In his enim *aut qui* cet. *ἀναχόλουθον* est. Debebat, ni fallor, esse: *aut qui — notavit, an eorum animi ex hac tibi terrena mortalique natura et caduca concreti videntur?* Sed Cicero, cum ad postremum *aut* delatus esset, rationem se interrogandi instituisse, oblitus, addidit: *omnes magni.*“ Bene etiam vulgatam sic defendit Rathius: „quo *concreta ea* referendum sit, in promptu est, et post voculam *aut*, quam cave negligas, *ἀπὸ κοινοῦ* repetendum *ex hac terrena natura is concretus videtur, qui.* — Nam singularis quidam usus est particularum *aut* et *vel* (ut voculae *ἤ*). Requirunt enim interdum, ut, quod proxime antecesserit, revocetur. Supra c. 23: *Id autem nec nasci potest nec mori. Vel concidat omne caelum* etc. ubi Cicero dicit *vel*, id est, *si possit istud principium occidere*, necesse esse, ut omne caelum omnisque terra coneidant et consistant:“ Orellius denique vanas esse Bentleii coniecturas recte contendit, quam facillimo zeugmate sic scribere potuerit Cic. pro: *aut mortali natura concretus tibi videtur animus eius, qui* etc. His si aliquid addere velim, actum agere merito censendus sim. Unum addo, pro *ea* legi *esse* in uno Ox., Rehd. habere *videatur*, et Gud. *videtur* i. e. *videntur*. *Mr.*

aut qui primus] Cod. Aug. et Ed. H. *at* pro *aut*. Unus Ox. Mon. 1. 2. Marb. Edd. Lamb. Ff. Fabr. (et hae quidem Edd. quater) *aut quis*. Male. Schützius ex coniectura dedit: *Quid? qui primus* — quod, qui annotationem nostrum antecedentem logerit, non desidera-

visum est, omnibus rebus imposuit nomina? aut qui dissi-

bit. Commode Kühnerus laudat locum de Div. I. 11. ubi eâdem verborum consecutione legitur: *Quid vero Phoebi fax? — aut cum —? aut cum —?* ubi item corrigi volebat Lambinus: vid. annot. nostr. p. 53. ed. nostr. Unus Cod. Ox. habet *quid primus quidem summae* etc. *Mr.*

Quod summae sapientiae Pythagorae visum est] Theodotus in Eclog. ex Script. Prophet. cap. 32. *Πυθαγόρας ἠξίου, μὴ μόνον λογικώτατον, ἀλλὰ καὶ πριεβύτατον ἡγεῖσθαι τῶν σοφῶν τὸν θέμενον τὰ ὀνόματα τοῖς πράγμασιν.* Et hanc Pythagorae fuisse sententiam patet ex Iamblicho §. 56. Idem §. 82. secundas tantum partes huic sapientiae tribuit. *Τί,* inquit, *τὸ σοφώτατον; ἀριθμός· δεύτερον δέ, τὸ τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα τιθέμενον.* Vide et Aelianum V. H. IV, 17. ac Hieroclem in Aur. Carm. LXI. pag. 200. Ut ut sit, inde nata est haec opinio, quod nomina vim cuique rei insitam declarare censuerint, adeoque non hominum institutione sed natura significare decreverint. Vide Philonem de Opif. Mundi pagg. 25, 26. Hinc Anonymus scriptor apud Suidam in *Ἀδάμ,* postquam de impositione nominum laudarat Genes. II, 19. ita pergit: *Τί τῆς σοφίας ταύτης καὶ διαγνώσεως ὑψηλότερον; Ἐκάλεσεν ὀνόματα, τὴν φύσιν αὐτὴν καὶ τὴν ὑπόστασιν ἑκάστου ζώου ὥσπερ ὑπογραφόμενος* etc. Agellius N. A. lib. X. cap. 4. *Nomina verbaque non positu fortuito sed quadam vi ratione naturae facta esse P. Nigidius — docet, rem sane in philosophiae dissertationibus celebrem; quaeri enim solitum apud philosophos, φύσει τὰ ὀνόματα sint an θέσει.* Et priores quidem partes late tuetur Plato in Cratylo pag. 257. Adeantur Eusebius Pr. Evang. lib. XI. cap. 6. et Alcinous cap. VI. Sic etiam Stoici; nec valde dissimilis erat Epicuri sententia, ut patet ex Origene contra Cels. pag. 18. et Diogene Laertio X, 75. Ex hoc dogmate factum est, ut Theophilus ad Autol. lib. II. pag. 98. *τὴν ὀνοματοθεσίαν* Dei solius esse crediderit; nec aliunde manavit, quod alia verba aliis videbantur efficaciora. Clemens Alex. Strom. I. p. 405. *Αἱ δὲ πρῶται καὶ γενικαὶ διάλεκτοι, βάρβαροι μέν, φύσει δὲ τὰ ὀνόματα ἔχουσιν. ΕΠΕΓ καὶ τὰς εὐχὰς ὁμολογοῦσιν οἱ ἄνθρωποι δυνατωτέρας εἶναι τὰς βαρβάρῳ φωνῇ λεγομένας.* Idem sentit discipulus eius Origenes lib. I. in Cels. pag. 19, 20. et lib. V. pag. 261. Hinc illa fictitii Zoroastris,

Ὀνόματα βάρβαρα μή ποτ' ἀλλάξῃς·
Ἔστι γὰρ ὀνόματα παρ' ἑκάστοις θεόςδοτα
Δύναμιν ἐν τελεταῖς ἄῤῥητον ἔχοντα.

Extant in Collect. Stanleian. Sect. XI. vs. 316. *D.*

quod summae — imposuit nomina?] „Locis a Davisio collatis adde Astium Ueber Platons Leben und Schriften p. 266. Not.“ *Schuch.* — Huc facit etiam Lucret. V. 1040 sqq. qui ex Epicuri sententia ita loquitur:

Proinde putare, aliquem tum nomina distribuisse
Rebus, et inde homines didicisse vocabula prima,
Desipere est — — — — — — — — —
— — — — — — — — —
Postremo, quid in hac mirabile tantopere est re,
Si genus humanum, quoi vox et lingua vigeret,
Pro vario sensu varias res voce notaret;
Quom pecudes mutae, quom denique secla ferarum
Dissimileis soleant voces variasque ciere,
Quom metus aut dolor est, et quom iam gaudia gliscunt?

Ad quem locum vid. Lambin. p. 692. Ed. Wechel.; Fayum. p. 440.

patos homines congregavit et ad societatem vitae convocavit? aut qui sonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis literarum notis terminavit? aut qui errantium stellarum cur-

---

ed. in us. Delph. — Pro *quod* Cod. Rehd. habet *qui*. Post *summae sapientiae* Cod. Duisb. addit *viro:* quod si Cicero scripsisset, bene se haberet. Iam vero videtur glossatoris, qui genitivos *summae sapientiae* ita intelligendos existimaret, ut subaudiretur *viro:* hoc vero si intelligi voluit, addere debuit. Scribere igitur debebat glossator *esse* sc. munus s. indicium. Verbum *est* omittit unus Ox. cum Gud.; idem Ox. cum Rehd. omittit *rebus*. Pergit Vind. 1. *nomina imposuit*. Unus Ox. *posuit*. Tum Gud. 2. *aut quid*, adhaerente posteriori verbo primâ literâ sequentis. Cod. Aug. *dispares homines* correctione parum probabili: unus Ox. *dissipat*. Ad sententiam Ian. Pagninus: „Quale est, quod de Amphione et Orpheo traditur." Nimirum apud Horatium Ep. ad Pis. 391 sqq. ibiq. interprr. Camerarius: „Eloquentem hominem dispersos in agris et in tectis silvestribus abditos ratione quadam compulisse homines et congregasse in unum locum Cicero scribit de Invent. I. Protagoras apud Platonem eleganti fabula congregationem πολιτικὴν hominum refert Jovi acceptam, qui misso Mercurio universis atque singulis distribui iusserit αἰδῶ καὶ δίκην." Conf. de Invent. I. 2. Add. de Or. I. 8. 33. et c. 9. ad quos locos vid. interprr. Quod vero his locis *eloquentiae* tribuit, idem Tusc. V. 2. *philosophiae* acceptum refert: quae quidem, si Ciceronis et loquendi et cogitandi rationem spectes, non sibi invicem contradicunt. Add. Cic. Brut. 12, 45. de Offic. I. 16. 50. ubi vid. Beier. *Mr.*

congregavit et — convocavit] Cod. unus Ox. *congregantur ad*, omisso *et*. Verba *et — convocavit* omittit alius Ox. (ψ.) cuius scriptor, ut hoc semel moneam, plurima consulto et immutasse et eiecisse videtur. Idem in seqq. habet: *at qui sonos*. Ad sententiam de literarum origine vid. Herm. Hugo de prima scribendi Origine ed. C. H. Trotz. Traj. ad Rhen. 1738. (611. pp.) Goguet V. d. Ursprung der Gesetze, Künste u. Wissenschaften (übs. v. G. C. Hamberger) T. I. p. 171—192. L. Hug Die Erfindung der Buchstabenschrift 4. Ulm 1801. Add. Hoffmanni Lex. Univ. s. v. *Literae* T. II. p. 830 sq.; librum rariorem Wachteri: Naturae et Scripturae Concordia (4. Lips. 1752.), qui totus in hac re inquirenda versatur (240. pp.) Eichhorn, Gesch. d. Literatur T. I. 1. p. 10—19. Wachleri opus de eadem re in Introd. p. 9. ibiq. laudd. — Pro *infiniti* Ox. ille *finiti*. *Infiniti* sc. illis temporibus, ante inventas literas. *Mr.*

Aut qui errantium stellarum cursus] Hoc quoque loco Lamb. et qui eum secuti sunt, *aut quis* scripserunt, ut haec mira emendatio, si diis placet, quater repetatur et redeat. Post *stellarum* Codd. Mon. 1. 2. unus Ox. vetus Car. Stephani, Edd. Ven. Alteri, H. P. A. B. S. E. C. Junt. Cam. Ven. nostr. Asc. 1. 2. addunt *motus:* idem vocabulum habent, sed eiecto *cursus*, Vict. Rob. Steph. HWolf. Sturm. Unus Ox. pro *cursus* habet *motu*. Videtur vox *motus* huc translata ex loco subsequente, ubi est: *Quorum conversiones omnesque motus qui animo vidit*. Placebat illud additamentum Bouhierio, qui idem reperisset in uno Leidensi, coll. Cic. de Div. I. 11: *Stellarum motus cursusque vagantes*. Sed nostro certe loco abundat: locus autem de Div. est in poëmate: eiusque alia est sententia. *Mr.*

progressiones, institutiones] „Ex duabus dictionibus, *cursus, progressiones*, feci coniecturam, legendum esse *institiones*, ut similibus

sus, praegressiones, institiones notavit? Omnes magni: etiam

et convenientibus utatur verbis. sunt autem correctiones quaedam, quarum etsi ratio non explicatur, tamen, quibus iudicium est paullo subtilius, facile cur factae sint, ipsi per se intelligunt. rudibus autem et tardis et iis, qui sibi omnia minutatim conoidi, omniaque tanquam mansa a nutrice inseri in os volunt, ego quidem ut satisfaciam non laboro." *P. Manutius.*

progressiones institionesque] „In stellarum motu non solum est ille, quo stella progreditur de una parte qualibet priore ad sequentem, qui dicitur Graecis κατὰ τὰ ἑπόμενα, et est directus cursus κατὰ μῆκος, sed etiam ille, quo et evagantur stellae ἐπὶ πλάτος, et insistentes retorquent cursus, hoc est ἀναποδίζουσι, ingredientes iam de posteriore aliqua parte in priorem, hoc est κατὰ τὰ προηγούμενα. Hunc notasse et explicuisse primum dicitur Apollonius Pergaeus, Ptolemaeus autem luculente demonstravit in XII libro τῆς μεγάλης συντάξεως. Cic. in 2. de Nat. Deorr. [c. 20: *nihil enim errat, quod in omni aeternitate conservat progressus, regressus reliquosque motus constantes et ratos:* ad quem locum et proxima v. Ed. Cr. et nostram maj. p. 283 sq.] haud scio an *regressus* dixerit hunc motum, qui nunc retrogradationis est. Legendum autem in textu *institiones*, non *institutiones*, cum omnino non moventur, sed ad quoddam tempus *insistant*, ut ait Cic. l. c. Hoc Graecis est στηρίζεσθαι et στηριγμός, cum in epicyclo vel minima vel nulla incrementi atque deminutionis, hoc est τῶν προσθετικῶν νε καὶ ἀφαιρετικῶν παρόδων, differentia invenitur." *Camerarius.* „*Institiones* ab *insistendo* dicuntur στηριγμοί (apage *institiones!*) cum planetae et ante et post retrocessionem quasi stare, et neque progredi neque regredi videntur: unde vulgo stationarii, graece στηρίζοντες, dicuntur." *HWolf.* „Videtur depravatus esse codex, ut *stationes* legere oporteat (pro *institutiones*), quemadmodum Plinius appellat: aut, si a vocabulo hoc recedendum non est, legendum erit *institiones:* nam Cicero 2. de N. D. dicit planetam *insistere.*" *Comm. Anonymus* in Ed. Leodegarii a Quercu (Turnebi). Brutus in ann. et Turneb. in Adversatr. XXIX. 19. p. 199. item Manutii emendationem probarunt et receperunt, praeterea Sylb. Lamb. Car. Steph. Dav. in Ed. 2. (in tertia et Oxon. 1805. male *institutiones* restitutum est) Ern. Lall. Bip. seqq. Bouhierius ex loco de N. D. II. 20, ubi est *subsequuntur*, suspicatus est legendum esse *insecutiones*: iis vero, qui hoc verbum nusquam legi moniturī sint, respondet, non magis legi *institiones:* et cum dicatur *secutio, consecutio, exsecutio, obsecutio, persecutio*, dici etiam potuisse *insecutio*. Toti autem loco et emendatione et distinctione ita succurri posse existimavit: *aut qui errantium stellarum motus, cursus, praegressiones, insecutiones notavit omnes? Magni etiam superiores* etc. Ita mox Cicero: *quorum conversiones omnesque motus* etc. Equidem acquiesco in Manutii scriptione, quam habent nostri Reg. Gud. 2. cum Cod. Rehd. et habere videntur aliquot Oxx., quibus accedit Ed. H., in qua est *institionesque*. Particulam *que* addunt quinque Oxx. Marb. Vind. 1. Gud. Mon. 2. Aug. Edd. P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Fr. Fabr. Cam. Asc. 1. 2. Rob. Steph. Vid. etiam de lectione Ern. Clav. Cic. s. v. *institio:* ibique laudatos locos, in primis Cic. de N. D. II. 40. 103. et Nizolium sub eod. voc. *M.*

Progressiones, institutiones] *Institiones* reponunt Manucius, Lambinus, alii, nec, ut videtur, immerito: licet enim Codices nihil varient, minime capio, quem locum habere possint *institutiones*. Alteram vocem sicco pede praetereant interpretes; eandem tamen potestatem obtinet ac *cursus*, nec ταυτολόγος putandus est Cicero. Reg.

superiores, qui fruges, qui vestitum, qui tecta, qui cultum vitae, qui praesidia contra feras invenerunt: a quibus mansuefacti et exculti a necessariis artificiis ad elegantiora defluximus. Nam et auribus oblectatio magna parta est, in-

---

et Eliens. sec. *praegressiones*. Scribe *regressiones*; nam Planetas nunc stare, nunc regredi, nunc praecurrere videri, notissimum. *D. praegressiones*] Ita correxi cum Or. post Bouhierium ex Codd. Reg. et Eliens. quod commode convenit cum Cic. de N. D. II. 20: ubi est de eadem re *antecedunt* et *antecedendo*. Cum Dav. nullus facit liber: eum vero secuti sunt Ern. Bip. Lall. quorum posterior „Planetas, ait, nunc *stare*, nunc *regredi*, nunc *praecurrere* videri notum est.“ Si scribis *praegressiones*, evanescit etiam *ravroloyía*, quam sibi deprehendisse visus est Dav. Quam facile autem *prae* et *pro* compendio scripta permutentur, nemo non videt, et ego notavi ad Cic. de Fato 19. 44. p. 644. ed. nostr. ubi pro *praegressione*, vocabulo nimirum rariore, tres Codd. habent *progressione*: illud vero ipsum substantivum paullo inferius ibid. §. 45. variat Cicero, scribens *causis antegressis*, ut, quod hic planetarum *praegressiones appellat*, de N. D. II. 20. *antecedere* dixit. Pro *notavit* Ox. ψ. *vocavit*. *Mr.*

Omnes magni: etiam etc.] Cod. Duisb. *omnes etiam magni*. Omittit *etiam* Ed. P. Male Neidius explicat *superiores* supra commemoratos, cum sint homines prioribus temporibus viventes, ut recte vidit Kühnerus, et ante eum Ochsn. in Ecl. ad h. l., qui laudat de Off. II. 7. cui add. de N. D. I. 10. 25: *qualia vero sint, ab ultimo repetam superiorum*. *Mr.*

qui fruges — invenerunt] Ad rem conf. annot. ad Creuzeri Orat. de Civit. Athen. Humanit. Parente p. 49. 50. ed. Francof. ibiq. laudd. (p. 52 sq. ed. Lugd. Bat.) Adde, quae contulit Osiander in IV. Commentt. de Mysteriis Eleusiniis 4. Stuttg. — 1810. In Cod. Gud. scribitur: *qui cultum vitae, qui vestium, qui tecta:* in duobus Oxx. *qui vestes*. Universe de his inventis eorumque auctoribus, qui a veteribus existimati fuerint, loquitur Polydorus Vergilius de Rerum Inventoribus p. 176. 180. ed. Basil. 1544. (Lib. III. c. 6. 7.) Dixit autem *praesidia contra feras*, ne scribendo *ferarum* ambigue loqueretur. Alio modo ambiguitatem vitavit in Or. pro lege Man. 24, 70. scribens: *praesidia periculis, adiumenta honoribus quaesivit*. Pro *a quibus* duo Oxx. *et quibus*. Aug. *ex quibus*. Pergit Duisb. *exculti et mansuefacti*, ordine minus probabili. Tum ed. H. *a necessariis officiis*. *Mr.*

defluximus] Ita libri omnes, audaciore paullulum metaphora. Elegantem et venustam et exquisitam dicunt FAWolfius, Ochsnerus et Kühnerus. Duo posteriores laudant similes, ut aiunt, locos, sed re vera dissimillimos. Ille Tusc. V. 21. *iam ipsae defluebant coronae*; hic Quintil. Inst. I. 8. 9: *in omnia deliciarum genera* [hoc vocabulum calami lapsu irrepsisse videtur apud Kühn., nam apud Quint. non est:] *vitia dicendi quoque natisene defluximus*: vid. ib. Spalding. p. 199 sq. coll. Tom. V. a Zumptio curato p. 56: fluctuant ibi libri inter *defluximus* et *defleximus*; sed merito illud servarunt editores, cum de deflexione in peius verbum *defluendi* etiam Ciceroni sit usitatum, et ipse Quint. X. 1. 126. scripserit: *tantum ab illo defluebant, quantum ille ab antiquis descenderat*. Eâ sententiâ, qua nostro loco, nusquam plane legitur *defluere*: neque enim, quod reliquis minus est dissimile, Orat. 27, 96: *hoc totum e sophistarum fontibus defluxit in forum*, ita convenit cum nostro loco, ut usum

venta et temperata varietate et natura sonorum; et astra suspeximus, cum ea quae sunt infixa certis locis, tum illa,

---

hunc satis firmet: neque quod legitur in Verr. Act. II. Or. III. 66. 155: *quod redundarit — ad illum — defluxisse:* utroque loco in metaphorica oratione (*fontibus redundaret*) *defluendi* verbum necessarium et quasi proprium est. Quod vero erat in Laelio 26. 10. *ab amicitiis perfectorum hominum — ad leves amicitias defluxit oratio,* id dudum recte ex Codd. correctum est in *deflexit.* Quamquam igitur nihil muto, nondum tamen plane poenitet, quod aliquando conieci, *defleximus,* motus potissimum locis, qualis est ille in Laelio, et de Off. II. 3. *consuetudo deflexit de via,* Lael. 12: *deflexit — de spatio consuetudo maiorum.* Nunc video ex Ed. HWolfii iam tum alios legisse *deflexim us:* cuius ego lectionis in libris vett. nullum reperi vestigium. *Mr.*

Nam — magna parta est, inventa et temperata] Edd. ante Gruter. exhibent *magna ex parte est inventa.* Sed in marg. Lambb. et Goth. scribitur, esse in quodam veteri eod. *magnam partem est inv.* Gebhardus vero edidit, ut nos, hac annotatione addita: „Emendationis huius primi sumus architecti in Crepundiis nostris [p. 458: ubi, ut solet, magis etiam ridicule, quam in ann., se iactat] ex Palat. prim. et tert. Codice optimo. Accedit iam nihil illo deterior quartus, in supervacuum quoque quintus, ut nihil dubii relinquatur, esse omnino genuinam. in Vatic. unica syllabâ amplius: *magna parta est, inventaque et temperata.* — — Adiuvant haec nostra Pal. sec. Fab. Pit. delentes *ex.*" Nec vero Gebhardum esse huius emendationis „architectum", patet ex hac annotatione Bruti: „*oblectatio magna parta est.* Ita legitur in Gryphii libro, quemadmodum esse legendum ratio docet. Tota enim musicae vis et ratio inventa, non ex parte:" ex hac Fr. Fabricii: „In MS. legitur: *magna parta est, inventa* etc. eodemque modo nonnullae Edd. Manutianae legunt:" ex hac denique HWolfii: „Locus hic varie legitur: quidam pro *magna ex parte,* quod ineptum est, *magna parta, inventa est.* Ego alterutra voce contentus legendum censeo vel *magna parta est,* vel *magna inventa est.*" Iam videamus de libris: tres Oxx. Mon. 1. et ut videtur, (nam compendio scriptum est *pata*) Marb. *magna parata,* unus Ox. *magna parte* cum Aug.; Vind. 1. *magna ex parte,* ut Edd. vett. Reliqui ut edidimus: et habent Edd. post Grut. omnes: itemque Aldina Reiskii 1523, et Manutiana Orellii 1555. Pergit Rehd. *et inventa,* Gud. omittit *inventa,* quod volebat HWolfius. *Ex temperata* est in Edd. A. B. S. E. C. Ven. nostr. In verbis *varietate et natura* vidit Bill. ὕστερον πρότερον pro *natura et varietate:* nos figuram ἓν διὰ δυοῖν pro *varia natura:* quae est etiam sententia Kühneri et Ochsneri: cf. hunc Eclogg. p. 18. ed. 3. Add. Beier. ad Lael. 9. 29. p. 49. In Cod. Rehd. scriptum est *varietate et sonorum natura. Mr.*

Et astra suspeximus] „Gulielm. ex Pith. libro: *suspensimus.* latet ὕπουλον." *Gebh.* Somniavit Gebh., ut saepissime, vulnus sano in corpore videns. Quid? quod proprium est Ciceroni *suspiciendi* verbum de contemplatione caeli? vid. modo de N. D. II. 2. 4. *cum caelum suspeximus caelestiaque contemplati sumus.* ib. II. 18. extr. *Epicurus — caeli palatum — non suspexit.* Somn. Scip. 1: *suspexit in caelum.* In Cod. Aug. est glossa vel correctio: *inspeximus.* Pergit Dav. *cum ea;* idque recipiendum fuit contra librorum MSS. auctoritatem: quamquam ego certus sum esse complures, qui habeant *cum,* ut necessario credendum est scripsisse Ciceronem, ex certissima

non re, sed vocabulo errantia. Quorum conversiones omnesque motus qui [animus] vidit, is docuit, similem animum suum eius esse, qui ea fabricatus esset in caelo. Nam quum

---

servatione Stueremburgii ad Cicer. Or. pro Arch. Poet. p. 164—180. quem hic quidem locus, qui p. 167. tractandus erat, videtur fugisse. Abest ea vox a Cod. Rehd. In Gud. est, ut lin. seq., *tum illa*. Quod vero ait Verb. in marg., alios legere *cum*: in eo solum Davisium respexisse videtur. Pro *tum illa* unus Ox. habet *tum*, duo *cum illa*, alius *tamen ea*. Aug. *tamen* illa. Quae h. l. dicuntur *astra certis locis infixa*, de N. D. II. 21. 55. dicuntur *stellae inerrantes*: quas quomodo Schützius, in Lex. Cic. s. v. *inerrantes*, planetas intelligere potuerit, nemo facile dixerit, qui locum inspexerit. *Mr.*

Non re, sed vocabulo errantia] Platonicorum fuit sententia, stellas erraticas non vago motu, sed certis legibus, agitari; quod etiam recentioribus videtur Astronomis, qui diversa illa φαινόμενα vario Planetarum et Telluris inter se situi tribuunt. Vide sis Ciceronem N. D. lib. II. cap. 20. Apuleium de Habit. Doct. Platon. lib. I. pag. 581. de Deo Socr. pag. 666. aliosque complures. *D.*

non re, *sed vocabulo errantia*] Ita Cic. de N. D. II. 20. 51: *maxime vero sunt admirabiles motus earum quinque stellarum, quae falso vocantur errantes*: de Div. I. 11. (Signa,) *quae verbo et falsis Graiorum vocibus errant, Re vera certo lapsu spatioque feruntur*: quos locos iam alii attulerunt: quibus add. nostri operis V. 24. 69. *Mr.*

quorum conversiones omnesque motus] Unus Ox. *quorum reversiones conversiones*. Unus Ox. et Marb. quorum *conversationes*. *Mr.*

„Insolens locutio: *animus docuit, suum animum similem esse summi opificis*. Figura esset usitata: *animus docuit, se similem esse summi opificis*. Tollamus igitur mendum et legamus ex Maffei libro: *motus qui animo vidit.*“ *P. Manutius.*

qui animus vidit] *Qui animo vidit*, Manut. et eum secutus Lambinus edidit. Aldus, Victorius, *qui animus*; quibus Gryphii codex suffragatur, neque video tamen, etiamsi non infitior recte legi posse *qui animo*, cur vulgata lectio sit improbanda.“ *Brutus.*

Qui animo *vidit*] Vulgo *animus*. Perperam: ut animadvertit Cl. Bentleius, cui debetur huiusce loci emendatio. *D.*

qui [animus] vidit] „Bene vidit Bentlejus post Lambinum stare non posse *animus*: melius certe convenit loco *animo*, quod illius loco substituerunt. Sed loquitur Cicero de iis, qui astronomiam invenerunt: videtur igitur legendum esse *qui primus vidit* etc. ut dixit supra: *qui primus omnibus rebus imposuit nomina.*“ *Bouhierius.* Idem coniecit etiam Ern., qui in orationis seriem eam coniecturam recipiendam esse existimavit. Fecit hoc Schützius: et iam prius etiam faciendum existimavit Nissen: obsecutus est etiam Billerb. Ego vero cum Or. restitui scriptionem *animus*, non quod eam probam existimarem, sed ut uncinis coërcerem: cum optimi quidem et plurimi libri ita scriptum exhibeant, sed sententiâ repugnante: si vero scribas *animo*, ulcus obtexeris potius, quam sanaveris, neque certa via processeris. Otiosum certe est *animo*, absurdum fere *animus*, quamquam defenserem etiam nactum est Burmannum ad Suet. Caes. 2. p. 9. Habent autem *animo* Edd. H. M. Lamb. Ald. HWolf. Fr. Fabr. Dav. Bip. Lall. Verb. Oliv. Nobb. et, ut videtur, aliquot Codd. Oxx. *Primus* si profectum esset a Cicerone, non ita obliteratum fuisset, ut eius nullum vestigium appareret: *qui vidit* autem intelligendum nobis videtur cum Or. *qui penitus perspexit*. *Mr.*

Archimedes lunae, solis, quinque errantium motus in sphaeram illigavit; effecit idem, quod ille, qui in Timaeo mundum aedificavit Platonis deus, ut tarditate et celeritate dis-

---

similem animum suum eius esse] Cod. Gud. *animum sui*. Edd. P. A. B. S. E. C. V. Junt. Leod. Cam. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Rob. Steph. HWolf. *esse eius*. Clericus in Animadvv. in Aeschin. Socrat. Dial. p. 110. coniecit: *similem animo se ei esse:* praeter necessitatem, ut iam recte vidit Bouh. Pergit Cod. Gud. 2. *que — esse*. Edd. veteres, excepta H. omnes *in caelo esset*. Gruterus, sine dubio ex Codd. suis, quamquam nihil monens, edidit *esset in caelo*, et sic nostri ad unum omnes. *Mr.*

Cum Archimedes Solis, Lunae — motus in sphaeram illigavit] Ovidius Fast. VI, 277.

Arte Syracosia suspensus in aëre clauso
Stat Globus, immensi parva figura poli.

Cicero N. D. II, 35. *Archimeden arbitrantur plus valuisse in imitandis sphaerae conversionibus, quam naturam in efficiendis.* Ad quem locum nos plura congessimus. *D.*

nam quum Archimedes etc.] Non semel de hac Archimedis sphaera loquitur Cicero. Vid., praeter locum a Dav. laudatum, ipsumque ad Cic. de N. D. l. c. p. 347 sq. ed. Cr. et nostr. major., nunc Cic. de Rep. I. 14. p. 65 sq. ibiq. annot. A. Maii et nostr. Adde Marcian. Capell. Lib. VI. p. 219. ed. Lugd. 1539. Scribitur nomen *Archimedis* in uno Ox. et nostro Aug. *Archimenides*. Unus Ox. *lineae* pro *lunae*. Alius Ox. et Vind. 1. *et quinque*. Mox Ed. H. *in sphaera:* quod ferri posset. Pro *illigavit* Codd. Marb. Aug. Edd. A. B. S. E. C. Junt. Ven. Alt. et nostr. Asc. 1. 2. Venetae Reiskii Medd. Ald. Steph. eiusd. *inligavit*. Pergit unus Ox. *efficit* cum Ed. P. alius *quod, ille;* tres *quam ille*. *Mr.*

qui in Timaeo mundum aedificavit Platonis deus] Praeter ipsum Timaeum Platonicum cf. ad rem Chalcidii Comm. in Tim. c. 1. p. 277—287. Ed. Fabric. (Opp. Hippolyti T. II.) J. Thomasii Dissert. II. de quatuor Graecorum Sectis praecipuis p. 30. ubi deus Platonicus, mundi architectus, figurâ lineari descriptus conspicitur. Nomen *Platonis* post *Timaeum* transpositum est in Edd. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cam. De Attractione, quae hic locum habet: *ille, qui in Timaeo mundum aedificavit Platonis deus*, vid. Krüger. üb. d. Attract. p. 184—186. *Qui* omittunt Codd. Aug. et unus Ox. *Mr.*

Ut tarditate et celeritate] Respicit ad Timaeum pag. 529. 530. Ed. Lugd. *D.*

ut tarditate et celeritate] Duo Oxx. *et* pro *ut:* unus *conversione* pro *conversio*. Pro *quod* alius *qui;* unus omittit *in*. Pro *in hoc mundo*, qui verborum ordo Christianum monachum redolet, quamquam eum mordicus tenent Codd. omnes, bene coniecisse vides Bentleium in ann. *hoc in mundo*, ut *hoc* sit Nominativus: eumque ordinem recepit FAWolf. in ed. pr. recepit item Bill. et sic scribi in Manutianis postremis refert Fr. Fabr. Hottingerus vero l. c. „Valde, ait, probo Bentleii correctionem: nisi quod pronomen sic transponi malim: *quod si in mundo hoc fieri sine deo non potest*. Nam sic exigere videtur sententiae vis, quae potissimum inest in vocibus istis *in mundo*. Hoc enim dicit: *in sphaera* sine mente divina id haud magis posse fieri, quam *in mundo*. Praeterea aures numeris Ciceronianis assuetae hunc ordinem, ni fallor, magis probabunt." Quam Hottingeri sententiam ita probo, ut tamen sono enunciandi in Bentleiana ratione idem significari posse contendam. Kühnerus,

similimos motus una regeret conversio. Quod si in hoc mundo fieri sine deo non potest, ne in sphaera quidem eosdem motus Archimedes sine divino ingenio potuisset imitari.

Mihi vero ne haec quidem notiora et illustriora carere 26
vi divina videntur; ut ego aut poetam grave plenumque

---

quamquam nihil monet de lectione, tamen sententiam Bentleii vel Hottingeri amplecti videtur. Ita enim, ad constructionem explicandam, Graece reddidit locum: *εἰ μὲν οὖν τοῦτο ἐν τῷ κόσμῳ ἄνευ θεοῦ γίγνεσθαι οὐ δύναται, οὐδ' ἂν ἐν τῇ σφαίρᾳ τὰς αὐτὰς κινήσεις ὁ Ἀρχιμήδης ἄνευ θείου νοῦ μιμεῖσθαι ἐδυνήσατο.* Pro *non potest* pius monachus, qui scripsit Codicem Aug., exaravit *nihil potest*. Pro *ne in sphaera quidem* idem cum quatuor Oxx. et Ed. P. *nec in sph. q.* non male: nam vult intelligi: *etiam in sphaera non — potuisset*, ut recte monet FAWolf. in scholis: non est enim gradatio ascendens, sed descendens. Pergit Ed. H. *eos motus*, Duisb. *Archimedes eosdem motus*. In fine Cap. Cod. Gud. *posset*, unus Ox. *potuisse:* alius *immutari* pro *imitari*. Paullo superius Ed. Fr. Fabr. *sine deo uno potest. Mr.*

c. 26. *Mihi vero ne haec quidem* etc.] Vocem *vero* omittit Cod. Duisb. Pro *notiora* unus Ox. *moliora:* pro *et* Edd. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Cam. *et iam*, et ita etiam Cod. Vind. 2. Bouhierius, qui non intelligeret, *haec* ad sequentia pertinere, et Archimedis doctrinam non posse dici minus illustrem crederet, quam poësin et eloquentiam, quas tamen contendat Cicero esse magis pervulgatas, corrigi volebat: *notiora et illis tritiora*. Contra eum monuit Nissen. l. c. p. 19. intelligi debere: *magis perspicua omnibus et clariora:* nam illustria opponi obscuris. FAWolfius in scholis docet, Romanis hominibus visam esse et poësin et eloquentiam potiorem illis artibus mathematicis: eloquentiam vero, utpote ad rem publicam pertinentem, praestare poësi eosdem existimasse. Pergit Ed. H. *nec divina carere:* Mon. 2. *vi divina carere. Mr.*

Ut ego haud *Poetam*] Vulgo *aut poetam*, quod sensum parit menti Ciceronianae repugnantem; quapropter nos Eliens. secundi fidem sequimur. Sin hoc displicet, saltem legas oportet *ut ego aut Poetam — non putem fundere*. Ad rem ipsam quod attinet, sic Seneca de Tranq. cap. XV. Si credimus *Platoni, frustra Poeticas fores compos sui pepulit*. Lucianus in Demosth. Encom. Tom. II. pag. 687. *Πολλῆς δεῖ τῆς μανίας ἐπὶ τὰς ποιητικὰς ἰοῦσι θύρας.* Noster pro Archia cap. VIII. *A summis hominibus eruditissimisque accepimus — Poetam natura ipsa valere, et mentis viribus excitari, et quasi Divino quodam Spiritu inflari*. Huc facientia quidem Platonis dicta nos indicavimus ad lib. I. de Divin. cap. 37. Eadem fuit aliorum sententia. Hinc enim Pindarus Olymp. III, 18. *ἀοιδὰς* dixit *θεσμόφορους*. Nimirum *ἀγαθοὶ δὴ καὶ σοφοὶ κατὰ Δαίμον' ἄνδρες*, ut ait idem Olymp. IX, 41. Vide sis et XI, 20. *D.*

ut ego aut poëtam grave etc.] Davisii coniecturae nullus ex nostris Codd. neque aliqua Ed. favet. Probabat eam tamen Bouhierius. Ernestus, repudiato Davisii *haud* (quamquam sententiam eius probat), quia Cic. dicturus fuisset *nec poëtam — nec eloquentiam*, alteram tamen Davisii coniecturam (*non putem*), priore peiorem, ut suam, profert atque commendat. Rathius locum a Davisio invita correctum esse Minerva contendens ita et sententiae et Latinitati consultum existimabat, ut scriberemus: *et ego aut poëtam — putem fundere? aut — sententiis?* Cui Censor, quem dixi, Jenensis (1806.

carmen sine caelesti aliquo mentis instinctu putem fundere, aut eloquentiam sine maiore quadam vi fluere, abundantem

---

49. p. 392.) loci sententiam parum fuisse intellectam censet: *Haec* non ad Archimedis scientiam spectare (id enim intelligi ex plurali numero et ex comparativo): et epitheta non convenire mathematico: qui, quamvis accuratissima doctrina vir, Romano homini tamen fuerit humilis homunculus (Tuscc. V. 23. coll. I. 2.). FAWolfio dicenti *ut* esse i. q. *ita ut*, respondet Or., ita potius intelligendum esse locum, quasi accuratius scriptum sit: *mihi — videntur: unde fieri nequit, ut ego — putem.* Buggius denique in Progr. p. 22. et Davisium et Ernestum recte perspexisse mentem Ciceronis, nec vero correctione opus esse dicit: „Optime, ait, similis, puto, dictionis exemplum rem illustrabit. Fac igitur aliquem dicere: „*Non videtur mihi haec via periculis carere, ut tuto per eam iter facere putem licere.* Ecquis non videt, non putare hominem, tuto iter facere licere, sed multo magis negare, id fieri posse? Est enim perinde, ac si diceret: *Si periculis careret via, tuto per eam iter facere putarem licere; quoniam autem periculis non carere mihi videtur, id fieri posse non puto.* Ad hanc normam expende verba Ciceronis, ut vulgo exhibentur; videbis iustum iis sensum inesse. „Rathiano tamen commento favet Cod. Rehd. qui exhibet *et ego,* peius autem pergit: *autem poetam. Mr.*

grave plenumque carmen] Unus Ox. *gravem.* Aug. *plerumque.* Duisb. *planumque* (sed *a* in *e* correctum est). *Grave* Kühnerus ad sententiarum ubertatem, *plenum* ad modorum (rhythmi) suavitatem refert: FAWolfius illud ad vim et veritatem sententiarum, hoc ad orationis ubertatem referri vult. Quam ego sententiam praetulerim: nisi quod etiam *sonum* verborum voce *plenum* significari crediderim. Cf. de Or. III. 37. 150. *Mr.*

sine caelesti aliquo mentis instinctu] Bouhierius cum in uno Leid. invenisset *caelestis,* ita amplexus est hunc errorem, ut Ciceronem inde corrigendum existimaret: merito iam notatus a Nissenio. Vocem *mentis* omittunt tres Oxx. Cod. Marb. habet *instructu,* cuius erroris causa manifesta est. Ad sententiam conf. praeter locum Ciceronis supra a Dav. laudatum, nostram annot. ad Ciceronis verba de Div. I. 37. 80: *negat sine furore Democritus quemquam poëtam magnum esse posse*: itemque de Or. II. 46. 194: *Saepe audivi poëtam bonum neminem* (*id quod a Democrito et Platone in scriptis relictum esse dicunt*) *sine inflammatione animorum exsistere posse et sine quodam afflatu furoris.* Horat. de Arte Poët. 297. ibiq. interprr. Videtur ibi Horatius consulto Democriti sententiam in peius convertisse. Ovid. Fast. VI. 5. 6. — *Fundere* de versibus noster saepius dixit: veluti de Or. III. 50. 194. Tuscc. I. 44. 107. de Finn. IV. 4. 10. de Div. II. 54. 110. *Mr.*

sine maiore quadam vi] Ita Codd. Reg. Marb. Vind. 2. (sed hic *maiori*) Duisb. Rehd. Mon. 2. Gud. 2. Aug. Edd. Or. et pridem Cam. S. E. C. V. M. H. haec (*maiori*) Asc. 2. Leod. Junt. Rob. Steph. HWolf. Ald. In Gud. 1. Vind. 1. quinque Oxx. Edd. vett. est: *sine quadam vi maiore:* Gud. habet *sine maiori vi quadam.* Mon. 1. *quadam sine maiore vi:* duo Oxx. *quandam sine maiore vi,* unus: *quadam sine vi,* alius *quadam sine vi influere.* Mox Codd. Rehd. Mon. 2. *verbis sonantibus.* Tum Mon. 1. *uberiusque.* Vind. 1. *uberrimisque.* Ad verba cf. Cic. de Or. III. 37. 150: *verbis — in quibus plenum quiddam et sonans inesse videatur.* Brut. 33, 125: *Noli putare, quemquam pleniorem et uberiorem ad dicendum fuisse. Mr.*

sonantibus verbis uberibusque sententiis. Philosophia vero, omnium mater artium, quid est aliud, nisi, ut Plato [ait], *donum*, ut ego, *inventum deorum?* Haec hos primum ad illorum cultum, deinde ad ius hominum, quod situm est in generis humani societate; tum ad modestiam magnitudinemque animi erudivit: eademque ab animo, tamquam ab oculis, caliginem dispulit, ut omnia, supera infera, prima ultima

---

Philosophia — quid est aliud, nisi ut Plato donum — deorum] Vulgo *ut Plato ait*, sed ultimam vocem nesciunt Reg. Med. et Balliol. [Nec vero omissionem verbi *ait* plane contra usum esse Ciceronis (quod contendit Beierus ad Lael. 6, 22.) vides ex locis de N. D. II. 2. 4. I. 35. 97.] Respicit ad verba Platonis in Timaeo pag. 533. D. Ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα φιλοσοφίας γένος· οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν, οὔθ' ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει ΔΩΡΗΘΕΝ ἐκ θεῶν. Ea Latine reddiderunt Chalcidius pag. 57. [p. 257. ed. Fabric.] et noster de Univ. cap. 14. *D.*

Philosophia vero — deorum?] Ad sententiam vid. Mahne ad Wyttenbachii Lectiones p. 123. Goerenz. ad Cic. Acadd. I. 2. 8. p. 14. Tusc. II. 5. 13. III, 3, 6. V, 1—4. Beier. ad Cic. de Off. II. 2; interprr. ad Cic. de Legg. I. 22 et 23. p. 140—150. ed. nostr. — Pro *omnium mater artium* Vind. 1. habet *mater omnium artium*. Aug. *omnium artium mater*. Pergit unus Ox. *quidem est*. *Mr.*

nisi, ut Plato [*ait*], *donum,*] Uncinis inclusi *ait*, quod plane abiecerat Dav. Nolui vero plane abiicere, quamvis absit a multis, iisque optimis, libris: raro enim eo caret oratio Ciceroniana: habent autem verbum *ait* Edd., praeter Dav. omnes, Codd. Vind. 2. et Gruteriani, ut videtur, omnes. Glossam habent Rehd. *ut Plato sapienter dicit sapientiam* omissis *donum — deorum*. unus Ox. *ut Pl. sapienter dicit donum*, alius (σ) cum Rehd. facit. In Cod. Aug. ita scriptum est: *nisi, ut Plato, donum, ut ego, inventum deorum sapienter dicit sapientiam donum. Haec nos* etc. ubi plenam quasi et iustam vides glossam in orationis seriem illatam. *Mr.*

Haec nos primum ad illorum cultum] Unus Ox. *Nec* pro *haec*. Verba *ad illorum* omittit Mon. 1. cum Glossa habet Rehd. *ad illorum deorum* (sic): solam glossam *ad deorum* Ed. H. Ad *ius hominum* observat Or. commodam hanc locutionem, *iuri civili* oppositam, nondum in mentem venisse Ciceroni in libr. I. de Legg. §. 16. ubi aptissime adhiberi potuisset. Eam obliteravit Cod. Vind. 1. exhibens *ius humanum*. Mox Ed. H. *humani generis*. — *Modestiam magnitudinemque animi* poni ait FAW. in scholis pro virtutibus omnibus: *modestiam* autem intelligi σωφροσύνην, qua in omnibus rebus iustus servetur modus. Pro *erudivit* Ed. H. exhibet *erudiit*. *Mr.*

eademque ab animo etc.] Unus Ox. *eodemque*. Particulam *que* h. l. habere vim collectivam, quasi dicatur: ut paucis complectar, monet Kühner. post Goerenz. ad Cic. de Legg. II. 7. 15. p. 125. laudatis locis Tusc. I. 34. 82. (*totumque*) I. 49. 118. (*nihilque*). Add. nos ad Cic. de Div. I. 30. 64. p. 154. et ad de Legg. I. 1. p. 5. ed. nostr. et Cr. *Mr.*

caliginem dispulit] „Cf. infr. V. 2. Lucret. II. 15. Krabinger. ad Synesium de Regno p. 233." *Schuch.* „*Depulit* legendum esse Turnebus Adv. X, 16. [p. 326.] admonet, atque ita habere nonnullos veteres Codd. Lambinus scribit. In nostro est *expulit*. Minerva lib. V. Iliadis [127.] ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν, id est: *caliginem tibi ab oculis depuli, quae prius inerat.*" *Fr. Fabric.*

65 media, videremus. Prorsus haec divina mihi videtur vis, quae tot res efficiat et tantas. Quid est enim memoria rerum et verborum? quid porro inventio? Profecto id, quo nec in deo quicquam maius intelligi potest. Non enim ambrosia deos aut nectare, aut Iuventate pocula ministrante,

---

„Legendum potius *depulit*, ut habent nonnulli libri veteres.“ *Lamb.* „Quidam alii *depulit*, et ita Lamb. alii *expulit*.“ *Goth.* „Cf. Drakenborch. ad Liv. IV, 49. 2.“ *Klein.* Cod. Duisb. *expulit*. Sed et *expulit* et *depulit* correctori debentur. Talia semper fieri solent in verbis, quae minus sunt Ciceroni frequentata. *Dispellere* vero admodum commode dicitur de *tenebris*, ut Virg. Aen. V. 839: *aëra dimovit tenebrosum et dispulit umbras*. Quae sequuntur, FAWolfius ita distinxit: *ut omnia supera, infera, prima, ultima, media videremus*. Orellius: *ut omnia supera infera, prima ultima media videremus*: nimirum ut cohaereant, quae sibi invicem opponuntur, celeriter enuncianda et rite coniungenda. Mihi vero ita commodissime distinguenda visa sunt, ut post *omnia* comma ponerem, cuius quasi sequerentur duae ἐπεξηγήσεις: *supera infera*, et *prima ultima media*. Ad hodiernum morem fortasse aliquis sic distinxerit: *ut omnia* (*supera, infera — prima, ultima, media*) *videremus*. Conf. similes locos: Orat. 22, 73: *quod semper usurpamus in omnibus dictis factis, minimis maximis*: ad Qu. Fratr. III. 1. 3. *quod omnia, minima maxima, ad Caesarem mitti sciebam*. In Cod. Gud. est *prima, media, ultima*. Nostrum ordinem servant libri omnes reliqui, et scripti et editi: quare nescio, cur Reiskius et unde dederit: *prima, media*, omisso *ultima*, et ex suis Edd. vett., quasi singularem, eam lectionem enotaverit, quam habent ad unam omnes. *Mr.*

Prorsus haec divina mihi videtur vis] Codd. Mon. 2. Rehd. *divina haec*. Vind. 1. *mihi videtur divina vis*: idem mox: *quae tot tantasque res efficiat*. In seqq. Edd. Asc. 2. Junt. Cam. *quid enim* omisso *est*. Ad verba *memoria rerum* adnotavit Beroaldus: „qualis erat in Lucullo:“ ad v. *verborum*: „qualis in Hortensio.“ Vocem *memoria* omittit unus Ox., alius verba: *quid porro inventio*. *Mr.*

quo nec in deo quicquam] Quod est in Cod. Reg. *ne* pro *nec*, unde Bentleius coniecit *ne in deo quidem maius*, id habent etiam Codd. Marb. Gud. 1. 2. Sed recte monet Or. debilitari ista coniectura vim sententiae. Neque etiam, quamquam praestat illi scriptioni, receperim, quod est in Codd. Col. Vind. 1. et Duisb. *ne in deo quidem quicquam*. Pessime autem Aug. *quod non video quicquam magis*: tres Oxx. Rehd. Gud. *quo nec video quicquam*. Mon. 1. *quo nec ideo quicquam*: quorum errorum causa manifesta est. Post *intelligi* Rehd. addit q. In Gud. est *potes* pro *potest*. Recte monet FAWolf. in scholis, pro *intelligi* recentiores dicturos fuisse *cogitari*. *Mr.*

Non enim ambrosia Deos aut nectare, Iuventate — laetari arbitror] Vulgo, *aut nectare* aut *Iuventate*: sed voculam penultimam monitu praestantissimi Bentleii negleximus. Praeter Iuventatem, Vulcanum et Ganymedem, Harmonia et Mercurius a nonnullis Deorum habiti sunt οἰνοχόοι. Vide Athenaeum lib. XI. pag. 425. et Lucianum Tom. I. pag. 233, 342. *D.*

Non enim ambrosia deos aut nectare, aut Iuventate] Scribitur *deus* in uno Ox. Davisius, cum in Cod. Bak. reperisset *aut et nectare*, quamquam tum quoque probabat Bentleii coniecturam, rescribi tamen etiam posse dixit in Ed. 2: *ambrosia deos et nectare, aut Iuventate* etc. laudatque Schol. Aristoph. Vesp. 851. ubi est Ἥβην οἱ παλαιοὶ τὸ τέρπεσθαι κατὰ τὰς εὐωχίας προσηγόρευον. Καὶ ὁ ποιητὴς — τὴν Ἥβην

laetari arbitror: nec Homerum audio, qui Ganymedem ab

— *διὰ τοῦτο θεοῖς οἰνοχοοῦσαν παρεισήγαγεν.* Vocem *aut* post *nectare* contra Bentleium tuentur libri omnes. Ern. illam ita defendit, ut dicat „tria ponere Ciceronem, quibus laetentur dii, ambrosia, nectare et Iuventate.“ Contra Bentleii et Davisii emendationem laudat Bouhierius Miscellann. Obss. in Anott. vett. et recc. Amstelod. T. I. p. 406. *Mr.*

Iuventate] Multi libri notiorem habent formam *Iuventute*, quod item fuisse Ἥβης nomen latinum perhibet Hyginus in Praefat. Fabb. p. 12. ubi vid. Munker. p. 13. ed. van Staveren. Et habent nostram scriptionem duo Oxx. Gud. 1. 2. Duisb. Reg. tres Gruteri. Edd. A. V. M. L. Ven. nostr. Ald. Sturm. HWolf. Leod. Sylb. Rob. et Car. Steph. Brut. Verb. et seqq. — De *Iuventate* vel Hebe vid. Klopfer. Mythol. Wörterb. T. I. p. 784 sq. qui, praeter Boettigeri sententiam, aliorum mythographorum et veterum et recentiorum iudicia et enarrationes collegit. Add. annott. ad Cic. de N. D. I. 40. p. 182 sq. ed. Cr. et nostr. maj. Ad v. *ministrante* Ern. haec: „Memini ex h. l. citari *administrante*, et id verbum in primis de pincernis dicitur. V. Clav. in h. v. si scriptum fuit *amministrante*, facilis error fuit. Est in Edd. pr. Ven. Med. Junt. etc.“ Caecutivit Ernestus, cum haec scriberet: nam nullus liber MS. neque, quas laudat, Edd. vett. habent *administrante*. Sed paullo inferius illae, itemque Venetis Reiskii Ven. nostr. et Alteri, Cam. Asc. 1. 2. B. S. E. C. habent *ad ministraret* (ante verba *non iusta*). In Gud. est *poculum*, in Rehd. *ministrante pocula*. Eodem *ministrandi* verbo noster utitur etiam infra V. 21. 61. Quare in eo quoque errasse Ernestum dicendum erit, *administrandi* verbum in primis de pincernis dici contendentem: vide modo Or. in Pison. 27, 67. de Finn. II. 8. 23. II. 21. 69. de N. D. I. 40. 112. *aut Iuventatem, aut Ganymedem pocula ministrantem*: in Verr. L. II. Or. III. 44. 105. quibus locis omnibus *ministrare* legitur, nusquam *administrare*. Add. nos ad Cic. de Rep. I. 43. p. 172. ed. nostr. *Mr.*

laetari arbitror] Codd. Gud. 1. 2. *laetare*. Gebhardus in Crepundiis p. 458. cum in uno Cod. *lactari* reperisset, pro *laetari*, ita amplexus est illum calami lapsum, ut elegantissimam eam et aptissimam emendationem existimaret, parum reputans, Ciceronem ab isto verbo plane abstinuisse. *Mr.*

Nec Homerum audio, qui Ganymedem etc.] Versus hi sunt Il. Υ, 234.

Τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν
Κάλλεος εἵνεκα οἷο —

Dicebatur enim

Μητρῖς ὑπαίθειν τὴν Διὸς τυραννίδα,

ut ait Aeschylus ἐν Κολχίσιν apud Athenaeum lib. XIII. pag. 602. F. Poetae fere Catamitum ab aquila raptum tradunt, quod non incommode Lactantius Div. Inst. lib. I. cap. XI. videtur interpretatus. Herodianus lib. I. cap. 35. aliique nonnulli hoc Tantalo facinus adscribunt; eius tamen auctorem facit Minoem Echemenes apud Athenaeum lib. XIII. p. 601. Videatur Suidas in Ἴλιον et Μίνως. *D.*

Nec Homerum audio] Unus Ox. *hec* pro *nec* Ed. H. *neque*. Loco Homerico a Dav. laudato add. Il. ε. 266. praeterea Klopfer. l. c. s. v. *Ganymedes*. Scribitur *Granimedem* in Cod. Marb., cuius scriptor doctissimus etiam paullo superius dedit *ambroxiam*. *Ganymeden* habent cum Dav. Codd. Gud. 1. Duisb. Conf. Ruddimann. Inst. Gr. Lat. I. p. 76. ed. Stallbaum. Fr. Fabr., laudato ad hoc nomen Homeri

diis raptum ait propter formam, ut Iovi bibere ministraret: non iusta causa, cur Laomedonti tanta fieret iniuria. Fin-

---

loco, addit: „Xenophon in Convivio [VIII. 30.] ait Ganymedem in deos receptum non corporis, sed animi gratia: idque nominis notatione probat, quod *Γανυμήδης* dicatur *παρὰ τοῦ γάνυσθαι μήδεσιν.*“ Post hoc Ganymedis nomen scribitur *ab dis* in Codd. Gud. I. Duisb. et sic dedit Dav. sine dubio ex Cod. Reg., *ab diis* in Codd. Gud. 2. Mon. 2. Rehd. Edd. S. E. Et his ego Codd., cum sint antiquissimi, obsecutus sum. De scriptione *ab* ante literas consonas iam vid. Handii Tursellinum I. p. 5 sq. [ubi perperam laudatur Guntheri Latinit. Restit. P. I. cum sit P. II.] Add. novam Ed. Forcellini Germanicam v. *A.* Ciceronem autem etiam *ab diis* dixisse, docet Goerenz. ad Cic. de Finn. V. 1. 1. Ex Livio profert exempla Guntherus l. c. p. 4. In Cod. Vind. I. scriptum est: *raptum ait a diis esse.* Unus Ox. omittit *ait. Mr.*

Ut Iovi bibere *ministraret*] In anterioribus editis legebatur *pocula ministraret:* alteram vero scripturam Ianus Gebhardus ex decem Codicibus recepit, quibus accedunt octo nostri. Et merito quidem. Servius in Aen. I, 32. *Remota Hebe filia Iunonis, quae* Iovi bibere ministrabat. Vide Donatum ad Terentii Andr. Act. III. Sc. II, 4. Antiquitus hac in re *biber* usurpabant, ut ostendit Charisius Inst. Gram. lib. I. col. 99. *D.*

ut Iovi bibere ministraret] Cod. Mon. 1. *aut* pro *ut.* Ed. A. omittit *ut.* Dav. in Ed. 1. addiderat ex Lucilii Sat. libro VI. *date bibere ab summo* [vers. 20. p. 198. Ed. Bip. ad calcem Iuvenalis et Persii.]. Quod vero ait Dav. antiquitus formam *biber* fuisse usurpatam, admonet formae *sta berber* pro *fervere* in carmine Fratrum Arvalium apud Orellium in Inscriptt. Romann. T. I. p. 391. Quod vero post Gebh. receperunt *bibere,* pro glossa *pocula,* sequentes omnes, habent Codd., praeter Vind. 1., omnes, Oxonienses quoque, idemque esse in Gryphiano iam Brutus adnotavit: nec tamen quisquam recipere ausus est ante Gruterum. Locis supra laudatis adde Horatianum illud Ep. I. 16. 60: *pulchra Laverna da mihi fallere, da iustum sanctumque videri.* Pro *ministraret* qui exhibeant *administraret* supra dixi ad v. *ministrantem.* Unus Ox. habet *ministret.* Iam conf. etiam Lindemann. ad Arusian. Messum in Corp. Gramm. Lat. I. p. 217. Not. 36. ubi laudatur ex Cod. Gud. *ut Iovi bibere ministraret.* Foertsch. ad Vossii Aristarch. I. (de Arte Gramm. III. 26.) p. 362. Pro *non* Cod. Mon. 1. *num*: quod cave probes. *Mr.*

Cur Laomedonti tanta fieret iniuria] „*Troi* pro *Laomedonti* erat scribendum: sed fuit Ciceronis *μνημονικὸν ἁμάρτημα.*“ *Ursinus.* „*Laomedon* non Ganymedis fuit pater, sed *Tros,* ut Homerus in XX. Iliados. „Ideo autem mentionem facit Laomedontis, quia Ilus, pater Laomedontis, frater fuit Ganymedis, et Laomedonti tanquam periuro atque foedifrago succensuerunt dii et potissimum Apollo et Neptunus, structores moenium Trojanorum, quibus illusit et imposuit.“ *Beroaldus.* Gothofr. in marg.: „Alii *Troi,* et ita scribendum.“ Illud „alii“ non significare potest „habent“, (nam nullus plane liber exhibet *Troi*) sed „volunt.“ Ceterum scribitur *Laumedonti* in Codd. duobus Oxx. Marb. Vind. 2. Edd. Junt. (haec habet *causatur* pro *causa cur*) Ven. nostr. (in hac paullo superius est *poculi* pro *bibere*) Asc. 1. 2. P. A. B. C. Ad annot. Dav. adde, quod Or. monet: Aliam etiam fabulam sequi Pindarum, qui in Olymp. I. Ganymedem post Pelopem demum in coelum sublatum dicat, ideoque non magis, quam Cicero, Homerum sequatur. Qua de re vid. Th. L. F. Tafelii V. Cl. Diluci-

gebat haec Homerus, et humana ad deos transferebat: divina mallem ad nos. Quae autem divina? Vigere, sapere, p. 162. a.

datt. Pindaric. I. 1. p. 28 sq. Boeckh. ad Pind. Ol. 1. p. 108. Ed. Boeckh. T. II. 2. et Dissenium in sua ed. (Bibl. Gr. ed. Jacobs et Rost. Poett. Vol. VI. 2.) p. 11 sq.: „Placet nunc Boeckhio filium Laomedontis a Pindaro Ganymedem habitum, de qua genealogia cf. Cic. Tusc. I. 26., et, qui tamen locus dubius visus nonnullis, Eurip. Troad. 822. Sic post Pelopem venire potuit, quum Pelops Laomedontis esset aequalis: cf. Schol." Add. Ephemerid Scholast. (Allg. Schulztg.) 1832. 13. p. 102. ibiq. laudd. item Eurip. Troad. 822. ubi Ganymedes dicitur *Λαομεδόντεια παῖ*, et poëtam Cyclicum ap. Schol. Eurip. Orest. 1392. ubi Laomedon item dicitur Ganymedis pater. Cod. Gud. 1. *fierit* pro *fieret*. *Mr.*

Cur Laomedonti *tanta fieret iniuria*] Nostro *σφάλμα μνημονικόν* impingunt Joach. Camerarius, Aldus nepos et Fulv. Ursinus: quasi *Troi*, non *Laomedonti*, fuisset scribendum. Verum ut de raptore, sic de patre Ganymedis magnae sunt inter auctores discrepantiae. Plerisque Trois est filius; Hygino Fab. CCXXIV. Assaraci; ut Fab. CCLXXI. Erichthonii natus dicitur. Lucianus autem in Charidemo Tom. II. pag. 784. eum Dardani filium vocat. Laomedonte genitum confirmat Cycli scriptor apud Scholiasten in Euripidis Orest. vs. 1392.

Ἄμπελον, ἣν Κρονίδης ἔπορεν οὗ παιδὸς ἄποινα,
Χρυσείην, φύλλοισιν ἀγαννοῖσιν κομόωσαν
Βότρυσι, τοὺς Ἥφαιστος ἐπασκήσας πατρὶ δῶκεν,
Αὐτὰρ ὁ Λαομέδοντι πόρεν Γανυμήδεος ἄντι.

Quo loco Ciceronem tuetur Tan. Faber lib. II. Ep. 58. Quin et Ganymeden ab Euripide Troad. vs. 822. *Λαομεδόντειον παῖδα* nominari video. Tzetzes sane ad Lycophronis vs. 34. Laomedontem narrat equos immortales Herculi promisisse, *οἳ ἐδόθησαν αὐτῷ ἀντίποινον παρὰ τοῦ Διὸς τὸν Γανυμήδην ἁρπάσαντος, ἀδελφὸν ὄντα τοῦ Λαομέδοντος*. Satis quidem commode; non enim Ganymeden Laomedonte prognatum fuisse, *ῥητῶς* asserit noster, patreque mortuo, fratrem contingit iniuria. *D.*

Fingebat — Divina mallem ad nos] Haec laudat Augustinus C. D. IV, 26. et Confess. I, 16. Vide sis et Aristidem Tom. I. pagg. 46, 47. Optime Longinus *περὶ ὕψους* §. 9. *Ὅμηρος γάρ μοι δοκεῖ, παραδιδοὺς τραύματα θεῶν, στάσεις, τιμωρίας, δάκρυα, δεσμά, πάθη πάμφυρτα, τοὺς μὲν ἐπὶ τῶν Ἰλιακῶν ἀνθρώπους, ὅσον ἐπὶ τῇ δυνάμει, θεοὺς πεποιηκέναι, τοὺς θεοὺς δὲ ἀνθρώπους*. Idem querebatur Xenophanes. Adi Menagium ad Laertii IX, 18. *D.*

Fingebat haec Homerus etc.] Unus Ox. *hoc*. Ad v. *humana ad deos transferebat*: *divina mallem ad nos* adnotavit Camerarius: „Certe et hoc ille fecit, cum et a Minerva considerationem ad Achillem, fortitudinem et intelligentiam ad Diomedem transtulit. Il. ε. [127 sq.]

ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν,
Ὄφρ' εὖ γιγνώσκῃς ἠμὲν θεὸν ἠδὲ καὶ ἄνδρα.

Quid autem non prudentiae ad Ulyssem de eodem numine transtulit? Itaque ille sic gloriatur Iliad. κ. [279 sqq.]

— — — — — — ἥτε μοι αἰεί
ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίστασαι, οὐδέ σε λήθω
κινύμενος . . . ." „Aristoteles lib. I. Eth. ad Nicomachum: *καὶ ἐκ τῶν περὶ τοὺς θεοὺς ἐπαίνων. γελοῖοι γὰρ φαίνονται πρὸς ἡμᾶς ἀναφερόμενοι.*" *Ursinus*. De toto hoc loco singulari capite disputat P. Victorius Varr. Lectt. XXXV. 10. p. 967 sq. Ed. Argent. 1609. Scribitur in Cod. Marb. *divinalem ad nos*. *Mr.*

invenire, meminisse. Ergo animus [qui] ut ego dico, divinus est, ut Euripides dicere audet, deus. Et quidem, si

---

Ergo animus etc.] „In hanc sententiam Virgil. [Aen. IX. 185.]

— — *An sua cuique deus fit dira cupido?*

Igitur, ut Apuleii verbis utar, et bona cupido animi deus bonus est, et animus humanus etiam nunc in corpore situs, daemon nuncupatur. Antiqui animum a corpore seiugatum Manem deum nuncupant.“ *Beroaldus.* „Mihi quidem Cicero scripsisse videtur: *Ergo animus, qui, ut ego dico, divinus est, ut Euripides dicere audet, est deus.* Interpretes nobis locum Euripidis, quem significat Cicero, non indicant. Credideris esse hunc: Troad. 886. [848. Both.]

Ζεὺς, εἴτ' ἀνάγκη φύσεος, εἴτε νοῦς βροτῶν,
προσευξάμην σε. — — — —

Videtur Euripides, ut Anaxagorae discipulus, credidisse, Iovem esse *mentem infinitam, quae regit mundum,* ut ait Cic. de N. D. I. 11. unde ego coniicio, apud Euripidem legendum esse: *εἴτε νοῦς κρατῶν.* Sed intelligere tamen videtur Cicero locum ex Euripidis quadam fabula deperdita.“ *Bouhierius.* Ex Theonis, quem in ann. proxima laudat Dav., loco Or. ait videri confectum Trimetrum Jambicum a Grotio in Excerptt. Tragic. p. 429: *ὁ νοῦς γὰρ ἡμῖν ἔστιν ἐν ἑκάστῳ θεός.* Addit FAWolfius in huiusmodi sententiis Euripidem sequi praeceptorem Anaxagoram, laudatque Senec. Epist. 41. ubi est: *Sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum observator et custos: hic prout a nobis tractatus est, ita nos ipse tractat.* Vid. ib. Lipsium p. 141. Ed. Gronov. praeterea Wyttenbach. Bibl. Crit. IX. p. 18. *Mr.*

Qui, ut ego dico, divinus, est, ut Euripides *audet dicere, Deus*] Sic Mssti. Manucius autem et Lambinus primam vocem delent. Hac tamen emendatione nihil opus, si verbum substantivum, quod saepe fit, intelligas. Eliens. pr. Euripidis loco dat Empedoclem. Male. Theon Progymn. cap. V, pag. 79. *Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς τὸν νοῦν ἡμῶν ἑκάστου εἶναι θεόν.* Iamblichus tamen in Protrept. cap. VIII. pag. 53. *Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεός· εἴτε Ἑρμότιμος εἴτε Ἀναξαγόρας τοῦτο εἶπε.* Similiter alii. Plato apud Fulgentium Virgil. Contin. p. 144. *Νοῦς ἀνθρώπινος Θεός. Sensus hominis Deus est.* Xenocrates apud Aristotelem Topic. lib. II. cap. 2. *ψυχὴν ἑκάστῳ εἶναι* dixit *δαίμονα.* Seneca Epist. XXXI. *Quid aliud voces hunc,* (animum,) *quam deum in humano corpore hospitantem.* Noster apud Macrobium in Somn. Scip. lib. II. cap. 12. *Mens cuiusque is est quisque — Deum te igitur scito esse, siquidem est Deus, qui viget, qui sentit, qui meminit* etc. Macrobius ipse paullo post: *Animam Deum et prisci philosophorum et* Tullius *dixit.* Sic et plures; quorum nonnullos laudavit Th. Gatakerus ad Antonini lib. XII. §. 26. Iis insuper addes haec Plotini verba; qui dixit se *πειρᾶσθαι τὸν ἐν ἡμῖν θεὸν ἀνάγειν πρὸς τὸ ἐν τῷ παντὶ θεῖον.* Exstant apud Porphyrium vit. Plotin. cap. 2. *D.*

Ergo animus etc.] „Locis a Davisio laudatis adde: Menandri Fragmm. p. 5. coll. p. 330. vers. 434. ed. Meinekii (ap. Justin. Martyr. de Monarch. p. 109. A.) *θεός ἐστι τοῖς χρηστοῖς ἀεὶ ὁ νοῦς.* Cic. de Off. III. 10. Epictet. Diss. I. 14. M. Antonin. II. 13. III. 17. V. 10. Spencer. ad Origin. contr. Cels. VIII. p. 976. Wyttenbach. ad Platon. Phaedon. p. 289. 291.“ *Schuch.* „*Qui* delet Valckenarius ad Frgmm. Eurip. p. 238. bene, opinor. Sed sic iam placuit Manutio et Lambino.“ *Ern.* „Voculam *qui* vel omnes critici exturbaverint, equidem tueri audebo. Nam primam unde inducta sit ea in omnes libros MSS., nemo dixerit. Iam vero anacoluthon ab Euripide tur-

deus aut anima aut ignis est, idem est animus hominis. Nam ut illa natura caelestis et terra vacat et humore: sic utriusque harum rerum humanus animus est expers. Sin autem est quinta quaedam natura, ab Aristotele inducta primum; haec et deorum est, et animorum.

---

batum, agnosco. Scilicet animum esse divinum, non ex antecedentibus colligendum erat, sed in his ipsis confectum. Nunc e quonam quatuor elementorum sit animus, dicendum est. Repetenda igitur voce *animi* Cicero peccavit, cum potuisset dicere: *ergo animus — si deus aut anima, aut ignis est, idem est.*" *Nissen.* — Davisius ita distinxit locum, ut perversius fieri non possit; scripsit enim: *Ergo animus (qui, ut ego dico, divinus) est, ut Euripides dicere audet, deus.* Eius ego scriptionem servavi quod ad verba, distinctionem correxi, et *qui* uncinis inclusi, cum non habeat, quo referatur. Nec tamen eiicere volui, cum eam vocem tueantur et plurimi libri et vetustissimi; nec vero omnes, ut existimabat Nissen., qui nullum vidit Codicem. Abest enim a tribus Oxx. et Reg. Cetérum Edd. (praeter Lamb. et Manut.) vett. omnes, et recentiores ante FAWolfium servant *qui*: solâ HWolfii Ed. exceptâ ex vett., quae habet: *Ergo animus, ut et ego dico, divinus, ut Euripides audet dicere, deus est*: ex recc. Olivet., in qua est: *Ergo animus, ut ego dico, divinus est; ut Euripides audet dicere, deus.* Ernestus, ut nos, *qui* uncinis inclusit. Edd. vett. itemque FAWolf. et seqq. verbum *est* post *deus* transposuerant: neutro loco habet unus Ox. et Marb.; eo, quo nos, Lambinus Viet. Rob. Steph. et Codd. Aug. Vind. 1. 2. Bern. Rehd. Duisb. Mon. 2. octo Oxonn. et omnes, ut videtur, Graeviani. Rehd. habet *dico ego*. Gud. *est divinus*: idem pro *Euripides* habet *Empedocles*. Pro vulgato *audet dicere* ex Reg. Marb. Bern. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Gud. Vind. 1. Mon. 1. 2. dedi *dicere audet* cum Dav. In Ed. Ven. Alteri *qui* deletum est. Vind. 1. omittit *dico*; unus Ox. habet *audes*. In marg. Vind. 1. hoc adscriptum est: „Imo et tu, Cicero, in tertio Officiorum et in Somnio Scipionis appellas mentem hominis non divinam, sed deum." Et recte librarius. Vide modo de Rep. VI. 24. p. 504. ed. nostr. ibiq. laud. Cic. de Off. III. 10. 44. et all. Quod autem ait Verb. in marg. Davisium edidisse *ergo animus que, ut ego dico*: operarum videtur error: nisi forte ita dedit in Ed. 1. *Mr.*

Et quidem, si deus aut anima etc.] Mon. 1. *Quidem* om. *et*, Mon. 2. et Duisb. *Equidem*. Tum Aug. *si deus aut aër aut ignis*, om. *est*. Verba *idem est* desunt in uno Ox. Tum Ed. E. habet *animus est*. Vox *ut* abest a Cod. uno Ox. idem habet *et terra*. Cod. Marb. *illa a natura*. Cod. Duisb. et Ed. H. *illa deorum natura*. Pro *utriusque* Cod. Mon. 2. et tres Oxx. *utrisque*. Mox unus Ox. et Rehd. omittunt *humanus*: alius Ox. habet *humanitatis*. Vind. 2. et Ed. H. *expers est*. Pergit Cod. Duisb. *sin autem quinta est quaedam*. Ed. H. *est quaedam quinta*. Quintam naturam ἐντελέχειαν intellige Aristotelis, de qua diximus supra ad 10, 22. *Mr.*

Inducta primum; haec] Sic recte distinxere Cl. viri, Lambinus et Bentleius. Vulgo *inducta: primum haec*. D.

ab Aristotele inducta primum: haec et etc.] Ern. servavit distinctionem *inducta: primum* — hac annotatione addita: „*Primum* non convenit loco, et si referatur ad *inducta*, langueat. Puto scribendum *nimirum*." Olivetus probat Bentleii distinctionem. Reiskius coniiciebat: *primum, communis haec et deorum*. Ernesto respondet Nissen. *primum* ita positum, ut voluit Bentl., non magis languere, quam in illis: *qui primus imposuit nomina* cap. praecedente. Davisium secuti

27 Hanc nos sententiam secuti, his ipsis verbis in Conso-
66 latione hoc expressimus: *Animorum nulla in terris origo inveniri potest: nihil est enim in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terra natum atque fictum esse videatur;*

---

sunt Bipontini et seqq. Eandem distinctionem habent, iam ante Lamb., Ed. Man. et nostra Aldina 1552. Wopkensium vulgatam distinctionem defendentem refutavit Handius ad Lectt. Tull. p. 73 sq. HWolfius, qui videret, *primum*, si ante eam vocem distinguatur, incommodum visum iri, explicando servare voluit distinctionem vulgatam, in parenthesi addens προηγουμένως. Pro *haec* Ed. H. *hoc*. Rehd. pergit *est et deorum*. Verbum *est* omittunt duo Oxx. Mon. 2. exhibet *deorum et animorum est*. Denique vox *et* ante *animorum* abest a Cod. Gud. *Mr.*

c. 27. *Hanc nos sententiam secuti*] Conf. I. 10. extr. Aristotelis intelligit sententiam. Sequitur in Cod. Duisb. *in Consolatione his ipsis verbis expressimus*, om. *haec*. Gud. habet *hiis*. Vocem *ipsis* omittunt Codd. Rehd. Mon. 2. (hic habet *iis* pro *his*) duo Oxx. MS. in marg. Asc. nostrae 2. Edd. A. B. S. E. Ven. utraque Reiskii eiusdemque utraque Med. Ven. Alt. et nostr. Cam. In Vind. 1. et Aug. est *haec in Consolatione*. Quae nunc legitur in Ciceronis libris Consolatio, eam esse Caroli Sigonii fetum non optimum satis constat. De Ciceronis Consolatione v. Kühnerum in libro de Cic. in Philos. meritis p. 50 sq. Gud. 2. habet *Consolationem*. *Mr.*

hoc expressimus] Ita dedi cum Dav. probante Bentleio et Bouhierio, ex Codd. Reg. Gud. 1. quatuor Oxx. uno Leid. Mon. 2; non quod admodum placeat, sed ne optimorum librorum auctoritati refragarer. Nissen. defendit *haec*, quod vulgo legitur, ita: „*Haec expressimus* i. e. scripsimus. Nam si *haec* ad priora referas, redundat.“ Sed id ipsum quaeritur, utrum simpliciter pro *scribere* dicat Cic. *exprimere*. Nobis quidem placeret utrumque, et *ipsis* et *haec*, omissum. Et omisit unus Ox. cum nostro Duisb. *Mr.*

Animorum nulla in terris etc.] Hicce locus a Lactantio citatur de Ira Dei cap. 10. Sed partim memoriae, partim Librariorum vitio, apud illum haud ita bene se habet. Ad idem argumentum pertinent, quae ex Porphyrii Gradibus servavit Stobaeus Eclog. Phys. pag. 91. Cum primis autem egregia sunt, quae disputat Longinus apud Eusebium Praep. Evang. lib. XV. cap. XXI. *D.*

Animorum nulla in terris origo] Ed. H. *Animorum in terris inveniri nulla origo potest*. Post *animorum* addit *enim* Ed. C. Vocem *nulla* omittit unus Ox. In seqq. omissum est *enim* in Cod. Rehd. Edd. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 2., verbum *est* in Codd. Gud. et Mon. 1. In Mon. 2. et Aug. scribitur *in animis est mixtum*. De anaphora vocis *nihil* (proxime enim redit) vid. disputantem Beierum ad Cic. pro Scauro 37. p. 198. Pro *atque* Ed. H. *vel*. Ad v. *concretum* v. de N. D. I. 27. 75. *Mr.*

aut quod ex terra etc.] Unus Ox. *et* pro *aut*. *Quod* abest ab Edd. Ven. duabus Reiskii, Ven. nostr. et utraque Med. Reiskii. Bene Bill. explicat *aut quod* verbis *aut eiusmodi, ut id* —. Pessime autem idem in utraque sua editione *stabile* pro *flabile*: quem errorem inspectis omnibus libris nonnisi in Cod. Marb. et Ed. Sylb. reperi. Ad scriptionem *ex terra natum*, non corrigendam in *e t. n.*, vid. Beier. ad Cic. Lael. 21. 78. p. 120 sq. Verba *natum atque* absunt a Cod. Vind. 1. Tum Duisb. *factum*, sed corr. in *fictum*, unus Ox. *situm*. Verburgius quoque ex uno MS. *factum* enotavit. *Mr.*

nihil ne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum. His enim in naturis nihil inest, quod vim memoriae, mentis, cogitationis habeat; quod et praeterita teneat, et futura provideat, et complecti possit praesentia: quae sola divina sunt,

---

nihil ne aut humidum quidem] Verb. ex Cod. MS. enotavit *nihilque*: in Ed. H. *nihil enim*. In Mon. 2. ex corr. *nihilve*, idque cum Bouh. in sua Ed. vet. et apud Lactantium reperisset, recipi voluit: et reperit Or. in Ed. A. Sed hoc ipsum *nihilve* apud Lactantium dudum correctum est in *nihilne* ex Cicerone non solum, sed ex ipsius Lactantii Codd. Vid. modo Edd. Bünemann. p. 1044. et Dufresn. p. 150. T. II. Universe moneo, quod de corruptione loci Ciceroniani apud Lactantium ait Dav. in ann., id iam quidem verum non esse, postquam Lactantius Bünemanni et Lengleti Dufresn. curis castigatior ex Codd. MSS. prodiit. Ex eodem etiam correxi paullo superius. *Nihil est enim* pro *nihil enim est* ex certissima Krebsii (Anleitung z. Lat. Schr. §. 520. ed. 5.) et Ottonis (ad Cic. Cat. maj. p. 223.) regula et Codd. MSS. Post *nihil ne* sine causa deletum volebat *aut* Henr. Stephanus in Castigatt. in Cic. p. 108. ed. Paris. Scribitur autem *flabile*, id est *aërium*, in omnibus quoque Lactantii Codd. Vocem *quidem* omittit unus Ox. De usu particularum *aut — aut* post negationem pro *nec* v. *neque* vid. nunc novam Ed. Forcellini Germanicam I. p. 299. a. *Mr.*

His enim in naturis etc.] Cod. Rehd. Edd. S. E. *iis*. Codd. Gud. Duisb. *hiis*. Ad haec verba HWolfius in parenthesi addidit: terreis, humidis, flabilibus, igneis. Vocem *in* omittunt Mon. 2. tres Oxx. Gud. Ed. H. et complures Lactantii libri, itemque Ed. Dufresn. Sed recte praepositionem servavit Bünem. Vox *naturae* ita ut nostro loco ponitur de N. D. II. 57. III. 14. et II. 33. (nec vero III. 33. ut scripsit Kühnerus): ad quorum primum v. nos p. 167. ed. min. Scribitur *nihil est* pro *nihil inest* in Codd. Gud. et Aug. Vocem *mentis* non habet Cod. Mon. 1. Ad eam Nissen. haec: „*Mentem* h. l. vim esse futura providendi, sequentia docent. Eum significatum a loco potius, quem tenet, quam ab usu, repetit. Aliquando suspicatus sum *praemeditationis*, e quo prima syllaba ob verbum antecedens periisset; iam vero defendere non ausim." Neque quidquam mutari necesse est. *Mens* est animi pars princeps, intelligentia. Vid. Plexiaci Lex. Philos. p. 294. in primis autem de mente, ratione, intelligentia, ingenio et cogitatione, ex usu Ciceronis, ib. p. 67 — 70. Scribitur in Gud. 2. *cogitationisve*: male. Tum Ed. H. inverso ordine *et quod*: unus Ox. *caveat* pro *teneat*: ubi vides Glossam verbi *provideat* in sermonis seriem alieno loco irrepsisse et aliud verbum genuinum extrusisse. Quod sequitur, *et*, omittit Cod. Rehd. Pro *provideant*, quod habent omnes libri, in Ed. Lact. Dufresn. editum est *praevideat* ex aliquot Codd. et, ut ait Dufr., ex Cicerone: sed, ut dixi, in libris Cic. nihil varietatis est: neque ego, si esset, aliquid mutandum censerem; quam saepe autem compendio scriptae praepositiones *pro* et *prae* confundantur, non est, quod doceam. Ceterum vid. Ernesti Lat. Synonym. v. *praevidere*. *Mr.*

quae sola divina sunt,] „Quomodo *sola?* imo *tota*, ut opinor." *Ern.* „*Sola* non ad *quae*, sed ad *divina* pertinet. Sensus est: quae nonnisi deorum sunt. Ernestus hic sine causa haesit." *Nissen.* Ita noster de N. D. I. 34: *quae sola divina natura sunt*. Conf. Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 49. ed. 3. Add. nostr. Ed. min. Cic. de N. D. loco cit. p. 62. et Jentzen ad Cic. de N. D. p. 60 sq. — Pergit Ed. H. *neque*. Codd. D. et unus Ox. *invenitur*: alius Ox. *inveniretur*

nec invenietur unquam, unde ad hominem venire possint, nisi a deo. Singularis est igitur quaedam natura atque vis animi, seiuncta ab his usitatis notisque naturis. Ita, quicquid est illud, quod sentit, quod sapit, quod vivit, quod viget, caeleste et divinum, ob eamque rem aeternum sit necesse est.

---

usquam, Male *inveniuntur* Ed. Lact. Dufresn. Correxit Bünem. ut est ap. Cic. et in aliquot libris: subaudiendum enim *origo.* Ante *unquam* in Cod. Aug. additur *hoc.* Pro *unde* Gud. 1. *inde*: pro *possint* Ed. P. *possit.* In seqq. Gud. omittit *est*; unus Ox. habet *singulis.* Rehd. Mon. 2. et Ed. H. habent *igitur est*: unus Ox. pro *atque* repetit *quidem.* Mox Cod. Rehd. et marg. MS. in Ed. Asc. 2. *iis.* Gud. et Duisb. *hiis.* Mr.

Usitatis *notisque naturis*] Legendum *visitatis,* ut monuimus ad lib. II. de Divin. cap. 22. *D.*

usitatis notisque naturis] Sc. terrena, humida, aërea et ignea. Quod suaserat Bentleius recepit Dav. in Ed. 2. *visitatis.* Sed merito neminem habuit obsequentem. Vid. nos ad Cic. de Div. I. 42. p. 207. II. 22. p. 378. ed. nostr. Cod. Aug. habet *natura* pro *naturis.* *Mr.*

Ita, quicquid est illud etc. Pro *ita* Dav. ait in Ed. 2. legi vulgo *itaque.* Sed hanc ego lectionem nonnisi in Edd. Car. Steph. Brut. HWolf. Sylb. et Amstelod. (ap. Blaev. 1559.) reperi. Pergit unus Ox. *qui sentit, qui sapit, qui vivit.* Postremum *qui* habent etiam sex alii Oxx. In Ed. P. est *quicquid totum illud:* ubi glossa vocis *quicquid* verbum extrusit. *Mr.*

Quod vivit, *quod viget*] In Pall. aliisque Codd. duplex huius loci fertur lectio; dant enim, *quod vult vivit.* At Reg. Vatic. Med. aliique plures repraesentant, *quod vivit;* et eam scripturam, cum recta videretur, recepi: nam *vivere* et *vigere* passim iungit Cicero. Vide Tertullianum de Anim. cap. 19. *D.*

quod vivit] Ita Codd. Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Gud. Rehd. Duisb. Bern. Mon. 1. 2. Gryph. Vatic.; Edd. pleraeque ante Dav. *quod vult.* Post Dav. omnes *vivit,* praeter Lall. et Oliv. Bouhierius tamen ex sua Ed. vet. enotavit *vivit* (quod habet etiam Ed. H.) ipse autem coniecit *quod invenit* vel *quod meminit,* quia cap. praecedente dixerit *vigere, sapere, invenire, meminisse,* et cap. 8. Somnii Scip. de homine: *deus est, qui viget, qui sentit, qui meminit.* Sed neminem nactus est obsequentem. Merito. Ern. se etiam in Cod. Guelf. reperisse *vivit* refert. — *Vigendi* autem verbum quantopere amet Cicero, vides ex Ochsneri annot. ad h. l. p. 50. Locis ab eo laudatis add. Cic. de Div. I. 30. ubi item iunguntur: *vivit autem et viget animus.* De N. D. II. 33. 83. Doederlein *Lat. Synon.* IV. p. 441. *Mr.*

Caeleste et divinum] Vulgo, *caeleste ac divinum* est: sed ultimam vocem non agnoscunt Reg. Med. Balliol. *D.*

caeleste et divinum] Solus FAWolf. et Ed. vet. Bouh. quidem habere MS. Reg. ait *et caeleste.* Vocem *est* post *divinum* habent quidem Edd. vett. omnes exceptis P. et Bouh. vet., et post Dav. etiam Edd. Ern. et Oliv.; sed non agnoscunt Codd. septem Oxx. nostri Gud. 1. 2. Reg. Aug. Rehd. Duisb. Gud. Mon. 1. 2. Gryph. In nullo vero libro est *ac* pro *et,* ut scripsit Dav. in ann. *Mr.*

ob eamque rem — necesse est] De constructione loci vid. Bentleii annot. De more Ciceronis ponendi particulam *que,* ut h. l. posita est, vid. Gahbler. in Jahnii Annall. Philologg. et Paedagogg. 1829. II. 4. p. 394. In Cod. Aug. scribitur *ob eam rem.* *Mr.*

Nec vero deus ipse, qui intelligitur a nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quaedam et libera, segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens et movens, ipsaque praedita motu sempiterno.

Hoc e genere atque eadem e natura est humana mens. 28
Ubi igitur, aut qualis est ista mens? Ubi tua, aut qualis? 67
b.

Nec vero Deus — sentiens et movens] Haec profert Lactantius Inst. Div. lib. I. cap. 5. et ex eo Salvianus Gub. Dei lib. I. cap. 1. *D.*

Nec vero deus etc.] Ad sententiam hanc vere Platonicam laudat Kühnerus suum librum de Cic. in Philos. meritis p. 177 sqq. 188 sq. Qui praeter hunc ad Ciceronis de deo sententiam laudandi sint, eos indicavimus ad calcem introductionis ad versionem nostram Germanicam librorum Cic. de Nat. Deorum p. 1413 sq. Ad verba *qui intelligitur a nobis*, Niss. „ieiune, ait, dictum, si quid video. Malim *cum intelligitur a nobis*.“ Melius se intellexisse locum monstravit iam Leodeg. a Quercu ad haec verba explicanda addens: „*nec sub sensum cadit*.“ Ad v. *mens* confert Beroaldus Anaxagorae *νοῦν*. — Vocem *quaedam* omittit Edit. H. *Mr.*

Segregata ob omni concretione] Cod. Vind. 1. *separata — concreatione*. Vind. 2. Duisb. Ed. H. *et segregata*. MS. in marg. Verb. *congregatione*: quod videtur correctoris, qui in suo Cod. male scriptum reperisset *concreatione*, indeque ad veram scriptionem redire non posset. *Segregandi* verbum Ciceroni in tali sententia admodum familiare est. De Finn. III. 9. 30. *virtutem a summo bono segregaverunt*: infra V. 28. 80. (vita beata) *comitatu pulcherrimo segregata*: ubi vides variatam constructionem, quam tamen Schützius addito *a* in consuetam mutavit. Pro *omnia* Ern. Koel. FAWolf. Schütz. et Nobb. *omniaque*. Nos cum Or. librorum scriptionem restituimus, quam cur relinquerent illi viri, nulla erat causa idonea. *Mr.*

c. 28. *Hoc e genere atque eadem e natura*] Scribitur *a natura* in Edd. A. B. S. Asc. 2. (haec vero in marg. ex MS. habet *e*) Junt. Ven. nostr. Praepositionem omittunt quinque Codd. Oxx. Mon. 2. Gud. Rehd. et Ed. HWolfii. Verba *Ubi igitur — ista mens* absunt a Cod. Marb. Post *mens* Ern. addidit Auditoris significationem *A.*, laudatus a Nissenio, merito vituperatus a FAWolfio et Or. Frigidam esse talem interrogationem monet prior, et Marci orationem usque ad §. 76. continuari. Ipse nimirum Cic. opponit sibi hanc quaestionem, ad eamque respondet. Sed recte ita iudicat Camerarius: „Intellexit Cic. magnifice quidem haec dici verbis, Esse deum mentem sempiternam, solutam, omnia agitantem: sed requiri statim, Vbi igitur illa, aut cuiusmodi, cuiusque constitutionis sit. Haec alia obiectione eludit, in qua est bella similitudo oculi, cernentis alia omnia praeter se. Quae tamen diligentius intuenti non appareat fortasse idonea, cum corporeum sit oculus, animus autem corpore vacet, cumque in animo ea vis sit, in qua reluceant atque resplendeant omnia, interque illa etiam ipse, quemadmodum in speculo, non solum frons et nasus, sed etiam oculi repraesentantur, ut sese contemplari possint.“ Rathius verba *Ubi igitur — potesne dicere* Auditori tribuit; quae sequuntur, Marco. Cod. Duisb. habet *Ubi ergo*. Mox Gud. 2. *Nisi tua*. Duo Oxx. omittunt *est* ante *ista*. *Mr.*

Ubi tua, aut qualis?] Scribitur *aut qualis est* in Edd. A. B. S. E. C. Junt. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Cam. In Cod. Duisb. *Marci* nomen praefigitur voci *An*: quare videtur eius scriptor quaestiones antecedentes tribuere Auditori. *Mr.*

potesne dicere? an, si omnia ad intelligendum non habeo, quae habere vellem; ne iis quidem, quae habeo, mihi per te uti licebit? Non valet tantum animus, ut se ipsum ipse videat: at ut oculus, sic animus, se non videns, alia cernit. Non videt autem, quod minimum est, formam suam. Fortasse: quamquam id quoque: sed relinquamus; vim certe,

---

quae habere vellem] „Lege *velim*." *Ern.* Receptum vult Rathius. Merito improbat Censor eius Jenensis p. 390. cum sermo sit de re, quae fieri nequit. De constructione vid. Etzler. in Jahnii Anall. Philoll. 1829. III. 2. p. 224. — In seqq. correxi *ne iis quidem*, cum Dav. scripserit *his*. Pro *habeo, mihi per te* duo Oxx. *parte habeo*, unus: *habeo mihi ulla per te*. Vind. 1. *per te mihi licebit*, om. *uti*. Rehd. Mon. 2. *per te mihi uti*. Duisb. *per te uti mihi*: unus Ox. omittit *mihi*. Vind. 1. Ed. H. *non valet fortasse tantum*. Ed. G. *non tantum valet*. *Mr.*

ut se ipsum ipse videat] Ita dedi ex Codd. optimis et vetustissimis Gud. 1. 2. Marb. Mon. 2. Aug. Gud. Duisb. Bern. Vind. 2. quatuor Pall. Edd. P. V. Rob. Steph. Leod. Grut. Verb. Gron. Dav. (hic in Ed. 2. Bentleio obsecutus deleverat *ipsum*) Oliv. Proxime accedit Cod. Rehd., qui habet *ut se ipsum videat ipse*. Mon. 1. *ut se ipsum se videat*. Vind. 1. Ed. H. omittunt *ipse*. Cum Bentleio habent *ut se ipse videat* Edd. HWolf. Ern. Bip. Koel. Gesn. in Chrestom. p. 374. not. *. Ita vero ne corrigerem, quamquam satis placet, facit librorum, ut dixi, auctoritas, quam si desererem, h. l. mihi Ciceronem ipsum corrigere viderer. FAWolfius cum vett. Edd. itemque Or. et Nobb. *ut sese ipse videat*. At vero *sese ipse* legi apud Ciceronem negat Goerenzius in Jahnii Annall. 1826. II. p. 304 accedens Gernhardo ad Cic. Lael. IX. 32. p. 75; cum quibus ita consentit C. Beier. ad eundem locum, ut cum praepositione ita dici posse concedat, veluti de N. D. III. 14. 36: *ex sese ipse*. *Mr.*

at ut oculus, sic animus] Cod. Gud. 2. *aut*, cum quatuor Oxx.; *ac ut* Edd. A. B. S. E. Fr. Fabr. Cam. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. perperam. Cod. Aug. *oculos*. Mon. 1. et unus Ox. *sit animus*. Quod sequitur *se* omittit unus Ox. Habent autem Edd. vett. ante Grut. *sese*; Codd. constanter *se*. Pro *non videt autem* unus Ox. *non videt directe*: ubi rursus sive correctio, sive glossa extrusit genuinum vocabulum. Mox Mon. 1. *quod nimium est*. Tum Ed. H. *suam formam*. MS. in marg. Verb. *omnia* pro *alia*. *Mr.*

Fortasse: quamquam id quoque:] Ad *fortasse* subaudi *non videt*. Verba *quamquam id quoque* ita explicat Beroaldus: „Animus se ipsum modo quodam videre dicitur, quando scilicet noscit se ipsum." Rathius dicit omnibus his quatuor verbis nihil dici, quam: *fortasse non videt formam suam, fortasse videt eam*: quod quum Ciceronis sententiae repugnet, verba ista philosophastri cuiusdam esse iudicat. Sed ob hanc sententiam recte iam reprehensus est a Censore, quem dixi, Jenensi p. 387. Male eam Orellio tribuit Kühnerus. Neque ex Or. annotatione satis patet sententia Rathii. Wolfius autem (F. A.) sine libris dedit *quamquam fortasse id quoque*: eique obsecutus est Schz. In scholis ille de immutando verborum ordine nondum videtur cogitasse: ait enim scribendum esse: *Fortasse!* — (sc. non videt:) *quamquam id quoque* (sc. dubitari potest). Or. explicat: „quamquam id quoque fieri potest, ut figuram quandam habeat animus, qualem v. c. fingunt Genium Etrusci et Graeci, vel Psychen; vel ut eum talem esse fingamus. Additis autem verbis *sed relinquamus* ipse quasi

sagacitatem, memoriam, motum, celeritatem videt. Haec magna, haec divina, haec sempiterna sunt. Qua facie quidem sit, aut ubi habitet, ne quaerendum quidem est. Ut, 68
quum videmus speciem primum candoremque caeli, dein

---

ab hac fingendi licentia et vanitate refugere videtur." Commode idem confert de Off. III. §. 39: *Negant id fieri posse: quamquam potest id quidem; sed quaero* etc. ad quem locum v. Beier. p. 248 sq. Vocem *sed* omittit unus Ox. cum Ed. H. perperam: vide modo Beier. l. c. p. 249. *Mr.*

Motus celeritatem] Vulgo *motum, celeritatem.* Sed recte Cl. Bentleius. Infra cap. XXVIII. *Ex memoria rerum et inventione et* celeritate motus *omnique pulchritudine virtutis vim divinam mentis agnoscito. D.*

motum, celeritatem] Neminem obsequentem habuerunt Bentl. et Dav. praeter Nissenium, qui in eandem, in quam illi, coniecturam inciderat. Sed nulla plane emendatione opus est: neque libri assentiunt. Pro *videt* Ed. H. *videlicet.* Ad sententiam comparat FAWolfius in scholis Odyss. η. 36: τῶν νέες ὠκεῖαι, ὥς εἰ πτερὸν ἠδὲ νόημα. In seqq. Ox. unus *quae* pro *qua,* alius *facile* pro *facie.* Reisk. *autem* coniecit pro *quidem:* sive vim vocis *quidem* non recte intelligens, sive offensus repetitione in seqq. Sed id nihil plane offensionis habet. Pro *n e* Gud. male *nec.* Mon. 1. in fine *est quidem.* Bis iuxta ponitur *ne – quidem* de Off. I. 24: *gloriae iacturam ne minimam quidem facere vellent, ne re publica quidem postulante. Mr.*

Ut, quum videmus etc.] „Longum hyperbaton. Nam descendendum est usque ad illum locum (§. 70.): *haec igitur et alia mortalia* [*sic*] *cum cernimus, possumusne dubitare?* Est autem sensus: Cum videmus pulchritudinem mundi et conversionem, et vicissitudines temporum, et motus stellarum ordinatissimos: procul dubio credimus mundo praeesse aliquem moderatorem: sic animum nostrum, quamvis eum non videmus, tamen ex operibus eius agnoscimus divinum esse et immortalem, et quasi quendam deum." *Beroaldus.* „Hyperbaton. Pendet enim sententia, usque dum subiungit: *Haec igitur et alia innumerabilia dum cernimus* etc. *sic mentem hominis* etc." *J. Pagninus.* Anacoluthon est: debebat enim §. 70. ita pergere: *dubitare non possumus, quin — — praesit* (mundo) *moderator* etc.; *sic* etc. *Mr.*

speciem — candoremque caeli] „Quod ait videre nos speciem candoremque caeli, plane dixit non solum eleganter, sed etiam caute. Negant enim Aristotelici, quasi tincta esse caelestia corpora qualitatibus quibusdam: neque esse aetheris colorem ullum suum, sed splendorem tantum et quandam quasi renidentiam lucis." *Camerarius.* — Duo Codd. Oxx. habent *candorem;* unus *caloremque.* Illud vocabulum de hac re proprium: ita de caelo tritissimus ille versus de N. D. II. 2. 4: *ddspice hoc sublime candens* etc. cf. ib. II. 15. 40: *solis candor.* Scripsi in proximis *dein* pro *deinde* ex Codd. optimis (cum Dav. et Bentl.) Reg. Gud. 1. 2. Mon. 2. ut est item ante *c* apud Cic. de Div. I. 27. 57: *dein cum se collegisset:* ubi paucissimi, ut nostro loco plurimi libri, habent *deinde.* Eodem modo se habet lectio *dein* ante *qu* in libro II. de N. D. c. 42. p. 379. Ed. Cr. et nostr. maj. Unus Ox. *dehinc.* Pergit Codd. Rehd. Mon. 2. *conversionis tantam celeritatem.* Cod. Aug. *conversiones:* duo Oxx. *celeritatis;* alius hanc vocem omittit. Gud. *conv. cet. videt haec tanta quanta.* Tum Cod. Aug. *non cogitare.* Ed. A. *possimus.* Pergit G. *et vicissitudinem.* Pro *ac noctium* plerique *atque noctium.* Sed illud habent Codd. Reg. Gud. 1. 2. Gryph. Marb. Gud. Rehd. Duisb. Mon. 1. 2.

conversionis celeritatem tantam, quantam cogitare non possumus; tum vicissitudines dierum ac noctium, commutationesque temporum quadripartitas, ad maturitatem frugum et ad temperationem corporum aptas; eorumque omnium

Vind. 2. Edd. H. Dav. Or. In talibus rebus libri sequendi sunt vetustissimi et optimi, neque certi aliquid praescribi potest, ut recte monuit Or. in schedis nobiscum communicatis; quare neque id ad rem facit, quod habet Quintil. Inst. VI. prooem. §. 2: *diebus ac noctibus. Mr.*

commutationesque temporum quadripartitas] Unus Ox. et Ed. H. *mutationesque.* Duisb. *commotionesque.* In scribendo adiectivo *quadripartitas* admodum variant libri et scripti et editi. Reg. Gryph. *quadrupertitas.* Gud. 1. *quadrupartititas*, libri in marg. Verb. *quadripertitas*; reliqui nobiscum *quadripartitas.* Ad rem laudat Ochsn. Cic. de N. Deorr. II. 19. ubi vid. annot. ed. Cr. et nostr. maj. p. 281. ed. nostr. min. p. 109. loquitur Cicero de quatuor anni tempestatibus. *Mr.*

ad maturitatem frugum] „Rectius, opinor, MS. Norvic. quo usus est Davisius, *ad maturationem frugum — aptas*, id est, ad faciendas fruges maturas. Sic ab aliis Latinis scriptoribus *poma* et *uvae maturari* dicuntur. *Maturitas* significat tempus maturum; hic vero locus postulat potius vocem, qua actus maturandi exprimatur. Vix aliter noster locutus est in I. de N. D. c. 2: *caelique mutationes, quibus omnia, quae terra gignat, maturata pubescant. Pearcius.*" Vides h. l. *mutationes* vocari, quae nostro loco sunt *commutationes*; ubi illud etiam ex duobus libris enotavimus. Sed quod ad lectionem vel emendationem Pearcii, ego cum Ernesto eam non necessariam existimo. Confert FAWolfius germanicam vocem Zeitigung (quae respondet *maturationi*) cuius loco nos quoque nonnunquam dicimus Reife (*maturitas*). Quid? quod illo vocabulo Cicero ne usus quidem esse videtur? *Varietates* habet unus Ox. alius omittit *matur. — aptas. Mr.*

et ad temperationem corporum aptas] Unus Ox. Duisb. et Gud. 2. *temperationes.* Gud. *temperantiam.* Gud. 1. *temperationum.* Intellige iustum frigoris et caloris et universe rerum ad corporis valetudinem pertinentium modum. Commode confert Kühnerus Tusce. IV. 13. 30: *ut enim corporis temperatio, cum ea congruunt inter se, ex quibus constamus, sanitas; sic animi dicitur, quum eius iudicia opinionesque concordant.* Mox Mon. 1. *ac ducem.* Pergit Gud. *solem et lunam.* Aug. *solemque lunam.* Optime convenit cum hoc loco Cic. de Rep. VI. 17: *mediam fere regionem sol obtinet, dux et princeps et moderator luminum reliquorum, mens mundi et temperatio:* ubi vid. annot. nostr. p. 487. Sequitur in uno Ox. *adcretionem et diminutionem.* Marb. habet *a decretione deminutione.* Mon. 1. *a torrectione et diminutione.* Vox *accretio* est ἅπαξ λεγόμενον h. l. apud Ciceronem: in cuiusmodi vocabulis solent librarii sive errare sive tentare aliquid. Significat incrementum, vel potius accrescendi actum. Rehd. habet *ac* pro *et.* Scribendum esse *deminutione* iam Brutus monuit, et ita etiam edidit cum Lamb. Fr. Fabr. Sylb. Et tamen usque ad Ern. et Bip. servata est peior scriptio *diminutio*, quae plurimos etiam Codd. occupat. Habent tamen illam Reg. Marb. et Gud. 1. Quid autem intersit inter *deminutionem* et *diminutionem* docuerunt Oudendorp. ad Sueton. Caes. 5. et Ochsner. ad h. l. Eclogg. p. 13. *Deminuitur*, dicunt, quod decrescit: *diminuitur*, quod dissecatur in partes et destruitur; quo sensu etiam dicitur *comminui.* Ego vero,

moderatorem et ducem solem: lunamque accretione et deminutione luminis quasi fastorum notantem et significantem dies: tum in eodem orbe, in duodecim partes distributo,

---

ut in sententia vccis *deminutio* plane consentio, ita exempla *diminutionis* desidero, ubi sit i. q. sectio in partes. Add. Forcellin. Ed. Germ. v. v. *diminuo* et *diminutio*. *Mr.*

Quasi fastorum notantem et signantem *dies*] Sic Eliens. sec. Vulgo *significantem*. Manilius I, 594.

Et per quinque notat signantes *tempora fines.*

Seneca Cons. ad Marciam cap. 18. *Miraberis — solem quotidiano cursu diei noctisque spatia signantem.* Quae loca lectionem, quam recepimus, abunde stabiliunt. *D.*

quasi fastorum etc.] „Idcirco hoc dici arbitror, quia in fastis per singulos menses descripti sunt dies, mensium autem luna est moderatrix: unde ἀπὸ τῆς μήνης, i. e. a luna, *menses* dicti.“ *Beroald.* Dav. in Ed. I. laudat pro sua lectione etiam Cod. Norvic. Nonium Marcellum c. IV: *signare est designare, ostendere.* Virgil. Aen. II. 697. Manil. II. 794. IV. 712. Recepit quoque Lallemannus *signantem* ex duobus Codd. Regiis. *Signantem* habet etiam Cod. Vind. 1. sed in marg. *significantem*, ut reliqui. Ern. dedit *quasi fastorum notis signantem dies*, hac addita annotatione: „Hanc lectionem confeci partim ex Edd. vett. quae habent *notis significantem* [hoc verum non est: nulla Ed. et nullus, quotquot adhuc collati sunt Codd. MSS., habet *notis:* omnes *notantem et* —] et MS. Eliens. apud Davisium et duobus Paris. ap. Alemannum [sed neque hi habent *notis*, sed tantummodo scriptioni *signantem* favent:] Vulgo est *notantem et significantem.*“ Ernesti lectionem receperunt FAWolfius et seqq. Ego vero, ut facile concedo, commodam et elegantem esse Ernesti lectionem, ita miror tamen lectionem, omni plane librorum auctoritate destitutam, tam cupide amplexos esse viros criticos, cum, quae ante Ernestum obtinuit, explicari possit satis commode. Quare eam restitui, et ita explicandam existimo: „lunamque, quae accretione et deminutione luminis quasi calendarii dies notat et designat i. e. calendarii ordinem, quo dies sint disponendi et distinguendi, nobis monstrat.“ Ceterum pro *fastorum* unus Ox. habet inepte *factorum;* sed MS. in marg. Verb. correctoris, sine dubio, argutum commentum *fatorum.* Reiskius coniiciebat: *quasi fastorum notis significantem dies.* Unus Ox. *diem dies. Mr.*

tum in eodem orbe] Vocem *in* omittit Cod. Rehd. vocem *orbe* Cod. Gud. Eius loco unus Ox. Mon. 2. et Rehd. habent glossam *caelo.* Zodiacum significat, his versibus comprehensum:

Sunt aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo,
Libraque, scorpius, arcitenens, caper, amphora, pisces.

„*Orbem*, ait Beroaldus, pro *circulo* posuit, sicut alibi *orbem lacteum* dixit [Somn. Scip. 3.] pro circulo, qui γαλαξία nominatur. Alias *Orbis* pro *sphaera*, ut novem orbes sphaerarum. auctor Macrobius.“ [in Somn. Scip. Lib. II. c. 4.] In primis vid. Macrob. in Somn. Scip. I. 14. 74. ed. Bip. *Signiferum orbem* appellat Cic. de N. D. II. 20. Add. de Divin. II. 42. *Mr.*

in duodecim partes distributo] Gothofr. ad h. l. in marg.: „in sedecim tamen Etrusci dividebant.“ Veterum de Zodiaco sententias vid. in Hoffmanni Lex. Univ. s. v. *Zodiacus* collectas: adde *Tob. Neubronneri*, Ulmensis, Historiam Zodiaci (in Diss. praeside J. M. Gesnero) 4. Gotting. 1754. *Quinque stellas* intellige, excepto Sole et Luna, planetas: Saturnum, Jovem, Martem, Venerem et Mercurium.

quinque stellas ferri eosdem cursus constantissime servantes, disparibus inter se motibus: nocturnamque caeli formam undique sideribus ornatam: tum globum terrae eminentem e mari, fixum in medio mundi universi loco, duabus oris distantibus habitabilem et cultum; quarum altera, quam nos incolimus,

Sub áxe posita ad stéllas septem, unde hórrifer
Aquilóni' stridor gélidas molitúr nives,

De iis vide plura disputantem Cic. de N. D. II. 20. et de Rep. VI. 17. ubi, ad utrumque locum, vid. annott. nostras. — Pro *eosdem cursus* duo Oxx. *eodem cursu:* unus *eosdem cursis:* tum duo; *servatis:* Gud. 1. *nocturnaque. Forma* h. l. est i. q. species, vel, si mavis, *nocturna caeli forma* est caelum nocturnum, prouti se hominum adspectui exhibet. Alia est ratio loci de N. D. II. 40. ubi sidera dicuntur *igneae formae:* ibi enim, apposite ad nostram rem: *in quo* [aethere] *cum admirabilitate maxima igneae formae cursus ordinatos definiunt.* Pro *undique* MS. ap. Verb. *mundique,* adhaerente illi particulae ultimâ praecedentis vocis litera. *Mr.*

tum globum terrae eminentem e mari] Pro *tum* Cod. Aug. *tamen.* Confert ad rem Ochsnerus Cic. Somn. Scip. 4. 5. de N. D. II. 36. 39. additque loqui quidem his locis aliisque Ciceronem ad vulgarem sententiam: esse tamen inde non illud efficiendum, ut veram, quam denuo Copernicus protulit, sententiam ignorasse Ciceronem existimandum sit. Philolaum autem Pythagoreum iam rectius de ea re sensisse notum est. Id sine dubio Boeckhius docuit in libro de Philolao, quem nunc adire non licet. Adde librum paullo rariorem D. Lipstorpii, qui inscribitur Copernicus redivivus (4. Lugd. Bat. 1653. Elzevir.) p. 16. P. Gassendi Nicolaum Copernicum p. 297. (ad calc. Vitae Tychonis de Brahe. Hag. Com. 1655. 4.) Ceterum *globum* h. l. pro *orbem* dixit vel *planum globum,* ut est de N. D. II. 18. *Mr.*

fixum in medio mundi universi loco] Ed. H. *universi mundi*: unus Ox. omittit *mundi.* Scribitur *horis* pro *oris* in Codd. Gud. 2. Marb. Gud. Duisb. Mon. 2. In Commentario Jan. Pagnini est ad h. l. lemma *duabus horridis,* in quo ego operarum errorem agnovissem, nisi eandem lectionem ex Cod. MS. in marg. Asc. nostrae secundae enotatam vidissem, et hanc J. Pagnini annotationem: „Arcticam et antarcticam Zonas intelligit, perpetuo geln inhabitabiles: de quibus eleganter Ovid. *Nix tegit alta duas*" [Metamorph. I. 50.] In aliis libris nullum est eius lectionis vestigium. Quaenam sint *illae orae* [a se invicem] *distantes* i. e. Zonae sibi invicem in boreali et australi hemisphaerio oppositae, temperatae nimirum, indeque, ex sententia veterum, solae habitabiles, vid. Cic. de Rep. VI. 20. accuratius expositum, ubi vid. annot. nostr. p. 495 sq. Virg. Georg. I. 233—239. ibiq. J. H. Vofs. Ovid. Metam. I. 46 sqq. ibiq. interprr. Eratosthen. ap. Heraclid. Pontic. p. 165. ed. N. Schow. (Allegorr. Homericc.) coll. p. 282. *Mr.*

habitabilem et cultum] Scribitur *cultam* in Codd. tribus Oxx. Gud. 1. 2. Aug. Reg. Marb. Edd. P. S. E. et marg. MS. Asc. 2. *incultam* in Cod. Vind. 1. Mox Marb. *incolumus.* Duo Oxx. *alteram. Mr.*

Sub axe posita — nives] Vid. Bentleii ann. ad h. l. Beroaldus: „*Sub axe* i. e. sub polo sive vertice septentrionali. Alias axem accipimus pro toto caelo, ut illud Virgilianum: *Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.* Proprie significat diametron mundi, de quo sic ait Apuleius in Cosmographia: *Eos polos dicimus, a quibus velut*

altera australis, ignota nobis, quam vocant Graeci *ἀντί-*

---

a cardinibus axis est ductus, divisor et discriminator mundi, orbem terrae in medietate constituens.“ Conf. Turnebi Adversaria XXIII. 26. p. 341. XX. 11. p. 183. ed. Paris. Quod vero ait Kühnerus, ante Bentleium, nec aliter in Ernesti editione, hos versus prosaico tenore (ita scripsit) lectos esse, id ita intelligendum, ut verba *sub axe — unde* Ciceroni adscripta fuerint, sed inde a v. *horrifer* Octonarius Trochaicus catalecticus iam dudum scriptus fuerit. Ut prosa oratio scribitur nonnisi in Ven. nostr. Asc. 1. 2. et Junt. *Stellae septem* sunt *ursa minor, quae* (ut est apud Cic. de Nat. Deorr. II. 41. in versione Arati) *nostri septem soliti vocitare Triones.* Pro *horrifer* est *horriferus* in uno Ox., *orifer* in Marb. et Duisb. (pro var. lect.) *orrifer* in Gud. „*Molitur*, ait FAWolf. in Scholis, de vento dicitur, qui nives accumulat, unde *moles.*“ „Quod si est, addit Or., *ubi* praeferendum erit. Quodsi vero *unde* a poëta scriptum est, *molitur* intelligendum erit: unde aquilo nives admovet.“ G. Hermannus in Diss. de Aeschyli Philocteta p. 15 sq. (Opuscc. III. p. 127 sq.) de nostro loco ita: „*Aquilonis stridor gelidas molitur nives* in fragmento Censorini c. 14. p. 149. sine scriptoris nomine, ut exemplum trimetri tragici afferuntur. Sed ex Attii Philocteta esse testatur Nonius v. *moliri* p. 346. qui ea inde a verbis *ubi horrifer* affert. Duos integros Attii trimetros a Cicerone servatos esse, primus animadvertit Bentleius, servans ille *unde*, quod ego nescio an Cicero ipse posuerit, vera autem sit Nonii scriptura *ubi*. Nam Philoctetes, nisi fallor, quidvis potius perpeti, quam ad Troiam redire certum habens, malle se degere dicebat *orâ* exulem

sub axe positâ ad stellas septem ubi horrifer
Aquilonis stridor gelidas molitur nives.

Quos deinde Cicero adiecit quinque trimetros, quorum initium est *caelum nitescere*, Beierus ex eodem Attii loco depromptos esse coniiciebat. Mihi videntur nec fabulae eiusdem, nec scriptoris, sed Ennii esse ex Eumenidibus, adumbrati ex illis, quae Aeschylus scripsit v. 907 seqq.“ *Mr.*

altera australis, ignota nobis] Mon. 2. *haustralis.* Ad v. *ignota nobis* cf. Cic. de Rep. VI. 20: *quorum australis ille* (cingulus) *nihil ad vestrum genus. Mr.*

quam vocant Graeci ἀντάξονα] „Nusquam, quod meminerim, haec vox reperitur. itaque placet Petro Ciaccono, ut pro ea *ἀντίχθονα* reponatur. Plutarch. lib. III. De placitis philosophorum c. IX: *Θαλῆς καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ μίαν εἶναι τὴν γῆν· οἰκέτης ὁ πυθαγόρειος, δύο ταύτην, καὶ ἀντίχθονα.* Et Ptolemaeus, Plinius, Mela et alii eius orae incolas antichthonas appellant.“ *Ursinus.* „*Ἀντίχθονα* legendum. Accedunt fere omnes MSS. Pal. tert. quint. cum Pith. *antioona.* Fab. *anticoona.* Et tale aliquid molitur tertius.“ *Gebhard.* „In Somn. Scip. Cicero dixit eos, qui in hac australi parte sint, *adversa nobis urgere vestigia*, ut haud dubie Cicero antipodas cognoverit.“ *Gothofr.* Add. Cic. Acadd. II. 39. 123: *Dicitis etiam* (Stoici) *esse e regione nobis e contraria parte terrae, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos ἀντίποδας vocatis. Cur mihi magis succenseatis, qui ista non aspernor, quam eis, qui, quum audiunt, desipere vos arbitrantur? Mr.*

Quam vocant Graeci ἀντίχθονα] Sic recte Gebhardus post Erasmum et Ciacconium. Nam plures editi prae se ferunt *ἀντάξονα*, quae vox est nihili. Ad veram lectionem quasi manu ducunt cum alii Mssti, tum maxime Reg. et Bak. qui repraesentant *antixoona.*

69 χθονα, ceteras partes incultas, quod aut frigore rigeant aut urantur calore: hic autem, ubi habitamus, non intermittit suo tempore

Caelum nitescere, árbores frondéscere,

Verbo Graece scripto lineolaque addita, habes *ΑΝΤΙΧΘΟΝΑ*. Hinc *Antichthones* dicti sunt, qui eam terrae partem incolunt. Vide Melam lib. I. capp. 1. et 9. *D.*

quam vocant Graeci ἀντίχθονα] Ed. H. omittit Graecam vocem. Unus, ut videtur, Ox. *ἀντίχθονα*, et ita Gud. Vind. 2. Rehd. Duisb. Gud. 2. MS. in marg. Asc. 2. nostrae et Edd. inde a Grut. omnes. Codd. Reg. Mon. 2. Gud. 1. *antixoona*. Marb. Aug. quinque Oxx. *antixona*, Vind. 1. *ἀντιχῶρα* et in marg. *ἀντιχῶρα*, unus Ox. *antixonam*, alius *antiaxona* cum Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cam. Junt. Ven. 2. et Med. 1. Reiskii, A. B.; *ἀντιάξονα* est in Ed. S.; *ἀντάξονα* in C. V. M. L. Goth. Leod. Rob. et Car. Steph. Ald. Sturm. Sylb. HWolf. Boul. Brut., *ἀντιάξονα* in Ven. Alteri et Reiskii, *antraxona* in Med. 2. *antarona* in uno Ox., *ἀντάξωνα* scriptum esse in aliquot libris ait Goth. in marg. et ita scriptum est Lemma in Annot. Ursini. *Mr.* „Aristotel. de Caelo II, 13: *ἔτι δὲ ἐναντίαν ἄλλην ταύτῃ κατασκευάζουσι γῆν, ἣν ἀντίχθονα ὄνομα καλοῦσιν, οὐ πρὸς τὰ φαινόμενα τοὺς λόγους καὶ τὰς αἰτίας ζητοῦντες, ἀλλὰ πρός τινας δόξας καὶ λόγους αὐτῶν τὰ φαινόμενα προσέλκοντες, καὶ πειρώμενοι συγκοσμεῖν.* Metaphys. I. 5. Porphyr. Vit. Pyth. §. 31. Lactant. III. 23. Plutarch. Num. p. 67. c. J. Thomas. Diss. de Antichthone Pythagoreorum, in Obss. Hal. T. IV. Obs. 19. *Schuch.* Add. Jos. Isaei Not. ad Lactant. p. 652. ed. Dufr. coll. ib. p. 254 sq. Hoffmanni Lex. Univers. s. vv. *Antipodes* et *Antichthones*. Walchii Lex. Philos. v. *Antipodes*. In superioribus Codd. Gud. 2. et Aug. *quam Graeci vocant. Mr.*

ceteras partes incultas etc.] Ad rem v. nos ad Cic. de Rep. VI. 20. prc. ad verba: *e quibus duos, maxime inter se diversos, et caeli verticibus ipsis ex utraque parte subnixos, obriguisse pruina vides; medium autem illum* (cingulum) *et maximum solis ardore torreri*; p. 495. sq. Ad v. *frigore rigeant* vid. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. II. p. 18., qui laudat Plin. Ep. VI. 20. 30. ubi iunguntur item: *aestate incluso frigore riget*. In Cod. Rehd. scribitur *calore urantur*. Mox Gud. 2. unus Ox. *caelum suo tempore. Mr.*

Nitescere — laetificae] Sic Erasmus, Manucius, Lambinus, et alii. Gebhardus prave dedit *mitescere — laetiscere. D.*

Caelum nitescere — laetificae — incurvescere] „Quid *nitescere* hic faciat, cum caelum et hiemis seu brumae tempore aeque nitidum esse possit? Corrigo ex MS. *mitescere*: itemque *laetiscere* ex Pal. pr. et (ut ex rasura colligo) tert., et omnino accedit quartus, in quo huius verbi glossa *laetificare*. Manutius nimis licentiose haec interpolat legendo et edendo: *vites laetificas pampini pubescere*. Jam sive *incurvascere* ab *incurvare*, ut a *labo labascere*, sive *incurviscere*, *ut conquiniscere*, dicas, sicut Nonius laudat, ciccum non interduim.“ *Gebh.* in Ann. et Crepund. p. 459. De homoeoteleuto in his versibus vid. U. F. Koppium in Epist. ad Huschkium ad calc. Analectorum litt. Huschkii p. 364 sq. Bentleii sententiae ex suis Codd. accedit Bouhierius. Ceterum de homoeoteleutis plura disputat J. G. Vossius Inst. Oratt. V. 2. T. II. p. 327—331. Gebhardum secuti sunt Gron. Verb. Lall. Ern. Rsk. Gesn. in Chrestom. Bip. Quare non erat, quod *olim* ita scriptum fuisse diceret Schz. Nam ante Gebh. nemo de mutanda lectione cogitavit: nec codices id suadent, nec res ipsa. Ern. ad h. l. ita: „*mitescere* vulgati. At Edd. veteres plures habent *nite-*

Vitēs laetificae pampinis pubescere,
Rami bacarum ubertate incurvescere,
Segetēs largiri fruges, florere omnia,
Fontēs scatĕre, herbis prata convestirier;

---

scere [non plures, sed omnes], ut et MS. Guelf. quod caelo non ita bene convenit, ut vulgatum. Sed Camerarius in Comm. in Tusc. edidit *solum nitescere*, nescio unde. id maxime placet. In Ed. Opp. Cic. tamen habet vulgatum *coelum nitescere*. *Solum* bene dicitur *nitescere* tempore verno, ubi et *agri nitent*." Versu seq. praefert Ern. cum Edd. vett. et MS. Guelf. *laetificae* vulgato (sc. a Gebhardo) *laetiscere*, quod laudatur ex solo Sisenna ap. Non. p. 132 sq. ed. Paris. 1614. et Lips. 1826. FAWolfius in scholis optime convenire *nitescere* caelo verno, nubibus vacanti. Laudat. Kühn. Lucret. I. 9: *Placatumque nitet diffuso lumine caelum*. Pro *frondescere* Cod. Aug. *frondere*. *Mr.*

Vites laetificae pampinis pubescere] Gebhardianum *laetiscere* receperunt Gron. Verb. Gesn. Reisk. Lall. De voce *laetificus* Nizolium carpit H. Stephanus in Nizoliodidascalo p. 186. quod id vocabulum Ciceroni adscripserit. Sed in omnibus Edd. Nizolii quas vidi, adscriptum est „*Poëtae*." De significatione huius adiectiva accurate disputat Ochsner. in Eclogg. monens *laetificum* esse i. q. *laetum*, ut apud Virg. Aen. VI. 605. et Val. Flacc. II. 652. *regificus* dicatur pro *regius*; coll. infr. III. 19. *regifice instructus*. Pro *pubescere* Cod. Marb. *tubescere*. Conf. Virg. Aen. IV. 514. ibiq. Serv. Plin. H. N. 34, 14, 39. similiter: *vites cogimus iuvenescere*. Sola Ald. habet *laetificas*. *Mr.*

Rami — incurvescere] Scribitur *ramos* in duobus Oxx. Aug. Vind. 1. Edd. Ven. Alteri et nostr. Asc. 1. 2. Ald. Rob. Steph. Junt.; in sola Cam. *ramus*. Reiskius *ramos* enotavit e duabus Ven. duabus Med. Scur. *Bacarum* non *baccarum* habent antiquissimi Codd. Ciceronis iis etiam locis, quibus ipse Cic. eo vocabulo usus est (v. c. de Legg. I. 8. ubi vid. nos p. 66.): quare magis etiam in loco poetae antiquioris ita scribendum fuit. *Mr.*

incurvescere] Cod. Aug. *inturgescere*, quod verbum habet quidem Vegetius I. 56. nec vero nostro loco convenit. *Bacas* quidem *inturgescere* recte dixeris nec vero *ramos*. Ceterum scripsi *incurvescere*: ita enim Codd. Gud. 1. 2. Gud. Duisb. Vind. 1. 2. Marb. Edd. A. B. S. E. C. V. M. omnesque a Reiskio collatae, itemque nostrae ante Gebh. omnes, praeterea Oliv. et Or. *Incurvascere* est in Mon. 1. 2. Rehd. uno Ox. Ed. P. et uno Cod. Bouhierii. Lambinus e Nonio praeivit Gebhardo scribens *incurviscere*: (quod habet etiam unus Ox.) sed eum potius Nonium corrigere debuisse monet Bouh. Et ita etiam iam dudum correctum est apud Cic. de Or. III. 38. 154. ubi item noster versus laudatur: ita certe Ern.; quamquam Or. cum aliis edidit *incurviscere*. In Ed. Sch. maj. illo quoque loco ex uno Cod. enotatum est *inturgescere*. Versu seq. pro *segetes* unus Ox. *seges*. *Mr.*

Fontes — convestirier] „Hic *scatere* pronuntiandum est media correpta, ut anapaestus fiat: *scătĕr' hĕr* —. Alioqui versus claudicabit. Sic et Lucretius libro V. [597.] *Largifluum fontem scătĕre ātque erumpere lumen*, atque infra in eodem libro [950]: *Et partim plano scătĕre ātque erumpere campo*. Plautus etiam in Casina *olere* protulit, media contracta: *non omnes possūnt ŏlĕre unguenta exotica*." *P. Manutius*. Locus Plauti est Mostell. I. 1. 41. Commentator anonymus in Ed. Leod. a Querou: „Ut constet, ait, versus, aut more

p. 163. a. tum multitudinem pecudum, partim ad vescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora vestienda: hominemque ipsum quasi contemplatorem

antiquo *scatere* accipiendum est paenultima brevi, aut ex dictione *fontes S* est elidendum, ut sit dactylus." Eo vero ultima vocis *fontes* non fit brevis: ergo a Manutii sententia standum. Sic nos in Symbb. Critt. in Cic. Specim. II. p. 13. monuimus apud Cic. Or. IX. 29. legendum esse versum:

— ∪∪ ∪—|

Fulgere 'tonare permiscere Graeciam.

Adde nunc Forbiger. ad Lucret. V. 1093. p. 451. ibiq. laudd. et ad VI. 160. Struve üb. d. Lat. Decl. u. Conjug. p. 190. 244. et quos laudat Ochsn. ad nostrum locum p. 16. Quare non audiendus est Beierus ad Cic. de Off. II. 3. extr. p. 29. superciliose, ut assolet, deleri iubens *herbis*. Monstrum vero versus peperit Gebhardus, in Crepundiis p. 459. scribens ex MS. ut ait:

Fontes scaturire, herbis prata convestirier.

Ceterum unus Cod. Ox. habet *stare*, Aug. et Ed. H., ut volebat Gebh., *scaturire*. Marg. MS. in Asc. nostra 2. praeivit Beiero. Est enim ibi: „*Herbis* superest (i. e. abundat) in carmine." Eadem manus verba continua, uno tenore expressa in Asc. 2., in versus distinxit. Ultimum versus verbum scribitur in Codd. Marb. Gud. *convestire*, in Duisb. Mon. 2. et uno Ox. *convestiri:* quod est glossatoris. De Infinitivorum Passivorum forma in — *rier* vid. Ruddimann. Inst. Gr. Lat. I. p. 284, ubi plurima collecta sunt exempla. Add. Struvii librum modo laudatum p. 139 — 141. et ad h. l. Additamm. libro praemissa, quibus adde *agier* in formula iudiciali illa: *ut inter bonos bene agier oportet*: ap. Barnab. Brisson. de Formulis p. 352. (p. 355. ed. Conradi et Bachii). *Mr.*

tum multitudinem pecudum] Cod. Vind. 1. Edd. Ven. Alteri et nostr. Asc. 1. 2. Cam. Sturm. Junt. A. B. S. E. C. *pecorum*. Ad sententiam monet Ern. iungi haec cum superioribus: *ut cum videmus speciem primum* etc. Verba *partim ad cultus — vehendum* omissa sunt in duobus Oxx. et MS. in marg. Verb.; in tribus aliis et Aug. est *cultum* forma usitatiore. In Vind. 1. scribitur: *partim ad vehendum, partim ad cultum agrorum*. Mon. 1. *ad vestiendum corpora*. Aug. *ad corpora vestiendum*. Gud. 2. *ad vestienda corpora;* unus Ox. omittit *partim ad vehendum*. *Ad vescendum* passive dictum est. Vid. De Legg. I. 8. de N. D. II. 53. nos ad Cic. de Rep. VI. 25. p. 505. add. Hess. progr. II. in Tac. Germ. p. 26. *Mr.*

hominemque ipsum etc.] Egregia, sed longior, quam quae hic adscribi possit, est annotatio Camerarii ad h. l. contra Galenum disputantis, qui illud, quod veteres pie dixissent de vultu hominis ad caelum erecto, in ridiculum convertere voluerit, collato pisce, qui dictus est *οὐρανοσκόπος*. Commentator anonymus ap. Leod. a Qu. haec: „Stoici dicebant hominis causa omnia creata esse: adiecit Cicero, hominem creatum esse ut cultorem dei quod testatur Lactantius. dicebat quoque Anaxagoras hominem creatum esse uti caelum suspiceret. quod tamen irridetur a Lactantio." Vid. Lactant. Div. Inst. II. 1. p. 115. II. 2. p. 119, ed. Dufresn. III. 12. p. 215. Epitom. Div. Inst. c. 25. p. 15. de Opif. Dei c. 8. p. 90. de Ira dei c. 13. p. 155 sqq. et ad eos locos interprr. De Anaxagorae sententia v. Lactant. Div. Inst. III. 9. p. 209. — In uno Ox. scribitur *quasi ad:* exspectabat nimirum scriptor Codicis, ut pergeret constructio, ut coeperat: *ad contemplandum:* deinde, animadverso errore, litura commaculare noluit librum. Marb. habet *complatorem*. *Mr.*

caeli ac deorum, eorumque cultorem: atque hominis utilitati agros omnes et maria parentia: — haec igitur et alia 70

---

caeli ac deorum, eorumque cultorem] Admodum variant libri et scripti et editi. In Codd. Reg. Gud. 1. Vind. 2. habent *ac deorum eorum cultorem*. Rehd. Mon. 2. unus Ox. *ac deorum cultorem*: Codd. Oxx. octo, Gud. 2. Duisb. Mon. 1. Marb. Gud. Edd. H. Dav. *ac deorum eorumque cultorem*, ad quos proxime accedit Aug. exhibens *ad deorum eorumque cultorem*; reliqui libri, qui sunt paucissimi, et Edd. fere omnes *ac deorum, ipsorumque cultorem*. Nos plurimorum Codicum lectionem, quae nec multum a duorum antiquissimorum scriptione distat, amplectendam censuimus, illud *ipsorumque* cum Bouherio correctoris esse statuentes. Noluimus vero cum Bentleio (cuius v. annot.) Ciceronem corrigere, neque scribere cum Bouhierio (nimirum ne homo deos contemplari dicatur) *ac deorum cultorem*: quamquam satis placet, et est in tribus libris: nam cum aliquando illud *que*, compendio scriptum, excidisset, alii exorti sunt, qui *eorum* ex *deorum* perperam repetitum censerent, ideoque delerent; alii autem, fortasse auribus nimium tribuentes, ne *eorum* post *deorum* videretur ingrata παφήχησις, *ipsorumque* corrigentes mirum in modum sibi placuerunt. *Mr.*

Agros omnes et maria parentia] Eliens. pr. et Cantab. habent *patentia*: haec autem lectio minus arridet prae ea, quam vulgo repraesentant. Virgilius Aen. I, 3.

Ut quamvis avido parerent *arva colono.*

Hinc *usus mortalium semper ancilla* terra dicitur Plinio H. N. lib. II. cap. 63. *D.*

agros omnes et maria parentia] Ed. H. *omnes agros*. Gud. Duisb. Aug. Vind. 1. *patentia*. Vind. 2. *parientia*. Illud habet etiam Ed. S. unus Pal. et Gulielm. Gebhardus, cum in Pal. pr. reperisset, quod est in Vind. 2. *parientia*, in Crepundiis p. 460. id sibi satis placere confessus est: „*Pariunt homini*, ait, id est, fructui ac bono hominum. Sic etiam Graeci loquuntur.“ Loquantur, licet: Latini certe, et Cicero in primis, non ita loquuntur. Bouhierius dicens, Davisium in posterioribus Edd. correxisse *parentia*, omnes vero Codices tueri vulgatam *patentia* (in lemmate annotationis scripsit peius etiam *potentia*), somniasse videtur. In paucissimis enim Codd. et nulla Ed., nisi ipsa Bouhierii (Amst. 1739.), reperitur *patentia*, quod tum tantum ferri posset, si pro *utilitati* scriberetur *usui*, ut dudum in schedis annotavi, et nunc etiam ab Orellio ad Wolfii scholas annotatum invenio. *Mr.*

Et talia] Est ex Gulielmii coniectura. Vulgo *et alia*. *D.*

haec igitur et alia] Non magis mihi, quam Bouhierio, necessaria videtur Gulielmi coniectura *talia*: neque eam quisquam, praeter Bentl. et Dav., amplexus est. Nam quod cap. seq. legitur: *his et talibus rationibus adductus*, id illo loco recte dicitur: noster non idem postulat. In Gud. 2. est *alia universa*, sed ab ead. m. in marg. *innumerabilia*. Quod sequitur *quum*, omittit unus Ox. Male ante *haec igitur* plene distinguunt et novi capitis initium ponunt Edd. Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip., cum hoc demum loco apodosis incipiat continueturque usque ad *agnoscito*: quem errorem iam castigavit FAWolfius. — Scribitur *possimusne* in Cod. Vind. 1. Edd. P. A. Ven. nostr. — Correxi *iis praesit* pro *his praesit* ex Codd. Gud. Duisb. Rehd. Mon. 2. MS. in marg. Asc. nostr. 2. probante etiam Kühnero, et iubente ipsa ratione. Rehd. pro *praesit* habet *sit*, unus Ox. *possit*, alius *quin hic praesit*. Sequitur in Rehd. *aliquis*

innumerabilia quum cernimus; possumusne dubitare, quin iis praesit aliquis vel effector, si haec nata sunt, ut Platoni videtur, vel, si semper fuerunt, ut Aristoteli placet, moderator tanti operis et muneris? Sic mentem hominis, quam-

---

effector, in uno Ox. Mon. 2. Aug. Cod. Car. Stephani. Edd. A. B. S. E. C. V. Junt. Ven. nostr. Sturm. Leod. Asc. 1. 2. Rob. Steph. est *conditor vel effector*, in uno Ox. *conditor atque effector*. Sed *conditor* glossa est rarioris vocis *effector*, quam aliis locis coniunctam cum magis consueta posuit, veluti de Univ. 11, 35. *parens effectorque*, ib. 5, 14. *effector — molitorque*, ib. 13. 41. *genitorem et effectorem*, de Or. I. 33. 150. *effector et magister*. Sed sola est de Div. II. 26. 55. *magna stultitia est, earum rerum deos facere effectores*. *Mr.*

si haec nata sunt etc.] Vocem *sunt* omittunt duo Oxx. Mira est lectio Cod Gud. *si haec principium habuerint*: quae interpretis vel correctoris doctrinae debetur. Pro *fuerunt* vett. Edd. quas contulit Or., omnes habent *fuerint*, itemque nostrae sola Leodeg. habet *vel semper fuerunt*, omisso *si*. Sed Indicativum et ratio postulat grammatica, et habent Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Mon. 1. 2. Gud. Rehd. Duisb. tres Oxx. Vind. 1. 2. Bern. Edd. H. Dav. Koel. Schz. Wolf. Or. Quare audire non potuimus Kühnerum, in Coniunctivo nescio quid dubii videntem, quod Cic. significare voluisse potuerit. Ceterum de ea re Aristoteles loquitur in libro II. de Caelo c. 1. Cic. Acad. II. 37. — Pro *operis* Cod. Duisb. *corporis* ex correctoris, sine dubio, commento parum probabili. Rathium coniicientem *muneris sit? Mentem* etc. satis refutavit censor Jenensis p. 392. (1806. 49.) dicens, *sit* supervacaneum esse praecedente *praesit*; *sic* vero concinnitati inservire; aliam vero rationem esse §. 56. (quem laudat R.) *animum ipsum, si nihil* etc. ibi enim esse anacoluthon, hoc loco esse tantummodo videri. *Mr.*

tanti operis et muneris] Conf. de N. D. II. 35: *inesse* (in hac caelesti ac divina domo) *aliquem — tanquam architectum tanti operis tantique muneris*. ubi v. nos in Ed. min. p. 133: verba ab Aedilium Romanorum muneribus sunt desumta. Conf. Parei Lex. Crit. v. *munus* p. 762 sq. Ernesti Clav. Cic. s. v. Cic. de N. D. I. 9: *Quid autem erat, quod concupisceret deus mundum signis et luminibus tanquam aedilis, exornare? Mr.*

Sic mentem hominis etc.] Bouhierius viros doctos h. l. non offendisse miratur, cum constructio sit, utcunque eum vertas, impeditissima, neque ferri posit ita repetitum *sic*. Distinctione igitur ita sanatum existimat locum, ut scribatur: *Sic mentem hominis* [sc. crede, existima]. *Quamvis eam non videas, tamen ut deum* [vel potius *tamen eum*] *agnoscis ex operibus eius, sic ex memoria rerum, et inventione, et celeritate motus, vim divinae mentis agnoscito. Divinae* se recepisse ait ex Cod. Reg. uno Leid. aliquot edd. vett. et sententia Lambini certissima. Idem dixisse Ciceronem Tusc. V. 13: *humanus animus decerptus ex mente divina*: de Senect. c. 21. 78: *sic mihi persuasi —: quum tanta celeritas sit animorum, tanta memoria praeteritorum futurorumque prudentia, tot artes tantae scientiae, tot inventa; non posse eam naturam, quae res eas contineat, esse mortalem:* aliisque locis laudatis ad I. de N. D. — Nissen. ad h. l. p. 22: „Quamquam non opus erat hac repetitione *vim divinam mentis*, causa tamen eius exergasiae in promptu est. Bouhierii, anacoluthorum adversarii acerrimi correctio anacoluthon tamen non tollit. — Sed Gesnerus quoque (Chrest. p. 376:) in loco nostro haesit, et *eam* delevit, [nimirum ne ad *mentem* nihil referatur] mihi quidem se non

vis eam non videas, ut deum non vides; tamen, ut deum agnoscis ex operibus eius, sic ex memoria rerum et inventione et celeritate motus omnique pulchritudine virtutis vim divinam mentis agnoscito.

In quo igitur loco est? Credo equidem in capite, et,29 cur credam, afferre possum. Sed alias, ubi sit animus:

---

probavit." Add. ad sententiam loci Kühneri librum de Cic. in Philos. meritis p. 180 sqq. In Cod. Gud. 1. est: *quamvis eam non vides tamen...* sed manus aequalis in ima pagina notavit: *β: non videas ut deum.* Gud. utrobique *vides.* Marb. et unus Ox. omittunt *deum* ante *non.* Gud. habet *et tamen.* Marb. *deum tamen ut deum:* duo Oxx. *cognoscis,* ex glossa. Tum Reg. et Gud. 1. *omniaque,* unde fecit Bentl. *omnisque.* Bill. verba *pulchrit. virtutis* explicare volens triplici vitio scripsit *καλὸν ἀγαθόν.* Pro *vim divinam mentis,* quod unice verum est, habent *v. divinae m.* Codd. Vind. 1. et unus Ox. Edd. B. S. E. C. L. Junt. Asc. 2. In Marb. est *vis divina — agnoscitur,* in uno Ox. *vim — agnosco.* Ad verba *ut deum agnoscis ex operibus eius* Gesnerus laudat Epist. Pauli ad Rom. I. 20. quo loco nihil nostro est similius. *Mr.*

c. 29. *In quo igitur loco est?*] Haec verba Cod. Duisb. Auditori tribuit: sequentibus Marci nomen praefixum habet. Verbum *est* omittit Ed. H. Ad seqq. Beroaldus: „Secundum eos locutus est, qui dicunt in cerebro esse mentis regimen et arcem sensuum: quod et Plinius in XI. refert, [Sect. 49. p. 616. Hard.: *hic mentis est regimen*] et ob hoc Plato Platonicique prodiderunt totum hominem in capite esse, ubi portio mentis optima, id est rationabilis, arcem tenet." — Cod. Rehd. habet *in capite equidem.* Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 2. *Mr.*

et, cur credam, afferre possum] Ed. H. *quin* pro *cur:* errore fortasse ex veteri scriptione *guur* orto. Mon. 1. *cur crebram.* Duisb. et Col. *rationem afferre,* quam scriptionem merito iam Fr. Fabr. ex glossemate esse existimavit, non secus ac Lambini *malta afferre,* quod nullus plane liber habet. Cod. Aug. exhibet *cur hoc credam.* De constructione verbi *afferre* sine Accusativo exposui ad Cic. de Div. I. 30. p. 153. Add. Jo. Ker. Singularum de L. L. Obss. LL. II. (8. Lond. 1709.) libro I. s. v. *afferre* ubi laudat locum Cic.: *afferri potest, cur non omnia fato fiant.* Vind. 1. *possem* pro *possum,* ex prava correctione. *Mr.*

Sed alias: nunc ubi ubi sit animus, certe quidem in te est.] „Concinnior reliquis est scriptura, quam ex Mannt. et Victor. recepimus. Plautus Asin. II. 2. 21: *ubi ubi est gentium.* Casin. III. 4. 3: *ubi ubi sunt.* Terent. Eun. II. 3. 4: *ubi ubi est, diu celari non potest:* sic iterum V. 9. 12." *Davis.* in Ed. 1. — „Videtur standum ab optimis Codd. in quibus est: *Sed alias, ubi sit animus. Certe quidem in te est.* Post *alias* subaudiendum *dicemus.*" *Bouhier.* — Gebhardus se cum Vict. ex quint. Pal. edidisse ait: *sed alias: nunc ubi sit animus, certe* etc. Sed Vict. habet *ubiubi.* *Sed alias ubi sit animus* habere refert. Pal. 1. 3. 4. Gesn. recepit *ubiubi:* addit tamen: hoc nisi velis, *ubi* existimandum esse positum pro *ubiubi* vel *ubicunque.* Idem censet Ern. servato simplici *ubi.* Nissen. vero *ubiubi* restituentes Bipontinos laudat, merito dicens dubitari, quin *ubi* dici possit pro *ubiubi.* FAWolf. cum Edd. C. V. M. L. Rob. Steph. Oliv. Lall. dedit *sed alias: nunc, ubi ubi sit animus, certe* etc. eumque secuti sunt Koel. Schz. Or. Nobb. Sed ita nullus plane habet

certé quidem in te est. Quae est ei natura? Propria, puto, et sua. Sed fac igneam, fac spirabilem: nihil ad id, de quo agimus. Illud modo videto: ut deum noris, etsi eius

---

liber MS. neque meliore nititur auctoritate scriptio Edd. C. M. L. Car. Steph. Lamb. Asc. 2. Leod. Ald. HWolf. Brut. Sylb. *sed de hoc alias: nunc ubi ubi sit animus, certe* etc. sed Edd. P. A. B. S. E. Ven. nostr. et Alt. Cam. Sturm. Boul. Junt. quae exhibent *Sed de hoc alias: nunc ubi sit animus, certe* etc. aliquot certe Oxx. habere videntur suffragantes et Mon. 1. Ego vero et antiquissimorum et optimorum Codd. scriptionem restitui cum Dav. et Bouh. sed correxi distinctionem. Nobiscum autem faciunt Ed. H. Codd. Reg. Gryph. Gud. 1. 2. Marb. Mon. 2. Bern. Rehd. Gud. Duisb. Sex Oxx. tres Gebh. unus Vind. In Cod. Aug. est: *sed de hoc alias: ubi sit animus, certe equidem in te est*: in quo certe *equidem — est* non est ex usu Cic. Nobiscum iam facit etiam Or. in ann. ad FAWolfii scholas monens *ubiubi* alibi non habere coniunctivum: et locum ita esse intelligendum: *sed alias, ubi sit animus* [demonstrabo: nunc hoc sufficit, quod] *certe quidem in te est*: quamquam alibi hoc non demonstraverit, neque fortasse id facere in animo habuerit: unde fieri potuisse ait, ut aliquis, qui id non factum esse reputaret, mutandae lectionis ansam arriperet. — Cod. Rehd. habet *quidem certe*. Gud. *certe quid interest*. Rath. sine causa corrigi volebat: *in te quidem certe est*, quia legitur Acadd. II. 32. *hoc quidem certe*, ad Att. I. 1. *Cupio quidem certe*. Verr. VI. 21. *illa quidem certe*. pro Quint. 1: *temporis quidem certe*. Cf. O. M. Müller. cur. Sec. p. 43. — Paullo plenius, quam nostro loco, locutus est Cic. de Div. II. 2. extr.: *Sed haec alias pluribus: nunc ad institutam disputationem revertamur*. Ceterum de usu particulae *alias* v. Handii Tursellinum I. p. 219 — 227. Unus Ox. habet *ubi igitur*. Alius omittit verbum *est*. *Mr.*

Sed alias, ubi sit animus] Sic Reg. Pall. tres, Eliens. tert. et Bak. Vulgo *sed alias*. Nunc *ubi* etc. *D.*

Quae est ei natura?] Brutus cum in Cod. Gryph. reperisset: *quae est et natura*, cum antea legeretur: *quae est et natura dei*, coniecit legendum esse, ut nunc dudum legitur: eamque lectionem etiam Camerarius, cum apud Venetos reperisset, probavit. Ceterum legitur: *quae est et natura* in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. Mon. 2. *quae est et natura dei* in Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. duabus Reisk. ibid. duabus Med. Asc. 1. 2. Junt. nullo addito interrogandi nec alio distinctionis signo. Unus Ox.: *B. Quae est et natura propria. T. Puto est sua.* Septem Oxx. Vind. 1. Duisb. habent *quae est natura*. Mon. 1. *quae est e natura*. Aug. *quae est ei natura dei*. Reiskius ita disponens personarum partes: *A. In quo igitur* etc. *M. Credo equidem* etc. *A. Quae est ei natura? M. Propria* etc. non est audiendus. Reliqui libri nobiscum faciunt. HWolfius post *ei* in parenthesi addidit *animo*. *Mr.*

Sed fac igneam, fac spirabilem:] Haec et seqq. *nihil — agimus* omittit Cod. Vind. 2. Tres Codd. Gebhardi, plures Davisii, referente Bouhierio (fortasse hoc annotavit Dav. in Ed. 1.) *spiritabilem*: de qua voce vid. nostram annot. ad c. 17. §. 40. Unus Ox. *sed fac spirabilem*. Mon. 1. *nihil attinet ad id*. Gud. *de quo egimus*. Mon. 1. *illud modo videro*. *Mr.*

Deum noris, etsi eius *ignores*] Vulgo vocem penultimam nesciunt, quam Msstorum et editorum veterum fide recepimus. Eandem mox, iisdem iubentibus, eieci. *D.*

ignores et locnm et faciem; sic animum tibi tuum notum esse oportere, etiam si ignores et locum et formam. In 71
animi autem cognitione, dubitare non possumus, nisi plane in physicis plumbei sumus, quin nihil sit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. Quod quum ita sit, certe nec secerni, nec dividi,

---

etsi eius ignores — etiamsi ignores] Ita Codd. octo Oxx. Reg. Gud. 1. Rehd. Duisb. Mon. 1. 2. Vind. 2. Bern. Edd. Rob. Steph. Vict. FAWolf. Koel. Schz. Or. Nobb. Sed Edd. vett. etiam post *etiamsi* addunt *eius*, excepta H. Gebhardus vero Verb. Ern. Gron. *eius* omittunt post *etsi*, post *etiamsi* addunt. Edd. Ven. Alt. A. et omnes quas Reisk. contulit, altero quoque loco habent *etsi eius*. Cod. Aug. inverso ordine *etiamsi ignores — etsi ignores*: utroqae loco omisso *eius*. Gud. habet *etsi enim ignores locum*, om. *et*: pergit Rehd. *et formam* sed supra lin. *faciem*, omissis verbis *sic animum — et formam*. Marb. quoque et unus Ox. omnia omittit, quae sunt inter *et locum* priore et posteriore loco posita. Unus Ox. utroque loco habet *formam*. In Cod. Duisb. scriptum est *tuum notum tibi*. Duo Oxx. omittunt *tuum*, duo alii *notum*, cum Mon. 1. Tum Ed. H. *oportet*. *Mr.*

In animi autem cognitione] „i. e. cum autem animum qualis sit cognoscere atque pronunciare volumus.“ *Ern.* In his, quae sequuntur, Epicureos tangit, qui animorum esse vellent de quatuor naturis quoddam corpus compositum. — Cod. Marb. habet *cogitatione* pro *cognitione*. Mox Mon. 1. *possimus*: Unus Ox. *aut* pro *autem*, tres et Gud. *sane* pro *plane*. Rehd. omittit illud adverbium. Ad. v. *plumbei* laudant Terent. Heaut. V. 1. 4. *stipes, asinus, plumbeus*. Apud Cic. de Finn. IV. 18. prc. argumentum infirmum dicitur *pugio plumbeus*, et ad Att. I. 16. 2. iudicium infirmum *gladius plumbeus*. Epicurei vero quoties in libris de N. D. ob physicae imperitiam irrideantur, nemo nescit. Pro *sumus* unus Ox. et Vind. 2. *simus*. *Mr.*

quin nihil sit animis admixtum] Mon. 1. marg. MS. in Ed. Asc. 2. nostra, Edd. Ven. nostr. Cam. Asc. 1. P. A. B. S. E. Junt. *quoniam nihil*. Pro *animis* est *animus* in Edd. Verb. Lall. Oliv., in uno Ox. *aïs* (volebat scriptor *aïs*, quod est compendium vocis *animis*). Duisb. *animis concretum nihil admixtum*. Cod. Aug. *quia nihil animis sit admistum*. Verba *nihil copulatum* omittit Gud. 2. Ern. coniecit: *nihil sit in animis mixtum*. Et placet sane haec emendatio: sed non suffragantur libri. Et tuetur compositum certe locus de Sen. 21. extr. *quum simplex animi natura esset neque haberet in se quicquam admixtum dispar sui atque dissimile, non posse eum dividi: quod si non possit, non posse interire*. Tertium, quartum et quintum repetitum *nihil* in duobus Oxx. scribuntur *vel*. Pro *coagmentatum* quatuor Oxx. habent *coaugmentatum*, unus *coaugumentatum*, alius *coagumentatum*. Similis nostro locus est de Finn. III. 22. 74: *quid enim — in natura — tam compositum, tamque compactum et coagmentatum inveniri potest?*

certe nec secerni, nec dividi etc.] Cod. Gud. *decerni* pro *secerni*: unus Ox. *ne secerni*: alius *discerni* pro *discerpi*. idem in seqq. omittit *igitur*. Ceterum attendendum *secerni* opponi voci *admixtum, dividi concreto, discerpi copulato, distrahi coagmentato*. Similiter iunguntur de Finn. I. 16. 50. *divelli* et *distrahi* opposita *copulatis virlutibus*. Quem locum laudavit Kühnerus. Ad usum v. *discerpi* v. de N. D. I. 11. *Mr.*

nec discerpi, nec distrahi potest; nec interire igitur. Est enim interitus quasi discessus et secretio ac diremptus earum partium, quae ante interitum iunctione aliqua tene-
b. bantur. His et talibus rationibus adductus Socrates nec

---

nec interire igitur] „In membranis antiquis est: *ne interire igitur*. Rectius pro: *ergo ne interire quidem*: ut *quidem* exaudiatur, ut in illo Livii lib. XLIV: *neque enim ne his cunctationem aperuerat suam*. [c. 36, 8. p. 390. sq. ed. Drakenb. Stuttg. ibiq. Gronov. Duker. et Drakenborch.]“ A. *Schottus*. Nodorr. Ciceronn. p. 386. Assentit Schotto Bouhier. eiusque lectionem elegantiorem existimat. Scribitur autem *ne* pro *nec* in Codd. Reg. Gud. 1. (in Gud. est *ni*.) Multum autem dubitatum est disputatumque inter viros doctos, an *ne* dicatur pro *ne — quidem*: vide quos laudavi ad Livii l. c.; add. Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 480. Gernhard. ad Cic. Cat. maj. p. 319 sq. Et hoc quidem loco duobus illis nostris Codd. antiquissimis obsequi non potui, et recte se habere *nec* pro *etiam non* (ut dictum sit pro *ergo etiam non interire*) certus sum. Sequens *Est* omittunt duo Oxx. Mon. 1. habet *et quasi* G. *secessus*. Duisb. *ac secretio*. MS. ap. Verb. *et segregatio*. Gud. *et diremptus*. Posterius substantivum omittit Rehd. *Mr.*

Secretio ac diremptus] Vulgo *direptus*. Lectionem, quam damus, exhibent Pall. duo nosterque Bak. nec aliter ediderunt Manucius et Lambinus. Merito quidem; non enim *diripiendi*, sed *dirimendi* potestas huc convenit. Gebhardus tamen errare, quam bonos duces sequi, maluit. *D.*

secretio ac diremptus] „Ita edendum curavi ex auct. lib. manuscr.“ *Lambinus*. Gebhardus qui item *diremptus* reperisset in duobus Pall., maluit tamen reliquis suis, Codicibus Gulielmi et Victorio parere, qui servant vulgatam. Bouhierius a Davisii partibus stat, et pridem obsecutus est Lambino H. Wolfius. Certe nihil certius lectione Lambiniana, quam tuentur etiam Codd. septem Oxx. Gud. 2. Duisb. Gud. Mon. 1. 2. Vind. 2. Edd. P. C. Asc. 2. Car. Steph. probavitque Fr. Fabric. et recenti memoria Ern., post quem nemo ad peiorem lectionem reversus est. Quid autem facilius fieri potuit, quam ut *direptus* transiret in *direptus?* Cod. Guelf. habet *diremtus*. Aug. *et secretior diremptus*; duo Oxx. *est et direptus*. In ἅπαξ λεγομένοις Ciceronianis semper fere turbant librarii. *Mr.* Pro *iunctione* legendum fortasse est *vinctione*.“ *Lamb.* „Vid. Meyer. ad Cic. Orator. 13. 40. p. 23. Drakenb. ad Liv. 6, 22. 7. Vol. 3. P. 2. p. ed. repet. 205.“ *Klein.*

iunctione] „Legendum fortasse est *vinctione*“ *Lambinus*. Nemo secutus est Lambinum, praeter Fr. Fabr. Improbavisse eam correctionem videtur HWolfius, in parenthesi tantum apponens; disertis verbis improbarunt Fr. Fabr. (in ann.) et Bouhierius. Cum Lambino tamen faciunt Col. et unus Ox. Sed *vinctio* ne Ciceronianum quidem est, et dudum exulat ex solo loco, ubi in aliquot libris legebatur (de Amic. 7. 23.) *benevolentiae vinctionem*: duo ibi Codd. habent *iunctionem*: plurimi, quod nunc locum merito obtinet, *coniunctionem*. *Mr.*

His et talibus rationibus adductus] Cod. Aug. omittit *et*. Scribitur *Hiis* in Codd. Gud. et Duisb. *rationibus* abest ab Edd. Asc. 1. Ald. Sturm. Lamb. Goth. Fr. Fabr. Boul. Brat. Sylb. Car. Steph. Sed tuentur illam vocem Codd., quos novi, omnes, itemque Edd. reliquae. In Vind. 1. est *inductus rationibus*, in Gud. 1. *rat. a ductus*: in Aug. *rat. adductis*: quod est correctoris, qui sibi admodum

patronum quaesivit ad iudicium capitis, nec iudicibus supplex fuit, adhibuitque liberam contumaciam, a magnitudine animi ductam, non a superbia: et supremo vitae die de hoc ipso multa disseruit; et paucis ante diebus, quum facile

---

sapere videretur Ciceronem corrigens. Gud. habet *abductus*. De formula *his et talibus* etc. vid. Goerenz. ad Cic. de Legg. II. 4. 9. p. 116. ad Acadd. II. 7. 19. p. 43. Wopkens. Lectt. Tull. p. 253 sq. ed. Hand. Ea in his ipsis libris redit I. 48. 116. V. 25. 71. Quae autem Cicero hic summatim ex Platonis Apologia, Critone et Phaedone refert, ea cum Graecis accurate contulit H. Stephanus in Ciceroniano Lex. p. 118 — 123. ed. Paris. qui liber conferri meretur. — In seqq. Cod. nescio qualis ap. Verb. pro *patronum* exhibet *patrocinium*. Ad v. *nec — adhibuit que* bene monet Kühnerus *nec — que* dici pro *non solum non — sed etiam*; ut est supra c. 4, 7. *nec — deponere, et — versari*. Vid. nos ad Cic. de Div. I. 32. 68. p. 163. et ad de Rep. I. 34. p. 141. VI. 21. extr. p. 498. locisque ibi laudatis add. de Finn. I. 14. 48. ibiq. Goerenz. p. 66. Unus Ox. habet *ne* pro *nec* ante *patronum*. *Mr.*

Nec patronum quaesivit ad iudicium capitis] Cum Socrati scriptam Lysias attulisset orationem, quam ediscceret, ut pro se in iudicio uteretur; reiecit eam philosophus veluti parum fortem et virilem. Nostrum de Orat. lib. I. cap. 54. ac Valerium Maximum lib. VI. cap. IV, 2. ext. huiusce rei testes iam laudavit Menagius ad Laertii II, 40. Nos alia veterum loca proferemus. Stobaeus Serm. VII. pag. 90. Σωκράτους φεύγοντος τὴν δίκην Λυσίας λόγον τινὰ συγγράψας ἦλθεν αὐτῷ κομίζων, καὶ ἐκέλευε χρήσασθαι. Τοῦ δὲ Λυσίου εἰπόντος, καὶ μὴν κάλλιστον αὐτὸν εἶναι· Καὶ τὰ ῥόδα, ἔφη, κάλλιστά ἐστιν, ἀλλ' οὐ πρέπειν αὐτῷ τὸ στεφάνωμα. Τεθνήξη τοίνυν, ἔφη ὁ Λυσίας, εἰ μὴ οὕτως ἀπολογήσῃ. Ὁ δέ, εἰ γάρ, ἔφη, καὶ μὴ νῦν, πάντως, τεθνήξομαι. Quinctilianus Inst. Orat. lib. II. cap. 15. *Socrates inhonestam sibi credidit Orationem, quam ei Lysias reo composuerat*. Id latius narrat lib. II. cap. 1. *D.*

adhibuitque liberam contumaciam] De hoc usu verbi *adhibere* vid. novam Forcellini Ed. Germ. p. 58. c. ubi plura similia congesta reperies. Particulam *que* omittit Mon. I. cum tribus Oxx. Ad sententiam cf. Senec. Epist. 73. prc.: *Errare mihi videntur, qui existimant, philosophiae fideliter deditos contumaces esse ac refractarios et contemptores — eorum — per quos publica administrantur*. Singularis vero nostro loco est usus vocis *contumacia*, quae alibi solet in malam partem intelligi. Ita usus est adiectivo Tacitus Hist. I. 3: *contumax, etiam adversus tormenta, servorum fides*: in re laudabili. Quintil. II. 4: *maxima est innocentiae contumacia*. Vid. Doederlein. Lat. Synon. u. Etym. IV. p. 180. Confert H. Stephanus ad hanc sententiam Platonicum οὐκ αὐθαδιαζόμενος (et ἀπανθαδιαζόμενος), FAWolfius Xenophonteum μεγαληγορία. Idem animum advertere nos iubet in constructionem: *nec — nec — que — et — et*. Pro *ductam* habent *inductam* Edd. P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cam. Junt. Rob. Steph. et, quas Reisk. contulit, Ven. 1. 2. Med. 1. 2. In Codd. nullum eius lectionis vestigium: neque quisquam eam probabilem dixerit, qui norit Ciceronis usum. Cod. Duisb. *non a sup. ductam*. Pro *et supremo* unus Ox. *qui summo*: idem omittit *die*, alius vocem *de*. Verba *de hoc ipso* intelligenda sunt *de animi immortalitate*. De constructione *paucis ante diebus* vid. Schmidt. in A. L. Z. 1825. 259. p. 413 sq. Tursellinus Handii I. p. 372 sq. *Mr.*

Cum facile posset educi e custodia, noluit] Quibus rationibus

posset educi e custodia, noluit; et quum paene in manu iam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, ut non ad mortem trudi, verum in caelum videretur escendere.

---

motus amicorum operam recusaverit, docebit Platonis Crito pag. 370, seqq. Adi sis etiam Origenem in Cess. lib. II. pag. 71. Laërtium II, 60. III, 36. et Senecam Epist. 24. *D.*

quum facile posset educi e custodia] Cod. Vind. 1. *cum educi facile posset a custodia.* Gud. etiam 2. habet *a custodia*: unus Ox. omittit praepositionem. In Cod. Duisb. glossa extrusit verum Ciceronis verbum: *cum facile posset e custodia elabi.* Pro *noluit* Cod. Aug. *voluit.* Pergit Cod. Reg. cum Gud. 1. *et tum paene — tenens;* Codd. Gud. unus Ox. Marb. Ed. H. *et paene — tenens;* Codd. Aug. Gud. 2. Duisb. unus Ox. *et cum paene — tenens.* Reliqui, ut nos edidimus; quod verum puto. Cum enim aliquis, sive casu sive consulto, scripsisset *tum*, non ultra ferri poterat *teneret*, quod quum semel abiisset in participium, alii abiecerunt illud *tum*, alii servato *cum*, nihil ultra cogitantes, illum errorem propagarunt. Ed. C. omittit *in.* Vind. 1. habet *iam in manu.* Duisb. omittit *iam* et cum Ed. C. *illud.* Tum pergit Vind. 1. *ita locutus est.* Aug. *est ita locutus. Mr.*

ut non ad mortem trudi] Similiter locutus est de Amic. 3. 12: *ut — ad superos videatur potius, quam ad inferos pervenisse.* Cod. G. et Ed. H. *verum etiam:* et saepe Cicero haec iungit: sed nostro loco *etiam* turbat sententiam. Pro *in* Cod. Rehd. *ad.* In fine capitis recepi cum Dav. et Or. *escendere* (pro *ascendere*) ex duobus Codd. antiquissimis et optimis, Reg. et Gud. 1. De his duobus verbis multi locuti sunt, et plerumque, ubi *escendere* reperis, reperies etiam variam lectionem *ascendere.* Virorum doctorum sententias laudavit Ochsner. ad h. l. p. 287 sq. Kühnerus praefert *ascendere:* addens: „*escendere* et propria et tropica significatione est nostrum ersteigen, quod locum habet, quum de altitudine et virium contentione sermo est; *ascendere:* besteigen." Tum laudat Bremium ad Corn. Nep. Them. VIII. 6. p. 53. de Amic. 13, 88. Paradox. I. 2. 11. ubi est *in caelum ascendere:* et de Legg. II. 8. *ascensus in caelum.* Ego vero neque sine optimorum librorum auctoritate *escendere* scripsissem, neque nunc, cum adsit illa auctoritas, in oppositione, cum praecedat *ad mortem trudi*, ei parere nolui. *Mr.*

c. 30. *Ita enim censebat itaque disseruit*] De varietate temporum vid. Doeleckii Deutsch-Lat. Gramm. p. 206: nimirum ita *semper* sentiebat: sed tum, supremo vitae die, *semel* ita locutus est. De usu vocis *itaque* pro *et ita* vid. Madvig. Epist. Crit. ad Orellium p. 84 sq. Nihil agit Bouhierius, qui, cum paullo superius scriptum sit *locutus ita est*, hoc loco *ita censebat*, tertium *ita*, nescio quomodo, languere existimans, coniecit *atque disseruit*, qua ego coniectura non multas vidi infeliciores. Merito eam nuperrime improbavit Stuerenburg. ad Cic. pro Arch. p. 188. Ad sententiam eorum, quae sequuntur, conf. Cic. de Rep. VI. 26. p. 509. ibiq. nostr. annot. Adde doctissimum G. Jrhovii librum de Palingenesia veterum s. Metempsychosi sic dicta Pythagorica (4. Amstelod. 1733.) passim: et opus bonae frugis plenissimum T. Planneri Systema Theologiae Gentilis purioris (4. Bas. 1679.) p. 459—489. — Silius Italicus Pun. XV. 76 sqq.:

Degeneres tenebris animas damnavit Avernis:
At, quis aetherei servatur seminis ortus,
Caeli porta patet. — Virg. Aen. VI. 540 sqq. ibiq. interprr. *Mr.*

Ita enim censebat, itáque disseruit: duas esse vias dupli-30
cesque cursus animorum e corpore excedentium. Nam qui 72
se humanis vitiis contaminavissent, et se totos libidinibus

Duas esse vias] Vide Platonis Phaedonem pag. 385. seq. et 398. seqq. Ea laudat Stobaeus Eclog. Phys. pagg. 135 — 141. De duabus autem viis multa Lactantius Div. Inst. lib. VI. capp. 3, 4. et Epit. cap. 59. Adeas etiam Clementina Hom. VII. cap. 7. *D.*

Duas esse vias] Unus Ox. (ψ) *duplicesque vias.* Mon. 1. *duas etiam vias.* Mon. 2. Rehd. *duas vias esse.* Tum unus Ox. (Ed.) *duplicesque vias;* Tum scripsi *e corpore* cum Dav. FAWolf. Or. Schz. Koel. ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Mon. 2. Rehd. Duisb. Marb. In Vind. 1. est *ex corporibus,* in Mon. 1. *e corpore et exc.* Gud. omittit praepositionem cum sola Ed. Asc. 1. Reliquae Edd. vett. nobiscum faciunt; *a corpore* habent solae, ut videtur, Edd. Ern. Alt. et, hunc quoque Ernestiana errorem typogr. propagans, Nobbiana. In Vind. 1. legitur *discedentium:* in Aug. *ex corpore discedentium. Mr.*

Nam qui se humanis vitiis contaminavissent,] Bentleii coniecturam vid. in ej. annot. Quod vero vir ille sagacissimus pro *humanis* correxit *immanibus,* in eo dudum ei praeivit HWolfius, qui in suo commentario „*Immanibus,* ait, lego ex coniectura probabili, pro *humanis vitiis:* quibus quis unquam caruit aut carebit? Sunt igitur *αἱ θηριώδεις κακίαι* intelligendae, ut Catilinae, Clodii, Neronis, Heliogabali omniumque tyrannorum ac protervorum et nefariorum hominum." *Mr.* Vid. de *καθάρσει* Gedik. ad Plat. Menon. p. 29. ed. Buttm. Stallbaum. Prolegg. ad Phileb. p. XXIX." *Schuch.*

Humanis vitiis] *Ἐξ ἐναντίας humana vitia* Deorumque vitam ponit. Vult autem ea, quibus obnoxii sumus, quamdiu corporibus includimur. Sic *ἀνθρώπινα πταίσματα* dixit Aeneas Gazaeus in Theoph. pag. 380. D. *ἀνθρώπινα παραπτώματα* Clemens Hom. VII. cap. 7. *ἀνθρώπινα ἁμαρτήματα* Origenes *περὶ εὐχῆς* §. 23. Augustinus C. D. lib. II. cap. 7. *Mirum nimium, si ullus ibi erat pudor mortalium, quo* humana flagitia *non libere homines committerent quae apud Deos etiam religiose discerent.* Idem Epist. XIX. pag. 29. *Facile de homine* humana vitia *suspicari.* Vide et Terentium Adelph. Act. IV. Sc. V, 53. ac Senecam de Tranquil. cap. 15. *D.*

humanis vitiis] Adde ad Dav. ann. ea, quae Bouhierius ad Bentleianam emendationem monuit: „Agnosco sane, quod ait Bentlejus, in usu esse et communi et Ciceronis, ut *humana vitia* dicantur mediocria et excusabilia. At enim philosophi personam hic induit Cicero, atque hominibus e turba ac faece mortalium opponit sapientem diis admovendum. *Humana* quae dicit vitia, illa ipsa sunt, quae Plato *κακὰ ἀνθρώπεια* Phaedon. p. 81. Steph. quem locum videtur Cicero respexisse. Tum etiam infinita sunt, a quibus nos absterret religio tanquam malis ac flagitiis, quae philosophorum sapiens ille neque illicita sibi ducebat, neque in vitiis numerabat vel tolerabilibus. Davisio itaque assentior nihil in illis verbis mutanti. Neque in his quidquam video mutandum *et se totos libidinibus dedissent,* cum *libido* genus omne contineat illicitarum cupiditatum. Vide, si vacat, Tusc. IV. 6." Eichstadius in C. D. Beckii Act. Soc. Philol. Lips. II. p. 230. laudatis locis Platonicis Phaedon. p. 67. a. p. 81. b. [*ἅτε τῷ σώματι ἀεὶ συνοῦσα*] conjecit *humanis corporibus,* quem nimis cupide; ut videtur, secuti sunt Schz. et Bill., quamquam ille auctorem emendationis non nominavit. Laudat Ochsn. Eclogg. p. 289. ad firmandam lectionem vulgatam (cui favent item FAWolfius,

dedissent, quibus caecati vel domesticis vitiis atque flagitiis se inquinavissent, vel re publica violanda fraudes inexpia-

---

Kühnerus et Or.) Fragm. Hortensii Ciceroniani p. 1098. Ern.: *quo minus se* (animi) *admiscuerint atque implicuerint hominum vitiis atque erroribus.* Addit Platonicas voces *ἀνθρώπινα κακὰ* l. c. paullo inferius, et Juncum ap. Stob. CXVI. (CXVII) §. 9. p. 598. qui ea appellat *ἀνθρώπεια κακά.* Scribitur autem *contaminassent* in Codd. Aug. Vind. 1. Gud. et Edd. vett. ante Grut. quotquot mihi innotuerunt. Locum inter se permutaverunt verba *contaminavissent* et *inquinavissent* in uno Ox. Rehd. et Mon. 2.; bis scribitur prius in duobus Oxx., posterius in uno. De verbo utroque, eorumque usu et significatione, vid. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. II. p. 54. 56. Bentleii coniecturam *aut* pro *et* nullus firmat Cod. MS., neque ea necessaria est. *Mr.*

libidinibus dedissent] Ita Codd., quotquot novi, omnes, praeterea Edd. Ven. nostr. Goth. Lamb. Boul. Grut. Verb. Gron. Oliv. Dav. (Ed. 3.) Or. Reliquae *dedidissent:* quod gravius esse dicit Kühnerus, laudatis Somn. Scip. 9. (de Rep. VI. 26.) Cat. maj. 13: ubi est *voluptatibus se dediderunt.* Quod ut non nego, ita minus graviter dictum, *voluptatibus se dare*, facile fero, cum libri in eo consentiant et plurimi et optimi. Ceterum vid. ad laudatum Cic. de Sen. locum Gernhardum p. 80. et Otton. p. 112 sq. Pro *caecati* unus Ox. *occaecati*, alius *occecati. Mr.*

Vel *domesticis vitiis*] Vulgo *velut.* Sed nos accuratissimum Bentleium iure sequimur. *D.*

vel domesticis vitiis etc.] Obtemperavi ego quoque Bentleio pro *velut* corrigenti *vel*, quamquam nullus plane liber adstipulatur. Sed ferri non poterat illud *velut*, neque in eo adiuvari poterat videri sermo Ciceronianus, quod in paucis libris est (Codd. Aug. Vind. 1.) *quibus velut caecati dom. vit.* etc. Nam, quod recte iam animadvertit Tursellinus s. v. *velut*, non solet eo vocabulo uti Cicero, ut voce *quasi*, ad excusandum usum verbi alicuius minus proprii. *Domestica vitia* sunt, quae homines in vita privata committunt; quae non ad vitam publicam et civilem pertinent. Bentleio obsecuti sunt post Davisium Ern. Schz. FAWolf. Koel. Or. Nobb. Quod vero *domesticis stupris* correxit Bentl., id merito nemini placuit. *Veluti* habet Cod. Marb. Ed. H. *velud.* Cod. Gud. 2. *vel in* Ed. M. Bouh. coniiciebat *domesticis privatisque flagitiis:* Wyttenbachius supra contra Bentleium tuebatur *humanis vitiis*: hoc vero loco verba *vitiis atque* eiici scribique volebat: *domesticis flagitiis.* De sententia verborum *vitiis atque flagitiis* vid. Jahn. Anall. Philoll. et Paedagg. 1829. III. 1. p. 39. Add. Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 28. extr. ad v. *si in vitiosa et flagitiosa vita affluret voluptatibus.* Pro *atque* Cod. Duisb. *ac.* De v. *flagitium* vid. Ochsner. ad Eclogg. p. 268. Ed. 3. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. II. p. 142 sq. qui illud vocabulum a *flagrando* ducit. A. *flagris* ducit Wytt. ad Cic. de N. D. p. 733. ed. Cr. et nostr. maj. De usu v. Mencken. Obss. L. L. p. 407. Pro *inquinavissent* est *inquinassent* in Codd. Gud. Vind. 1. Mon. 1. Edd. P. A. B. C. M. L. Car. Steph. Cam. Goth. Sturm. Ald. Sylb. Brut. Boul. In Ven. nostr. scriptum est tribus verbis *in qui nassent. Inquinandi* verbum haud incommode a *coeno* (stercore) duxit J. G. Vossius in Etymol. L. L. s. v. *coenum. Mr.*

vel re publica violanda] Pravam scriptionem, quae sensum turbat (non enim *in violanda rep.* sed *eo quod violant remp. fraudes* concipere dicuntur) *vel in re publica violanda* habent quinque Oxx.

biles concepissent, iis devium quoddam iter esse, seclusum a concilio deorum: qui autem se integros castosque servavissent, quibusque fuisset minima cum corporibus contagio, seseque ab iis semper sevocavissent, essentque in

(unus *et* pro *vel*) Aug. Vind. 1. Rehd. Edd. quas Reisk. et Or. contulerunt veteres omnes, itemque nostrae ante Gebh., qui primus, quinque Palatinis obsecutus, *in* delevit. Quod vero *in* defendit Bouh. et ita magis Latine dici existimavit: id quo minus refutemus, facit ratio grammatica, vel pueris hodie nota. *Mr.*

fraudes inexpiabiles concepissent] *Fraus* e *culpa* oritur: quare illud saepe huius significationem habet." FA*Wolf.* in scholis. „*Fraus* calliditatem et fallaciam significat: inest enim dolo et fraus." *Barnab. Brisson.* de Verbb. Signif. p. 371—373. ed. Itter. Cf. Oldendorp. de Copia Verbb. et Rerum in Iure Civ. p. 237 sq. ej. de Duplici Verbb. et Rer. Signif. p. 113 sq. Lex. Jurid. (Genev. 1615.) ex Brissonio, Hotomanno, Prateio et Cuiacio, p. 491 sq. Ad h. l. G. G. Oeder. in Epist. Crit. ad J. A. Kriesium (4. Goetting. 1742.) p. 17: „*Fraus*, ait, qualis intelligatur, patet: *fraudem* vero *concipere* facile quidem intellectu, sed usu non nimis tritum est. Sed quomodo *fraus* et impietas *concipi* tanquam fetus dicitur: item dicitur *excludi pravum* in Diocletiani edicto contra Manichaeos, ubi Bynkershoekius pro *excludere* maluit *excudere* Opuscc. T. II. p. 217. Simile illud B. 7, 15: *fraudem concepit, monstrum excludet.*" Similiter noster de Legg. III. 14. 32: *non solum vitia concipiunt ipsi*: de Off. I. 34. 123: *senectus concipit dedecus.* Alia paullo est locutio in Verr. Act. II. Or. I. 4: *maius istum in sese scelus concepisse*: differt etiam nonnihil de Div. II. 39. 81: *si — imbecilli animi superstiosa ista concipiant.* Pro *inexpiabiles* Edd. C. Junt. Asc. 2. *inexplicabiles.* Gud. 1. *concoepissent. Mr.*

iis devium quoddam iter esse,] Non moramur eos, qui hoc quoque loco *his* et *hiis* pro *iis* reposuerunt. Sed pro *devium* est *demum* in libris tribus Oxx. Aug. Marb. Edd. P. Ven. 1. Reiskii. Ven. Alteri: quomodo vero Gebh. dicere potuerit vulgo legi *demum*, non intelligo: cum praeter eos, quos dixi, nullus plane illum errorem (facile ortum ex scriptione *deuum*) exhibeat liber. Pergunt Vind. 1. et Aug. *interesse.* Mon. 2. omittit *esse.* Duisb. habet *seclusum esse.* Vind. 1. *seorsum* pro *seclusum*, sine dubio ex glossa. Conf. in Verr. Act. II. L. V. 9. 23: *supplicium — a libero spiritu et communi luce seclusum.* Pro *concilio* est *consilio* in Edd. Fr. Fabr. S. Cam. errore frequentissimo. *Mr.*

qui autem se integros castosque servavissent] Ad sententiam conf. Gernh. ad Cic. Lael. 4. 13. p. 33. ad verba: *iisque, cum e corpore excessissent, reditum in caelum patere, optimoque et iustissimo cuique expeditissimum:* ibi vero non erat laudandus §. 26. Somnii Scip., qui non exstat, sed §. 18 sq. Verba *qui autem — imitati deorum* desunt in Cod. Aug ; duo Oxx. omittunt *se.* Pro *servavissent* est *servassent* in Cod. Vind. 1. et vet. cod. in marg. Lambb. et Goth. Edd. Asc. 2. C. Cam. De v. *castus*, eius origine et usu vid. disputantem Doederlein. Lat. Synon. u. Etym. III. p. 193 — 202. Pergunt unus Ox. et Mon. 2. *quibusve.* Tum Mon. 1. *fuissent.* Gud. omittit *cum:* unus Ox. habet *cum corpore nimia contagio*: duo Oxx. et Gud. 2. *cogitatio. Mr.*

seseque ab iis semper sevocavissent] Unus Ox. *seque*, alius *sibique.* Duisb. *ab his per se avocavissent.* unus Ox. *semper abvocavissent*, alius *semper se vocavissent.* Scripsi autem *sevocavissent*

corporibus humanis vitam imitati deorum, his ad illos, a
73 quibus essent profecti, reditum facilem patere. Itaque commemorat, ut cygni, qui non sine causa Apollini dicati sint,

---

ex Codd. Reg. (ut vid.) Gud. 1. 2. aliquot Oxx. Mon. 2. Rehd. Gud. Vind. 1. MS. in marg. Verb. Gryph. MS. in marg. Asc. 2. Edd. P. A. B. Ven. nostr. Asc. 1. Sturm. HWolf. Dav. Venetae et Medd. Reiskii. Reliqui habent *sevocassent*. Similiter loquitur Cic. de Div. I. 30. 63: *Cum — est — sevocatus animus — a contagione corporis.* In seqq. Cod. Duisb. habet *imitati vitam*. Gud. 2. *vita imitata*. In seqq. Vind. 2. *profecti essent*. Ad sententiam cf. locum paullo superius laudatum Lael. 4, 13. Respicere Ciceronem monet Ochsn. ad animorum *προϋπαρξιν*, quam vocabant, laudatque duo Ciceronis Fragmm. ex Hortensio et Consolatione p. 1098 et 1100. itemque Somn. Scip. c. 9. Adde, quem supra laudavi, Irhovium de Palingenesia veterum p. 416 sq. Walchii Lex. Philos. p. 2339—2341. In fine periodi est in Vind. 2. *facilem reditum*; in duobus Oxx. *reditum facile patere*, quod fortasse correctoris alicuius industriae debetur. Pro sequ. *Itaque* Ern. Alt. Bip. FAWolf. Schz. Koel. Nobb. (sine dubio operarum errore ex Ern. in reliquas propagato) *ita* exhibent: unde FAWolfius in scholis perperam explicavit initium periodi: *memorat, ita viris bonis esse faciendum*. Verbum *commemorat* omittit Cod. Aug. Reisk. praeter necessitatem coniecit *commemorabat*. *Mr.*

Ut cygni — *moriantur*] Lambino scribendum videtur *cygnis*. At Servius ad Aen. I, 397. vocem *cygni* tuetur. Med. vero, Bak. et Ven. 1491. *quia providentes*. Leg. *quasi providentes — cum cantu et voluptate* moriuntur. Et *moriuntur* diserte quidem Balliol. Hic autem locus ex Platonis Phaedon. pag. 387. est expressus. Verba, quae etiam profert Stobaeus Serm. CXIX. pag. 607. sic se habent: *Ἀλλὰ κύκνοι ὅτε, οἶμαι, τοῦ Ἀπόλλωνος ὄντες* (Vide Synesium Dion. pag. 54. A.) *μαντικοί τέ εἰσι, καὶ προειδότες τὰ ἐν ᾅδου ἀγαθά, ᾄδουσί τε καὶ τέρπονται ἐκείνην τὴν ἡμέραν διαφερόντως ἢ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ.* Et cygnorum quidem in morte cantum testimoniis suis confirmant veterum plurimi. Inter alios vide Themistium Orat. XVIII. pag. 223. Artemidorum Oneir. lib. II. pag. 108. et Tzetzem ad Lycophronis vs. 426. Quin et cygni moribundi cantum se plane exaudivisse nuper testatus est Fr. Hesselius in Epist. Dedic. Vibio Sequestri praemissa. Plinius tamen H. N. X, 23. *Olorum in morte narratur flebilis cantio: falso, ut arbitror aliquot experimentis.* Cum eo faciunt Alexander Myndius apud Athenaeum lib. IX. pag. 393. Aelianus V. H. II, 14. et Lucianus de Electro Tom. II. pag. 371. [Add. Appul. de Dogm. Plat. I. init. *Mr.*] *D.*

ut cygni etc.] Locis de cygnorum cantu a Dav. laudatis adde Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 124 sq. ibiq. laud. JHVossii Mythol. Br. II. p. 98 sqq. Wyttenbach. ad Platon. Phaedon. p. 225 sq. qui etiam de lectione loci nostri monet, legens *dicati sint*, observarique iubet *doctos* h. l. eosdem dici, quos *philosophos*. Solan. ad Lucian. T. VII. p. 576. med. Bip. Stobaei locus in Ed. Gaisf. est. T. III. p. 472. Lambini Lectionem *cygnis* solus Bouhierius probavit, additque delendum praeterea esse *sed* et ita legendum: *Itaque commemorat, ut cygnis (qui non sine causa Apollini dicati sunt, quod ab eo divinationem habere videantur, qua providentes, quid in morte boni sit, cum cantu et voluptate moriantur:) sic omnibus et bonis et doctis esse faciendum.* Wopkensius autem Lectt. Tull. p. 40. ed. Hand. „operam, ait, ludunt, si quid ego video, Lambinus et Davisius.“ Aliam parenthesin in sua Ed. fecit HWolfius, neque tamen ea *ἀναχόλουθον*

sed quod ab eo divinationem habere videantur, qua providentes quid in morte boni sit, cum cantu et voluptate moriantur; sic omnibus bonis et doctis esse faciendum. Nec

---

sustulit scribens: *Itaque commemorat, ut cygni (qui — dicati sunt: sed quod ab eo — habere videantur: qua providentes, quid in morte boni sit) cum cantu et voluptate moriantur: sic omnibus et bonis — esse faciendum.* Nissen. ad h. l. p. 23: „*Ut cygni* non habet quocum coëat. Sed anacoluthos est oratio. Esse enim debebat: *qua provideant*, ut *moriantur* ad *cygnos* pertineret. Prorsus contra rem Lamb. et Buher. voluere *cygnis*, in quo quid intelligi debeat, assequi nequeo." Reiskius nihil addit, nisi in v. *cygni* subaudiendum esse *faciunt*. Billerb. intelligi vult *faciant* ex seq. *faciendum*. Tum pro *qua*, si anacoluthon vitare voluisset Cicero, scribendum fuisse *hac*, vel eam vocem delendam, ut coniunctio *ut* cum verbo *moriantur* iungi possit. Kühn. Ciceronem structura excidisse ait, cum scribendum fuerit *qua provident*, cum verba *cum cantu et voluptate moriantur* referenda sint ad praegressa: *ut cygni*. FAWolfius etiam in scholis *faciant* intelligit ad *ut cygni*, reprobatque Lambini coniecturam. Accurate de nostro loco loquitur Krüger: Ueb. d. Attract. p. 452 sq., qui recte ad *ut cygni* ex ordine constructionis exspectari ait verbum *moriantur*, quod ipsum vero, constructione immutata, nunc cohaereat cum *qua providentes*, ita ut ex hac propositione relativa ad illa priora (*ut cygni*) illud ipsum verbum (*moriantur*) subaudiendum sit: neque etiam Davisii *quasi*, neque Bentleii *moriuntur* necessaria esse. Ceterum in libris non uno modo hic locus legitur. Unus Ox. habet *cur cygni*. Aug. et Gud. *qui sine causa* (om. *non*) Ern. ex Guelf. enotavit *edicati*, quod habet etiam noster Aug., ortum sine dubio ex lectione *dedicati*, quam habet Gud. 2. cum duobus Vindd. Scripsi autem *sint* pro *sunt* ex Codd. Reg. Gud. 1. Gud. 2. Aug. Duisb. Gud. Vind. 1. Marb. omnibus Bentleii, septem Oxx. Edd. Ern. Schz. Koel. Bip. Nobb. Or. Pro *sed* est *scilicet* in Mon. 2. uno Ox. et Ed. H. Pergit Aug. *ut ab eo*, unus Ox. *quae ab eo*. Pro *qua providentes* est *quia prov.* in Cod. Duisb. MS. ad Marg. Asc. nostrae 2. Edd. Ven. nostr. duae Venn. et Medd. ap. Reisk. P. A. B. S. E. M. Haesi aliquando in v. *providentes*, quia hoc loco neque de prospiciendo et consulendo, neque de re aliqua procuranda, neque de praecavenda sermo sit, (his enim significationibus verbum *providendi* apud Ciceronem solet fere legi) coniecique *praevidentes*: quo verbo cum rarius usus sit noster, utrumque etiam simili compendio scribi solitum fuerit, facile tritius et frequentius substitui potuit: recordabar locorum, quales sunt de Div. I. 30. 63: *animus — meminit praeteritorum, praesentia cernit, futura praevidet*: ib. §. 64. *tribus modis censet deorum appulsu somniare homines: uno, quod praevideat animus ipse per se:* ubi vid. annott. nostr. p. 151. 153. Pro *moriantur* unus Ox. *moriuntur*. Indicativus certe non convenit loco, si supra recte scriptum est *dicati sint*. *Mr.* „Adde Matthiae in FAWolfii Litt. Anal. II. p. 25." *Schuch.* Iam vide, quae accurate de hoc anacolutho praecipit Otto in Exc. ad Cic. de Finib. p. 394. *Mr.*

Omnibus bonis et doctis] Vulgo, *omnibus* et *bonis et doctis*. Mihi duces sunt Reg. Eliens. tert. Bak. Med. et Balliol. qui voculam secundam nesciunt. *D.*

omnibus bonis et doctis] Ineptum illud *et* ante *bonis* non agnoscunt optimi plurimique Codd., videlicet Reg. Gud. 1. 2. Mon. 2. Aug. Rehd. Duisb. Gud. Bern. Vind. 1. unus Ox. et Ed. H. Neque

vero de hoc quisquam dubitare posset, nisi idem nobis accideret diligenter de animo cogitantibus, quod iis saepe usu

debebat Nobbius Ernesti scriptionem (*et bonis*) servare, cum illud „*et* iam dudum abiectum sit a Bentleio, Davisio, FAWolfio, Schützio. Ad quos se applicuit Or. In Cod. Rehd. scriptum est *faciendum esse.* In seqq. pro *idem* est *id* in uno Ox. ex non intellecto compendio. Mox Mon. 2. *de animo diligenter cogitantibus.* Unus Ox. omittit *de,* alius habet *cogitationibus.* Aug. *cogitantibus de animo.* HWolfius in antecedd. coniecit *quemquam dubitare posse,* deinde *deficientem* deleri vult, quia oculis magis obficiat sol purus putus, quam obiectu lunae obumbratus: denique scribit *intuentur — amittant,* non reputans *venit* esse tempus perfectum. *Mr.*

quod iis saepe usu venit] Codd. Gud. 1. 2. *quo his:* unus Ox. *visu evenit.* Duisb. *usu evenit.* Ern. coniiciebat *usu veniret:* merito improbante Nissenio. De formulis *usu venit* et *usu evenit* acriter nuper inter viros doctos disputatum est: quorum disputationes cum facile unicuique ad manus esse possint, laudare, quam excerpere malui, addita modo ea sententia, cui ego re perpensa accedendum esse existimavi. Et brevius quidem rem tetigerunt Oudendorp. ad Cic. de Inv. I. 10. Bremius ad Corn. Nep. XXIII. 12. 3. Daehnius ad eund. locum in ed. Teubneriana Lips. 1827. idemque in Helmstadiana (1830) ad eund. VII. 4. 5. Herzog. ad Caes. de B. G. VII. 9. p. 386. Heindorf. ad Cic. de N. D. I. 21. 59. p. 58. nos ad eund. locum Ed. Cr. et nostr. maj. p. 95. Ellendt. ad Cic. Brut. 64. 229. p. 166. Goerenz. ad Cic. de Finn. V. 2. 4. p. 534. coll. p. 703. Gernhard. ad Cat. Maj. III. 7. p. 17. Kühner. ad nostrum locum, Beier. ad Cic. de Off. II. 3. 15. p. 206. Heusinger. ad Cic. de Off. III. 3. 13. p. 590. Vid. etiam Parei Lex. Crit. p. 1329. J. Ker. Selectt. de L. L. Obss. P. I. s. v. *usu venire.* Primus, qui dedita opera de istis formulis loqueretur, fuit F. Lindemannus in Seebod. Archiv f. Philol. 1826. I. 5. 6. p. 139. et nuperrime ad calcem Ed. librorr. ad Herenn. p. 699 — 703: utramque formulam probam, sed varium esse eius sensum et usum, multis exemplis allatis contendens. Contra eum exorti sunt Orellius ad hunc ipsum Ciceronis locum in Ed. peculiari ad FAWolfii scholas p. 354 — 356. postquam iam prius ad Cic. de Finn. V. §. 4. Opp. IV. 1. p. 573. coll. p. 188. p. 221. et alios locos (v. c. de Inv. I. 43. 80. p. 138.) *usu evenire* latine dici posse negaverat: alter F. V. Otto in Excursu ad Cic. Cat. Maj. 3, 2. p. 224—230. Et Or. quidem nube exemplorum allata probavit, nullam habere sedem certam formulam istam, plures autem esse locos, quibus ne unus quidem liber exhibeat *evenire;* tum scribi nonnunquam inverso ordine *venire usu,* deinde interponi nonnunquam aliquid inter *usu* et *venire,* ὁμώνυμα vero esse *usu venire* et *accidere:* post alios autem contendit *usu venit* ortum esse ex formula veteri, quae apud Comicos obtinet, *usus venit,* abiecto *s* in scriptione, quod dudum in enuntiatione verborum in *us* et *is* abiici solebat: (*usus est* legi adhuc apud Cic.) tum, cum *usu* scriberetur, pro Ablativo habitam esse eam formam (Dativum enim intelligendum esse minus ei veri videtur simile), ut intelligendum sit *hoc mihi usu venit:* es kommt mir in der (durch die) Erfahrung, ich komme in den Fall etc. *Usu* autem *evenire* non magis latinum esse, quam *usu accidere* vel *usu contingere:* nihil igitur agere, qui nescio quid differentiae inter *usu venire* et *usu evenire* excogitaverint. Alter vero, F. V. Otto, primum exponit Lindemanni sententiam, eiusque et rationes et distinctiones parum firmis niti argumentis docet, *usu evenire* non esse latinum neque certis etiam sedere

venit, qui quum acriter oculis deficientem solem intuerentur, ut adspectum omnino amitterent: sic mentis acies se

---

locis contendit: *usu* autem *venire* ortum esse ex *usui venire*, cum Dativus quartae declinationis antiquitus et scriptus et enuntiatus sit in u desinens. Ceterum Ablativi significationem (durch den Gebrauch v. bei dem Gebr. kommen) ita, ut *uti aliqua re* intelligendum sit, in illis locis non inesse, sed significare illam formulam: es kommt für den Gebr., zum Gebr., usui se offert, es bietet sich dem Gebr. dar, venit rei usus, accidit. Ego vero verum vidisse utrumque virum contra Lindemannum censeo, sed ubi a se invicem discedunt, ab Ottonis potius partibus steterim. Eandem nunc esse sententiam video censoris, nescio cuius, Lipsiensis 1832, 76. *Mr.*

qui acribus oculis] „Sic edendum curavi libris omnibus invitis, duces secutus Lucretium, Virgilium, ipsum Ciceronem. Lucret. lib. 3. [290.] *Cum ferviscit et ex oculis micat acribus ardor.* Virg. lib. 12. [102.] *Scintillae absistunt, oculis micat acribus ardor.* M. Tull. pro Plancio [27, 66.]: *Populum Romanum aureis hebetiores, oculos acriores et acutiores* [*acres atque acutos* legitur in Edd., ut Lamb. locum ex memoria laudasse videatur] *habere.* Sic autem esse apud Lucretium legendum, non *micat acrius ardor*, vidit et Passeratius.“ *Lambinus.* „In omnibus libris *cum* vel *quem* apparet, in Martiniano *deficientibus.* Unde Gulielmius: *cum qui acriter oculis deficientibus.*“ *Gebhard.* Davisius in Ed. 2. corrigi volebat: *qui tam acriter oculis* etc. plaudente *Bouhierio. Deficere* de *sole* et *luna* dixit Cic. etiam de Div. I. 53. Somn. Scip. 7. *Mr.*

Qui cum acriter *oculis* deficientem *solem* etc.] Lambinus contra librorum fidem dedit, *qui acribus oculis.* Mssti vero Martin. Eliens. tert. et Petrens. habent *oculis deficientibus*, et ita legit Janus Gulielmius. Ast oculos vel sanissimos diuturnior solis aspectus erueret. Hinc Democritus

Clypeum constituit contra exortum Hyperionis
Oculos effodere ut posset splendore aereo.
Ita radiis Solis aciem effodit luminis;

ut ait Laberius apud Agellium N. A. X, 17. Noster ad Platonis Phaedon. §. XXXIV. et Cantab. respexit: *Μὴ πάθοιμι, ὅπερ οἱ τὸν Ἥλιον ἘΚΛΕΙΠΟΝΤΑ θεωροῦντες καὶ σκοπούμενοι πάσχουσι· διαφθείρονται γάρ που ἔνιοι τὰ ὄμματα, ἐὰν μὴ ἐν ὕδατι ἢ ἔν τινι τοιούτῳ σκοπῶνται τὴν εἰκόνα αὐτοῦ.* Pariter Jamblichus vit. Pyth. §. 67. *Τοῖς οὐχ οἵοις τε ἈΤΕΝΕΣ ἐνορᾶν ἐν τῷ ἡλίῳ διὰ τὴν τῶν ἀκτίνων ὑπερφέγγειαν, ἐν βαθείᾳ συστάσει ὕδατος, ἢ καὶ διὰ τετηκυίας πίσσης, ἢ κατόπτρου τινὸς μελαναύγους, δεικνύειν ἐπινοοῦμεν τὰς ἘΚΛΕΙΨΕΙΣ* etc. Vide et Themistium Orat. IV. pag. 51. Retineamus igitur *deficientem solem.* Nam facile fieri potest, ut oculis nimium fidentes solem laborantem diutius aspiciant, eorumque iacturam faciant. *D.*

qui quum acriter oculis deficientem solem intuerentur] „Ad locum Platonis a Davisio laudatum (Phaedon. p. 99. d.) conf. Wyttenbach. p. 264.“ *Schuch.* Gesner. in Chrest. cum Lamb. eiiciendum censebat *quum*, quod abest ab aliquot Oxx. Edd. Car. Steph. Ald. Boul. Gryph. Sylb. Leod. HWolf. Fr. Fabr. (qui etiam Lambinianum *acribus* recepit) Bip. Lall. Oliv. Ernestus quoque abiici volebat *cum*, nec vero ipse abiecit, sed abiecerunt ei obsecuti Sch. Bill. et Nobb. Nissen. l. c. p. 23. negligentia sermonis quotidiani factum esse existimat, ut id, unde *ut* penderet, omitteretur. „Nostro igitur, ait, loco integra haec est sententia: *qui, cum — solem intuerentur*, id patiebantur, *ut adspectum amitterent.* Omnino autem Cicero hic lo-

ipsa intuens, nonnumquam hebescit; ob eamque causam contemplandi diligentiam amittimus. Itaque dubitans, circumspectans, haesitans, multa adversa reverens, tam-

---

quitur, non Socrates: alioquin dicere debuisset: *quemquam dubitare posse* [quod coniecisse HWolfium dixi]. Quare *usu venit* recte: parum bene autem, quod Ern. malebat, *veniret* dictum. Quae sequuntur etsi non apte cohaerent, (quod notavit Ern.) tamen aliis quoque locis comparationis membra haud elegantius disposita vides v. c. supra c. 10, 20." *Ἀναχόλουθον* esse locutionem, neque quidquam corrigendum, statuimus cum FAWolfio, Orellio et Kühnero: quamquam etiam Reiskius post *intuerentur* deesse aliquid censebat v. c. *ita occaecati sunt* v. *ita hebetati sunt*: quae qui addat, Ciceronem corrigere existimandus sit. In Ed. H. post *oculis* additum est *in*. Coniunctionem *ut* non habent duo Oxx., quam si abieceris, ut vidit etiam Bentl., *ἀναχόλουθον* sustuleris: sed a correctore abiectam esse mihi quidem certum videtur. Ut vero dixit Cic. h. l. *acriter oculis — solem intueri*, similiter Or. pro Flacco 11, 26: *quam maxime intentis oculis — acerrime contemplemini*. In Ed. Ven. Alteri est ex corr. *amittant*, quod voluisse HWolfium diximus. — Quod h. l. dixit *mentis acies*, ea metaphora saepius usus est v. c. Acadd. II. 39. *acies ingenii*; de Sen. 23. *animi acies*; de Div. I. 29. Tuscc. V. 13. *Mr.*

Se ipsa *intuens*] Vulgo *ipsam*; sed veteris Codicis a Lambino citati, Reg. et Eliens. primi spernere non potuimus elegantiam. *D.*

se ipsa intuens] *Ipsa* exhibent Codd. Reg. Gud. I. Edd. Ern. Schz. Nobb. Or.; recte hic monet oppositionem *se ipsam* (nec vero aliam rem) hic locum non habere. Vid. nos supra ad c. 23, 54. ad v. *quae se ipsa semper moveat*. Cod. Gud. omittit tria illa vocabula. Pro *hebescit* Cod. Marb. *ebescit*. Aug. *non unquam* pro *nonnunquam*. Tum Gud. *ob eam causam*, idem *amittit*, quod cum Fr. Fabr. reperisset in Cod. Col. recipiendum censuit. Ego vero si vel in pluribus reperiretur, correctori tribuerem. *Mr.*

Itaque dubitans etc.] „Ad h. l. cf. Wyttenbach. ad Platon. Phaedon. p. 227. ubi haud vulgaria leges." *Schuch.* Cic. in Pis. 41. *Circumspectans omnia, quidquid increpuerit pertimescens. Mr.*

multa adversa reverens] „Purior lectio est *reverens*: nisi exponere velis *revertens* pro recogitans respiciensque multa repugnantia: et ad orationem refertur, quae in tam subtili disputatione debet esse cunctabunda et pensitata, cum nihil certi, nihil explorati habeamus." *Beroald.* „*In rate* habet vet. cod. ac sic legendum videtur ex Phaedone Platonis." *Comm. Anon. ap. Leod.* „Ita numerose cadunt haec verba, ut pars de aliquo versu esse videatur." *Camerar.* „Videtur hemistichium esse veteris alicuius poëtae, et poni (si mendum abest) pro eo, quod est adversariorum argumenta, quasi hostilem aciem, reformidans atque refugiens. Comparatio autem illa cum rate in immenso mari eleganter exprimit Academicam dubitationem." *HWolf.* „Legendum *tanquam in rate, in mari* etc. hoc primum, quemadmodum habent libri veteres, et docet Adr. Turnebus lib. 10. Adversar. et ita iusseram olim excudi. *Reverens* autem reieci, ut suppositum; *revertens*, ut rectum et auctoritate librorum manu scriptorum nixum, probavi. quam lectionem idem Turnebus tuetur et explicat erudite. Praeterea *ratio* legendum, ut et olim edendum curavi, non *oratio*. Significat enim nostrae mentis aciem et rationem in hoc mundo vehi, tanquam qui in rate vehitur, in mari immenso: de oratione non loquitur." *Lambinus.* „Quomodo Lamb. legi ait in suis MSS. (*tan-*

quam in rate in mari immenso, nostra vehitur oratio.

---

quam in rate in mari immenso) habet Gryph. liber.“ *Brutus.* „*Multa adversa revertitur oratio,* quae retro redit saepe, et adversum se vertitur v. fertur, pedemque in contrarium refert, contraque id, quod affirmavit sequutaque est, pronuntiat atque adversum tendit et mutat sententiam in diversum.“ *Turnebus* Advv. X. 14. p. 324. — Turneb. assentit Fr. Fabric. „Petrens. *tanquam invite in mari universo.* Ed. Ven. 1491: *tanquam rate in mari immenso.* Cantabr. *tanquam rates in mari immenso,* cum quo facit MS. Fabric. nisi quod ultimam vocem, prout in vulgatis est, repraesentet. Fortasse legi possit: *haesitans multa, ac versa, revertens, tanquam rates in mari immenso, nostra vehitur ratio. Ratio,* prout cum D. Lambino scribimus, rati in Oceano iactatae comparatur.“ *Davisius* in Ed. I. — H. Stephanus in Pseudocicerone p. LVII—LX. ed. Roloff. merito Turnebi explicationem omni ex parte violentam esse contendit: *reverens* rescribi iubet, et scriptionem *ratis* improbat. Bouhierio placet *reverens, tanquam rate. Mr.* „Cf. C. Fr. Heinrich. Obss. in Auctt. Vett. P. I. p. 110. quem sequor.“ *Klein.* De voce *ratis* vid. A. Senftlebii Argo p. 6 sqq. *Mr.*

Multa adversa reverens, *tamquam* ratis — *nostra vehitur* oratio] Vulgo, *revertens tamquam in rate — nostra vehitur* oratio. Sed in Eliens. tert. et Med. est *reverens,* eamque lectionem saniorem merito iudicavit Ph. Beroaldus. *Ratis* manavit a Victorio, cui tantum non accedit Ms. Cantab. *Ratio* vero, non *oratio,* Camerario Lambinoque placuit. Male: hanc enim comparationem mutuatus est a Platonis Phaedon. §. XXIII. *Δεῖ — τὸν βέλτιστον τῶν ἀνθρωπίνων λόγων λαβόντα καὶ δυςεξελεγκτότατον, ἐπὶ τούτου ὀχούμενον, ὥσπερ ἐπὶ σχεδίας, κινδυνεύοντα διαπλεῦσαι τὸν βίον.* Similiter Catullus Epigr. XXV.

Et insolenter aestuës veluti minuta magno
Deprensa navis in mari, vesaniente vento.

Ovidius in Epist. Cydippes Acontio vs. 41.

Ipsa, velut navis, iactor, quam certus in altum
Propellit Boreas, aestus et unda refert.

Sedulius Epist. ad Macedonium. *Utpote qui — tam* immensum *paschalis* pelagus *maiestatis — parva tiro* lintre *cucurrerim.* Videatur et Gregorius Nazianzenus in Carminum a Jac. Tollio editorum. II, 51. *D.*

multa adversa revertens, tanquam in rate etc.] „Obsecutus sum maiori consensui MSS. cum Turnebo ac Lambino facientium. Passeratius volebat *Tanquam rati in mare.* Pall. tres priores *tanquam in rate in mare.* Si autoritas sequeretur, legerem *tanquam rates in mari imm.* prout est in Fab. et tertio ad marg. Videtur omnino aliquem ex vett. poetam resipiscere. *Rates* autem pro *ratis,* ut *canes* taliaque. Lucilius *laniorum immanis canes ut* etc.“ *Gebhard.* — „Fortasse haec veteris cuiuspiam poëtae Anapaestici fuerint sic ordinandi:

Dubitans, circumspectans, haesitans,
Multa adversa revertens.“ — *Gujetus.*

„Vitiosum esse *revertens,* in promptu est. Davisius edidit *re verens,* quod minime placet. *Verens* tolerabilius esset. Conieci olim *refugiens:* nec melius quid reperi.“ *Ern.* „Sola interpunctione mutata, lego: *multa adversa, revertens.* Nunc video sensum. Scilicet ut naves dicuntur adverti, sic *ratio* (nam id melius vulgato *oratio*) multa loca advertitur, et inde revertitur i. e. multa probabilia reperta, mox, dubiis subortis, relinquit. *Multa* i. e. res multas.“ *Nissen.*

p. 164. a. 74. Sed haec et vetera, et a Graecis. Cato autem sic abiit e vita, ut causam moriendi nactum se esse gauderet. Vetat

reverens — in rate — oratio] Schützius cum FAWolfio: *reverens — rate — ratio.* Or. ut nos, nisi quod *rate* scripsit pro *In rate. Reverens* recepi, quia *revertens* ferri non posse videtur, quamquam, si scripsit Cicero *reverens*, non intelligo, quomodo in omnes Codd. *revertens* irrepere potuerit: nam quod est illud in duobus Davisianis, id correctori tribuendum existimo. Turnebi certe et Nissenii ratio paucissimis, opinor, placebit. *In rate* habent Codd. Reg. Gryph. Bern. Gud. 1. 2. Aug. Mon. 1. Marb. Gud. quinque Oxx. alii; Edd. P. C. Cam. Asc. 2. Junt. Lamb. Ern. Grut. Verb. utrumque vocabulum omittunt unus Ox. Mon. 2. et Ed. HWolfii, *rate* habent Cod. Rehd. Edd. Ven. nostr. Asc. 1. A. B. S. E. et, quos dixi, recc. quod placebat Reiskio, si *rate* nominativum esse dicas generis neutrius: *ratis* habent Edd. reliquae: ex Codd. nostris nullus. Pro *reverens* in Gud. est *reusa:* Duisb. habet *rates*, unus Ox. *et tanquam.* Mon. 1. *in mare immersa*, eleganter scilicet; Marb. *immerso.* unus Ox. *vehit.* Servavi autem *oratio*, quod habent Edd. vett., quod sciam, omnes et Codd. Oxx. Gruteriani. Mon. 1. 2. Gud. Duisb. Nec vero ideo, quod cum Or. displiceret lusus *rate — ratio*, quo ego quidem non magis offendor, quam Goerenzius in censura meae Ed. Cic. de Div. (Jahn. Jahrbb. 1830. I. 2. p. 150.) sed quia existimo, Platonicum λόγος ita intelligendum esse, ut sit *oratio*, cui Plato, quod est eius lectoribus tritissimum, et aliis locis quam plurimis, et hoc ipso, quem respicit Cicero, personam quandam et quasi ὑπόστασιν tribuit. Or. pro lectione *reverens* laudat Terent. Phorm. 2, 1, 5: *non simultatem meam revereri saltem?* Cogitavit idem aliquando de scriptione *referens*, quod poetice dictum esset pro *memoria repetens.* Nec tamen vel illud vel *repetens* suadere audet, cum si Cicero ita scripsisset, corruptio certe non omnes libros occupatura fuisset. Weberi denique sententiam (in Symbb. Gramm. et Critt. Lips. 1828. p. 213 sqq. qui item commendat *ratio*), vocem *revertens* explicantis (ergo etiam defendentis) reducens, reputans, revolvens, in memoriam redigens, repetens, hanc ego sententiam non apposuissem, nisi in aliis rebus multis iudicium viri Cl. probandum esse existimarem, quamquam in hac quidem probare non possum. Ceterum vid. Bentl. annotationem. *Mr.*

Sed haec et vetera et a Graecis] Aug. *hoc.* Duo Oxx. *Sed et haec*, unus cum Duisb. et Mon. 1. omittit *et.* Beroaldus ad verba *a Graecis* intelligit: *tractata sunt*, a quibus et nos nostra mutuamur. FAWolfius simpliciter: *ducta.* Qui sequitur *Cato* est M. Porcius Cato Uticensis, qui patriae libertate a Caesare oppressa, lecto Platonis Phaedone, Uticae mortem sibi conscivit: de quo Seneca Suasoriar. VI. p. 35. Gron. *Cato*, inquit, *maximum vivendi moriendique exemplum.* Plura egregia egregie de eo Seneca philosophus v. c. De Provid. 2. Epist. 24. Epist. 95. — Vocem *sic* omittunt duo Oxx., *abit* habet Mon. 1. et unus Ox. in Gud. 2. est *huit*, ut scriptor *habuit* voluisse videatur. In Codd. Aug. et duobus Oxx. egregia, scilicet, est monachi alicuius emendatio: *ut causa moriendi natum se esse gauderet.* MS. in marg. Verb. *causas*: Mon. 2. et Duisb. habent *se nactum esse. Natum* est etiam in Gud. 2. Adde de Catonis laudibus Florum IV. 2. 70. quem locum laudavit Or. *Mr.*

Vetat enim dominans] Platonicorum aliorumque sapientium dogma, quod a Pythagoreis acceperunt. Vide nos ad Epit. Lactantii cap. XXXIX. pagg. 98, 99. Athenaeus lib. IV. pag. 157. Εὐξίθεος ὁ Πυ-

enim dominans ille in nobis deus, iniussu hinc nos suo demigrare: quum vero causam iustam deus ipse dederit, ut tunc Socrati, nunc Catoni, saepe multis; nae ille, medius

---

ϑαγορικὸς — ἔλεγεν ἐνδεδέσθαι τῷ σώματι καὶ τῷ δεῦρο βίῳ τὰς ἁπάντων ψυχὰς τιμωρίας χάριν, καὶ διεῖπασθαι τὸν ϑεόν, ὡς εἰ μὴ μένουσιν ἐπὶ τούτοις, ἕως ἂν ἐκῶν αὐτοὺς λύσῃ, πλέοσι καὶ μείζοσιν ἐμπεσοῦνται τότε λύμαις etc. Ex hac sententia Virgilius de iis, qui sibi manus attulerunt, Aen. VI, 437.

— Quam vellent aethere in alto
Nunc et pauperiem et duros perferre labores!

Phavorinus apud Stobaeum Serm. CXVIII. pag. 601. *Θεόδωρος μὲν γὰρ ὁ Κυϑηραῖος οὐδεμίαν ἱκανὴν πρόφασιν ἔφασκεν εἶναι τῷ σοφῷ πρὸς τὴν τοῦ βίου κατάλυσιν.* Seneca Epist. LXX. *Invenies etiam professos sapientiam, qui vim afferendam vitae suae negent, et nefas iudicent ipsum interemptorem sui fieri: expectandum esse exitum, quem natura decrevit.* Stoicorum autem de spontanea morte decreta, quibus paruit Cato, vide sis apud Lipsium Manud. ad Phil. Stoic. lib. III. Diss. 22. *D.*

Vetat enim dominans ille etc.] Vide quos de hoc argumento laudat Creuzerus in Prooemio ad Plotin. Enn. I. 9. p. 85. — Cod. Duisb. habet *ille dominans.* Vind. 1. *in nobis dominans ille deus. Mr.*

iniussu hinc nos suo demigrare] „Quomodo placet lectio quarti Pall. *remigrare?* Expendite sultis.“ *Gebhard.* Non placet. Non enim loquitur nunc de *reditu* animi ad originem vel quasi fontem, deum, unde ex nonnullorum veterum philosophorum sententia emanaverit: sed de demigratione et quasi derelictione loci nobis a deo assignati. In Cod. Duisb. est *nos hinc,* in Vind. 1. *suo nos.* Dixit etiam noster Or. pro C. Rabir. 4. 12. *iniussu vestro:* ad Att. XIII. 21: *iniussu meo.* Ad sententiam et ad verba conveniunt cum nostro loco de Sen. 20, 73: *vetatque Pythagoras iniussu imperatoris, id est, dei, de praesidio et statione vitae decedere:* quem locum tractavi in Symbb. Critt. II. p. 8. de Rep. VI. 15: *quare — retinendus est animus in custodia corporis, nec iniussu eius, a quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum assignatum a deo defugisse videamini:* ubi vid. nos p. 482 sq. Hi quoque loci, si opus esset, tueri possent lectionem *demigrare.* Iam vid. Forcellin. Ed. Germ. T. II. p. 39. a. — Vocem *nos* omittit Cod. Aug. *Mr.*

quum vero causam iustam deus ipse dederit] Cod. Gud. *iustam causam.* „Hanc occasionem exeundi e vita Graeci εὔλογον ἐξαγωγήν. Plato in Phaedone. Varro περὶ ἐξαγωγῆς apud Nonium. Alexander Aphrodis. in 2. Topicôn. de loco a consequentibus et 2. de animo. Sic Cicero I. de Finibus: *aequo animo e vita, cum ea non placeat, tanquam e theatro exeamus.* Seneca II. Epist. 1. add. l. 6. §. 7. ubi dixi ff. de iniuste rupto testamento.“ *Gothofr.* Vid. Platon. Phaedon. p. 10. p. 139. 335 sq. ed. Wyttenbach. Cic. de Finn. I. 15. ib. Goerenz. p. 68. Senec. Epist. 70. Iusti Lipsii Manud. ad Stoic. Philos. III. 22 sq. p. 808—831. ed. Vesal. T. IV. Tiedemann. Syst. d. Stoisch. Philos. T. III. p. 309 sqq. — Pro *tunc* est *tum* in uno Ox. Gud. 1. 2. Ed. H. male: nam opponitur *nunc.* Gud. peius etiam *cum.* Duisb. *in.* Verba *nunc Catoni* desunt in Cod. uno Ox. De locutione *saepe multis* i. e. multis quidem, sed aliis alio, non eodem, tempore, vid. Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 3. p. 21. Gernh. ad Cic. de Off. I. 22. 74. p. 87. Beier. ad Cic. de Off. II. 6. 20. p. 42. Cic. Lael. I. 2. Ed. A. habet *tunc Socrati id est nunc Catoni.* Ed. S. *tunc Catoni. Mr.*

fidius, vir sapiens laetus ex his tenebris in lucem illam excesserit: nec tamen illa vincla carceris ruperit: leges enim vetant: sed tamquam a magistratu aut ab aliqua potestate

---

nae ille, medius fidius,] Quod in Codd. Gud. 1. 2. Reg. Aug. Marb. Mon. 2. scribitur *ne* pro *nae*, ortum est ex scriptione compendiaria *nę*, et universe pro hoc Graeco *vaì* saepissime in libris vetustissimis *ne* scriptum reperiri monet Cortius ad Sall. Cat. 52. p. 339. Unus Ox. habet *nec*. Duisb. *et*. Quod vero abest *ille* in Gud. 2. et Ed. C. est contra usum Ciceronis, apud quem post *nae* semper sequitur Pronomen. Vide, ne ipsos locos, qui sunt ad manum plurimi, excitem, Tursellin. de Particull. p. 489. coll. tamen Ruddim. Inst. L. L. II. p. 312. n. 29. Add. Heindorf. ad Cic. de N. D. I. 20. 52. (qui tamen perperam *nae* nonnisi pronominibus demonstrativis praefigi contendit, cum etiam personalibus, *ego, tu*, saepissime praeponatur, v. c. in istis ipsis libris, quos edidit, de N. D. II. 1: *nae ego — incautus:*) nos ad Cic. de N. D. I. 20. p. 88. de confusione formarum *nae, ne, nec*. De iurandi formula *medius fidius*, proprie scribenda *me Dius* (i. e. Djuvis, Djovis, Iovis, Iupiter) *fidius*, vid. quae nuperrime disputavit M. Schmid. in Jahnii Annall. Philoll. et Paedagg. 1830. I. 3. p. 343. — Sine causa Reisk. post *vir sapiens* addi volebat *qui*. Unus Ox. omittit *his*. Gud. Mon. 2. et Duisb. male habent *hiis* (i. e. *iis*). Pro *illam* unus Ox. *suam;* tum alius pro *excesserit* habet *excesserat*. *Mr.*

Vincla carceris] Forsan *vincla corporis*, ut etiam Cl. Th. Bentleius reponendum coniecit. Noster de Divin. I, 49. *Disiunguntque se a societate divina*, vinclis corporis *impediti*. Pariter *compedes corporis* memorat infra cap. 31. *D.*

Nec tamen illa vincla carceris ruperit] Rursus inutili coniectura Reisk. poni volebat *ille*. *Illa* dicit, i. e. quibus adstrictus in corpore tenetur. Habet tamen *ille* Lambinus. Pro *tamen* est *tantum* in uno Ox. Fluctuant libri inter *vincula et vincla*. De scriptione vid. Beier. ad Lael. 3. 14. p. 23. ed. maj. ibiq. laudd. Goerenz. ad Cic. de Legg. II. 23. 59. p. 195. Pro *ruperit* unus Ox. *erupit*, Vind. 2. *irrupit*. Bouhierius, qui dudum ante Reiskium acriter pugnabat pro lectione *ille*, nescius idem iam, sed frustra, tentasse Lambinum, inutilem existimabat Davisii et Th. Bentleii coniecturam *vincla corporis*. Nissen. l. c. „Facilius, ait, erat *vincla et carcerem*, et sic saepe prisci. Sed vulgatum quoque bene habet, nec mutandum in *corporis*, uti voluerunt B. et D.“ Et nihil certe mutandum, quamquam alibi quoque *vincla corporis* dixit: v. c. Lael. 4. 14: *evolet tanquam e custodia vinclisque corporis:* de Rep. VI. 14: *qui ex corporum vinclis, tanquam e carcere evolaverunt*. Nostro loco breviloquentia utitur, non peiore ea, qua his duobus locis usus est, copia. *Mr.*

aut ab aliqua potestate legitima] Cod. Aug. *ut*. Quod Bentleius in ann. ex omnibus suis libris ante *aliqua* inseri iubet *ab*, non intelligerem, cum omnes plane Codd. MSS. et viginti amplius Edd. id exhibeant, nisi casu nuper nactus essem Ed. Amstelod. 1659. ap. J. Blaeu, in qua sola abest illud *ab*. Pro *emissus*, unus Ox. *missus:* quod verbum cum de missione et liberatione ex servitute proprie usurpetur, aliquis haud incommodum huic loco esse suspicetur. Sed non cum servitute, sed cum carcere comparatur haec vita animae in corpore. *Emittere* vero de vinculis proprium est: ita mox §. 75: *ex his vinculis emissi*. Or. pro Planc. 12, 31: *emissus aliquis e carcere:* in Verr. II. L. V. 9. 22: *quaeram, cur hunc — de carcere emitti iusserit?* Quod vero ait Verb. apud nonnullos legi *amissos*, id nus-

legitima, sic a deo evocatus atque emissus exierit. *Tota* enim *philosophorum vita*, ut ait idem, *commentatio mortis est.*

Nam quid aliud agimus, quum a voluptate, id est, a31
corpore, quum a re familiari, quae est ministra et famula75
corporis, quum a re publica, quum a negotio omni sevoca-

---

quam reperi, nisi errore operarum, scriptum in Gebhardi Crepundiis p. 467 (in Schminckii Syntagmate): ubi suo, non operarum, errore ex uno MS. Pal. (ad quem accedit Vind. 2.) *exegerit* corrigat pro sanissima lectione *exierit*. Unus Ox. habet *exierat*. *Mr.*

Philosophorum vita — commentatio mortis est] Plato in Phaedone pag. 379. G. *Τὸ μελέτημα αὐτὸ τοῦτό ἐστι τῶν φιλοσόφων, λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος.* Pari modo pag. 386. Theodoretus Ther. VIII. pag. 118. *Πλάτων τὴν φιλοσοφίαν θανάτου μελέτην ἐκάλεσεν.* Hieronymus ad Heliod. de morte Nepot. pag. 23. *Platonis sententia, est*, omnem sapientium vitam, meditationem esse mortis. Et in Epitaph. Marcellae pag. 122. *Plato philosophiam* meditationem mortis *esse dixit*. Adi sis et lib. III. advs. Ruffin. pag. 537. Apuleium de Habit. Doctr. Plat. p. 619. et Iulianum Orat. VI. pag. 190. Ab eo hanc philosophiae definitionem mutuarunt Graeci recentiores. Vide Joan. Damascenum Dial. capp. 3, 68. Nimirum *ὁ θάνατος διπλοῦς, ὁ μὲν συνεγνωσμένος, λυομένου τοῦ σώματος ἀπὸ τῆς ψυχῆς, ὁ δὲ τῶν φιλοσόφων, λυομένης τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος.* Verba sunt Porphyrii apud Stobaeum Serm. CXVII. pag. 600. Vide et sententias ad Intell. ducentes §. 9. Clementem Strom. IV. pag. 569. Nemesium Nat. Hom. pag. 98. et Synesium Dion. pag. 50. Haec fit cum *peregre est animus sine corpore velox*, ut loquitur Horatius lib. I. Epist. XII, 13. *D.*

philosophorum vita — commentatio mortis est] Cod. Gud. 2. *vita philosophorum*. de constructione vid. Wüllner. üb. d. Casus u. Modi p. 68. Laudat nostrum locum Jo. Valensis s. Gualensis in libro rarissimo: Summa de regimine vitae hum. [8. Venet. 1496. de quo v. Gesneri Biblioth. in Epit. redact. per Simlerum p. 376. b. l. 29. Vixit autem Joannes ille circa a. C. 1300.) ibique et alia multa ad rem et haec leguntur in ea libri parte, quae dicitur Communiloquium, p. 158. b: „*Tullius loquens de Socrate tota, inquit, philosophorum vita est commemoratio mortis, ut ait Socrates. Et de hoc Seneca* Ep. XXVII: *Meditare mortem. Qui enim hoc dicit, meditari libertatem iubet. Mr.* — „Auctor Epistolae, quae fertur in Socraticis p. 21. inf. ed. Orellii: *τοῦτο δὲ μηδὲν ἕτερον εἶναι, ἢ ψυχῆς ἀπόστασιν ἀπὸ σώματος· τὸν δὲ θάνατον μηδὲν ἕτερον εἶναι ἢ ψυχῆς αὖ πάλιν ἀπὸ σώματος ἀπόστασιν.*“ *Schuch.*

c. 31. *Nam quid aliud agimus* etc.] Verbum *agimus* omittit Cod. Aug.; Cod. Mon. 1. omittit *id est*, quorum verborum loco unus Ox. habet *cum*. Post *corpore* Gud. pergit *cura ne familiari:* tum Mon. 1. *id est*: Rehd. et duo Oxx. *magistra*, alius Ox. Aug. et Gud. *et familia*. Mon. 1. *tum a rep. tum a neg.* Unus Ox. post *rep.* omittit *cum*. Gud. habet *evocamus*, ut marg. Crat. et unus Ox.; alius *revocamus*, alius *segregamus*. V. Arntzen. ad Ann. Vict. de Cic. sarp. p. 436. Or. refert Gryph. habere *avocamus*: hoc habet loco verbi *advocamus* lin. seq. In Cod. Aug. scribitur *animum sevocamus*: in Edd. C. Junt. Asc. 2. (in marg. MS. ut alii) Cam. *sevocavimus*. Post *animum* pergit Ed. A. *numquid*. Gud. 2. (omissis mediis): *a corpore nec quicquam aliud emori discere est quare hoc commentemur.* Unus Ox. *tum tamen agimus. Mr.*

mus animum? quid, inquam, tum agimus, nisi animum ad se ipsum advocamus, secum esse cogimus, maximeque a corpore abducimus? Secernere autem a corpore animum, nec quicquam aliud, est mori discere. Quare hoc commentemur,

---

nisi animum ad se ipsum advocamus] Unus Ox. Vind. 1. Gud. unus Palat. *evocamus*, Marb. Reg. Gud. 1. Gryph. quatuor Gruteri, vet. Cod. in marg. Lambb. et Goth. *avocamus*. Duisb. *auvocamus*. Quamvis vero et antiquissimi Codd. et optimi commendent *avocamus*, et, teste Gebhardo, fuerint, qui eam scriptionem propugnarent, ego tamen eam ex errore librariorum ortam esse crediderim: neque audiverim eum, qui nobis laudaret Cic. Epp. ad Famm. IV. 5: *Etiam tu — animum ad cogitationem tuam avoca*: nam plene scribitur locus in Edd. vett. *Etiam tu ab hisce rebus animum ad cog. tuam avoca*: et ipse locus iam ab Ern. aliisque recte ita correctus est: *Etiam tu ab hisce rebus animum ac cogitationem tuam avoca*. Neque Bouhierium audiverim, ex scriptione *evocamus* corrigentem *revocamus*. Sed et hoc adversatur scriptioni *avocamus*, quod est in statim subsequentibus *a corpore abducimus*. Unus Ox. Cod. Rehd. pro *secum* habet *secumque*, tum *cogimur — abducimur*. Duisb. *seducimus* cum uno Ox.; alius Ox. *maximeque quod a corp.* Cod. Aug. *a corpore sedcucamur*. *Mr.*

Ne quidquam aliud est] „*Ne quidquam* pro *nihil* non probo: non enim fert latini sermonis consuetudo. *Nihil quidquam aliud est* habet Maffei liber. placet. Sic enim locutus est Terentius in Adelphis: *Nihil quidquam vidi laetius*: et Plautus in Merc.: *Nihil, Charine, te quidem quicquam pudet.*“ *P. Manutius.* „*Nec quidquam aliud est*: Sic habent plerique manuscr. Manutius asseverat, in Codicibus Maffei scriptum reperiri *nihil quidquam*. Omnes vulgati habent *nequicquam aliud est* etc. quod Turnebus retinet, et interpretatur *non quidquam*. Ego *nec quicquam* reponendum censeo, et ita reperi scriptum in Cod. Memmiano et Huraltino, et Danielis. *Nec quidquam* autem valet *non quidquam*, nam *nec* pro *non* usurpabant veteres: ut *furtum nec-manifestum, nec — opinato, nec — escit, nec — recte*, pro *non manifestum, non opinato, non erit, non recte*. Vide Festum. Quod si quis dicat, etiam *ne* posuisse veteres pro *non*, respondebo, illud esse obscurum et controversum, certe minus usitatum, et antiquum: hoc perspicuum esse et inter omnes constare et usitatissimum esse. Quare *nec quidquam* probo, *ne quicquam* non item: quamquam neque improbo, neque damno.“ *Lambinus.* „*Nec quidquam* habet Gryphii liber: quomodo plane legendum videtur. Male autem in vulgatis legitur *ne quidquam*.“ *Brutus.* „*Nihil quidquam* Lamb. improbat temere. Est tamen Maffeiani libri pervetusti. Et adeo ipse Cicero alibi: *quocum in vita nihil quidquam egregium assequetur*. Et sic non semel Plautus et Terentius.“ *A. Schottus.* (Nod. Cic. IV. 26. p. 386.) Turnebus Adversarr. XXVII. 6. p. 88. IX. 18. p. 290 sq. nostro loco *ne quidquam* pro *non quidquam* dici contendit, eiusque sententiam probare videtur etiam Fr. Fabricius. *Bouhierius* servari volebat *ne quidquam*, et deleri *discere*, cum manifesto Cicero latine verterit locum Platonicum Phaedon. p. 64. T. 1. Ed. Steph.: *χωρὶς δὲ τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος ἀπαλλαγεῖσαν αὐτὴν καθ' αὑτὴν εἶναι, ἆρα μὴ ἄλλο τι ἢ ὁ θάνατος ἦ τοῦτο*, et p. 67: *οὐκοῦν τοῦτό γε θάνατος ὀνομάζεται, λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος*. Turnebi sententiam v. infra ad III. 8. 18. *Mr.*

Nec quicquam aliud, est mori discere] Vulgo, *nec quidquam aliud* est, quam emori *discere*. At Reg. habet *nec quicquam aliud* emori *discere*. Ex quo Cl. Bentleius manum Ciceronis eruit. *D.*

Secernere autem a corpore animum, nec quicquam aliud, est mori

mihi crede, disiungamusque nos a corporibus, id est, consuescamus mori. Hoc et, dum erimus in terris, erit illi caelesti vitae simile: et quum illuc ex his vinclis emissi feremur, minus tardabitur cursus animorum. Nam qui in compedibus corporis semper fuerunt, etiam, quum soluti

---

discere] Unus Ox. *Et secernere*. Gud. Aug. *animum a corpore:* Cod. Mon. 2. tres Oxx. *ne quicquam*, quorum duo Oxx. omittunt *est*. Aug. *ne quicque*. Est etiam *ne quicquam* in Edd. Asc. 1. 2. (sed haec in marg. MS. *nec*) Cam. HWolf. (sed in parenthesi *non*) Junt. Ald. Sturm. Boul. P. A. B. C. M. Rob. et Car. Steph. In reliquis est *nec quidquam*. Quod si legis in seqq., ut est in Edd. vett. et recc. (exceptis Dav. FAWolf. Koel. Or.) *aliud est, quam emori discere*; intelligendum erit *nec quidquam* ut exposuit Lamb. et nuperrime Ochsn. Eclogg. p. 293: *prorsus nihil aliud est*, plane ut Ern. Schützius vero edere volens, ut Dav. edidit, operas non plane obedientes habuit; omiserunt quidem *quam*, sed servarunt *emori*. Recepi autem Bentleii emendationem (qua recepta verba *nec quidquam aliud* sunt i. q. nec vero aliud quidquam:) cum eam fulciant nostri quoque Codd. Gud. 1. 2. Accedit, quod pro illo *quam*, quod abiecimus, duo Oxx. et nostri Gud. Aug. habent *nisi*, quo manifesta fit interpolatio: Gud. habet *se discere*. Marb., ut nos dedimus, *mori*. Ceterum male Nissen. contra Bentleium disputat, dicens, si eius rationem sequaris, redundare verba *nec quidquam aliud*. Bene autem contra Bouhierium monet, *discere* sanum esse. Nam, ait, mortis commentatio est emori discere, nec verba Socratis apud Platonem Phaed. 9. adversantur, quod putabat Bouh. Nam ibi est ἐπιτηδεύειν ἀποθνήσκειν τε καὶ τεθνάναι. Alioquin paullo post pro *consuescamus mori* esse deberet *moriamur*. Ad nostrum locum cf. Lactant. Epit. Inst. 41. ubi habes eandem constructionem. *Nam deum verum colere, id est, nec aliud quicquam, sapientia. Mr.* Quod in seqq. scribitur *mihi crede*, quam scriptionem firmiter teneri a Cicerone dicit Kühner. ad h. l., ne scribendo *crede mihi* prodeat exitus pentametri, id recte quidem fit h. l. et omnibus libris consentientibus: saepius etiam dicitur a Cicerone *mihi crede*, quam inverso ordine: sed *crede mihi* apud Cic. quoque reperiri, monuerunt probaruntque Ern. Clav. Cic. s. v. *credo*. Heusinger. ad Cic. de Off. III. 19. p. 711. Beier. ad eund. locum p. 324. O. M. Müller. Cur. sec. in Or. pro Sest. p. 98. Codd. Gud. 1. 2. habent *credi*. *Mr.*

disiungamusque nos a corporibus] Cod. Rehd. *diiungamusque*. *Marb. distinguamusque*, unus Ox. *disiungamus*, om. *que:* alius omittit *id est*, unus habet *et*, alius *vel*. Gud. 2. habet *disiungamq.*, errore ex compendiis syllabarum *us* (9) et *que* (q)· Dorto. uisb. et MS. in marg. Verb. habent glossam: *discamus mori*. Gud. *mori consuescamus*. Pro *hoc et* unus Ox. *hoc*, alius *hic est*. Pro *erit illi* vet. Cod. in marg. Lambb. et Goth. *illi erit*. Idem Ox., qui habet *hic est*, omittit *erit*. Mox Marb. *caelestis:* idem *illic*. Mon. 2. *ex iis*. Aug. *feremur emissi*. Vind. 1. *missi fuerimus* pro *emissi feremur:* quod est glossatoris. Hoc sensu bis supra dixit *ferri animum* c. 18, 42. 19, 43. De iusta scriptione *vinclis* pro *vinculis* vid. praeter eos, quos supra laudavimus, Goerenz. in Censura Ed. Gernhardianae Laelii ap. Jahn. in Annall. 1826. I. 2. p. 298. *Mr.*

Nam qui in compedibus corporis semper fuerunt] „Antiqui *compedes* non solum pedum vincula, sed et manuum dixerunt, ab impedimento. Varro: *manus compede conor revellere* [ap. Non. c. 1. n. 113. p. 28. ubi scribitur *compedes* edd. Paris. 1614. 1593. et Aldin. 1513. ad calc. Nic. Perotti Corn. Cop.] Inde *compeditus* ducitur." *Beroal-*

sunt, tardius ingrediuntur, ut ii, qui ferro vincti multos annos fuerunt. Quo quum venerimus, tum denique vivemus. Nam haec quidem vita mors est: quam lamentari
76 possem, si liberet. A. Satis tu quidem in Consolatione es
b.

dus. — In Vind. 1. est *semper corporis.* Pro *fuerunt* HWolf. in parenthesi scripsit *fuerint,* tum *erunt* ad *sunt,* et *ingredientur* ad *ingrediuntur.* Pro *etiam* unus Ox. Mon. 1. Rehd. male *et.* In marg. Verb. ex MS. enotatum est *quum* abesse; qui Cod. est Pal. 2. ex quo Gebh. lectionem enotavit *etiam soluti sint,* addens: „videtur aliquid nervositatis alere Pal. 2." Scribendum erat *nescio quid* pro *aliquid:* nos certe nihil nervositatis in hac corruptione deprehendimus. Scribitur etiam *sint* in uno Ox., in Rehd. *fuerunt,* quod est scioli istius hominis, qui totum hunc codicem ingenii sui fetibus auxit et correxit. Tum Vind. 1. *gradiuntur* pro *ingrediuntur*: rursus ex glossa. *Ingrediendi* verbum Ciceroni admodum familiare est proprio et tralato sensu. Post *ii* Ed. P. omittit *qui.* Facilius careas demonstrativo. Mon. 1. *animos* pro *annos:* (legebat scriptor codicis *aïos*). In seqq. Verb. in marg. ex MS. nescio quo *demum* pro *denique. Mr.*

Nam haec quidem vita mors est] Laudat Augustinus Epist. LII. ad Macedonium pag. 80. A quamplurimis profertur illud Euripideum:

Τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν —

Vide Menagium ad Laertii IX, 73. et Gatakeri Advers. Post. cap. XVI. pag. 565. Ex poetae Phryxo an ex Hippolyto sumatur, incertum. Adi Scholia in Aristophanis Ranas vss. 1114, 1525. Juncus apud Stobaeum Serm. CXX. pag. 611. Ὁ θάνατος ἄδηλον μὲν εἰ φύσιν ἔχει τῆς ἀληθοῦς ζωῆς, τοῦ ζῆν ὑπό τινων ἀποτεθνηκέναι λεγομένου. Huc apprime faciunt verba Platonis, quae vel ibidem legas, vel in Gorgia p. 492. E. Steph. pag. 300. A. edit. Lugd. *D.*

Nam haec quidem vita mors est] Cic. de Rep. VI. 14. (ibiq. nos etiam ad verba *e corporum vinclis tanquam e carcere*) *vestra vero, quae dicitur, vita mors est:* ubi vid. nostr. annot. et A. Maji p. 479 sq. Add. Cic. pro Scauro p. 148—150. ed. Beier.: *Socrates illo ipso die, quo erat ei moriendum, permulta disputat, hanc esse mortem, quam nos vitam putaremus, quum corpore animus tanquam carcere saeptus teneretur, vitam autem essè eam, quum idem animus vinclis corporis liberatus in eum se locum, unde esset ortus, retulisset:* ubi vid. quae congessit plurima Beierus. Add. Creuzeri Prooem. ad Plotin. Enn. I. 9. p. 85. Augustin. de Civ. Dei XII. 20: *vita ista, quae potius mors est,* ibiq. Lud. Vivis annot. p. 695. ed. Froben. 1570 f. m. — Sequens *quam* commode monet FAWolf. in Scholis ad *vitam,* non ad *mortem* referendum esse, easque amphibolias non vitare Ciceronem, ubi ambiguitas sententiae non facile sit metuenda. In fine cap. MS. ap. Verb. *si nobis liberet,* unus Ox. *si haberet;* alius *si non liberaretur,* alius *si liceret.* Reg. et Gud. 1. *si liberetur:* sed in Reg. a manu recentiore *ur* deletum est; Ed. H. *si non liberaremur.* Quae omnia fere sunt commenta vel interpretum vel correctorum. *Mr.*

Satis tu quidem etc.] Ita et optimi libri et plurimi; *quidem tu* habent Codd. Mon. 2. Vind. 1. 2. duo Gruteri, et inde Grut. Gron. Verb. Ern. (quamquam hic nostrum ordinem praefert) Reisk. Pro *nihil* unus Ox. *mihi.* Pro *has res* Cod. Rehd. *res has:* intellige vitam humanam. Vind. 2. Gud. pergunt *linquere,* absorpta nimirum syllaba *re* a praecedente *res.* De usu verbi *linquere* apud Ciceronem vid. nos ad Cic. de Fato c. 16, 36. p. 632. — Pergunt *his vero*

lamentatus: quam quum lego, nihil malo, quam has res relinquere: his vero modo auditis, multo magis. M. Veniet tempus, et quidem celeriter: et sive retractabis sive prope-

---

auditis (om. *modo*) Codd. Aug. unus Ox. Marb. Rehd. Mon. 2. Vind. 2. Edd. A. B. S. E. C. V. M. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cam. Ald. Rob. Steph. Lall. Oliv. — *Vero* omittit unus Ox. cum Ed. H. In uno Ox. scribitur *his modo vero auditis*. Solus Aug. omittit *his*. Duo Oxx. praeponunt voci *his* nomen *Marci*: inepte. In seqq. unus Ox. pro *celeriter* habet *aderit*: extrusit nimirum ibi glossa veram Ciceronis scriptionem. Quod sequitur *et* post *celeriter*, elliptice positum est, pro *et veniet adeo*: inservitque gradationi. Vid. Herzog. ad Quintil. X. p. 95. Quod si ita interpreteris, non erit, quod cum Kühnero illud *et* abiicias, quod certe abiiciendum esset, si cum eo intelligeres: „Tempus mortis et celeriter venit, et, sive mortem fugis, sive eam expetis, venit:" qua quidem ratione certe verba *volat enim aetas* non haberent, quo referrentur. Ergo hoc etiam loco factum est, quod saepissime accidisse vidimus, ut ex minus recta interpretatione emendandi necessitas oriretur. Unus Ox. Kühneri coniecturae favet, omisso *et*. *Mr.*

Sive retractabis] „Sic Cod. Memmianus, Huralhinus et Danielis: quod probo, et ita reponendum censeo, reiecta vulgata lectione *sive retardabis*. Nam *retardare* est verbum activum." *Lambinus.* „*Retractabis* in Gryphii libro scriptum est, quam lectionem germanam esse nemo dubitare debet. Usus est hoc verbo in hac significatione Columella II. 2, quo loco equum calcitrosum et *retractantem* fieri docet, ubi quis eum crebrius stimulo lacessat." *Brutus. Retardabis* habent cum Cod. Guelf. tres Oxx. Aug. Edd. E. B. S. A. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. Venet. 2. Reiskii, eiusque Med. 1. 2. et Ald. tum HWolf. (hic vero in parenthesi *retractabis*, quamquam non recte intelligit, subaudiens *sententiam istam*) Sturm. Sylb. Ald. Boul. Defendit *retardabis* Wopkens. p. 74, dicens se opposita *retardabis* et *properabis* ita intelligere, ut per illa temporis illius formido ac desiderium significetur. Confert praeterea Graecum σπεύδειν τι, quod sit magnopere desiderare, laudata Ep. 2. Petri III. 12. Probat Handius in annotatione dicens: „Alter colloquentium dixerat, se nunc concupiscere mortem. Tum Cicero, veniet (male addit Wopk. *enim*) tempus, inquit, sive retardabis cursum, sive properabis. Celerius enim volat ipsa aetas." *Retardabis* probavit etiam Heinrich. Obss. p. 111. referente Schützio. Bouhierius vult *retrectabis* ut sit i. q. *detrectabis*, laudatque ipsum participium *iuvencum retrectantem* ex loco Columellae a Bruto laudato. Et habet *retrectabis* Ed. Car. Steph. Addit Bouhierius *retardare* quidem mortem neminem posse. Anonymus ap. Olivetum: *retractare* et *retrectare* differre ut *lavare* et *lavere*, *impartio* et *impertio*. Qui recusant stare pactis, facere aliquid, ire quopiam etc. revocant, retrahunt, retractant dicta, manum, pedem etc. Ern. *retractabis* explicat *tergiversabere*. Cod. Rehd. habet *retraheris*. *Mr.*

Sive retractabis sive properabis] Cantab. *probabis*. Lego *parebis*. *D.*

Sive retractabis sive properabis] „*Retardabis — properabis* et veterum Edd. et Codd. aliquot scriptorum est lectio, quam varie viri docti mutarunt, pro *retardabis* alii *retrectabis*, alii *retractabis*: pro *properabis*, alii *obtemperabis* (Bentl.), alii *probabis*, alii *parebis* legentes, quorum nihil placet. Quorsum enim Tullius necessariam mortis imminentis conditionem ostendat ei, qui nil magis cupit, nisi has res relinquere? Certe nec cum ratione hoc, nec profecto nimis urbane. Imo, si sapiat, hoc unum dixerit, quod et res habet, et cupienti fuerit gratissimum, vel longissimam moram brevem esse. Ergo

rabis: volat enim aetas. Tantum autem abest ab eo, ut malum mors sit, quod tibi dudum videbatur, ut verear, ne

---

recisa una syllaba e praecedente vocabulo orta, sic legam: *sive tardabis*, i. e. *cunctabere*, eo quidem sensu, quo *cunctari* dicuntur etiam illi, qui, nullas ultro moras nectentes, ad metam tardius deferuntur. Ut infra 46. *cunctari illum diutius in vita inutile putabat ipsi*: quodque de Divin. I. 26. C. Gracchus Ti. fratri dicit: *quam vellet, cunctaretur, tamen eodem sibi leto, quo ipse interisset, esse pereundum*. Illud fortasse dubitationem afferat, quod, veteres verbo *tardare* intransitive usos esse, exemplis satis certis confirmari nequeat. Quod enim Epp. ad Brut. 18. sic legitur: *quaesivit — an tardare et commorari te melius esset tibi*, hoc ipsum inter signa fraudis Marklandus retulit. Quodque alterum e Virg. Aen. X. 857. afferri posset, *quamquam vis alto vulnere tardat*, id, etsi Heinsius sic intelligat, tamen aliam interpretationem admittere haud ignoro. Sed, utcunque de hoc statuendum videatur, vel hoc novasse Ciceronem existimare malim, quam aliorum admittere correctiones. Ceterum quam frequens apud scriptores veteres fuerit hic verborum activorum usus, post A. Gellium XVIII. 12. unum disputantem nominabo Cortium in excursu ad Sall. Iug. VII." *Hottinger*. Add. Menkenii Obss. L. L. p. 873 et 876. Ego vero, cum et plurimi Codd. et haud paucae Edd. vett. tueantur lectionem vulgatam, in ea acquiescendum putavi, cum sententia sit optima haec: sive tergiverseris, sive exoptes mortem. Sic, quod commode monet Or., infra V. §. 82. est *sine retractatione* i. e. sine tergiversatione. Verba *sive properabis* omittit unus Ox. Duisb. habet *probabis*, quod ortum est ex compendio *propatis*. Aug. *reprobabis*. In Cod. Rehd. sequitur *evolat omnis aetas*. *Mr.* — Ad postrema haec verba cf. Horat. Od. II. 5, 13: *Currit enim ferox aetas*: ubi vid. Bentlej. *Schuch.*

Tantum enim abest ab eo] „*Ab eo* delendum puto: nunquam alibi additum reperi." *Ern.* Ern. illas voces uncinis inclusit: Schützius delevit; nimis cupide, ut ego existimo. Schellerus in Lex. s. v. *absum* defendit eas laudato Cacs. de B. G. V. 2: *neque multum abesse ab eo, quin* — possent. Vid. ad h. l. Held. p. 137. qui laudat et nostrum locum et Liv. XXV. 6: *Tamen tantum abfuit ab eo, ut ulla ignominia iis exercitibus quaereretur* etc. Conf. Beier. ad Cic. de Off. I. 14. p. 107. Iisdem locis utitur etiam vir doctus, qui additamenta conscripsit ad v. *absum* in nova Ed. Forcellini Schneeberg. 1829. Weberus quoque l. c. defendit verba *ab eo*: sed quem laudat locum Cic. de Finn. III. 2. 6: *sed ab eo plurimum absum*, is huc plane nihil facit, ut orationis seriem inspicienti primo adspectu patet. Pergit Cod. Gud. *ut mors sit malum*. MS. in marg. Verb. *ut malum mors non sit*. Vocem *dudum* explicat Beroald. modo, paullo ante. Vocem *tibi* omittit Cod. Duisb.; Aug. et Vind. 1. habent *dudum tibi*. Unus Ox. *tibi dubium*. *Mr.*

ut verear, ne homini nihil sit etc.] „Haec verba propter multiplicatas negationes paulo salebrosiora sunt: sed sententia perspicua est: mortem adeo malum non esse, ut sit vel summum, vel solum bonum? *HWolf.* Gebhardus solus omisit *nihil* inter *sed* et *bonum* operarum, ut videtur, errore. Hanc fere solam Ed. inspexit Ern., quamquam ei et plurimarum et optimarum copia fuit: in qua cum reperisset *sed bonum aliud, potius*, scripsit: hoc non capio, nec incorruptum puto. MS. Guelf. habet: *sed nihil bonum aliud potius*, ut et Dav. edidit: „Voluit dicere: *ut verear, ne homini nihil bonum sit aliud*. Quo intelligitur, *nihil* ante *bonum* abesse posse, et abest vulgo.

homini nihil sit non malum aliud certe, sed nihil bonum aliud potius: si quidem vel dii ipsi, vel cum diis futuri

---

Sed verbis *non malum aliud certe* interpositis, factum, ut *potius* adderetur. In *non* intellige *dicam*, quae ellipsis et Graecis et Romanis et nostratibus in usu est; ut sensus sit: non dicam, malum aliud saltem esse homini. Sed fieri potest, ut aliis, quam ingeniose Schellerus protulit, explicatio placeat. Eam tamen mihi ordo verborum repudiare videtur." *Nissen.*

ut verear etc.] „Cod. Cantabr. *sed certe potius nihil aliud bonum.* Unde scribo: *Tantum autem abest, ut malum mors sit (quod tibi dudum videbatur), ut verear, ne homini nihil sit, non malum aliud* (i. e. non dicam, malum aliud) *sed certe nihil bonum aliud.* Voculam *potius* ab aliena esse manu iudico. Nam cum post negandi particulam *non*, modo *sed certe*, modo *sed potius* dicatur; aliquis *potius* superscripsit, quod sensim in textum irrepsit." *Rath.* Contra eum monet Cens. Jen. *potius* esse Adiectivum idemque Praedicatum: receptâque Rathii scriptione eam prodire sententiam, ut mors et unicum malum sit et unicum bonum: quod absurdum est. *Reisk.* „sententia, ait, est: *vereor ne alia omnia, praeter mortem, mala sint, sed potius dicamus, praeter mortem aliud nihil vere bonum esse.*" *Hottingerus:* Locum mihi videor olim sanasse sic legens: *ne homini nihil sit non malum aliud, certe nihil bonum aliud potius.* Quam emendationem probavit C. D. Beck. in Comm. acad. de interpret. vett. scrr. pag. LXXIV. Emendandi causas et rationem plenius exposui in Bibl. d. neuesten theol. philos. u. schönen Lit. III. 2. p. 356 sq. Ex *Schelleri* sententia hic loci sensus est: *tantum abest, ut mors sit malum, ut verear* (potius), *ne omnis alia res sit profecto malum, sed nulla alia res sit homini potius bona.* Quod si volunt verba Ciceronis, otiosa sunt certe omnia a v. *sed nulla* usque ad *bona.* Hottingeri lectionem receperunt FAWolf. Schütz. M. *Weber* in Symbb. Gramm. et Critt. p. 213 sqq. legi vult: *ne homini nihil sit non malum aliud: certe sed* (wenigstens doch) *nihil bonum aliud potius.* Pro *certe sed* ait legi quidem posse *sed certe:* sed illum etiam verborum ordinem operose defendit, rationibus autem utitur et exemplis nihil plane ad rem facientibus. *Kühnerus* Hottingeri lectioni sententiam hanc inesse dicit: „mors non solum malum nullum est; imo praeter mortem quaecunque alia res malum est, certe nihil aliud bonum praestabilius est ipsa morte." Orellius denique ita rem expedivisse sibi visus est, ut, servata Codicum lectione, remotis constructionis impedimentis, in re tam controversa consulto fortasse a Tullio quaesitis (?), sensus hic sit: „ut censeam, homini nihil aliud esse bonum potius, (adj. i. e. praestantius) certe nihil aliud (aeque) non malum." Verba ipsa tam artificiose conformata sunt, sive potius implicata, ut vix intelligas, quomodo, si sana non sint, Codd. omnes in eorum ordine conspirent. Nec vero *potius* cum Rathio pro gloss. haberi potest. Interpolator certe id collocasset post v. *sed.* — *Potius* Adiectivum etiam est de Inv. I. 12. *utrum potius, aut quid potissimum sit.* Videntur autem duae nostro loco constructiones inter se implicatae: 1) *ut verear, ne homini nihil sit bonum aliud potius*; 2) *ut verear, ne homini nihil aliud sit non malum.* Prior sententia paullo audacior temperatur posteriore, cui additur *certe*, eaque praemittitur, quo facto prior, utpote vel *κλίμαξ* vel *ἀντίθεσις*, incipere debebat, ut postposita, a *sed.* Similiter Germanice dicas: dafs ich denke, nichts wenigstens sei für den Menschen gleich sehr kein Übel, ja nichts ein gröfseres Gut. Hanc

sumus. A. Quid refert? M. Adsunt enim, qui haec non probent. Ego autem numquam ita te in hoc sermone dimittam, ulla uti ratione mors tibi videri malum possit. A.

---

ego sententiam ita veram existimo, ut nihil addendum videatur, praeter Codicum nostrorum lectiones. Duo Oxx. omittunt *nihil* post *homini* et *aliud* post *malum*. Gud. 2. habet *homini tam sit malum*. Duisb. *certe sed certe potius nihil aliud bonum*. Mon. 1. *bonum aut potius*. Marb. et Rehd. omittunt *vel* ante *dii*. Mon. 1. *simus* pro *sumus*. Vulgatam ita vertit Censor Kühneri Lipsiensis 1831. 200: Weit entfernt zu glauben, dafs der Tod ein Übel sei, halte ich dafür, dafs auf jeden Fall für den Menschen nichts Anderes nicht (d. h. manches Andere) ein Übel ist, dafs aber kein Gut gröfser ist (als der Tod). *Mr.*

A. Quid refert? M. Adsunt — probent. Ego] Ita personas distribui praeeuntibus FAWolfio et Or. Davisius omnia Marco tribuit, Ern. Auditori *Quid — probent*. Male coniecit Rath. *Quid refertur?* (ut sit i. q. quid est, quod possit ad haec responderi?) peius Bouh. *absunt* pro *adsunt*. Ad *quid refert* intellige: *utrum dii ipsi, an cum diis futuri simus?* Respondet Marcus: *Omnino refert; adsunt enim* [Epicurei v. c.] *qui haec non probent: — quid? quod catervae veniunt contra dicentium*. Pessime autem coniecit Schützius: *At sunt enim, qui — probent*. A. *quid refert?* M. *Ego autem* etc. Verbum *adsunt* Anonymus apud Oliv. refert ad cap. 4. ubi est: *cum essent plures mecum familiares*. HWolf. ad *quid refert* intelligit: *isthaec abs te affirmari*. Reiskius: *quid refert sic dicere: potius —?* Unus Ox. cum Rathio facit exhibens *refertur*. Gud. 2. omittit *enim*. Cod. Marb. et Ed. H. habent *hoc* cum uno Ox. Rehd. habet *probant* et ita Aug. a pr. m., unus Ox. *proprient*. Tum Duisb. *ita te nunquam*. *Mr.*

In hoc sermone dimittam] *Ex hoc sermone* scribit D. Lambinus coniectura fretus. *D.*

in hoc sermone dimittam] Nullus liber cum Lambino habet *ex*, exceptis, ut videtur, aliquot Oxx. et Ed. Oliv. Sola Ed. Fr. Fabr. omittit *in*. Quod ait Or. *dimittam* esse Futurum, id verum est. Nec vero cum eodem dixerim, Kernium, vertentem ich möchte dich nicht entlassen, Coniunctivum vertisse: tum enim non poterat scribi *dimittam*, sed scribere debebat Cicero, si illud voluit, *dimiserim*. In Cod. Aug. *ita* est ante *dimittam*. *Mr.*

Ulla uti ratione mors tibi] Vulgo, *ulla uti ratione, ut mors tibi videri malum possit*. Nos autem Manucium secuti sumus; Latinitati enim et sensui cedant oportet librarii. *D.*

ulla uti ratione, ut mors tibi videri malum possit.] „Neque sensus neque locutio placet: quid enim sibi vult: *nunquam te in hoc sermone dimittam ulla uti ratione?* quis vero unquam sic locutus est: *nunquam te dimittam ulla uti ratione?* Verbum *dimitto* et Latinum est, et veteribus usitatum, neque eodem modo semper, sed varie, cum infinito autem nunquam. itaque etsi nihil immutavi, ne facerem id, quod faciendum non est, ut mihi plus tribuerem, quam libris MSS.; tamen non dubito, quin ita legendum et distinguendum sit: *Ego — nunquam ita te — dimittam, ulla uti ratione mors tibi videri malum possit*. Cum autem erroris originem quaererem, hanc reperi, quod particulam illam *uti*, quae hoc loco adiunctiva coniunctio est, lector opinatus infinitivum esse modum, a verbo *utor*, cum superiore membro coniunxit. et ut hoc imperite, ita illud impudenter, quod *ut* addidit de suo, ut adverbium *ita* haberet, quo referretur, cum *uti* pro *ut* esse non intelligeret.“ *P. Manutius.* „Nos,

Quî potest, quum ista cognoverim? M. Quî possit, rogas? 77
Catervae veniunt contra dicentium, nec solum Epicureorum, quos equidem non despicio; sed nescio quo modo doctissimus quisque [contemnit]: acerrime autem deliciae

---

Manutio assensi, *ut* secundo loco induximus; quis enim non videt orationem redundare?" *Brutus.* Manutium secutus est etiam Lambinus, et qui eum sequitur, Fr. Fabr. Idem fecerunt etiam HWolfius et Sylburg.; quorum quidem ille ad verba antecedentia „*in hoc sermone*, ait, i. e. dum de morte disputamus. Alioqui legere malim *ab hoc sermone*. Alii omissa praepositione *hoc sermone* legunt." Cum Manutio facere videntur aliquot Oxx. Vox *ulla* abest a Duisb.; in Rehd. scribitur *ulla in ratione*, quod debetur ingenio correctoris, qui verum h. l. odoraretur, nec vero videret. *Tibi* omittit Ed. C. Cod. Aug. et Ed. H. habent *possit malum*. Dav. in Ed. 2. Tbn. Olv. Nobb. ediderunt *ulla ut ratione mors* etc. quod volebat Bentl. Schellerus coniecit: *ulla utique ratione, ut mors* etc. Reliqui post Man. Lamb. Brut. HWolf. et Sylb. frugibus inventis ad glandes redire maluerunt, ita ut Ern. quoque in contextu servaret veterem errorem, in annot. autem, quasi primus mendum detexisset, aut *ut* aut *uti* deleri iubet. Unus Cod. Vind. 1. probabilem hanc exhibet lectionem: *ut ulla ratione mors tibi videri possit malum*. Reiskius quoque, quasi neminem praeeuntem habuisset, in Manutii et Davisii emendationem incidit. *Mr.*

Qui potest,] Sc. *fieri*. Laudat nostrum locum Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 38. 121: plura dedit ad Acadd. I. 7. 29: sed ibi in laudando loco nostro male scripsit eum esse I. II. 23. In uno Ox. bis scribitur *quis* pro *qui*. Ed. H. utroque loco habet *potest*. Unus Ox. *negas* pro *rogas*. Pro *veniunt* Ern. coniecit *venient*: quam coniecturam, non nimis probabilem, poterat iam reperire in Ed. HWolfii. Post *contra dicentium* Vind. 1. addit *philosophorum*. Unus Ox. habet *contradicendum*. *Mr.*

Nec *solum Epicureorum*] Vulgo *non*: contra quam volunt Reg. Med. Bak. et editio Victorii. *D.*

nec solum Epicureorum] *Nec* recepi ex Codd. Reg. tribus Oxx. Bern. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Duisb. Gud. Marb. Mon. I. Edd. H. (haec vero constanter *neque* pro *nec*) Vict. Rob. Steph. HWolf. Leod. Dav. FAWolf. Or. Et habent ita omnes, quos inspexit Bentl. *Mr.*

quos equidem non despicio] Correxit Bouh. *respicio*, quod Ern., parum accurate inspecta eius annotatione, ex Manutii MS. desumtum esse existimabat, et cupidius receperunt FAWolf. Schütz. Recte monet Or. εἰρωνικῶς loqui Marcum de Epicureis, quos alibi viros bonos, simplices, in disputando minime vafros (de Legg. I. 7. de Rep. III. 16.) appellat. Pro *equidem* est *quidem* in Cod. Rehd. Edd. H. Asc. 2. Ven. nostr. Rob. Steph. Junt. Cam. Ed. Fr. Fabr. habet *dispicio*. Uti h. l. Ciceronem dissimulatione academica, monuit etiam Anonymus apud Olivetum. Cur vero uncinis includeret haec quatuor vocabula FAWolfius, nulla plane erat ratio idonea. Laudat Or. similis sententiae locum Tusc. II. 3. 7. *quos non contemno equidem. Mr.*

Doctissimus quisque contemnit] In antiquo libro non fuisse vocem ultimam testatur Manucius, et, ut illi videtur, recte. Sed nostri Codices eam vocem retinent, nec est cur, iis retinentibus, ablegetur. *D.*

doctissimus quisque] „Abest, et, opinor, recte verbum *contemnit* ab antiquo libro, ut illud *doctissimus quisque* spectet ad verbum *disseruit*." *P. Manutius.* Dav. ad haec in Ed. 2: „Omnino fallitur Manutius: neque enim Cicero doctissimum quemque contra animorum

meae, Dicaearchus, contra hanc immortalitatem disseruit. Is enim tres libros scripsit, qui Lesbiaci vocantur, quod Mytilenis sermo habetur: in quibus vult efficere animos

---

immortalitatem disseruisse confirmaret.“ Assentit vero Manutio Bouhierius, dicens Ciceronem loqui de suo tempore, quo quidem Stoicorum schola maxime florebat: Lactantium praeterea Div. Inst. VII. 7. docere Platonis discipulos non potuisse defendere doctrinam Platonicam, optimam quidem illam, de animorum immortalitate contra aliorum philosophorum argumenta. Ernesto quoque placebat abiectum verbum *contemnit*: abiecerunt FAWolf. Schütz. Or. Ego vero in tanto fere omnium librorum consensu plane abiicere illud verbum, quamvis mihi quoque glossam redolere videatur, et ego quoque intelligere malim ex praecedentibus *venit contra dicens*, ausus non sum, sed uncinis coercui. Lallemannus legi iubet: *sed nescio quomodo doctissimus quisque, acerrime autem deliciae meae, Dicaearchus ... disseruit*. Reisk. abesse quidem posse concedit verbum *contemnit*, sed idem tamen ex antecedenti *despicio* subaudiendum esse contendit. In eadem sententia est Nissen. sed contra Bouh. addit: „nec tamen cum Buher. ad *non solum* referam [hoc]. Neque Ciceroni adversabatur, nec de philosophis aevi Ciceroniani haec capi (!) possunt. Obstat enim Dicaearchus. Ego potius *acerrime autem* verbis *non solum* oppositum putem. Nimirum vir ille eruditus, quidquid anacoluthi speciem prae se ferret, id nimis fugiebat.“ Denique Neidius, ad v. *doctissimus quisque* subaudiens *respicit*, peius certe peccavit, quam qui, certe haud diu post Ciceronem, addidit *contempnit*, ut scriptum est in antiquissimis nostris. — In seqq. Gud. 2. habet *disseruit contra hanc immortalitatem*. Unus Ox. *deseruit*. De Dicaearcho praeter eos, quos ad cap. 10. laudavi, conf. Ern. Clav. Cic. s. v., unde, nisi ipsum Ciceronem inspicere vellet, discere poterat ille, qui nuper h. l. Ciceronem de Dicaearcho ironice loqui contendit, magno opere se falli. *Mr.*

Is enim tres libros scripsit] Mon. 1. *His enim*. Aug. *is cum*. Vind. 1. *Lesbici*. Unus Ox. *lesbeatici*. Gud. 2. *lesbiatii*. Duisb. Marb. *lesbiacii*. Gud. *Lesbicii*. Rehd. omittit verba *qui Lesbiaci*. Ed. H. habet *descripsit* pro *scripsit*. — Scripsi autem cum Codd. plurimis et Edd. haud paucis, ut est etiam in numis antiquis *Mytilenis*. Vid. Bischoff. u. Möller. Wörterb. d. alt. mittl. u. neu. Geogr. s. v. Aliquot libri habent *Mitylenis*: Gud. 1. Mon. 2; in Gud. 2. uno Ox. (in quo legitur *qui* pro *quod*) est *Mitilenis*; in Aug. Mon. 1. *mite lenis*, in uno Ox. *multum lenis*, egregia scilicet emendatione; in Duisb. *Mytilene*. Marb. *mutileni*. Edd. Ven. nostr. Junt. Grut. Oliv. Verb. Ern. et seqq. nobiscum faciunt. In Rehd. est addimentum *quod ibi Mytilenis*: pro *habetur* Duisb. et MS. in marg. Verb. *habitus sit*. Pro *vult* unus Ox. *nolit*, quod ortum est ex male lecta scriptione antiquissima *uolt*, quam exhibet noster Gud. 1. Mox Rehd. *animos efficere*. De constructione verbi *efficere*, quod de N. D. III. 12. construitur: *ita efficitur, ut* — eadem sententia, vid. Creuzer. ad eum locum p. 535. ed. Cr. et nostr. maj. Add. ib. c. 13. §. 34: *ex quibus effici possit — nihil esse, quod* —. Parei Lex. Crit. vv. *cogi* et *efficitur* p. 216. 403; nos ad Cic. de Fato 5. p. 580. ad Cic. de Legg. II. 13. 33. p. 261. — Pro *mortales* Cod. Gud. habet *immortales*. Aug. omittit *esse*. *Mr.*

Usuram nobis largiuntur, tanquam cornicibus] Cornicum vivacitatem celebrant auctores bene multi. Hesiodus apud Plutarchum de Orac. def. pag. 415.

esse mortalis. Stoici autem usuram nobis largiuntur, tamquam cornibus: diu mansuros aiunt animos; semper, negant.

Numne vis igitur audire, cur, etiam si ita sit, mors32

Ἔννεα τοι ζώει γενεὰς λαλέρυζα κορώνη.

Laudat et Etymologici M. scriptor in *ἀγροτέρας ἐλάφους*, et Scholiastes ad Aristophanis Aves vs. 610. Latine sic reddit Ausonius Eidyll. XVIII, 3.

Hos novies superat vivendo garrula cornix.

Ne plures memorem, vide Ovidium Amor. lib. II. El. VI, 35. et Plinium H. N. VII, 48. *D.*

usuram nobis largiuntur] Vocem *usuram* omittit unus Ox. Ed. H. habet *nobis usuram*. *Usura* quid h. l. sit, sc. *usus*, satis docet Ern. in Clav. Cic. Ad sententiam loci inprimis facit Wyttenbachii egregia illa disputatio De Vett. Philoss. sentt. de statu animorum post mortem corp. p. LXIX — LXXVI. cum qua conferri meretur Hieronymi de Bosch. de eodem argumento dissertatio Hollandice scripta (*De Gevoelens der oude wysgeeren wegens den staat der zielen na dit leven*: in eodem vol. quo Wyttenbachii disputatio continetur. Haarlem. 1784. 4.) p. 355 — 365. et scriptoris anonymi ib. p. 488 — 492. — Cod. Mon. 2. habet *tanquam quasi cornicibus;* Mon. 1. *tanquam cor viribus*. *Mr.*

Diu mansuros aiunt animos; semper, negant] E Stoicis nonnulli cunctorum animos tantisper manere sunt arbitrati; sed reliqui, stultorum brevi, sapientium vero mentes cum mundo simul interire statuerunt; ut patet ex Laertii VII, 157. ad quem locum videndus Monagius. Adi sis et Iust. Lipsium Phys. Stoic. lib. III. cap. XI. ac Th. Gatakerum ad Antonini IV, 21. Nos paucula, quae doctissimos illos viros fugerunt, hic apponemus. Tertullianus de Anim. c. LIV. *Qui aliquod illi tempus indulgent, ab excessu usque in conflagrationem universitatis, ut Stoici, suas solas, id est, sapientium animas, in supernis mansionibus collocant — Quos equidem miror, quod imprudentes animas circa terram prosternant, cum illas a sapientibus multo superioribus erudiri adfirment.* Theodoretus Therap. V. pag. 72. *Οἱ δὲ Στωϊκοὶ τὰς χωριζομένας τῶν σωμάτων ψυχὰς διαρκεῖς μὲν καθ' ἑαυτὰς ζῆν ἔφασαν· ἀλλὰ τὴν μὲν ἀσθενεστέραν ἐπ' ὀλίγον, τὴν δέ γε ἰσχυρὰν μέχρι τῆς τοῦ παντὸς ἐκπυρώσεως.* Vide sis et pagg. 73, 74. Falsus autem est Epiphanius, qui lib. I. Haer. 5. Stoicos *ἀθάνατον τὴν ψυχὴν ἡγεῖσθαι* docet. Ita tamen Origenes etiam Philos. cap. XXI. Idem innuit et Lactantius Div. Inst. lib. III. cap. XVIII, 5. *D.*

Diu mansuros aiunt animos: semper negant.] Unus Ox. et Cod. Rehd. habent cum glossa *sed semper*. Verbum *negant* omittit alius Ox. Locis a Davisio laudatis adde Worth. ad Hermiae Irrision. Gentil. Philos. p. 216. ubi est: *τὴν δὲ φύσιν αὐτῆς [τῆς ψυχῆς] οἱ μὲν ἀθάνατόν φασιν, οἱ δὲ θνητήν, οἱ δὲ πρὸς ὀλίγον διαμένουσαν.* *Mr.* „Conf. Fabric. B. Gr. III. p. 73 sq.“ *Schuch.*

Cap. 32. *Numne vis*] Vulgo *num vis*. At Reg. Bak. Med. et Balliol. *num* non *vis;* unde Cl. Bentleius fecit *numne vis*, eumque sequor. *D.*

Numne vis igitur audire,] Recepi illud *numne*, (quod probat et iam Klotz. ad Lael. p. 151.) quod non est ex Bentleii coniectura, sed ex membranis apud Schottum in Nod. Cic. IV. 16. p. 386. Rariorem hanc formam facile potuit obliterare librariorum inscitia: quod etiam factum est de N. D. I. 31. 88: *dum ipsum numne vidisti?* ubi multi libri habent *nonne* (v. nostr. et Cr. Ed. maj. p. 142) quod ab illius loci

tamen non sit in malis? A. Ut videtur: sed me nemo de
78 immortalitate depellet. M. Laudo id quidem; etsi nihil nimis oportet confidere. Movemur enim saepe aliquo acute

---

sententia plane est alienum. Monet Orell., si *num* scribas nostro loco, exspectari responsum *nolo:* si *numne vis* interrogat, paullo intentius quaerit, quam si dixisset *visne,* exspectatque *volo.* Ceterum non male scribebatur olim *numne* in Somn. Scip. IV. (de Rep. VI. 17. (*numne aspicis, quae in templa veneris?* pro *nonne:* vid. ed. nostr. p. 485. Cf. Handii Tursellin. I. p. 334. Ad v. *audire* subaudi *argumenta, rationes.* Similiter ad *audire* subaudies *disputationem* apud Cic. de Fato 2, 4. p. 568 sq. ed nostr. et ad Att. IX. 10. ad *audi* intellige *responsum.* Nissenius *num* a *numne* literis tantum differre ait, et servari vult *num.* Sed hoc ipsum *num* non simpliciter legitur in optimis libris, sed *num non;* veluti in Codd. Reg. Gud. 1. Aug. Duisb. Marb. (hic omittit *num*) uno Ox. Vind. 2. Unus Ox. habet *Nunquid,* Gud. *num vero,* Ed. A. *num ais igitur.* Ed. B. *num igitur,* om. *vis,* pergit Aug. *igitur vis.* Praeter Dav. *numne* recepit etiam Or. *Mr.*

etiamsi ita sit] Ed. H. *etsi.* Verba *cur — videtur* omittit unus Ox duo cum Codd. Gud. 1. Duisb. habent *ista* pro *ita,* posterior cum Gud. 2. omittit *sit.* Vind. 1. et Aug. exhibent *etiamsi ista mors sit.* Pro *tamen non* in uno Ox. est *tum,* ex perperam lectis compendiis. Ceterum valde turbatur in libris MSS. in personis vel apponendis vel omittendis vel permutandis per totum hoc caput: quos errores singulos recensere et longum et supervacaneum est. Sic e. g. statim verba *ut videtur,* cum non recte intelligerentur a librariis, in multis libris, in praestantissimo quoque Regio, cum praecedentibus coniunguntur et Marco tribuuntur. *Ut videtur* est i. q. *Fac, ut videtur, fac tuo prorsus arbitratu: quod si etiam non feceris, tamen me nemo* etc. — *De immortalitate depellet* per breviloquentiam dictum est, nec vero, ut Billerb. existimat, pro *de fide immortalitatis dep.,* hoc enim modo neque Cicero, neque quisquam probae Latinitatis scriptor locutus esset: sed: *de immortalitatis opinione.* Similiter ad Att. VII. 2. med. dixit *opinio integritatis meae.* de Off. II. 11. 39. *opinio iustitiae.* De constructione *depellet de* — vid. Dölecke Deutch. Lat. Gramm. p. 81 sq. *Depellere de sententia* dixit Cic. Epp. ad Fam. 1. 7. post med. Or. pro Ligar. 9, 26. Pro *depellet* Cod. Vind. 2. *depellit.* Mox Gud. *equidem. Mr.*

Etsi nihil nimis oportet confidere] „*Animis* legitur in Gryphii libro pro *nimis.* Fortasse non male; ut doceat, non esse cuiquam animos fiducia tollendos, quousque ratione ita esse credendum adducatur.“ *Brutus.* Gulielmus coniecit *animi*: cogitabat, credo, de locutionibus, qualis est Epp. ad Fam. VIII. 5: *animi pendeo,* et infr. IV. 16. prc. de Legg. I. 3. cf. Menken. Obss. L. L. p. 723. Wyttenbach. ad Cic. de Legg. 1. 1. p. 25. ed. nostr. et Cr. *Mr.*

Etsi nihil nimis] Vulgo *animis*: quod perperam Gebhardus revocavit. Erasmus enim, Manucius, et Lambinus in suis editionibus veram dedere lectionem. *D.*

etsi nihil nimis oportet confidere] Vulgatam quoque (*animis*) commodum praebere sensum existimabat Ern. Contra Nissen.: „Vox *animis* neque sic, nec addito, uti Schellerus volebat, *nimis,* ferri potest. Intelligendum est *nobis,* legendumque *nimis* cum Aldo Manutio.“ „Eruditi viri correxerunt *nihil nimis.* Vellem loca protulissent, ubi ita legeretur, ubique enim *non nimis, haud nimis, ne nimis, nec nimis,* coniuncta leguntur, *nihil nimis* nusquam. hinc pro *nihil a nimis* legerim *non ita nimis.*“ *Rathius.* Recte monet Cens.

concluso: labamus mutamusque sententiam, clarioribus etiam in rebus: in his est enim aliqua obscuritas. Id igitur si acciderit, simus armati. A. Sane quidem: sed, ne accidat, providebo. M. Num quid igitur est causae, quin amicos nostros Stoicos dimittamus? eos dico, qui aiunt manere animos, quum e corpore excesserint, sed non semper. A.

Jen. 1. c. p. 393. et *nihil nimis* legi apud Terent. Heaut. 3, 2, 8. et *non ita nimis* legentem idem interrogari posse, quod de usu locutionis *nihil nimis* quaesiverit R. Sed fere ridiculum est, de tali usu quaerere. *Nihil* est, ut centies, i. q. *in nulla re.* Sed *nimis* tuentur aliquot Oxx. MS. in marg. Asc. nostr. 2. Rehd. Edd. E. M. L. Goth. Ald. Car. Steph. HWolf. Sylb. Cam. Brut. Boul. Sturm. Leod. Lall. Dav. FAWolf. Koel. Schz. Nobb. Or. Oliv. In Cod. Marb. omissa sunt verba *ut videtur — etsi nihil.* In Ed. H. scribitur *oportet a nimis. Mr.*

Movemur enim saepe] Cod. Gud. 2. *movemus saepe enim.* Unus Ox. *movemur autem saepe.* Mon. 1. *acuto concluso.* Male. Ad v. *labamus mutamusque sententiam* etc. P. Manutius „Fortasse, ait, *Labamus mutamusque sententiam: clarioribus etiam in rebus inest aliqua obscuritas.*" Scribitur *libamus* in Cod. Aug., *labamusque* in uno Ox. Mon. 1. et Ed. P. Vocem *etiam* omittunt Edd. C. V. Rob. Steph. Manutium secuti sunt Fr. Fabr. et HWolf. *Mr.*

in his est enim aliqua obscuritas] Mon. 1. *in iis:* male. Unus Ox. *in his enim inest.* Aug. Rehd. Gud. Ed. H. *in his enim est.* Bouh. coniecit *in his est enim aliquando obscuritas.* Infeliciter. Est enim breviloquentia pro: *quare nihil mirum, si in his labamus: est enim in iis aliqua obscuritas.* Saepe ita ponunt *enim* Latini, γὰρ Graeci. Vid. nos ad Cic. de Div. I. 54. p. 269. ibiq. laudd. Add. Viger. de Gr. L. Idiotism. p. 496. Heinrich. ad Cic. de Rep. p. 184. 200. Ochsner ad Cic. Eclogg. p. 23. p. 155. 216. 333. Obscuritatem quidem aliquam esse statuebant Academici in rebus omnibus: sed aliam tamen alia esse clariorem. *Mr.*

Id igitur si acciderit,] „Ut veniant contra dicentes, ut moveamur aliquo acute concluso, ut labemus, simus armati: nihil itaque *nimis* confidamus, sed arma etiam paremus." *Anon. ap. Oliv.* Scribitur male *accideret* in Edd. P. A. B. Junt. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Camer. Sturm. Tum non melius Gud. 2. et Ed. H. *sumus.* Gud. 1. Vind. 2. et Gud. *si minus.* Aug. *si simus.* Idem mox *Sane id ita est quidem.* Marb. et unus Ox. *sane ita est quidem*: ubi agnoscis glossas. Fr. Fabr. *Sanò* (sic). Conf. Cic. de Legg. II. 4. p. 175. ed. nostr. et Cr.: *Sane quidem, hercle, et est ista recta docendi via*: ubi nos particulam *et,* immerito a Dav. eiectam, restituimus. Mox unus Ox. *ne id accidat. Mr.*

Num quid igitur est causae, quin etc.] De constructione *num quid - causae* vid. Beier. ad Cic. Lael. 13. 48. p. 76. Unus Ox. *num quidem.* Vind. 1. Aug. *est igitur.* Pro *quin* Duisb. Aug. male *cur.* Conf. Cic. de Inv. I. 39. [nec vero 30. ut scripsit Beier. l. c.] 70: *quid causae est, quin istum contra legem fecisse iudicetis?* Add. Horat. Sat. I. 1. 20: *Quid causae est, merito quin illis Jupiter ambas iratus buccas inflet?* Nec certe erat, quod coniiceret Reisk. *cur* pro *quin:* quo locum a se parum intellectum esse prodidit. Quae sine dubio etiam causa ei fuit mutandarum h. l. personarum: quas coniecturas non moramur. Pergit unus Ox. in seqq. *eos dicunt. Mr.*

manere animos, quum e corpore excesserint] Vulgo: *animos ma-*

p. 165. a. **A. Istos vero; qui, quod tota in hac causa difficillimum est, suscipiant, posse animum manere corpore vacantem: illud autem, quod non modo facile ad credendum est, sed, eo concesso quod volunt, consequens iccirco, non dant, ut,**

---

nere e corpore quum excesserint. Nostrum ordinem suadent Codd. Bentleii omnes, Gryph. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Mon. 1. 2. Marb. Rehd. Duisb. Gud. (nisi quod hic omittit *e*). Ex Edd. sola Dav. has auctoritates sequitur. Unus Ox. habet *discesserint vel excesserint:* cuius scriptionis causa in promptu est. Ad sententiam conf. Wyttenbach. Bibl. Crit. IX. p. 127. *Mr.*

Istos vero] Non audiendus Bouh. haec praeteritis adiungens et Ciceroni tribuens. Ad *istos vero* intellige *dimittamus. Vero* affirmat fortius, ut saepissime apud Ciceronem. Ita plane de Div. II. 64. 132: *Quid? poëta nemo, nemo physicus obscurus? Illi vero.* ubi vid. nostr. Annot. (in quam non recipiendus erat locus de N. D. II. 10.) et nos supra ad 11, 24. ibiq. laudd. Unus Ox. habet *quidem* pro *quod:* duo omittunt *est;* Duisb. omittit *tota,* et pergit: *est difficillimum in hac causa. Mr.*

Qui, quod tota in hac causa difficillimum est, suscipiant] Malim *suscipiunt;* sequitur enim, *illud autem — non dant. D.*

qui — suscipiant] Nihil est opus Davisiana emendatione *suscipiunt.* Coniunctivus est causalis; *qui - suscipiant* dicitur pro *cum - suscipiant,* ut centies. Favent tamen Codd. Vind. 1. et Duisb. Davisio, id est: correctorem habuerunt aliquem, qui eandem coniecturam inutilem Ciceroni obtruderet. — Tenendus vero usus verbi *suscipiunt* sc. defendendum. Ita plane ad Fam. V. 9. *suscipe me* sc. defendendum. Similiter de Div. II. 40. 84: *quae si suscipimus, pedis offensio nobis — et sternutamenta erunt observanda.* Pergit Gud. 2. *posse animos;* unus Ox. *posse animam:* duo *corporibus;* Vind. 1. *in corpore:* unus Ox. habet *aut,* Aug. omittit *autem.* Post *facile* in Mon. 2. *ad* nonnisi a secunda manu additum est: in Vind. 1. scribitur *est ad credendum.* In seqq. Bouh. coniecit *quod volumus:* praeter necessitatem: nam *volunt* ipsi hoc esse, quod concedunt: non enim quasi largiebantur illud: sed sequebatur id ex iis, quae, ut vera, esse contendebant. Pro *concesso* unus *accenso. Mr.*

Idcirco, *non dant*] Vulgo, *id certe non dant.* Lectionem, quam recepimus, adserunt Reg. Pall. quinque, Vatic. Med. Bak. Eliens. tert. et Balliol. *D.*

Sed — consequens iccirco, non dant, ut etc.] Verba *sed — consequens iccirco* intellige: *sed quod, postquam id concesserunt, quod volunt, iccirco* (i. e. eam ipsam ob causam) *consequens est, non concedunt.* Secutus sum cum Dav. Bouh. et Bentleio lectionem Codd. vetustissimorum et optimorum, ea, quam habet Dav., distinctione paullum correcta. Et habent *iccirco* vel *idcirco* omnes Oxx. (unus *et idcirco*), quinque Pall. Fab. Vatic. Gebhardi, Gryph. Reg. Gud. 1. 2. Aug. (in hoc est *consequentur*) Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. Marb. Vind. 1. Edd. H. P. Vind. Alt. Gebhardus prava distinctione vult: *sed eo concesso, quod volunt consequens, iccirco non dant:* additque: quid hoc sit, alibi dicimus. Sed, quod sciam, nusquam dixit, neque, opinor, dicere potuit. Nissen. tuetur *id certe* et explicat *id quidem,* Kühnerus *certe εἰρωνικῶς* dictum ait pro *scilicet, videlicet.* Sed haec in cassum sunt disputata: aliter se res haberet, si *id certe* Codd. manu scriptis se tueri posset; tum interpretis esset defendere, quod a Cicerone profectum esse videretur. Quod vero ait Or. *iccirco,* sic positum, sibi non placere; concedo: nec mihi admodum placet. Sed

quum diu permanserit, ne intereat. M. Bene reprehendis: et se isto modo res habet. Credamus igitur Panaetio, a

---

veritus sum, ne Ciceronem corrigerem, vel correctoris cuiusdam seculi decimi quinti correctionem, quae apparet iam in marg. Ven. Alteri, *id certe*, reciperem. Quare neque Orellii emendationes: *consequens certe, id non dant* vel, quod mavult, *consequens, id cur non dant?* amplecti potui. Ceterum vid. etiam de h. l. disputantem Censorem Ed. Kühn. Lipsiensem 1831. 200. p. 1596. Quod vero scribitur *dant*, cum tamen antecedat *suscipiat*, non debet offendere; nam in oratione paullo commotiore facilis et frequens est transitus ex oratione obliqua in rectam, ut bene monet FAWolfius in scholis. *Mr.*

non dant, ut, quum diu permanserit, ne intereat.] Exspectes: *non dant, animum — non interire.* J. W. Wagner in Seebodii Neu. Archiv f. Philol. u. Pädag. III. 4. p. 74 — 80. in Commentatione Latine scripta: *De particulis ut ne*, ubi nostrum locum tangit p. 78: ille igitur vir doctus agit de usu particularum *ut* et *ut ne*, apud Ciceronem potissimum, eiusque rationem exponere studet. Sed de Constructione *ut* et *ut ne* pro Accusativo cum Inf. posita, multi praeceperunt: vid. Wachsmath. in Athenaeo I. 2. p. 311. Etzler. in Jahnii Annalib. Philoll. et Paedagg. 1828. III. 1. p. 107 sqq.; nos ad Cic. de N. D. III. 32. p. 661. ed. maj. Cr. et nostr. p. 227. ed. nostr. min. Explicari autem potest nostra constructio ita, ut cogitaverit Cicero: *non concedunt illud consequi*, (vel *verum esse*) *ut* etc. Quoties autem post *sequitur, verum est* ab optimis scriptoribus ponatur *ut*, supervacaneum est docere post ea, quae congesserunt Editores Cornelii Nepotis ad Hannib. I. 1. in primis Bremius et Daehnius: et hic quidem in utraque Ed., Lipsiensi p. 157. Helmstad. p. 298. Iam vero adde Ottonem in Excursu ad Cic. de Finn. p. 411. — Pro *permanserit* Codd. Gud. et Vind. 1. *manserit*, Gud. 2. *permanserint*. Unus Ox. et Duisb. *non* pro *ne*. Gud. 2. *intereant*. *Mr.*

et se isto modo res habet:] Solus Ern. errore typothetae *ut se isto* etc. quod ne monerem quidem, nisi iste typotheta nactus esset defensorem Nissenium, qui, quamquam ne unam quidem Cod. MS. neque Edd. vett. inspexit, tamen existimavit omnes veteres Libros exhibere *ut*, quod ex coniectura in *et* mutaverit Davisius et post eum Bipontini. Dicit vir doctus: „Vertere ausim: Wie denn die Sache sich auch so verhält." Ego vero id non ausim: nam ista verba latina neque hanc, neque aliam quandam probabilem sententiam habere possunt. *Mr.*

Credamus igitur Panaetio a Platone suo dissentienti] Panaetius, licet Stoicus, animos cum corpore mori iudicavit; id quod eleganter ostendit Auctor Epigrammatis Anthol. lib. I. cap. 44. cui titulus, *εἰς τὸν Φαίδωνα διάλογον Πλάτωνος ΝΟΘΕΥΟ'ΜΕΝΟΝ ὑπὸ Παναιτίου.* Id sic se habet:

Εἰ μὲ Πλάτων οὐ γράψε, δύω ἐγένοντο Πλάτωνε·
Σωκρατικῶν δ' ἄρων ἄνθεα ταῦτα φέρω·
Ἀλλὰ ΝΟΘΟΝ μ' ἐτέλεσσε Παναίτιος· ὄρ ϛ' ἐτάλασσε
Καὶ ψυχὴν θνητὴν κἀμὲ νόθον τελέσαι.

Quid autem doctissimo Menagio facies, qui ad Laertii III, 62. hinc statuit fuisse, qui Phaedonem, Panaetii Stoici esse contenderunt? Scilicet eum ipsa res abunde refellit; ex eo vero natus est error, quod *νοθευόμενον* pro *supposito* vel *adulterato* sumserit, cum *spurium habitum* denotet: ut apud Athenaeum lib. X. pag. 455. C. *οἱ νοθεύοντες*

79 Platone suo dissentienti? quem enim omnibus locis *divinum*, quem *sapientissimum*, quem *sanctissimum*, quem *Homerum philosophorum* appellat, huius hanc unam sententiam de immortalitate animorum non probat. Vult enim, quod nemo negat, quicquid natum sit, interire: nasci autem animos, quod declaret eorum similitudo, qui procreentur; quae etiam in ingeniis, non solum in corporibus appareat. Alteram autem affert rationem: nihil esse, quod doleat, quin

---

Ἀέρου τοῦ Ἑρμιονέως τὴν ἄσιγμον ᾠδήν, sunt ii, qui Oden illam notham esse statuunt. Sic et alibi non raro. *D.*

Credamus igitur Panaetio] Videtur ex ann. Ern. existimasse se primum interrogandi signum posuisse post *dissentienti*. In quo, si novo id argumento egeret, eum veteres Edd. raro tantum inspexisse, posses eum arguere. Nam ita iam dudum edidit HWolfius, et in omnibus suis Edd. Davisius. — Ed. Cam. sola, ut videtur, *credemus*. Gud. *ergo* pro *igitur*. Ad sententiam vid. van Lynden. Disput. de Panaetio (Lugd. Bat. 1802) p. 60 sq. in primis autem p. 70. ubi laudat Wyttenbachii eximiam illam Disputationem de Placito Immortalitatis Animorum p. 69. De Coniunctivo *credamus* vid. Thortsenii, Dani, Comm. De Coniunctivo Modo eiusque Usu (Havniae 1827.) p. 78. Pro *dissentienti* est *dissidenti* in duobus Oxx., *disserenti* in Aug. *Mr.*

quem enim omnibus locis divinum] Duisb. et unus Ox. omittunt *enim*. Eius vocis loco Aug. habet *in*, ortam ex compendio illius n. Vid. Davis. ad Cic. de Legg. I. 1. 1. p. 2. ed. nostr. et Cr. Verba *quem sapientissimum* absunt a Cod. Mon. 1. Mox unus Ox. *Homerus*. Ed. P. *philosophorum Homerum*. Gud. 2. omittit *huius*, Aug. pergit *unam hanc*: unus Ox. omittit *unam*. Pro *non probat* Cod. Rehd. *improbat*, ut solet illius codicis sive scriptor sive corrector Ciceronem ubique corrigere et loqui docere. Post *negat* Gud. pergit *quod natum est*; Mon. 2. *quidquid sit natum*. Unus Ox. *nisi* pro *nasci*. Vind. 1. *vero* pro *autem*. Verbum *negat* omittit Gud. 2. *Mr.*

Declaret — procreentur] Sic. Reg. et Bak. Vulgo, *declarat — procreantur*. *D.*

declaret — procreentur] Scripsi *declaret* et *procreentur* cum Dav. Bentleio, nec vero, quia modestius est, scribere *declaret*, arrogantius *declarat*, ut aliud agens scripsit Bentleius: sed quia haec omnia, *quod decl. — procreentur*, sunt pars sententiae Panaetii, in oratione obliqua, post Accusativum cum Infinitivo, Coniunctivo modo efferenda. *Declarat* certe probari nequit, etiamsi feras *procreantur*. Et utrumque Coniunctivum exhibent Gryph. sex. Oxx. (quorum unus habet *quo* pro *qui*) Reg. Gud. 1. 2. Marb. Mon. 1. 2. Bern. Gud. Duisb. Edd. HWolf. FAWolf. Koel. Or., priorem Edd. Cam. Ern. Schz. Nobb., posteriorem Codd. Rehd. Vind. 1. 2. Aug. Edd. Sylb. Brut. P. H. In Ed. Ven. Alt. est *similitudine* ex corr. pro *similitudo*. Cod. Aug. omittit *in* ante *ingeniis*, ut saepissime absorberi solet prior syllaba vel posterior alteri similis. Unus Ox. habet *quod* pro *quae*. *Mr.*

Alteram autem affert rationem] Beroaldus ad h. l.: „Contra hanc rationem Augustinus in XXI. de Civit. Dei: quod animus dolorem pati potest, mori non potest: nec consequens esse, ut mortem faciat, quod dolorem facit. Platonici, asserentes immortalitatem animorum, dicunt animos non ex sua natura dolere, sed ex corporum contagione pollutos: quod et Virgilius sensit in VI. Aeneid. scribens: *Hinc* (id est ex terrenis corporibus moribundisque membris) *metuunt cupiunt-*

id aegrum esse quoque possit; quod autem in morbum cadat, id etiam interiturum; dolere autem animos; ergo etiam interire.

Haec refelli possunt: sunt enim ignorantis, quum de33
aeternitate animorum dicatur, de mente dici, quae omni 80
turbido motu semper vacet, non de partibus iis, in quibus aegritudines, irae libidinesque versentur: quas is, contra

---

que, dolent gaudentque." Locus Augustini est 21, 3. Virgilii 6, 733. — In Cod. Mon. 2. scribitur *affert autem*. Verb. ex Cod. MS. nescio quo laudat *vero* pro *autem* Ed. H. post *autem* habet *partem affert*. In seqq. Edd. A. B. S. E. C. V. Junt. Asc. 2. Rob. Steph. Ven. nostr. Cam. *nihil esse quum doleat*. Duo Oxx. omittunt *id*. Gud. 2. omittit *quoque*. Unus Ox. habet *quomodo*. Gud. Rehd. Duisb. habent *quoque esse*. Unde facile aliquis suspicetur, *quoque* spurium esse. *Mr.*

quod autem in morbum cadat] „Venit mihi olim in mentem: *in quod autem morbus cadat*." Ern. Sed vid. Jo. Vorstium de Latinit. falso suspecta p. 151 sq. Unus Ox. in seqq. bis *aut* pro *autem*. Vind. 1. Ed. H. *cadit*. Rehd. Vind. 1. *id et* pro *id etiam*. Aug. *dolore* pro *dolere*. Vind. 1. omittit *ergo*. Rehd. habet *ergo et interire* cum uno Ox. *Mr.*

c. 33. *Haec refelli possunt*] Ven. Alt. *haec refelli facile possunt*. Pergit Aug. *sunt enim ignorantes, cum haec de aet. an. dicantur*. Additur *haec* etiam ab uno Ox.; quorum tres cum Mon. 1. Vind. 2. Reg. Gud. 1. 2. consentiunt cum Aug. in scriptione *dicantur*; quod est librariorum constructionem non intelligentium. Vult autem Cicero: *quum de aeternitate animorum dicitur, de mente dicitur: quod illi ignorant*. Intelligit autem Platonicam illam distinctionem animae in *mentem*, sive rationem immortalem, et duas illas mortales partes, quae perturbarentur quasi morbis quibusdam *iracundiae* et *libidinum*; hoc vulgo notum, sicut etiam assignatae singulis sedes et velut domicilia quaedam: ut mens in capite, tanquam regina, praesideret: prope autem, sed intervallo tamen quodam, adesset in pectore iracundiae vis, tanquam ad imperium illius accipiendum: inferius autem, sicut ad praesepe, alligarentur libidines seu cupiditates. — In seqq. tres Oxx. *omnino* pro *omni*. Gud. 2. *turpitudo* pro *turbido*, unus Ox. *vocat*, alius cum Mon. 1. et Ed. H. *vacat*. Aug. inter *semper* et *vacet* interserit glossam *cum sit aeterna*. *Mr.*

in quibus aegritudines] Rehd. omittit *quibus*. Hoc autem loco monendum videtur, ne quis ex ea regula, qua Cicero, cum tria verba, substantiva, adiectiva, adverbia ponit, *ἀσυνδέτῳ* uti solet, hoc loco expungi velit *que*, scribendumque: *aegritudines, irae, libidines*: hic igitur praecipiendum videtur, videri tantum, non esse, enumerationem trium. *Aegritudines* enim sunt genus, cuius subsequuntur species, *irae* et *libidines*. Loquitur igitur, quasi dicat: *in quibus aegritudines versentur, iras dico et libidines*. Posuit autem *iras* plurali numero, non ut poetae v. c. in illo Virgiliano: *tantaene animis caelestibus irae?* Aen. I. 11; sed ad imitationem Graeci vocabuli Platonici *ὀργαί*. Ad rem cf. Diog. Laërt. III, 40, 67. ibiq. interprr. *Mr.*

versentur] Scribitur *versantur* in Codd. Marb. Vind. 1. Mon. 1. quinque Oxx. et Ed. H. Sed cum sit hoc verbum pars eius rei, quam ignorare dicuntur ii, quos carpit Marcus, eodem modo Coniunctivus recte ponitur, quo paullo superius *vacet*: ubi item duo libro (constanter certe) habent *vacat*. *Mr.*

contra quem haec dicuntur] „Vulgo vitiose *dicantur*." *Ern.*

quem haec dicuntur, semotas a mente et disclusas putat. Iam similitudo magis apparet in bestiis, quarum animi sunt rationis expertes. Hominum autem similitudo in corporum figura magis exstat: et ipsi animi, magni refert, quali in corpore locati sint. Multa enim e corpore exsistunt, quae

---

Davisius quoque pravam scriptionem servavit: quamquam nemo facile dixerit, quinam hic locus sit coniunctivo. Indicativum habent: unus Ox. Codd. Gud. 1, optimus, Rehd. Mon. 1. Edd. H. HWolf. marg. Lambb. Goth. et Verb. denique Edd. post Ern. omnes. In Gud. est *dicatur hoc*. Unus Ox. habet *quae* pro *quem*. *Mr.*

Semotas a mente et disclusas putat] Plato videlicet in capite rationem ponit; iram vero in pectore locat, cupiditatem subter praecordia. Vide supra cap. X. et Diogenem Laertium III, 67. *D.*

Semotas a mente et disclusas putat] Vind. 1. et Aug. post *semotas* addunt *etiam*. Ed. H. *ac* pro *et*. Unus Ox. *dissolutas*, sed in marg. al. *disclusas*. Duo Oxx. habent *putet*, quod coniecit legendum esse Reiskius. *Mr.*

Iam similitudo magis apparet in bestiis] Pro *iam* est *nam* in duobus Oxx. Aug. Edd. Fr. Fabr. (sed in marg. est al. *iam*) Brut. (sed hic in marg. probat lectionem Cod. Gryph. *iam*) Rob. et Car. Steph. Boul. Lamb. Goth. Leod. HWolf. Ald. Sylb. Sturm. „Quae *similitudo?* excidit verbum *ingenii*, opinor, quod contextus desiderat.“ *Ern.* Ernesto paruit Schützius: cupidius, credo, quam debuit. Opponit ei Bill. recte verba, quae paullo antecedunt: *quae etiam in ingentis, non solum in corporibus appareat*: et quae statim subsequuntur: *hominum autem similitudo in corporum figura magis exstat*. Neque etiam audiendus Reiskius, qui coniecit: *Iam animorum similitudo*. Sch. scripsit *Iam simililudo ingenii*. Vocem *magis* omittit Cod. Gud. Attendendum autem est h. l. ad usum vocis *animi* de bestiis: cf. Kaercher. in Allg. Schulztg. 1828. II. 111. — Pro *rationis* est *ratione* in Cod. Gud. 2. *Iam* reperit etiam Lamb. in Cod. Huralt. *Mr.*

Hominum autem similitudo] De similitudine vid. Plin. H. N. VII. 12. p. 379 sq. qui etiam causas similitudinis reddere studet. In marg. Edd. Lambb. Goth. est coniectura *item* pro *autem*, non necessaria. Vid. Wopkens. Lectt. Tull. p. 10 sq. ubi vid. Handii annot. 10. et Hand. ad Tursellin. p. 563. Pro *corporum* unus Ox. et Gud. *corpore*: in Duisb. est *figura corporum*: Vind. 1. omittit *magis*. Tum Gryphii Cod. habet *exsistat*, Gud. 2. et unus Ox. *existat*, Duisb. *existit*. Ne vero cui praeferendum videatur *existit*, conferenti Cic. de Div. I. 28. 58: *cum tu — nusquam apparuisses — tum te repente exstitisse*; non illud tantum moneo, quod per se patet, *exstitisse* esse non magis ab *existere*, quam ab *exstare*: sed ipsum verbum *exstare* ita poni, ut sit i. q. manifestum esse et iungi hoc sensu cum verbis *apparere* et *eminere* de Orat. I. 16. 72. *tamen apparet atque exstat, utrum* etc. III. 26. 101: *quo magis id — exstare atque eminere videatur*. *Mr.*

et ipsi animi, magni refert, quali in corpore etc.] Unus Ox. *anima*. Vocem *magni* omittit Mon. 1; contra Gud. 2. habet: *ipsi animi magni magni refert. quali* etc. Gud. duo Oxx. *magis refert*. Rarior est locutio *magni refert*, sed est ad Att. IV. 1. ubi verba Caesaris laudantur: *magni refert, hic quid velit*. Terent. Heaut. III. 1. 58. dixit: *permagni refert*. Pro *locati sint* duo Oxx. *existant*. Duisb. *sint locati*. Vind. 1, *sunt locati*. Mon. 1. Edd. A. B. S. C. Ven. Alt. (ex corr.) et nostr. Junt. Fr. Fabr. Asc. 1. 2. Pro *acuant*

acuant mentem; multa, quae obtundant. Aristoteles quidem ait, *omnes ingeniosos melancholicos esse;* ut ego me tardiorem esse non moleste feram. Enumerat multos; idque quasi constet, rationem, cur ita fiat, affert. Quod si tanta vis est b. ad habitum mentis in iis, quae gignuntur in corpore; (ea

---

unus Ox. *acuat.* Cod. Duisb. habet; *existunt quae multum mentem obtundant.* Unus Ox. *multaque obtundant,* alius *multaque contundant.* Ut nostro loco sibi opponuntur invicem *acuere* et *obtundere:* ita componuntur in dictione *acies obtusa,* de Sen. 23, 83. *Mr.*

Aristoteles quidem ait] Hoc ponit et rationibus confirmat Stagirita Problem. XXX. quaest. 1. Seneca de Tranq. cap. XV. *Aristotelis nullum magnum ingenium sine mixtura dementiae fuit.* Plutarchus in Lysandr. p. 334. Ἀριστοτέλης δὲ τὰς μεγάλας φύσεις ἀποφαίνων μελαγχολικάς, ἱστορεῖ καὶ Λύσανδρον οὐκ εὐθύς, ἀλλὰ πρεσβύτερον ὄντα, τῇ μελαγχολίᾳ περιπεσεῖν. Phavorinus etiam Philosophus in eadem, atque Aristoteles, fuit haeresi. *Scitote,* inquit, *tamen intemperiem istam, quae μελαγχολία dicitur, non parvis nec abiectis ingeniis accidere,* ἀλλὰ εἶναι σχεδόν τι τὸ πάθος τοῦτο ἡρωϊκόν. Apud Agellium N. A. lib. XVIII. cap. 7. *D.*

Aristoteles quidem ait etc.] Scribitur *malencholicos* in uno Ox., *melancolicos* in Gud. 2. Marb., *melencolicos* in Aug.; *melanconicos* in Vind. 1. 2. Ad sententiam iis, quos laudat Dav., adde Coel. Rhodigin. Antt. Lectt. XVII. 5. p. 900 sq. (Ed. Frcf. 1666.) conf. eiusd. libri c. 1. p. 892. — Pro *ut ego* Cod. Mon. 1. *aut ego.* Ed. Ven. Alteri ex corr. *ut ergo.* Mon. 2. *tardiorem me esse.* Ad haec verba recte Kühnerus monet, interpretes germanicos verbum *tardiorem* ad *sanguinem* trahentes vertere, ac si Cicero dicere voluerit: *ut ego me tardiorem sanguinem habere,* h. e. *me melancholicum esse, non moleste feram.* Perperam vero hoc fieri, quia *tardus* alibi non de sanguine dicatur, et sententia praeterea exiret insulsa: loqui potius Ciceronem εἰρωνικῶς dicentem: Aristoteles omnes ait ingeniosos melancholicos esse: ego vero non sum melancholicus, ergo non ingeniosus: nec tamen moleste id fero; nam ego paullo tardiore, h. e. hebetiore ingenio, sine melancholia, malo esse, quam ingenii praestantia excellere, melancholia laborans. Tali modo miram Aristotelis opinionem confutare voluisse videtur Cicero — quare addit etiam: *idque quasi constet* etc. Recte Kühnerus. Sed non omnes interpretes Germanici perperam intellexerunt locum. Diezius enim in versione libri primi seorsim edita (Magdeb. u. Lpz. 1780.) vertit: weshalb ich auf meinen langsamern Kopf eben nicht böse sein möchte. Büchlingius in vers. omnium V. librorum: Im Vorbeygehen: ich bin es zufrieden, weniger talentvoll zu sein. Recte etiam vertit Olivetus: *c'est ce qui me console de la mediocrité de mon génie.* Quam saepe autem *tarditas* et *tardus* de ingenio dicatur a Cicerone, nemo est, qui nesciat. — Vocem *me* omittit Aug.; verbum *esse* duo Oxx. Tum Cod. Gryph. et unus Ox. *Et numerat.* Aug. *enumerant.* Unus Ox. *id* pro *ita.* Gud. 2. habet *cur adfert ita fiat.* Vind. 1. *ita sit.* Ad constructionem consecutivam, qua *ut* ponitur pro *ita ut* vid. nos ad Cic. de Rep. I. 33. p. 132. ed. nostr. Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 32. 105. p. 278. ad de Finn. II. 5. 16. p. 139. In Cod. Duisb. *rationem* ponitur post *fiat. Mr.*

quae gignuntur in corpore] Bouh. quum in uno Cod. Leid. reperisset: *quae gignuntur a corpore,* ita corrigendum esse censuit. Habent idem duo Oxx. Vind. 2. Gud. Rehd. Mon. 1. 2. Nissen. coniecit *e corpore.* Praeter necessitatem uterque: quamvis, ut videmus ex

sunt autem, quaecumque sunt, quae similitudinem faciant:) nihil necessitatis affert, cur nascantur animi, similitudo.

---

lectionis varietate, iam librarii vel correctores nostro loco mederi conati sint. In margg. Edd. Lambb. et Goth. dicitur alios legere *ea autem sunt:* quam ego lectionem in sola Ed. HWolfii reperi. In Mon. 1. post *quaecunque sunt* additur *aut. Mr.*

quae similitudinem faciant] *Faciunt* habet Cod. Vind. 2. Ed. vet. Bouhierii, Lamb. FAWolf. Koel. Schz. Or. Ego vero, ut non mutarem Indicativum, si esset in optimis libris: ita Coniunctivum facile fero, ut *quae* dictum esse videatur pro *eiusmodi, ut*, vel ut intelligas: *ea sunt autem ita comparata, ut similitudinem faciant*, vel: *ea sunt autem hâc natura, ut — faciant.* Quare non cum recentissimo editore dixerim Coniunctivum sententiae repugnare. — Ed. H. pergit *ut nihil.* Codd. Marb. Mon. 1. *necessitas. Mr.*

nihil necessitatis affert, cur nascantur animi, similitudo.] „Locus hic foede corruptus erat, vitiosa interpunctione et unius literae detractione: quem sane feliciter, praefiscine, interpunctione mutata, et litera *n* reddita, restitui. Sic autem habent libri omnes vulgati: *nihil necessitatis affert, cur nascatur, animi similitudo*, etc. nulla sententia. Nunc autem, ut a me editus est, optima sententia est. nihil necessitatis, inquit, affert similitudo procreatorum, quare nascantur animi, quia similitudo a corpore proficiscitur.“ *Lambinus.*

Cur nascatur animi similitudo] Iactat D. Lambinus se restituisse *cur nascantur animi, similitudo;* sed non erat, cur ob eam emendationem superbiret vir doctissimus: ita enim iamdudum correxerat P. Manucius, quod verbulo notasse candidi fuit ingenii. Codices omnes cum nostri, tum aliorum, vulgatam lectionem constanter exhibent; nec male quidem si modo, virgula immissa, legas *cur nascatur, animi similitudo. D.*

cur nascantur animi, similitudo.] Quod ait Dav. Lambinianam emendationem a P. Manutio profectam esse, id in mea quidem Aldina, quae habet illius viri emendationes, non factum esse reperio. Quod vero ait Lamb. in Edd. vett. distingui post *nascatur*, id in Edd. quae ad manum sunt, non est factum: omnes habent: *cur nascatur animi similitudo.* Nec vero ista distinctione, qua tueri vult vulgatam Dav., aliquid proficitur. Quid enim? etiamsi ad *nascatur* intelligas *animus* ex sequenti *animi similitudo;* tamen corruperis sententiam. Non enim vult, animi similitudinem nihil necessitatis afferre, cur nascatur animus; sed omnem similitudinem nihil afferre necessitatis, cur nascantur animi. Hoc vidit etiam HWolfius, qui solus ex illius seculi editoribus cum Fr. Fabr. edidisse videtur, ut Lamb. Bouhierius quoque Lambino assentit, itemque Olivetus, qui recepit eandem lectionem; aliam frustra defendit Lallemannus et novissime Nissenius, distinctione Davisiana persanatum locum existimans. Ern. hunc quoque locum, ut infinitos, intactum reliquit, et frugibus inventis ad glandes rediit: eumque religiosius hoc quoque loco secutus est Nobbius. Ceteri post FAWolfium receperunt Lambini emendationem palmariam, Koelium dico, Schützium Tbn. et Orellium, quam ita etiam commendavit Reiskius: „*Nascantur* Venet. 1. 2. Med. 1.; *nascatur* Med. 2. Junt. Scur. Ald. Steph. Unde confirmatur Lambini coniectura, in quam ipse quoque incidi, legendum esse *nihil necessitatis affert, cur nascantur animi, similitudo.* Hoc est: non sequitur necessario, nasci animos, ex eorum similitudine.“ Praeter istas Edd. vett. habent etiam hanc lectionem tres Oxx. Unus plane omittit verba *cur nascantur. Mr.*

Omitto dissimilitudines, Vellem adesse posset Panaetius; (vixit cum Africano:) quaererem ex eo, cuius suorum similis fuisset Africani fratris nepos? facie vel patris, vitâ omnium perditorum ita similis, ut esset facile deterrimus:

Omitto dissimilitudines] Vulgo *similitudines*. Lectionem, quam dedimus, extudit sagax Cl. Bentleii coniectura. *D.*

Omitto dissimilitudines] Ita scribendum erat cum Bentl. Dav. Ern. et seqq., quamquam libri omnes in vulgata pridem (*similitudines*) conspirant: nisi quod est in marg. Verb. sine dubio ex Cod. a Bentleio laudato, *similitudinem*. Rationes emendationis post Bentleium addere, non est necessarium. quamquam Lallemannus, nulla ratione addita, Bentleianam conicturam supervacaneam esse existimavit. Sententia est: Accedere posset argumentis a me prolatis illud quoque, quod multi sunt patrum dissimillimi: sed nolo id nunc uberius persequi. *Mr.*

Vellem adesse posset Panaetius; (*vixit cum Africano*:) *quaererem* etc.] „Aliter in manuscripto legitur hic locus: *vellem adesset Panaetius: quaererem.*" *Ursinus*. Ed. H. inter *adesse* et *posset* interserit *in*. Marb. habet *vix* pro *vixit*. Recte monet FAWolfius, verba *vixit cum* non significare tantummodo eum fuisse *aequalem* Africani maioris, sed *familiarem*. Conf. van Lynden. de Panaetio §. XI. p. 38 sqq. *Mr.*

Vixit cum Africano] Velleius Paterculus I, 13. *Scipio tam elegans liberalium studiorum omnisque doctrinae et auctor et admirator fuit, ut Polybium* Panaetiumque, *praecellentes ingenio viros, domi militiaeque secum habuerit*. Vide Plutarchum Tom. II. pag. 777. et Menagium ad Laertii VII, 39. Parum suo generi respondere liberos, exemplis ostendunt Josephus Ant. Jud. VI, 3. §. 2. Hieronymus ad Furiam Epist. X. pag. 81. et Spartianus in Severo pag. 72. ed. Paris. Vide et Stobaeum Serm. LXXXV. *D.*

quaererem ex eo] Cod. Marb. *quaerentem*, Aug. *querentem*. Sequitur in Codd. Vind. 2. Gud. *cui suorum*. Pro *fuisset* Aug. *esset*. Post hoc verbum in Cod. Gud. additur *facie*. *Mr.*

Africani fratris nepos] „Quia ἀδέσποτος quidam commentarius (in Ed. Leod. a Quercu. Paris. 1562. 4.) monet rectius legi in vetusto exemplari *Africani nepos, fratris facie vel patris*, quam id sit falsum, vide Africani minoris, qui natura Paulli Aemilii filius fuit, frater a Q. Fabio Maximo, Verrucosi filio, adoptatus, ut Appianus in Hispaniensi tradit, et Q. Fabius Maximus Aemilianus dictus, Consul fuit a. u. DCVIII. Huius filius, et Paulli nepos fuit Q. Fabius ille, qui, Consul a. u. DCXXXII, Allobrogici cognomen ex victoria contra Allobroges invenit, ut Cicero in Bruto, Asconius in Verr. et Livius lib. 61. demonstrant. Iam Q. Fabii Maximi Allobrogici, et civis et imperatoris clarissimi, filium Q. Fabium Max. perditissimam luxuria vitam egisse, Valerius Max. Lib. 5. cap. 3. scribit. Quem Cicero hic significans, recte Africani fratris nepotem vocat: quare Beroaldus quoque fallitur," *Fr. Fabricius*. Locus Valerii Maximi non est L. V. c. 3. sed III. 5. 2. p. 286. Ed. Torrenii p. 187. ed. Kappii. *Mr.*

facie vel patris] *Vel* omittunt tres Oxx. Edd. V. L. Fr. Fabr. Rob. Steph. Leod. HWolf. Lall. Oliv. Omnia tria vocabula omittit Cod. Duisb. Reiskius, „Sic, ait, distinguo: *facie? vel patris — vita? omnium* etc." Sed merito neminem obsequentem habuit. Kühnero ad *vel* intelligendum videtur *simillimus*. Pro *vita* est *iste* in Edd. Junt. C. Asc. 2. (sed haec in marg. ex MS. habet *vita*) Cam. (in marg. item *vita*). Pro *perditorum* unus Ox. *praeditorum*, ex male

cuius etiam similis P. Crassi, et sapientis et eloquentis et primi hominis, nepos, multorumque aliorum clarorum virorum, quos nihil attinet nominare, nepotes et filii? Sed quid agimus? Oblitine sumus, hoc nunc nobis esse propositum, quum satis de aeternitate dixissemus, ne si interirent quidem animi, quicquam mali esse in morte? A. Ego vero memineram; sed te de aeternitate dicentem aberrare a

---

intellecto compendio. Pro *similis* Mon. 1. *similes*. *Facile* abest a Cod. Marb. Eius loco est *facie* in Codd. Gud. tribus Oxx. Edd. H. Tum *teterrimus* habent Codd. Gud. Vind. 1. Edd. A. B. C. V. Cam. Ven. nostr. Asc. 2. (sed in marg. MS. *deterr.*) Rob. Steph. In marg. Lambb. et Goth. et a Gebhardo notatum est Lambinam exhibere *taeterrimus*. Sed in collatione Oliveti et Orellii huius lectionis non fit mentio, posterior etiam in schedis annotavit, nihil variare Lambinum. Cod. Marb. *deterior*. *Mr.*

cuius etiam similis P. Crassi — nepos] „Fuit ei item nomen P. Licinii Crassi. Vid. Ruperti Tabb. Genealogg. p. 113." *Or.* In Ed. P. scribitur *similis etiam*. Aug. *etiam similis esse P. Crassi*. Unus Ox. omittit *et* post *Crassi* et in seqq. vocem *clarorum*. Abest etiam *et* a Cod. Vind. 1. Edd. A. B. C. V. Junt. Ven. nostr. Asc. 2. Cam. Rob. Steph. *Mr.*

et primi hominis nepos] Verba *et primi* absunt ab Edd. Lamb. Goth. Sturm. Ald. Sylb. Brut. Boul. Asc. 1. Car. Steph. HWolf. (hic vero in parenthesi: alii addunt *et primi* alii *in primis*) Fr. Fabr. et, quas contulit Reisk., Ven. 1. Med. 2. Ald. Steph. Et habent verba *et primi* omnes, quod sciam, Codd. MSS. cf. etiam Schotti Nod. Ciceron. IV. 16. p. 387. qui laudat Verrin. VI: *a Lysone Lilybaetano primo homine*. Or. laudat Cic. Topic. §. 26: *definitionum duo genera sunt prima*. Add. in Verr. Act. II. L. III. 71. 168. *primorum hominum atque honestissimorum*. De hoc Crasso, viro vere primario, dicere solebant homines, eum quinque habuisse rerum bonarum maxima et praecipua: fuisse enim ditissimum, nobilissimum, eloquentissimum, iurisconsultissimum et pontificem maximum. — Vocem *nepos* Mon. 1. habet post *multorumque*. *Mr.*

clarorum virorum] Hunc verborum ordinem habent Codd. Bentleii omnes, Rehd. Gud. Duisb. Aug. Marb. Mon. 2. Vind. 1. 2. Edd. S. E. C. V. M. Rob. Steph. Cam. Ald. Leod. Dav. Or. Reliqui inverso ordine *virorum clarorum*. Mox Vind. 1. *numerare*, sed in marg. *nominare*. Pro *nepotes* unus Ox. *nepos*. Tum Cod. Gud. 2. *et filios*, quod est librarii vel correctoris ad *quos — nominare* respicientis. In seqq. Cod. Duisb. et Ed. H. *nobis nunc*. Gud. 2. *hoc esse nunc nobis*. Ad verba *nobis esse propositum* FAWolfius intelligit *demonstrare, docere*. Ita Or. Philipp. VII. 7. 21: *dixi de periculo: docebo, ne coagmentari quidem posse pacem. De tribus enim, quae proposui, hoc extremum est*. Plenius loquitur Partit. Orat. 26. 91. *in cohortando — propositum quidem nobis erit illud, ut doceamus, qua vi bona consequi — possimus*. *Mr.*

cum satis de aeternitate dixissemus] Edd. B. C. V. Junt. Rob. Steph. Asc. 2. Cam. *dixerimus*. Edd. A. et Ven. nostr. *dixemus*. Cum illis facit Cod. Vind. 1. Pro *interirent* unus Ox. *interire*. Mox Cod. Gud. Ed. H. *quicquid esse in morte mali*, unus Ox. *male*. Gud. 2. *esset*. Vind. 2. *quidquam esse in morte mali*. Tum Ed. H. *ego non me mineram*. Pergit Gud. *si* pro *sed*. Aug. et unus Ox. omittunt *te*. *Mr.*

proposito facile patiebar. M. Video te alte spectare, et 34
velle in caelum migrare. A. Spero fore, ut contingat id 82
nobis. Sed fac, ut isti volunt, animos non remanere post
mortem: video nos, si ita sit, privari spe beatioris vitae.

---

aberrare a proposito] Omittunt *a* unus Ox. Mon. 1. Edd. Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Junt. Ald. Steph., quas contulit Reisk. praeterea P. A. B. C. Rob. et Car. Steph. Asc. 1. 2. Cam. Sturm. Boul. Lambb. Goth. In Ed. Fr. Fabr. est *a propositio*. Reliqui libri omnes habent, ut nos edidimus: quam lectionem non debebat Wopkensius p. 190. ed. Hand. habere pro coniectura Lambini. Conf. novam Ed. Forcellini Schneeberg p. 6. med. Pessime Rathius edidit *discentem*. Ad sententiam Nissen. l. c. p. 28. haec (ad v. *facile patiebar*:) „Cur? quia nolebat de altera parte audire, ne si interirent quidem animi, quicquam mali esse in morte. Aberrans igitur a proposito Cicero forsan alteram partem relicturus erat. Sic apte respondet Marcus: *Video te alte spectare.*“ *Mr.*

c. 34. *M. Video te alte spectare*] Hanc lectionem cum in Codd. Reg. Leidd. et sua Ed. vet. reperisset Bouh., commendabat vir ille doctus ex Somn. Scip. VII: *Alte spectare si voles, atque hanc sedem et aeternam domum contueri.* Ernestus: „Edd. vett. plures *alta*: qua forma et alibi Cicero utitur. Sed et *alte spectare* est in Somn. Scip. 7. in eadem, qua hic est, sententia.“ Habent *alte* Codd. omnes, itemque Edd. Ven. nostr. Asc. 1. P. A. S. et post Gebh., qui recte confert Graecum *ἄνω βλέπειν*, omnes. Ad verba *at velle in caelum migrare* commode Beroaldus: „cupere, veram esse animi immortalitatem, ut possis a morte remigrare ad caelestę domicilium, unde ortus est et origo animarum.“ *Mr.*

Et velle in caelum migrare.] Elegantius, si notis literarum, quibus personae significantur, inductis, continuata oratione ita legatur: — *migrare: spero fore, ut contingat id nobis; sed fac, ut isti volunt, animos non remanere post mortem: video nos, si ita sit, privari spe beatioris vitae: mali vero* etc.“ *P. Manutius.* Probat hanc sententiam Brutus, laudatque Lambinum personarum nomina omittentem cum Cod. Gryph. cum haec omnia pertineant ad Ciceronem docentem. Pro *spectare* Marb. habet *sperare*, quod melius conveniret scriptioni *alta*, nec vero sententiae Ciceronis. Idem *vellem:* et mox *hoc* pro *id*. Davisius Bentleii sententiam secutus est, q. v. Nos cum FA. Wolfio, Schz. Or. facimus in personis distinguendis. Pro *spero* Lamb. Fr. Fabr. et HWolf. sine libris, ut videtur, dederunt *speroque*, haec Ciceroni tribuentes. Unus Ox. habet *spero forte*. Unus omittit *fac*. Quod sequitur *isti*, Stoicos respicit. Vind. 2. Gud. Ed. H. *post mortem non remanere*. *Mr.*

video nos, si ita sit, privari] FAWolfius ex coniectura, sine dubio, (quamquam neque in var. lect. neque in scholis aliquid monuit,) dedit *vides*, eumque secuti sunt Schz. Or. Quod si in uno tantum Codice melioris notae reperissem, amplexus essem: nunc, cum optimos aeque ac minus bonos occupet *video*, idque ferri possit, novare aliquid non ausus sum. Iam vide *video* defendentem R. Klotzium in Jahnii Annall. 1834. 9. p. 40. — Pro *privari spe* Vind. 1. habet *spe privari*. Unus Ox. *fit* pro *sit*, ex prava, ut videtur, correctione hominis alicuius, qui coniunctivum non concoqueret. In seqq. unus Ox. *affers*, quod item ingenio correctoris deberi videtur. Pro *ista* solus, ut videtur, Alt. edidit *illa*. Intelligenda vero est Stoicorum sententia. *Mr.*

M. Mali vero quid affert ista sententia? Fac enim sic animum interire ut corpus: num igitur aliquis dolor, aut omnino post mortem sensus in corpore est? Nemo id quidem dicit: etsi Democritum insimulat Epicurus: Democritii negant. Ne in animo quidem igitur sensus remanet: ipse

---

Fac enim sic animum interire] *Enim* abest ab Edd. Fr. Fabr. E. M. L. Junt. (in hac deest etiam *sic*) A. B. S. C. (hae item ut Junt. cum Ven. nostr. Cam. Asc. 2.) Car. Steph. Lamb. Goth. Boul. Sylb. HWolf. Ald. Sturm. Asc. 1. Brut. Hae omnes habent praeterea inverso ordine *animum sic*, ut Codd. Mon. 1. 2. Rehd. Aug. Edd. Leod. Rob. Steph. P. V. In Vind. 1. legitur *animum interire sic*. Pro *num* unus Ox. et unus Pal. *nunc*, quod placebat Gebhardo: alius Ox. habet *non*. *Mr.*

aliquis dolor] Ita libri omnes: neque ego aliquid muto. Illud moneo, non constare sibi neque libros neque editores in scribendo illo pronomine: dicunt enim *aliquis* scribendum esse, ut certus quidam subindicetur; *aliqui* vagius poni, quum scriptor, quod vel revera nesciat, vel quod nolit diligentius notare, significet. Ern. vero ad Cic. ad Famm. VII. 1. Ciceronis aetate non scribere solitos esse scriptores Romanos *aliqui*. Sed vid. nostram eandem locutionem loco Epp. citato, ubi nunc Or. et pridem Victorius *dolor aliqui*. Infra IV. 16. 35. post FAWolfium ediderunt *aliqui terror*, itemque V. 21. 62. Vid. de ea re Ed. Germ. Forcellini v. *aliqui*, nos ad Cic. de Rep. I. 44. p. 179. III. 16. p. 373. Add. Frotscher. Obss. Critt. in Quinct. p. 34. Jahnii Annall. Philoll. 1829. II. 4. p. 390. *Mr.*

Nemo id quidem dicit,] Codd. Gud. Vind. 2. Ed. H. *quidem id*. Pro *etsi* sequitur *quasi* in Cod. G., *quia si* in Duisb. uno Ox. et Ed. H.; alius Ox. habet *et sic*. *Quasi* vel *quia si* esse dicit etiam Gebh. in duobus Pall. Ad verba *Democritum insimulat Epicurus* Camerarius in comm.: „Quod ait Cicero ab Epicuro Democritum accusari, quasi tribuisset corpori sensum aliquem post mortem: ex eo duci videtur, quod Democritus primordia singularum partium in corpore cum animae principiis coniunxisse atque pertexuisse perhibeatur, unde ille usus varius atque diversus membrorum existeret. Si igitur e. g. anima annexa peculiariter est manui, cumque illa etiam recisa de cubito trepidet, cumque digitis micare cernatur, sentire tum etiam non falso fortasse dicatur. Quamquam nihil est necesse motui sensum attribuere.“ *Mr.*

Cap. 34. *Democritici negant*] In Eliensi sec. legitur, *statim Democritici negant*; sed is Codex nimis est interpolatus, quam ut soli tuto credatur. Respexit autem, nisi fallor, Epicurus ad *reviviscendi promissam Democrito vanitatem*; de qua Plinius H. N. lib. VII. cap. 55. *D.*

Democritii] Ita scripsi cum Bentl. Dav. (in Ed. 2.) Or. Graecâ formâ, quae infra II. 32. 52. est in libris optimis et plurimis, nostro loco tantummodo in duob. Oxx. et Aug. ubi legitur *Democriti* i. e. *DemocritI*. (Democritii). Dav. in Ed. 2. *Democritei*. Quamquam, quod monet Bouh. de Or. I. 10. sine lectionis varietate est *Democritici*. Vind. 2. habet *Democtotici*. *Mr.*

Ne in animo quidem igitur] Cod. Rehd. *nec* Aug. *non* pro *ne*. Duisb. habet *igitur quidem*. Laudat hunc locum Goerenz. ad Cic. de Finn. V. 30. 91. propter particulam *igitur* quinto loco positam. Illo loco quartum occupat: *ne seges quidem igitur est*. Quarto loco est etiam apud Cic. de Div. I. 15. 27. p. 73. ubi plures laudavimus et

enim nusquam est. Ubi igitur malum est, quoniam nihil tertium est? An, quoniam ipse animi discessus a corpore non fit sine dolore? Ut credam ita esse, quam est id exiguum! et falsum esse arbitror: et fit plerumque sine sensu,

---

de Div. II. 3. 8. p. 303. ubi item vid. nostr. ann. *Igitur* abest ab uno Ox. Verba *igitur — quoniam* absunt a Cod. Vind. 1. Unus Ox. habet *remanent*, alius *nunquam*. Pro *tertium* Cod. Aug. *certius*. Post hanc vocem omittunt *est* Edd. A. B. C. V. M. L. Asc. 2. (sed in marg. MS. add. *est*) Rob. Steph. HWolf. Sturm. Ald. Sylb. Cam. Ven. nostr. Junt. Brut. Boul. Goth. Sed Codd. tuentur verbum ad unum omnes. Unus Ox. habet *certum est*: alius *quando nihil tertium est aeternum est*: ubi habes glossam vel correctionem in orationis seriem receptam. Rehd. habet *cum* pro *quoniam*; Duisb. *tertium nihil*. Post *an* omittunt *quoniam* Edd. H. Lamb. Fr. Fabr. nemine assentiente. Pro *fit* est *sit* in duobus Oxx. quam egregiam emendationem, invitus fortasse, recepit Billerb. *Mr.*

Ut credam *ita esse*] Malim, *ut* cedam *ita esse;* nam *cedere proprie dicitur, qui contra sententiam suam alteri consentit,* ut ait Servius ad Aen. II, 704. *D.*

Ut credam ita esse] Parum feliciter locum sanum corrigere instituit Dav. coniiciens *cedam*, quod cum Acc. c. Inf. plane alienum est a Ciceronis usu, qui nonnisi composito *concedo* sic utitur. De constructione *ut credam — totumque* vid. Goerenz. ad Cic. de Legg. II. 7. 15. p. 125. *Mr.*

quam est id exiguum] Scribitur *id ad exiguum!* in quinque Oxx. duobus Pall. Edd. P. A. quod recipiendum videbatur Gebhardo in Crepund. p. 383. (43.) ut subaudiatur *tempus*, quia statim sequitur: *Fit enim ad punctum temporis:* ab eaque suspicione in annot. ad h. l. non discedere se ait. Ferri posset: *quam est id ad exiguum*, si statim subsequeretur: *non modo* [non] *ad magnum temporis spatium*. Sed cogitabat fortasse Gebh. de constructionibus, qualis est *ad praesens*: verum ea utuntur Plinius, Tacitus, Suetonius: Cicero non item: apud quem reperies *in praesens*. Vid. Hand. Tursellin. I. p. 128. Reiskius, qui eandem lectionem reperisset in Edd. Ven. 1. 2. Med. 1. coniecit inde: *quam est id exiguum! at et falsum* vel *sed et falsum*. In similem suspicionem sine libris iam inciderat Bouhierius, pro *et* coniiciens *at*, quod probabat Ern., receperunt FAWolf. Koel. Schz. Or. Sed mutatione non est opus. Haud raro enim Cicero *et* ita ponit in oppositione, ut auctiori et graviori sensu dicatur pro *imo vero, quid? quod* — Ita h. l. *et falsum esse arbitror* dicitur pro: *et ne credo quidem: nam falsum esse arbitror:* vel pro *et omnino falsum esse arbitror*. Vid. nos ad Cic. de Legg. II. 8. 21. p. 213 sq. ad de Div. I. 18. 35. p. 93. ed. nostr. Cod. Mon. 2. habet *quam id sit exiguum! Mr.*

et fit plerumque sine sensu] Unus Ox. *et sic:* duo et Marb. *sine dolore*: ubi agnoscis glossam. Mox Duisb. *plerumque etiam*, sed supra lin. *nonnunquam*. Mon. 1. *tum* pro *cum*. Ad sententiam Beroaldus: „Scribit Plato in Timaeo, mortem, quae ex senio venit, esse levissimam, et cum voluptate potius, quam cum dolore, contingere. Cato in libro de Senectute inquit *vitam adolescentibus vis aufert: senibus maturitas. quae mihi quidem tam iucunda est, ut, quo propius ad mortem accedam, quasi terram videar videre, aliquandoque in portum ex longa navigatione esse venturus.*“ Est hic locus Cat. maj. 19, 71. Locus Platonis hic est Tim. p. 82. Steph. 121. Bekk.:

83 nonnumquam etiam cum voluptate: totumque hoc leve est,
p. 166 a. qualecumque est: fit enim ad punctum temporis. Illud angit, vel potius excruciat, discessus ab omnibus iis, quae sunt bona in vita. Vide, ne a malis dici verius possit.

ὁ δὲ μετὰ γήρως ἰὼν (θάνατος) ἐπὶ τέλος κατὰ φύσιν ἀπονώτατος τῶν θανάτων καὶ μᾶλλον μεθ' ἡδονῆς γιγνόμενος ἢ λύπης. *Mr.*

Totumque hoc leve *est*] *Breve* dant Bak. et Eliens. pr. pro varia lectione. *D.*

totumque hoc leve est] Duo Oxx. *totum.* Unus omittit *hoc* cum Cod. Rehd. Edd. a Reiskio collatis Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Junt. Scur. Ald. Steph., ab Orellio P. A. B. L. nostris Fr. Fabr. Ascens. 1. 2. (sed haec in marg. ex MS. *totum hoc*) Car. Steph. Ven. nostr. H. Wolf. Sturm. Brut. Boul. Sylb. Quod ex duobus Codd. pro varia lectione enotavit *breve,* commendavitque Bentleius, habent nostri Aug. et Gud. itemque Ed. Ven. Alt. Sed illud *breve* est correctoris scioli, qui prospiceret ad verba: *fit enim ad punctum temporis,* nec vero intelligentis ineptum esse et plane supervacaneum dicere illud *breve* esse, quod fiat *ad punctum temporis.* Recte Nissen. „Vox, ait, paenultima frustra oppugnatur a Bentl. Nam *qualecunque est* i. e. sive cum sensu, sive sine sensu, sive cum dolore moriamur. Ille tamen malebat *breve.*" Verbum *est* in Aug. mutatum reperitur in *et.* Verba *qualecunque est* absunt ab uno Ox.; duo habent: *quantumcunque est*: quorum loco Cod. Gud. 2. haec habet compendia: *q pl'mq:ē* (with *a* above *q*). Pro seq. *fit,* sine dubio prospiciens ad sequentia *angit, excruciat,* librarius unus Oxoniensium ex ingenio dedit *ferit*: parum curans, an bene dicatur: *ferire ad punctum temporis.* Alius Ox. omittit haec omnia: *fit — temporis?* Ad constructionem formulae *qualecunque est* vid. Beier. ad Lael. 16. 59. p. 96. *Mr.*

Illud angit] Tales oppositiones, sine particula adversativa, Ciceroni sunt satis frequentes. Vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 34. 114. p. 291. Verba *illud angit — in vita* in nonnullis Edd. tribuuntur Auditori, quod factum probat Ernestus cum Bouh. et est etiam in aliquot Oxx. marg. MS. Ed. nostr. Asc. 2. Edd. Bip. Oliv. et Lall. Improbat Nissen. Cod. Mon. 2. pro *vel* habet *ut,* ex male lecto compendio. Ad rem et sententiam cf. A. Matthiae Verm. Schrr. p. 45. *Mr.*

discessus ab omnibus iis, quae sunt bona in vita] Dav. in Ed. 2.: *discessus a bonis his, quae sunt in vita*: Bentleio nimirum obsecutus, cui in Ed. 2. serviliter se addixerat. Idem probat Ern., propter sequentem correctionem: *vide, ne a malis.* Mireris certe, non vidisse viros doctissimos notissimam illam attractionem, qua Substantivum in praepositione relativa includitur: de qua v. Krüger. üb. d. Attract. p. 33. 90. 185. 256. nos ad Cic. de Legg. III. 5. 13. p. 402. Ruddimann. Inst. L. L. II. p. 18. Recte Nissen. ad h. l.: „In *omnibus* magna exaggerandi vis est, prorsus autem nulla in *bonis,* quod habet Dav. Ed. 2. non sequentes habent, cum *ab omnibus iis, quae sunt bona in vita* sit pro *ab omnibus vitae bonis.*" In praecedd. unus Ox. habet *discruciat* pro *excruciat*: quo item aliquoties verbo usus est Cicero. Ed. H. nostro loco exhibet *ab hominibus his.* Solus Cod. Duisb., qui multa habet correctionum vestigia, Bentleio adstipulatur exhibens: *ab his bonis quae sunt in vita.* *Mr.*

Vide, ne a malis dici verius possit.] Amat Cic. hanc constructionem v. c. II. 18. 43: *vide, ne — non sit hoc proprium nomen omnium.* De Div. II. 4. 12. p. 309 sq. ib. II. 13. 31. p. 345. ed. nostr. Quod vero dicunt *vide, ne* poni in tali locutione pro *cave,*

Quid ego nunc lugeam vitam hominum? Vere et iure possum. Sed quid necesse est, quum id agam, ne post mortem miseros nos putemus fore, etiam vitam efficere deplorando miseriorem? fecimus hoc in eo libro, in quo nosmet ipsos, quantum potuimus, consolati sumus. A malis igitur

---

ne, ut ait Kühn. ad h. l., vel pro *vereor, ne*, quae est sententia Schelleri in Praeceptis Styli bene Lat. I. p. 338 sq. et aliorum: hoc non in omnes, imo vero in paucissimos huiusmodi cadit locos. Dicitur potius pro *Reputa, cogita, quaeso, an non* (ut Germanismo utar) *a malis dici verius possit*. Cod. Rehd. et Ed. H. *verius dici*. Duisb. *potius dici*: ubi rursus agnoscis correctoris vel glossatoris manum. In seqq. unus Ox. habet *quod ergo* pro *quid ego*. Habent etiam *ergo* Codd. Aug. (in hoc sequitur *non* pro *nunc*.) Gud. Marb. Mon. 2. Edd. Crat. Asc. 2. (sed marg. M8. *ergo*) Junt. Ven. nostr. Bouhierius ita distingui volebat locum: *Quid!* (debebat ponere interrogandi signum) *Ego nunc lugeam vitam hominum?* Quae distinctio hoc loco minus placeret: esset enim respondentis cuidam, qui eum lugere iussisset vitam hominum. In Cod. Gud. 2. est: *quid ego nc ueꝯ* (i. e. *nunc verius*) *lugeam*. *Mr*.

Vere et iure possum] Si humanae conditionis incommoda depicta videre cupias, adi Plinium H. N. lib. VII. Prooem. et Aeschinis Axiochum capp. 7. seqq. Huc spectant, quae dicit Artabanus apud Herodotum lib. VII. cap. 46. Origenes in Cels. lib. II. pag. 85. et Stobaeus Serm. CXIX. *D*.

Vere et iure possum] Mon. 1. et unus Ox. omittunt *et*. Verb. in marg. adnotavit Davisium habere *Vere id et iure possum*. Ita fortasse ille in Ed. 1; in seqq. ut reliqui. In Ven. Alt. est *possem* ex correctione: ignorabat nimirum corrector usum Ciceronis satis constantem. Alia paullo sententia est paullo inferius in hoc ipso capite §. 84: *possem idem facere*. Qua de re vid. Otto ad Cic. de Sen. 16. 55. prc. p. 142. ibiq. laudd. — Post *sed* omittitur *quid* in uno Ox. In alio abest *ne* ante *post*. In seqq. Mon. 1. habet *non* pro *nos*. *Mr*.

etiam vitam efficere — miseriorem] Pro *etiam* legitur *et* in Cod. Mon. 1. Ed. H. Inverso ordine *vitam etiam* scribitur in Edd. vett. quas contulerunt Reisk. et Or. omnibus, itemque nostris ante Grut. Non male: sed Codd. nostrum tuentur. In Vind. 1. scribitur *deplorando miseriorem efficere*. In seqq. Cod. Mon. 1. *Facimus* pro *fecimus*: quod videtur esse correctoris. *Consolationem* h. l. intelligi, nemo est quin videat: de ea iam locuti sumus ad cap. 27. prc. Beroaldus ad h. l.: „cuius rei meminit Augustinus his verbis: *Quis sufficit quantovis eloquentiae flumine vitae huius miserias explicare? quam lamentatus est Cicero in consolatione de morte filiae.*“ *Mr*.

nosmet ipsos] *Ipsos* restitui ex Codd. omnibus, pro quo Dav. Bentleii coniecturam *ipsi* receperat. Vere monet Kühnerus ad I. 30. 73. semper casum pronominis *ipse* casui pronominis personalis accomodari, si ei enclitica *met* adhaeret. Infra c. 46. 111. est: *ne nosmet ipsos amare videamur*. Ern. fluctuat dicens: „Dav. *nosmet ipsi*, recte opinor, nisi Cicero hic se opposuit aliis, sensusque sit: in quo non alios, ut aliis locis, in Epistolis v. c. Sulpicium, sed *memet ipsum* consolatus sum. atque hanc ob causam nihil mutavi.“ Recte: nam posterior sententia vera est. — Pro *sumus* unus Ox. *fuimus*: male. In seqq. Gud. 2. non pro *nunc*: sed hoc in marg. ab eadem manu additum est. *Mr*.

83 nonnumquam etiam cum voluptate: totum
p. 166 a. qualecumque est: fit enim ad punctum
git, vel potius excruciat, discessus
sunt bona in vita. Vide, ne a ma

Et qui-
r, ut is
solis di-

ὁ δὲ μετὰ γῆρας ἰὼν (θάνατος) ἐπὶ τέλο
θανάτων καὶ μᾶλλον μεθ' ἡδονῆς γιγνό

Totumque hoc leve *est*] *Breve* e
ria lectione. *D.*

editabant
exhibere
nes Bent-
xhibentes
est hoc,
disputan-
enotatum

totumque hoc leve est] Duo C
Cod. Rehd. Edd. a Reiskio colla
Ald. Steph., ab Orellio P. A.
(sed haec in marg. ex MS.
Wolf. Sturm. Brut. Boul. ... D. Ἡγη-
lectione enotavit *breve,* ... προσωμένων. Va-
Aug. et Gud. itemque Ed ... sias *Cyrenaicus* sic
scioli, qui prospiceret a ... *imagine audientium* pe-
vero intelligentis inept ... *oppetendae cupiditatem* inge-
breve esse, quod fiat ... *crius hac de re disserere* prohi-
paenultima frustra ... *dictus,* uti docent Laertius II, 86.
sive cum sensu, siv
men malebat *brev* ... ad rem cf. Wyttenbachii annot. ad in-
Verba *qualecunq* ... s Plutarchi ad Apollon. p. 697 — 700. ed.
... ed. Lips. qui nec nostri loci oblitus est. *He-*
est: quorum l ... *situr* in Rehd. *eiesiá,* in uno Ox. *Heresia,* in alio
seq. *fit,* sine ... *Mon.* 2. *Cirrenaico helesia*: et *helesia* habet quoque
unus Oxoni ... *Cod.* Aug. est *curiose* pro *copiose.* *Mr.*
catur: *fer* ... *Ptolemaeo*] Gud. 1. *Phtholomeo* cum Mon. 2; Gud. 2. *tho-*
fit — *ten* ... *Cum* multi post Alexandrum in Aegypto regnarint Ptole-
Beier. ... *facile* est definire, quem eorum Cicero hic potissimum
Il ... *haud est* quidquam a veteribus de hoc Hegesia proditum li-
roni ... *neque quod* inquirentes iuvet. G. J. Vossii errorem, qui de Histori-
114 ... *I.* 12. Hegesiam facit Platonis aequalem, convincit in Diog.
tu ... *Grr. II.* 26. Aeg. Menagius; cuius argumentis adiungi hoc potest,
i ... *qui* Ptolemaeorum primus in Aegypto regnavit, longo satis
intervallo post Platonis mortem rerum fuisse positum. Quia vero,
quo Hegesias tempore floruerit, non indagavit Menagius, quod veri
simile videtur, proferam. Auctore nitor Diogene eodem Laërtio,
qui hac serie dispositos dedit Cyrenaicae sectae Philosophos:

Aristippus

Areta, condiscipulus Antipatri.

Aristippus iunior, discipulus Aretae. | *Epitimedes,* discipulus Antipatri.

Theodorus, cognomento *Deus,* discipulus Aristippi. | *Parabates,* discipulus Epitimedis.

Hegesias, discipulus Parabatae.

Theodorum hunc, quem cognominarunt *Deum,* vixisse constat tempore Ptolemaei Lagidae; cuius rei testem habemus Diogenem Laërtium II. 101. *Hegesias* ergo, si proxima post Theodorum aetate vixit, in postremos incurrerit annos Lagidae, qui prope quadraginta imperio explevit, aut in tempora Philadelphi. Notum est isto regnante, quis honos literis fuerit Alexandriae, qua in urbe Hegesiam



lti, iis auditis, mortem sibi ipsi consciscerent.
m epigramma in Ambraciotam Cleombro- 84

est hic Cicero. Atque, ut erat non tantum
orator (Val. Max. VIII. 9. 3.) vix dubito,
ias Magnesius, a Cicerone inter oratores,
neratus. Hegesiam quidem philosophum
sed idcirco, quia in philosophi aetate
erti. Fuerit tamen alter Hegesias
eodem uterque vixit tempore."

Quo pro *quod* Codd. Gud. 1.
i. duo Oxx. Edd. Junt. P. A.
eoh. Reisk. et Ven. Med. Ald. quas
aecit *quom.* Unus Ox. omittit *multi.*
nd. 1. uno Ox.; idem cum alio habet *con-*
conscissent: quod debetur correctori. *Mr.*

epigramma] „Callimachi epigramma [24.] hoc est:

„Ἥλιε χαῖρε, Κλεόμβροτος Ὠμβρακιώτης
Ἧλατ' ἀφ' ὑψηλοῦ τείχεος εἰς Ἀΐδην,
Ἄξιον οὐδὲν ἰδὼν θανάτου κακὸν, ἀλλὰ Πλάτωνος
Ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλέξαμενος.

Hoc nos ita convertimus latinis versibus:

Sole valedicto Ambraciota Cleombrotus, alto
Se de muro undas misit in aequoreas.
Nil tamen huic triste acciderat, solumque Platonis
De natura animi legerat ille librum. Camerarius.

„Conf. Hieronym. T. V. p. 60. Eudocia Viol. p. 272 sq. Fabricii Bibl. Gr. III. p. 74. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 118." *Schuch.* — Vid. nostr. annot. ad Olympodor. in Plat. Alcib. I. p. 5. (Init. Philos. Platon. T. II.) conf. annot. ad Init. Philos. Plat. III. p. 332. Add. A. Peyron. annot. in Fragmm. Orat. pro Scauro. (Stuttg. 1824. 4.) p. 124. ubi perperam in Cod, est *Theombrotum.*" *Creuzer.* Add. C. Beier. ad eund. locum p. 147. Ed. Lips. 1825. *Mr.*

Callimachi quidem Epigramma] Vide Callimachi Epigr. XXIV. et ibi notata; non enim repetemus, quae iampridem observarunt eruditi. Nonnus ad Gregorii Nazianzeni Stelit. I. hist. 16. *Κλεόμβροτος Ἀμβρακιώτης ἐντυχὼν τῷ Φαίδωνι, τῷ περὶ ψυχῆς διαλόγῳ Πλάτωνος, καὶ μαθὼν, ὡς ἄμεινόν ἐστι τῇ ψυχῇ ὁ χωρισμὸς τοῦ σώματος, ἐξέψυξεν ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ τείχους καὶ τέθνηκεν.* Hinc Ovidius in Ibin. vs. 493.

Vel de praecipiti venias in Tartara saxo,
Ut qui Socraticum de nece legit opus.

Lactantius Div. Inst. lib. III. cap. 18. *Quid Ambraciotes ille, qui cum eundem librum* (Phaedonem) *perlegisset, praecipitem se dedit nullam aliam ob causam nisi quod Platoni credidit?* Sed philosophi mentem nullus cepit iste Cleombrotus, quod etiam vidit Augustinus C. D. lib. I. cap. 22. nam Plato mortem tantum philosophicam intelligit, *quae fit cum anima adhuc in corpore constituta corporeas illecebras, philosophia docente, contemnit,* ut fuse docet Macrobius in Somn. Scip. lib. I. cap. 13. Adde quae diximus ad huiusce libri cap. XXX. *D.*

Callimachi — epigramma in — Cleombrotum] „Ab Ambracia, Epiri urbe, olim Pyrrhi regia, ut inquit Livius." *A. Manutius.* De Ambracia vid. Liv. 38. 3. 4. et qui laudantur in Lexico Geogr. vet. med. et rec. ed. Bischoff. et Möller. (Goth. 1829.) p. 59. Add.

tum est: quem ait, cum ei nihil accidisset adversi, e muro se in mare abiecisse lecto Platonis libro. Eius autem, quem dixi, Hegesiae liber est Ἀποκαρτερῶν, in quo a vita quidam

---

Hoffmanni Lex. Univers. I. p. 173. a. — Scribitur *Cadlimachi* in uno Ox. *Callimarchi* in alio; alius habet *Ambrociotam.* Gud. 2. *Ambratio.* Marb. *Calimachi — ambrachio tam.* Rehd. *Ambrachiotam.* Unus Ox. Ed. P. cum Codd. Mon. 2. Reg. Gud. 1. 2. *Theombrotum,* duo Oxx. cum Mon. 1. *Theobrotum;* alius Ox. cum Marb. Aug. *Theobrochium,* unus denique Ox. *Teombrotum. Mr.*

cum ei nihil] Hunc verborum ordinem recepi cum Dav. ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Duisb. Mon. 2. 1. Reliqui habent *nihil ei,* nisi quod unus Ox. et Marb. omittunt *ei:* praeterea Marb. et Ed. H. habent *nihil cum.* Gud. 2. *accedisset.* Mox Marb. *e numero,* sed supra lin. ab. al. m. *muro. Mr.*

e muro] „ἀπὸ τείχους. Potius *e turri*" *Reisk.* Est ad hunc locum Bouhierii annotatio qui scripsit, fieri non potuisse, ut Cleombrotus se e muro Ambraciae, octoginta stadiorum spatio a mari distantis, in mare abiiceret; deiecisse se eum sine dubio de muro, quo munitus erat portus Ambraciotarum, de quo Scylax in capite de Ambracia: ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ θαλάττης τεῖχος καὶ λιμὴν κάλλιστος. — — Abest a Cod. Mon. 1. *se.* Scribitur *in mari* in Codd. Mon. 2. et duobus Oxx. Pro *lecto* Cod. Rehd. *in lecto.* In *Hegesiae* nomine h. l. eodem peccatur modo, quo supra. Verbum *est* exponit Nissen. *dicitur,* Billerb. *appellatur:* nimirum ut defendant lectionem *quod* pro *in quo,* quae est coniectura Bentleii, q. v. Ego vero quamquam alienus sum a recipiendis temere coniecturis, tamen cum nimis absurdum sit illud *quod,* facere non potui, quin virum illum sequerer. Quid enim? An ideo Ἀποκαρτερῶν dicitur, *quia ille homo revocatur ab amicis?* Accedit, quod Cod. Duisb. habet *quo,* cum Colon. unde factum esse existimo *quod.* Praepositio autem *in* iuxta vocabulum graecum posita quod in aliquot Codd. Oxx. plane deest, in plerisque corruptissime scribitur, facile potuit excidere. Ad Cleombroti Ambraciotae historiam haecce nobiscum communicavit Creuzerus ex Commentario Davidis philosophi in quinque Voces Porphyrii: „Est in Cod. Regio Parisino Nr. 1939. fol. 32. recto, ubi agit de Platonis Phaedone: — — Ἱστέον δ' ὅτι καλῶς ἔχει τὸ θνήσκειν τε καὶ τεθνάναι· τὸ θνήσκειν ἐστὶ τὸ νεκροῦν τὰς τοῦ σώματος ἐπιθυμίας, καὶ ἀποθνήσκειν τοῖς πάθεσι. τὸ δὲ τεθνάναι τὸ μετὰ τὴν τῶν ἐπιθυμιῶν νέκρωσιν τὴν ψυχὴν ἀνατείνεσθαι πρὸς τὰ θεῖα. διὰ ταύτης τοίνυν τῆς λέξεως δηλοῖ ὁ Πλάτων, μελετᾶν τὸν θάνατον χρὴ, οὐ τὸν φυσικὸν, ἀλλὰ τὸν προαιρετικόν. δεῖ γὰρ εἰδέναι, ὅτι Κλεόμβροτός τις Ἀμβρακιώτης ἐντυχὼν τῷ λόγῳ, καί νομίσας τὸν Πλάτωνα τὸν φυσικὸν θάνατον μελετᾶν, ἀναλθὼν εἰς ὑψηλὸν τεῖχος ἀφῆκεν ἑαυτὸν φέρεσθαι διὰ τοῦ ἀέρος ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ δὴ πεσὼν ἀπέθανεν. εἰς ὃν καὶ φέρονται στίχοι τινὲς τοῦ Καλλιμάχου, οὕτως·

Εἶπας, ἦλιε χαῖρε, Κλεόμβροτος ὠμβρακιώτης
ἦλατ' ἀφ' ὑψηλοῦ τείχεος εἰς ἀΐδην
ἄξιον οὔ τι παθὼν θανάτου κακὸν ἀλλὰ Πλάτωνος
ἕν, τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναμαξάμενος.
Οὕτος οὕνω πλανηθεὶς, καὶ μὴ ἀκριβῶς
ἐπισκέψας τῷ λεγομένῳ διέφθειρε τὴν ἰδίαν ζωήν. *Mr.*

ἀποκαρτερῶν] Vulgo ἀποκαρτερώσατος. Vetusta lectio est ἀποκαρτερῶν, quam genuinam esse puto. nam etiam interpretatio Ciceronis ipsi egregie respondet, quae nullo modo, nisi fallor, alteri lectioni accommodari potest. Is est enim ἀποκαρτερῶν, qui a cibo

per inediam discedens revocatur ab amicis: quibus respondens, vitae humanae enumerat incommoda. Possem idem

---

abstinet et per inediam vitam finit. Plut. in Pericle: *καὶ μέντοι γε τὸν Ἀναξαγόραν λέγουσιν αὐτὸν, ἀσχολουμένου Περικλέους, ἀμελούμενον κεῖσθαι, συγκεκαλυμμένον ἤδη γηραιὸν ἀποκαρτεροῦντα* [cap. 16.]. Idem Symp. p. 856. *Διὸ καὶ πολὺν ζῶσι χρόνον ἔνιοι τῶν ἀποκαρτερούντων ἂν ὕδωρ μόνον λαμβάνουσιν.* Callimachi autem epigramma, de quo paullo superius loquitur, est apud Ammonium in commentariis in libellum Porphyrii. Inquit enim: *Κλεόμβροτος γάρ τις ὀνόματι ἐγκύψας τῷ τοῦ Πλάτωνος Φαίδωνι καὶ ὅτι μὲν δεῖ τὸν φιλόσοφον μελετᾷν γνοὺς, ὅτῳ δὲ τρόπῳ δεῖ, μὴ γνούς, ἀνελθὼν ἐπὶ τεῖχους ἑαυτὸν ἀπεκρήμνισε· τούτου μαρτύριον ὁ εἰς αὐτὸ τὸ Ἀμβρακιωτὸν μεμράκιον ἐκθέμενος ἐπίγραμμα ποιητὴς, φησὶ γάρ· Εἶπας, ἥλιε χαῖρε, κ. τ. λ.*" *Victorius.* „Nos aliquando vulgatae scriptioni inhaerentes fecimus *ἀποκαρτερώσαντος*. in Ven. autem est *ἀποκαρτερῶν*." *Camerar.* „*Ἀποκαρτερῶν* perspicue in nostro quoque MS. legitur; quam vetustam et germanam lectionem esse Victorius probat testimoniis: quibus adde illud Plutarchi in commentario *περὶ τῆς εἰς τὸ ἔκγονα φιλοστοργίας*· *Ἡγησίας κ. τ. λ.*" *Fr. Fabricius.* Locum hunc paullo superius habet Dav. in ann. *Mr.*

Ἀποκαρτερῶν] Hac voce significatur is qui cibo abstinet, ut a vita per inediam discedat; non *intolerantissimus*, ut imperite censuit Aldus nepos. Contrario prorsus vitio Metaphrastes Athenaei lib. VI. cap. V. pag. 234. *ἐποθανεῖν ἀποκαρτερήσαντα*, vertit *mortem aequo animo tulisse*. Debuit *inedia perisse*. Timocles in Cauniis apud eundem pag. 240.

— *Οὐκ ἀπεκαρτέρησε γάρ,*
Ἐκεῖνος, ἀλλ' ἐκαρτέρησ', ὦ φίλτατε,
Πίνων.

Quem quidem locum recte cepit idem interpres. Tertullianus Apol. cap. XLVI. *Lycurgus* apocarteresin *optavit, quod leges eius Lacones emendassent.* Vide Quinctiliamum Inst. Orat. lib. VIII. cap. 5. Lucianum Macrob. Tom. II. pag. 473. Arrianum Epict. lib. II. cap. XV. pag. 210. et Diogenem Laertium lib. VI. §. 94. *D.*

Ἀποκαρτερῶν] Cod. Reg. *αὐτοκαρτερον*. Gud. 1. *αὐδκαρτερον*. Gud. 2. *ἀποκαρτεπον*. Marb. *arthokaytepon*. Gud. *ayto Captepō*. Rehd. *αυτοκα πρεπους*. Mon. 2. *αρτοκαρτερον*. Mon. 1. Aug. duo Ox. vacuum habent spatium loco vocabuli Graeci, unus Ox. omisit eam vocem cum duabus proximis, nulla lacuna relicta. Edd. B. S. E: C. Cam. Asc. 1. 2. *ἀποκαρτερώτατος*. Edd. A. Junt. Ven. nostr. *apocarterotatos*. Ed. P. *αφοκαρτερωτατος*. Cod. Vind. 1. *αὐτοκρατέων*, in marg. *αὐτοκρατέρος*. Ed. Ven. Alt. *ἀφτοκαρτερώτατος*. HWolf. ait legere quosdam *ἀποκαρτεροῦντος*, alios *ἀποκαρτερήσαντος*: quarum lectionum nos in libris nullam reperimus vestigium. — In seqq. pro *a vita* Lamb. *e vita*. Gulielmus, cum in Fab. Cod. reperisset *quo a vita*, in rell. *quod a vita*, inde coniecit *quo de vita*. Nec desunt exempla huius constructionis: saepius tamen dixit Cicero *discedere a*, nonnunquam *discedere ex*. Mox. Vind. 1. *ab amicis revocatur*. *Mr.*

In quo *a vita*] Vulgo *quod*. Lectionem recepi, quam Cl. Bentleius excogitavit. *D.*

vitae humanae enumerat incommoda,] Unus Ox. omittit *vitae humanae*. Vind. 1. habet *humanae vitae numerat*. Quod sequitur *possem*, non minus bene se habet, quam paullo superius *possum* (§. 83.). *Possum* est i. q. facere possum, simulatque voluero: *possem*: facere possem, sed nolo: ut recte explicat Or. *Mr.*

facere; etsi minus, quam ille, qui omnino vivere expedire nemini putat. Mitto alios: etiamne nobis expedit? qui et domesticis et forensibus solatiis ornamentisque privati, certe,

---

Possem idem facere] Recepi Ernestinam emendationem, quod fecerunt etiam FAWolf. Koel. Schütz. Or. Videtur latere verae scriptionis vestigium in Cod. Vind. 2. qui habet *id efficere*. Alii *id facere*. Quam facile autem *idem* compendio scriptum (*id'*) confundatur cum *id*, nemo non videt. Conf. Baring. Clav. Diplomat. Num. VII. Tab. 6. Verba *etsi minus* HWolf. Graece explicat: *καίτοι οὐχ ἐφ' ὅσον ἐκεῖνος, ἀλλ' ἧττον ἢ ἐλλειπόντως*: et ad *minus* subaudit *copiose*. Post *omnino* Cod. Vind. 1. pergit: *nemini expedire vivere putat. Mr.*

Mitto alios: etiamne nobis expedit?] Ad sententiam conf. Wyttenbach. ad Plutarch. Cons. ad Apollon. T. II. p. 76 sq. ed. Lips. p. 757 sq. ed. Ox. — Scribitur *Omitto* in Codd. Aug. Vind. 1. 2. Mon. 2. duobus Gebhardi, Edd. A. B. S. E. C. M. L. Ven. Alt. et nostr. Asc. 1. 2. Cam. Ald. Boul. Brut. Gryph. Sylb. Goth. Lamb. HWolf. (sed hae tres in marg. *mitto*) Junt. Car. Steph. A verba seqq. Ern.: „*Etiamne nobis expedit:* Hoc sensum commodum non habet. Legendum puto: *etiam nobis expedisset*. „Ad quae Schützius in ann.: „Sensus est: *An nunc item nobis expedit vivere?*" Et rectius ille, quam FAWolf. in scholis, qui *etiam* positum ait de tempore, pro *adhuc*. Neque placet, quod ei Or. opponit: *ne*, in *etiamne*, poni, ut saepius apud Ciceronem, pro *nonne*. Recte iam Beroaldus: quasi dicat, nec mihi utile est vivere, qui privatus sum domesticis solatiis, propter mortem filiae, et forensibus, propter actionem causarum (adde reip. gubernationem) intermissam, exstincta rep. Caesare dominante." In Opuscc. Philologg. et Philosoph. nuper (Halae 1830.) editis Schützius loquitur contra Ernesti coniecturam, quem tamen acute, aliquid vitii subesse, divinatum esse ait, quamquam ipsa Ernesti emendatio a vera sententiae consecutione sit aliena. Ibi igitur p. 207. „Imo, ait, potius hoc modo legendum: *Mitto alios: Sed iamne nobis expedit?* Cicero enim non is est, qui neget omnino vivere cuiquam expedire; neque vero sibi olim vitam vitalem fuisse infitiatur; quaerit tantum, an sibi nunc iam vivere expediat; idque postquam illa formula praeteritionis usus fuerat, *mitto alios*, ita eloquitur, ut dicat: *Sed iamne nobis expedit* etc.?" Haec scripserat Sch. in Prolusione quadam a. 1783. edita. In Ed. Opp. Cic. eam, quam supra posuimus, explicationem potiorem esse existimavit. Et merito. Eadem est sententia Buggii in prolusione supra non semel laudata p. 23. — Formulâ *mitto* in Praeteritionibus (de quibus v. G. J. Vossii Inst. Oratt. T. II. p. 348 sq.) saepius usus est noster, v. c. Or. in Pis. 20, 47. Brut. 17, 65. pro Mur. 15, 33. ad Att. VII. 2. circa fin. et 21. med. *Omitto* rarius dixit: attamen et alibi et supra §. 81. prc. Unus Ox. habet *id etiamne*, alius, omissa voce *etiam*, exhibet *ne vobis expedit. Mr.*

qui et domesticis etc.] Gud. *qui etiam*. Aug. *qui de*. Post *privati* Codd. Rehd. et Aug. additum habent *sumus*. Quod consulto a correctore factum esse patet: qui, cum vidisset, non commode iungi: *qui — solatiis ornamentisque privati — si ante occidissemus*, cum dicendum fuisset: *si ante occidissemus, quam — ornamentis privati essemus, certe nos* etc., neque etiam illud *qui — privati* iungi posse cum verbo *abstraxisset*, quia tum scribendum erat *quos — privatos*: hoc igitur cum reputaret corrector, succurrendum sibi censuit constructioni, addito *sumus*. Sed salva res est. Est genus quoddam anacoluthi. Incipit a *qui*, statim perrecturus: *si, antequam domesticis*

si ante occidissemus, mors nos a malis, non a bonis abstraxisset.

Sit igitur aliquis, qui nihil mali habeat, nullum a fortuna vulnus acceperit: Metellus ille honoratis quatuor filiis; 35 85

— *ornamentis privati essemus, occidissemus,* vel in fine scripturus: *morte a malis, non a bonis, abstracti essemus*: sed cum neutrum placeret, ut pote durius, maluit paullo negligentius scribere, quam putide accuratum se exhibere. Ed. H. pro *ante* habet *tunc,* quod item debetur correctori, qui alio modo sententiae, quam non caperet, mederi vellet. Gud. denique et Mon. 1. habent glossam *obissemus,* cum Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Cam. Asc. 1. 2. Sturm. Ven. nostr. et, quas Reisk. contulit, Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Ald. In fine capitis unus Ox. *abstraxisse. Mr.*

c. 35. *Sit igitur aliquis, qui nihil mali habeat,*] Pro *nihil* Cod. Aug. *nil.* In seqq. in Ed. Asc. 2. est *acceperis.* Ut h. l. *Metellum* opponit *Priamo,* ita de Finn. V. 28. 83. minus apte, iudice Goerenzio, *Regulo. Mr.* — Priami fata locus communis in philosophorum scriptis. Aristot. Eth. Nicom. I. 10. 14: *ἂν Πριαμικαῖς τύχαις περιπίῃ.* Tangit Plotinus p. 32. *F. Creuzer.*

Metellus ille honoratis quatuor filius] „Inter rara felicitatis humanae exempla numeratus est Q. Metellus, qui a primo originis die, ad ultimum usque mortis tempus, nunquam cessante fortunae faventis indulgentia, ad summum vitae beatae cumulum pervenisse traditur. Nam praeter honores amplissimos, cognomenque Macedonici, a quatuor filiis illatus est rogo, uno praetore, tribus consularibus, duobus triumphalibus, uno censorio. qui cum sex liberos relinqueret, undecim nepotes reliquit, nurus vero generosque, et omnes, qui se patris appellatione salutarent, XXVII, cum interim nullum funus, nullus gemitus, nulla causa tristitiae interveniret. — Denique spatio ultimae senectutis defunctus, lenique genere mortis inter oscula complexusque clarissimorum pignorum exspiravit. De hoc M. T. in 5. de Fin. [V. 27. 82.] Plinius [VII. 44.] et Valerius [VIII. 5. 1.] meminerunt.“ *Beroald.* — Pro *ille* unus Ox. habet *quidem.* De Metello add. Plin. VII. c. 13. Sect. 11. ad quem locum vid. Harduin. p. 381. et 423. *Mr.*

Honoratis] Vulgo *honoratus.* Nec aliter exhibent Codices. At hoc de Metelli filiis dici videtur: quapropter *διόρθωσιν* Bentleianam recipere non sum veritus. Cicero Fin. V, 27. *Q. Metellus tres filios consules vidit, e quibus unum etiam et censorem et triumphantem, quartum autem praetorem.* Adi sis etiam Velleium Paterculum lib. I. cap. XI, 6. Valerium Maximum lib. VII. cap. I, 1. et Plinium H. N. lib. VII. §. 45. De *honoratis* bene multa notavit Henr. Valesius ad Amm. Marcellini XIV, 5. quibus adde Tacitum Hist. I, 77. *D.*

honoratis] „Reponebat Dav. *honoratis,* veritus, credo, ne parum apte diceretur *pater honoratus filiis.* An forte non viderat, quod scripsit de Catone Cicero, de Offic. III. 16: *ut enim ceteri ex patribus, sic, qui lumen illud progenuit, ex filio est nominandus.* — Si pater non honorabatur filiis, cur inductum fuit ius trium liberorum?“ *Anonym. ap. Olivet.* [De iure trium liberorum v. Lex. Iurid. ex Brisson. Hotom. Cujac. p. 613.] In eandem sententiam disputavit Schütz. Opuscc. p. 208. in Prolusione supra laudata: nimirum ne contra omnium Codicum consensum aliquid corrigatur. „*Honoratus,* ait, pertinet ad honorem, qui ex magna prole, et felici potissimum successu suscepta ad patrem redundat, idque non ad Metellum solum, sed etiam ad Priamum refertur.“ Idem vero in Ed. Opp. Cic. ad

at quinquaginta Priamus; e quibus septemdecim iusta uxore

Bentleii sententiam accessit. Denique Nissen. ad verba *honoratis — filiis*, „Unde, ait, ablativi pendent? De honoribus quidem, quos illi acceperunt, deinde; nunc de numero filiorum. *Honoratis* autem in quinquaginta filiis Priami repeti non potest. Quare vulgatum *honoratus* sanum est, idque dictum pro *ornatus*.“ E. V. E. Vogel. in Prolus. Bip. 1830. (Obss. ad Cic.) p. 16 sq. *honoratis* item reiicit, quia quinquaginta Priami filii honorati dici non potuerint. *Mr.*

honoratis] Ita scripsi cum Bouh. Ern. FAWolf. Schz. Nobb. Or.; nec vero sine librorum auctoritate: ita enim Cod. antiquissimus Gud. 1., cui accedunt Codd. Duisb. et Gud. 2. cum Ed. H. Anonymo Oliveti respondeo, Metellum illum satis per se honoratum fuisse, etiamsi nullos habuisset filios: Nissenio, non dici latine *honorari filiis*: sed proprie contra dici *honoratum*, qui honoribus sit functus; ablativum autem ita intelligo, ut dicat Marcus Metellum esse mortuum, cum quatuor filios honoratos vidisset. Ad sequentia autem intelligo: *at quinquaginta habuit filios Priamus*. *Mr.*

at quinquaginta Priamus:] Unus Ox. omittit *at*, unus habet *atque* Aug. *ac*, Gud. 2. *ad*, Mon. 2. *aut*, Marb. marg. MS. Asc. 2. Edd. S. E. *et*; cum Gud. 2. facit Ed. A. Quod habet Mon. 2., coniecit Bouhierius: legi enim vult *aut*: ut haec sit sententia: „fac esse hominem aliquem beatissimum, sicuti Metellus fuit, qui, ipse vir clarissimus, honoratos etiam vidit quatuor filios antequam decessit: *aut* Priamus, qui quinquaginta beatus erat filiis, quorum decem et septem erant nati ex matrimonio legitimo: Fortunae quidem in utrumque eadem fuit potestas: sed unus tantum eius inconstantiam expertus est.“ Non male. Sed potest etiam explicari *at*, et melius quidem: *at*, pluribus etiam filiis beatus, Priamus videri poterat fortunatissimus: quamquam in hoc quidem usa est Fortuna potestate sua, in altero non item. Quatuor filios Metellus habuit consulares, quos ita enumerat Billerb.: Q. Metellus Balearicus (Cos. a. u. 630.), L. Metellus Diadematus (636.) M. Metellus (638.) C. Metellus Caprarius (640.) Cic. de Or. I. 48 sq. Brut. 21. Freinsh. Suppl. Liv. 53, 5. De Priamo v. Jl. VI, 244. Hygin. Fab. 90. *Mr.*

E quibus septemdecim iusta uxore nati] Sic recte Ven. 1491. et Erasmi Frobeniana, nec aliter edidit Lambinus. Vulgo, *quibus septem et decem* — natis; ac ita fere Mssti: sed parum, ut videtur, commode. Ferro noster memoria lapsus est, nisi forte Librariis debeatur error; nam Hecuba Priamo XIX liberos peperit. Vide Homerum Jl. Ω, 496. Scholiasten ad Euripidis Hecub. vs. 419. et Tzetzem Chil. VII, 344. Fatendum tamen inter auctores de numero filiorum non convenire. Theocritus Idyll. XV, 139.

Οὔθ' Ἕκτωρ Ἑκάβας ὁ γεραίτερος ΕΙΚΑΤΙ παίδων.

Ubi vide Scholiasten. At Apollodorus Bibl. lib. III. cap. XI. §. 5. quataordecim tantum memorat. D.

e quibus] Male abest *e* a Codd. aliquot Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Rehd. Duisb. Gud. Mon. 1. Vind. 2. Edd. P. V. Rob. Steph. Grut. Utramque vocem omittit Mon. 2. — *Septemdecim* recepi cum Dav. ex Codd. tribus Oxx. Marb. Reg. Gud. 1. 2. Mon. 1. 2. Duisb. Bern. Edd. FAWolf. Schz. Or. In Cod. Gud. et Ed. H. est XVII. in Edd. Oliv. Verb. Ern. Reisk. Nobb., praeeunte nimirum Gebhardo ex duobus Codd. Vid. Gebh. Crepund. p. 502. Reliqui habent *decem et septem*, H. autem Wolfius in parenthesi *decem et novem*: et ita corrigi volebant Camer. et Comment. anonym. ap. Leod. a quercu, ex Jl. XXIV. 496. *Mr.*

nati. In utroque eandem habuit fortuna potestatem; sed usa in altero est. Metellum enim multi, filii, filiae, nepotes, neptes, in rogum imposuerunt: Priamum tanta progenie orbatum, quum in aram confugisset, hostilis manus inter-

---

iusta uxore nati] Cod. Rehd. *ex iusta*; unus Ox. *natus*. Probam lectionem *nati* habent Codd. Bern. Marb. Edd. A. B. S. E. C. L. Asc. 1. 2. Ven. nostr. et Alt. Goth. Car. Steph. Sturm. HWolf. Brut. Junt. Cam. et quas contulit Reisk., ex recentioribus Lall. Dav. (sed in Ed. 2. invitus, ut videtur, servavit *natis*) FAWolf. Schz. Nobb. Or. Reliqui omnes *natis*, unde coniiciebat Rathius scribendum esse *nati s.* i. e. *nati sunt*. Sed illud *sunt* a loci sententia et ratione grammatica alienum esse, nemo est, quin videat. *Mr.*

In utroque eandem habuit fortuna potestatem] Ed. H. *in utraque tamen eandem fortunam habuit*. Scribitur *eadem* in uno Ox. et Vind. 1: Mon. 1. exhibet *habuit eandem*, Duisb. *fortuna potestatem habuit*. Aug. *fortunam*. *Mr.*

Sed usa *in altero est*] Pall. tres *seclusa*, quam lectionem veritus est in textum recipere Janus Gebhardus. Et merito quidem; nam plane est inepta, licet eam quoque repraesentent Eliens. pr. tert. Balliol. Bak. et Petrens. a prima manu. Si enim fortuna in altero *seclusa* est, fieri nequit, ut in utroque eandem habuerit potestatem. *D.*

sed usa in altero est.] Pravam lectionem *seclusa* (ortam ex divisione literae d in duas *cl*) habent etiam duo Oxx. Vind. 2. Mon. 1. 2. (hic vero error rasurâ correctus est): *sed elusa* Cod. Vind. 1. Ed. H.; *sed ausa* Cod. Rehd. quod debetur acumini correctoris; denique *sed lusa* habent quatuor Oxx. Gud. Edd. P. C., quam lectionem Beroaldus amplexus ita explicat: „*Lusa* in altero est, scilicet Metello, quem fortuna ut alumnum molliter fovit et iugiter amplexata est, cum ludus fortunae et iocus sint homines. Quidam legunt *usa*, ut sit sensus, fortunam usam esse potestate sua in Priamo, quem fecit calamitosum, cum Metello indulserit.“ Neminem fore credo, cui non potior videatur sententia et lectio posterior. Unus Cod. Duisb. utramque vocabulum (*sed usa*) omittit. Gebhardum in Crepundiis p. 502. *seclusa* probantem (edecimate, ait, dictum est, ductum a militaribus operibus) non moramur. *Mr.*

Metellum enim multi, filii] Huius felicitatem commemorant noster de Fin. lib. V. cap. 27. Valerius Maximus lib. VII. cap. 1. aliique. Vide G. G. I. F. Vossium ad Velleii Paterculi lib. I. cap. XI. *D.*

filii, filiae, nepotes, neptes] Scribitur *filiaeque* in Cod. Vind. 1; *filiaeve* in Duisb. Vocem *neptes* omittunt Codd. Aug. Marb. Edd. H. Junt. A. B. S. Ven. nostr. Asc. 2. In Vind. 1. est *neptesque*. Pergit Marb. *in regnum*. Tum Duisb. male *posuerunt*. De N. D. III. 35. dixit *in rogum inferre*. Post *Priamum* multi libri addunt *autem*, videlicet Codd. Aug. Mon. 2. Vind. 1. Edd. H. A. B. C. M. L. omnes, praeter S., quas Reisk. contulit, nostrae, excepta Rob. Steph. vett. ante Grut. omnes. Unus Mon. 1. *Priamum in tanta:* sola Ed. P. *Priamum autem in tanta.* Tum Marb. *progenie orbatum.* Ad rem laudat Ursinus locum Aristot. Eth. ad Nicom. I: καὶ ἐνδέχεται τὸν μάλιστα εὐθηνοῦντα μεγάλαις συμφοραῖς περιπεσεῖν ἐπὶ γήρως, καθάπερ ἐν τοῖς ἡρωϊκοῖς περὶ Πριάμου μυθεύεται. Add. Creuzer. ad Plotin. Enn. I. 4. p. 32. Locus Aristotelis est c. 9. extr. Wyttenb. ad Plutarch. II. p. 77 sq. ed. Lips. *Mr.*

cum in aram confugisset] Erat haec Jovis Hercei: cf. Virgil. Aen. II. 513. ibiq. interprr. Ovid. Ibis. 284. Creuzer. Symb. u. Mythol. II. p. 510 sq. 515 — 520. Pergit Cod. Marb. *hostis manus*.

b. emit. Hic si vivis filiis, incolumi regno occidisset,
— ⊥ adstánte ope bárbaricá,
Tectis caelátis, láqueatis,
utrum tandem a bonis, an a malis discessisset? Tum profecto videretur a bonis. At certe ei melius evenisset; nec tam flebiliter illa canerentur,

---

Fuisse hanc hostilem manum Achillis filii, Pyrrhi s. Neoptolemi, notum est. Vid. Virg. l. c. 547 — 558. Ad seqq. facit hic Iuvenalis locus Sat. X. 258 sqq.

Incolumi Troia Priamus venisset ad umbras
Assaraci magnis solemnibus, Hectore funus
Portante ac reliquis fratrum cervicibus, inter
Iliadum lacrimas, ut primos edere planctus
Cassandra inciperet, scissaque Polyxena palla,
Si foret extinctus diverso tempore, quo non
Coeperat audaces Paris aedificare carinas.
Longa dies igitur quid contulit? omnia vidit
Eversa, et flammis Asiam ferroque cadentem.

Unus Cod. Ox. pro *vivis filiis* habet *unus filius*. Mox Gud. 2. *accidisset* pro *occidisset*. *Mr.*

Adstante *ope* barbarica] Janus Gulielmius legit *ac stante:* nec aliter exhibet Eliens. tert. Inepte tamen, ut patet ex lib. III. cap. 19. ubi rursus laudantur. *Barbarica* vero, non *maxima* denotat, quod perperam statuit Hier. Columna ad Ennii Fragm. pag. 237. sed *Phrygia; quia πᾶς μὴ Ἕλλην βάρβαρος; nam et* Homerus *Phrygas* barbaros *appellat.* Ita loquitur Servius ad Aen. II, 504. Ovidius in Epist. Helenae Paridi vs. 63.

Si iam divitiis locus hic numeroque virorum
Vincitur: at certe barbara *terra tua est.*

Quin et Paris apud Lucianum in Dearum Iud. pag. 226. se *βάρβαρον* vocat. Vide et pag. 277. Sic et Troianos Hector apud Euripidem in Rheso vs. 404. *D.*

Adstante ope barbarica] H. Turnebus Adverss. IX. 13. p. 290: „*barbaricum* interpretor Phrygium, ut sit: stante Phrygum imperio." Plenius hi versus Andromachae Ennianae leguntur infra III. 19. Primo versui h. l. desunt verba initialia: *Vidi ego te.* — Pro *adstante* Vind. 1. *stante,* Gud. 1. 2. Aug. et Edd., praeter Dav. FAWolf. Koel. Sch. Or., omnes *astante.* Explicantur haec verba a Forcellino ed. Germ. p. 263. versu Virgilii dimidiato Aen. II. 22: *Priami dum regna manebant. Mr.*

Tectis caelatis, laqueatis] *Lacuatis* legit Servius ad Aen. I, 730. quem vide. Sed *laqueatis* favet auctorum usus. Adi sis Lambinum ad Horatii lib. II. Od. 16. *D.*

Tectis caelatis, laqueatis] Cod. Duisb. *et laqueatis.* Vind. 1. *laqueatis auro.* Vox *auro* ex L. III. 19. ubi sequitur hic versus Anapaesticus:

auro, ébore instrúctam régificé.

Ad verba conf. Ern. Clav. Cic. vv. *caelatus* et *lacunar.* Cic. de Legg. II. 1. p. 155. ed. nostr. et Cr. ibid. Turneb. et Creuzer. p. 601. ibiq. laudd. Gonsalus de Salas ad Petron. p. 416 sq. (Ed. Frcof. 1629. 4.). — Praepositionem *a* ante *malis* omittunt Codd. Gud. 2. et Gud. Sequentia Gulielmus ita distinxit: — *discessisset tum. Profecto.* — Codd. Duisb. et Vind. 1. *Tum certe videretur.* Verbum *videretur* omittit Cod. Rehd.; *at* abest a Gud.; Duisb. cum Mon. 1. exhibet *melius ei.* In Ed. Fr. Fabr. abest *ei* et scribitur *evenisset melius.* Ad v. *nec*

Haec ómnia vidi inflámmari,
Priamó vi vítam evitari,
Iovis áram sánguine túrpari.

Quasi vero ista vi quicquam tum potuerit ei melius acci-

---

tam flebiliter etc. v. C. J. Grysar. üb. d. Zustd. d. Roem. Bühne z. Zeit des Cicero in Ephemm. Scholl. (Allg. Schulztg.) 1832. II. 40. p. 319. *Mr.*

Haec omnia vidi inflammari etc.] Hi quoque versus Andromachae Ennianae infra redeunt III. 19. conf. Orat. pro Sext. 57, 121. de Or. III. 58. 217. In uno Cod. Ox. est *vidit*; in alio et Rehd. *Priamum*, unus Ox. habet *vim*, alius eius loco cum Edd. Vict. et Rob. Steph. *in*, omittitur *vi* in Vind. 1. Marb. Duisb. Gud. Gud. 2. Cod. Aug. habet *Priamo victam evictari*. Rehd. *evitare*, unus Ox. *immutari*. Duisb. Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. Alt. et nostr. Asc. 1. 2. Junt. et Ven. 1. 2. Reiskii *eripi*, quod manifesto est glossatoris. MS. in marg. Verb. *eripionis*. Bouhierius ad hunc versum: „*Evitare*, ait, dicebant veteres pro *occidere*. Ita Appuleius Metamorph. III. [p. 187. b. Oudend.]: *Nec enim veri simile est hominem solitarium tres tam validos evitasse iuvenes*. Glossarium vetus: *ἐναρίζω: evito*. Plaut. Casin. III. 6. 21: *Gladium ancilla Casinam habere ait, qui me atque te invitet*. Plaut. Rud. III. 5. 31: *Ni istunc istis invitassitis Usque adeo, donec, qua domum abeat, nesciat*. Vid. etiam Lips. Antiqq. Lectt. II. 11. p. 347. ed. Vesal. De *ὁμοιοτελεύτῳ* in his versibus vid. librum bonae frugis plenissimum, sed admodum rarum: B. Marantae Venusini, Lucullianarum Quaestionum libr. II. p. 121 sq. (Basil. Oporin. 1564: f. m. Insunt plurima ad artem poëticam latinam facientia.) coll. p. 427 sq. 39 sq. 115. De verbis similiter cadentibus vid. etiam U. F. Kopp. in Huschkii Analectt. Litterarr. (Lips. 1826.) p. 364 sq. De Alliteratione, quae est in verbis *vi vitam evitari*, vid. Allg. Schulztg. 1828. II. p. 404: ubi alia quoque ex ipso Cicerone exempla afferuntur: add. Maranta l. l. p. 40. p. 204 sqq. De *evitandi* verbo vid. Doederlein: Lat. Synon. u. Etym. III. p. 192. qui recte monet *evitare* non esse explicandum verbo *eripere*, quamquam *vitam evitare* est *vitam eripere*: nec vero id dicendum fuit, *vitam* nostro loco esse supervacaneum additamentum, Paronomasiae causa additum. Nam si abesset, non dici poterat *Priamo*, sed dicendum esset, ut scribitur in duobus Codd. *Priamum*: vitam enim eripere alicui esset *evitare aliquem*. Idem Doederleinius ib. in loco ex Plauti Casina laudato *evitet* legendum censet pro *invitet*. Seq. versu Duisb. et unus Ox. *turbari*. Conf. Non. Marcell. p. 181. ed. Paris. 1614. et Lips. ubi laudandus erat I. et III. liber, nec vero IV. *Mr.*

Quasi vero ista vel quicquam etc.] „Aut intelligemus *ista*, scilicet *morte*, aut legemus *post ista*." *Camerarius*. „Qui Viterbi Episcopus fuit, Petrus Crassus, putabat esse legendum: *Quasi vero ista vi quidquam* — eamque coniecturam in suo libro scripserat, quam ego vel dissentientibus libris MSS. valde probo. Error inde natus est, quod *vei* pro *vi* veteres scribebant: de quo Politianus in Miscell. [cap. 42. p. 56 a. Ed. Basil. 1522.]: unde in librum de Universitate idem mendum irrepsit p. 198. ubi legendum est: *vi cum eadem coniunxit*, non: *vel cum eadem coniunxit*." *P. Manutius*. „*Vi* sine dubio legendum, ut recte coniecit P. Crassus: nam vulgata lectio corrupta est." *Lambinus*. In eandem sententiam disputat fusius H. Stephanus in Castigatt. Ciceronn. p. 103 — 106. Brutus, qui recepit eandem lectionem, itemque H. Wolf. Fr. Fabr. Sylb. marg. Leod. *Mr.*

Quasi vero ista vel quicquam] Legerim *quasi vero ista* vi *quic-*

dere. Quod si ante occidisset, talem eventum omnino non habuisset: hoc autem tempore sensum amisit malorum.

---

quam; quam Petr. Crassi, Viterbiensis Episcopi, coniecturam calculo suo probarunt P. Manucius, H. Stephanus, D. Lambinus, alii. *D.*

quasi vero ista vi] Dav. in Ed. 2. ad sententiam Bentleii scripsit *vera*, tum distinxit post *ista*, et servavit *vel*, quod item fecerunt Grut. et Ern. Bouhierius coniecit *ista nece*, quod nimis longe a literarum ductibus Codd. recedit. In Cod. Duisb. est *ista mala vel.* Gud. *quasi vero ista id'*. duo Oxx. omittunt *ista vi*, tres habent *istâ*, et hoc volebat Nissen. ut subaudiretur *vi*. Sed ipse sensisse videtur hoc fieri non posse; addit enim: „si cui durum hoc videatur, omnino hi veri sunt, qui correxere *ista vi quicquam*. Reisk. coniecit: *quae si vera:* (scil. *sint*) *ista morte quidquam — accidere? nam si ante occidisset.* — Sed non magis ei est obsequendum, quam Bentleio, q. v. Ern. post *ista* excidisse existimabat *mala* quod exhibere diximus Codicem Duisb., sed hoc debetur sine dubio correctori. Ex recentioribus receperunt *vi* Verb. Oliv. Lall. FHWolf. Schz. Or. Sed in prolusione, quam laudavimus, ita defendit Schützius vulgatam, ut verba *tum potuerit ei melius accidere*, non cum *quidquam* solum, sed etiam cum *ista* coniungi posse dicat: *quasi vero ista potuerint ei melius accidere, vel quidquam aliud tum potuerit* etc. „Sin autem, pergit, opus fuerit correctione, Bentleii rationem multum ceteris praeferendam putamus, ut quae non mollissima tantum, verum etiam ad sensum aptissima sit.“ Mihi quidem cum Kühnero Crassi emendatio egregia videtur. Defendit librorum lectionem R. Klotzius Quaest. Tull. I. p. 92—98, servarique vult: *quasi vero ista, vel quicquam tum potuerit ei melius accidere!* vertitque: Gleich als hätte können dieses, oder auch nur irgend Etwas, damals für ihn erwünschter vorfallen! Vel: Gleich als ob diess, oder auch nur das Geringste, damals hätte können für ihn einen bessern Ausgang nehmen! „Vult enim, ait, hoc probare, homines plerumque de fortuna secus aestimare: namque si Priamus incolumi regno occidisset, eum a bonis discessisse dicerent; quamquam mala, quae ei imminebant, relinqueret potius, quam bona. Tum ne hoc quidem recte ait esse factum a poëtis, ut Troia iam eversa illius decessum lamentarentur: nihil enim tum potuisse ei melius accidere, nisi ut capta urbe ipse quoque ferro trucidaretur.“ Iudicent alii. Latinam explicationem probo: versionem Germanicam eiusque sententiam (si qua est) probare non possum. Si reprobas lectionem *ista vi*, habebis vel nullam sententiam idoneam, vel requires: *quasi vero istis quicquam — s. quasi vero vel istis quicquam tum potuerit ei melius accidere!* Sed duo vult vir doctus iungi, a) *ista* b) *vel quicquam*. Iam finge, posterius omitti. Quam habebunt reliqua sententiam? *Quasi vero ista tum potuerint ei melius accidere!* Gleich als hätte können dieses für ihn damals erwünschter vorfallen. Nonne vero requiritur: Gleich als hätte können damals für ihn etwas Erwünschteres vorfallen, als dieses? Quod si me ratio fallit, illud tantum rogatos volo iudices virumque doctissimum, cui oblocutus sum, ut ne (quod facere solent hodie tam multi) errorem ea carpant inhumanitate, qua crimina et animi improbitas castigari merentur. — Coniicit T. Baden. in Seebod. Jahn. et Klotz. Annall. Philologg. Suppl. II. 3. p. 357: *quasi vero ista vice* i. e. sorte. *Mr.*

Tamen *eventum*] Henr. Stephanus Castig. pag. 103. reponit *tum eventum* et ita dant Mss. Bak. et Balliol. Legerim ipse, *quod si ante*

Pompeio, nostro familiari, quum graviter aegrotaret Nea- 86
poli, melius est factum: coronati Neapolitani fuerunt: nimi-

occidisset (sic Victor. Eliens. pr. sec. et Bak. non *accidisset*, ut vulgo) talem *eventum omnino amisisset*. Vide Iuvenalem Satir. X, 258. *D.*

tum potuerit ei melius] Vind. 1. *potuerit ei tum melius*. Mon. 1. *tunc*, cum uno Ox.; Duisb. *tum ei melius potuerit*. Gud. *melius ei*. Ad seqq. *talem non habuisset* tam multae et variae sunt virorum doctorum sententiae, ut eas in Excursum reiiciendas ibique diiudicandas censuerimus. *Mr.*

Pompeio — melius est factum] Convaluit, pristinam valetudinem recuperavit Pompeius. Eodem modo loquitur Arnobius lib. VII. pag. 306. *D.*

nostro familiari] Cod. Rehd. *familiari nostro*. In seqq. dedit Or. *aegrotasset* cum Lall. Ern. Schz. Nohh. ex Cod. Reg. Ed. vet. Bouhierii, nostra H. Certe hoc accuratius dictum videri potest vulgato *aegrotaret*: non enim inter convalescendum ei gratulatos esse homines existimes, sed postquam convaluerat. Sed non sequitur hoc statim post verba: *cum graviter aegrotaret*, sed: *melius factum est*. Plusquamperfectum si poneres, loqueretur, quasi diceret: *postquam desierat aegrotare, aegrotare desiit*. Quod vero ait Rathius Davisium in Ed. 2, exhibere *aegrotarat*, in eo admodum caecutivit. Nam ad manum est illa Ed., quae totidem literis habet *aegrotaret*. Recte FAWolfius; aegrotantes convalescere solent inter aegrotandum. In Cod. Mon. 1. est *Neapolim*, adhaerente prima verbi sequentis litera. Sequitur in Cod. D. *melius factum est*. Hanc quidem locutionem addere poterat J. Vorstius libro suo de Latinitate falso suspecta, cum *melius factum est* plane respondeat nostro es ist besser geworden. Similiter dicit noster plane ad Germanorum modum ad Att. XIV. 15: *incipit res melius ire, quam putaram*. *Mr.*

Coronati Neapolitani] Coronas in publica laetitia gestas fuisse docebit inter alios Car. Paschalius de Coron. lib. II. cap. XI. *D.*

coronati Neapolitani fuerunt: nimirum etc.] „Cum his quidem consentiunt, quae Plutarchus in Pompeio p. 473. Frob. narrat: attamen sunt, quae me offendant. Cur, cum antecesserit *fuerunt*, mox sequitur *gratulabantur*? cuius certe temporum permutationis causa reddi potest nulla. Deinde istud *nimirum* vel solum glossatorem arguit: neque enim convenit Ciceroni aliqua ex interpretationibus huius vocis solitis (*sine dubio, ni fallor, opinor, scilicet*): eo melius convenit ea vox glossatori. Denique quomodo potest Cicero dicere gratulationem publicam *ineptum sane negotium et Graeculum*? vide modo Or. in Pison. c. 22: *meus quidem*, ait, *reditus is fuit, ut a Brundusio usque Romam agmen perpetuum totius Italiae viderem. Neque enim regio fuit ulla — ex qua non publice ad me venerint gratulatum*. Possitne Cic. id *ineptum* dicere, de quo eum ipsum aliquando gloriatum vides? Ergo non gratulationem publicam, sed *coronatorum* Neapolitanorum *ineptam* dicit; ergo non omnes ex omnibus oppidis gratulatores intelligit: qui enim potuisset eorum negotium *Graeculum* dicere? totane Italia coronata fuit? Scriberem igitur si res mei arbitrii esset: *Pompeio — melius est factum. Coronati Neapolitani venerunt publice gratulatum:* (abiectis verbis *nimirum — oppidis*)." *Rathius.*

coronati — nimirum etc.] Rathio respondet censor Jenensis l. c. p. 388: „Perfectum *fuerunt* ἀοριστως positum: Imperfectum est tempus actionis durantis. *Nimirum* significat i. q. nil mirum (natür-

rum etiam Puteolani: vulgo ex oppidis publice gratulabantur. Ineptum sane negotium et Graeculum; sed tamen fortunatum. Utrum igitur, si tum esset exstinctus, a bonis

---

lich): i. e. Puteolani imitati sunt vicinos Neapolitanos. Quod vero istam gratulationem in libro non populari appellat *ineptum negotium*, non est mirandum: alia enim est illa gratulatio publica, de qua loquitur in Or. in Pisonem, alia hominum Graeculorum in re haud ita insolita." Temporum varietatem ita excusat Kühnerus, ut dicat: „Cicero significare voluit: Neapolitanorum actionem brevis temporis, fortasse unius diei fuisse, gratulationis autem actionem ex multis oppidis per longius tempus perdurasse." Constructionis *vulgo — gratulabantur* (de qua dubitasse videntur, qui distinctionem post *Puteolani* omiserunt) non admodum rara sunt exempla: v. c. de N. D. III. 17. 44: *quem vulgo — colunt*: ad Att. XVI. 10: *vulgo loquebantur*: ad Att. I. 1; *negant vulgo*. Pro *oppidis* est *opibus* in Cod. Mon. 1. Ante *vulgo* in Cod. Gembl. inserta est glossa *passim*, unde Gebhardus Gulielmum hariolatum esse ait: *fuerunt nimium: etiam Puteolani: passim vulgo ex oppidis*. *Mr.*

publice gratulabantur] „Lege *publice e i gratulabantur*." *Lambinus*. Nemo praeter Fr. Fabr. supervacaneam hanc Lambini coniecturam recepit. V. Wopkens. Lect. Tull. p. 251. Hand. *Ineptum* hoc dici ait Bill., quia Pompeius non fuerit princeps. Quam ipsam explicationem facile aliquis dixerit ineptam. Ad v. *Graeculum negotium* (quo Graecorum adulandi studium perstringitur) vid. Disertat. J. J. *Wiesneri De Graeculorum appellatione probrosa apud scriptores Latinos*. 4. Erlang. 1763. coll. P. O. van der Chys Comment. praemio ornatam, in qua *Ciceronis de Graecis iudicia* collecta sunt (4. Gandavi 1826): qui, p. 56. de nostro loco loquens, „Romano, ait, more de Graecis loquitur Cicero, eorumque nativam hilaritatem, quae sese maxime post anxietatem et tristitiam manifestare solebat, immerito carpit." Sed idem tamen ad locum ex Ep. ad Q. Fr. I. 1. 5: *Graeci permulti — sunt — diuturna servitute ad nimiam assentationem eruditi* — p. 49. fatetur „olere haec veritatem, minime odium." *Mr.*

sed tamen fortunatum] „Nescio quomodo displicet *negotium fortunatum*. Quod, ut facilem habeat intellectum, tamen non magis dicendi magistrum referre videtur, quam eum, qui verba sententiae quomodocunque aptaverit. Itaque recidendam puto ultimam vocem, sermonemque ita finiendum: *ineptum sane negotium et Graeculum; sed tamen!* Unde nascatur aposiopesis oppido elegans et efficax, ut, quum Francogalli dicunt: *mais enfin!* Sic noster de N. D. I. 33. — *sed meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere ausa sit? Scito illa quidem sermone et Attico: sed tamen!*" *Hottinger.* „*Fortunatum* i. e. boni ominis: ex formula: *quod bonum, faustum, felix, fortunatum, ac salutare sit!*" *Billerb.* „Intellige: Sed tamen et sanatio Pompeii, et gratulatio ista fortunae eius tribuebatur." *Orellius.* „*Fortunatum negotium* est res bonam alicuius fortunam significans." *Kühner*. In annot. ad FAWolfii scholas Or. explicat: sed tamen haec quoque gratulatio, Romanis alioquin inaudita, ad fortunam eius pertinebat. Fatetur tamen, magis iam sibi probari Hottingeri suspicionem, cum illam ἀποσιώπησιν *sed tamen*.... veteres interpolatores perverse et inepte explere soliti fuerint. — Mihi quidem Orellii explicatio secunda satisfacit, neque ἀποσιώπησις iustum h. l. et commodum usum habere videtur. *Mr.*

si tum esset exstinctus] Duo Oxx. *tunc*; unus *sit*; unus cum

rebus, an a malis discessisset! Certe a miseris. Non enim cum socero bellum gessisset; non imparatus arma sumpsisset; non domum reliquisset; non ex Italia fugisset; non exercitu amisso nudus in servorum ferrum et manus incidisset; non liberi deleti; non fortunae omnes a victoribus

---

Gud. 2. *extinctum*. Tum Rehd. *an bonis a rebus*. Pergit Mon. 1. *an malis*. Gud. 1. a pr. m. *discessit*. *Mr.*

Certe a miseris. *Non enim cum socero* etc.] Bak. et Med. habent *miseriis*, quod lubens amplector. Sic autem hac de re Velleius Paterculus lib. II. cap. 48. Pompeius, *si gravissima tentatus valetudine decessisset in Campania, (quo quidem tempore universa Italia vota pro salute eius — suscepit) defuisset fortunae destruendi eius locus; et quam apud superos habuerat magnitudinem, inlibatam detulisset ad inferos.* Huc pertinentia Iuvenalis et Plutarchi loca citarunt eius interpretes; praetermitti vero non debuit Seneca Cons. ad Marciam cap. XX. *Si*, inquit, *Cn Pompeium — Neapoli valitudo abstulisset, indubitatis populi R. princeps excesserat. At nunc exigui temporis adiectio fastigio illum suo depulit. Vidit legiones* etc. Certe nihil *nisi longa vita magnum modo Pompeium vertenti praebuit fortunae*, prout ait Livius IX, 17. *D.*

certe a miseris.] *Miseriis*, quod immerito placebat Davisio, habet etiam unus Ox. cum Rehd. Edd. Ven. Alt. nostr. Asc. 1. A. *Socerum* Pompeii intellige C. Iulium Caesarem, cuius filia Iulia nupserat Pompeio. — Pro *bellum* Cod. Duisb. *bella:* idem *non arma imparatus sumpsisset*; unus Ox. *imperatus*. Aug. *imperatus arma suppressisset*. In seqq. Cod. D. *exercitu fuso*. Unus Ox. pro *non exercitu* habet *ex exercitu*. Dicit vero *in servorum ferrum*, quia trucidatus est Pompeius ab Achilla et Pothino, Regis Ptolemaei Dionysi eunuchis s. spadonibus, qui fuit frater Cleopatrae. Admodum diligens fuit corrector, qui in Cod. Rehd. reposuit *manus et ferrum*: scilicet ne Cicero ὕστερον πρότερον committat, neque prius Pompeius incidat in *ferrum*, quam in *manus* servorum. Ad v. *imperatus* cf. E. Wunder. ad Cic. pro Planc. p. 223. *Mr.*

non liberi defleti] „Antiquus liber MS. habet *deleti*, quod minus placet: placeret magis *electi* sc. fortunis." *Ursinus*. Dav., ut videtur, in Ed. 1. receperat *deleti*, reprehensus eo nomine a Bentleio, q. v. Bouhierius vero neutro probato, contra Bentleium haec monet: Pompeium non cogitasse mortem sibi esse tam propinquam: neque, cum videret eam instantem, deflendae familiae habuisse otium sive spatium. Tractas quidem post pugnam Pharsalicam fuisse Pompeii res, nec vero plane desperatas, cum etiam nunc satis firmae fuerint Pompeii partes, quippe quae, vel post eius necem, per aliquod tempus se essent tuitae, filiis, Scipione socero et Catone ducibus. Videri igitur Ciceronem scripsisse: *non liberis indefletus*, idque significare ait, *liberis Pompeii ne triste quidem eius deflendi solatium contigisse*. Sed hic Graecismus cum Adiectivo poëtico, non urgente necessitate, Ciceroni obtrudi non debet: quamquam id factum non displicet Ernesto. Nissenio id, quod non defletus fuerit a liberis Pompeius, parum visum est inter tantas calamitates. Reiskius coniiciebat *non liberi essent deleti*. — Receperunt *deleti* FAWolf. Schz. Bill. Or. ex duobus Oxx. et Codice Ursini quibus accedit Cod. Duisb. Quod autem dicunt Davisium in Ed. 2. idem exhibere Schützius et Kühnerus, id nescio unde hauserint: nam in contextis est *defleti*, neque ulla annotatione addita Davisius sibi illud probari dixit. Or. vero dici posse dixit *deleti* de Cn. Pompeio filio interfecto, et de Sexto tunc omni-

possiderentur. Qui, si mortem tum obisset, in amplissimis

bus opibus spoliato. Contra eum loquitur Kühnerus, Bentleio assentiens: Enimvero, ait, Cicero h. l. loquitur de iis calamitatibus, quas ipse hausit Pompeius. At filii Pompeii, Cnaeus et Sextus, post obitum patris demum deleti sunt: quorum alter, Sextus, Ciceroni ipsi superstes fuit, et per multos annos rerum gestarum gloria floruit. Hinc intelligitur, lectionem *deleti* a Ciceronis manu proficisci non potuisse. Contra *defleti* sententiam huic loco praebet accommodatissimam. *Defleti* enim sunt a Pompeio liberi, utpote iam omnibus praesidiis nudati et ruinis patris sine dubio obruendi." Billerb. probat Cn. Pompeium post pugnam ad Mundam in Hispania, quae commissa est a. u. 709. deletum esse: nec vero ante hunc annum Ciceronis Tusculanas fuisse conscriptas; quare si Cicero dixerit *deleti*, id, cum unus certe tum iam fuerit deletus, certe intelligi posse, quasi dixerit *paene deleti*. Quod ad tempus idem dicit Or.; ad reliqua respondet Kühnero, intelligi non posse, quomodo Pompeius, postquam nudus in servorum ferrum et manus inciderat, ergo postquam interemtus erat, liberos deflere potuerit. Hoc vero si fecisse existimetur post pugnam Pharsalicam, eorum nimirum interitum futurum quasi animo praesagiens, hoc quidem loco incommode inferri, quum iam de eius nece minime exspectata in Aegypto sermo fuerit. Buggius denique, item praeferens *deleti*, contra Bentleium monet, fuisse tamen tristem Pompeii liberorum mortem re vera malum, quod, si in morbo illo mortuus fuisset Pompeius, non accidisset; itaque recte inter ea incommoda referri posse videri, quae attulerit longior Pompeii vita. Ego vero rationibus omnibus ponderatis, facere non potui, quin reciperem *deleti*. Enumeratis enim, quae usque ad mortem in Aegypto Pompeio post illum morbum acciderunt adversa, ea addit incommoda, quae post obitum eius acciderunt, quae item in eius infortunio referri possunt, quippe quae liberos et fortunas Pompeii attingerent, quae certe non accidissent, si ex illo morbo non convaluisset. — Ex recens collatis libris, unus Gud. 2. habet *deflecti*. Mihi quidem *defleti* veteris correctoris alicuius esse videtur, qui ita ratiocinaretur, ut Bentleium fecisse ex eius annotatione apparet. *Mr.*

Non fortunae omnes a victoribus possiderentur] Gud. *omnibus*. Unus Ox. Aug. Reg. Gud. 1. *omnes auctoribus*: errore admodum proclivi, sive minus recte intelligeret dictantem librarius, sive literas uno tenore conscriptas AVICTORIBUS nimis festinanter legeret. Docta autem est coniectura Orellii *a sectoribus*, sed coniectura tamen non ita necessaria, ut, ea repudiata, sententia prodeat minus apta. Quamquam poterat laudare Or. locum Ciceronis, ubi de hoc ipso, quod Pompeii fortunis accidit, sermo infertur, Philippic. XIII. 14: *Utrum igitur aequius — fuit, Cn. Pompeium, an sectorem Cn. Pompeii vivere Antonium?* — Pro *possiderentur* est *possessae* in Edd. Ald. Lall. et, ut ait Verb., in Dav. 1. Davisius quidem in ann. Ed. 2. „*possessae*, ait, edidi, quia lectioni *possiderentur* cum praecedente Participio non bene convenit: quapropter *Eliens.* sec. et Ed. Man. sequuti sumus:" Sed in contextis tamen operae non paruerunt; est enim ibi, ut in reliquis. Fr. quoque Fabr. probabat *possessae*. Marg. Verb. Goth. Lamb. nescio unde *possessae essent*. *Mr.*

qui si mortem tum obisset,] Unus Ox. habet *morte* cum Cod. Marb. In Rehd. abest *si*, in Ed. H. *tum*, cuius loco Mon. 2. habet *tunc*, unus Ox. *non*. De discrimine inter *tum* et *tunc* v. quae laudavimus ad Cic. de Div. 1. 16. p. 76. II. 1. p. 296. Tum Cod. Mon. 1. *obissent*, Cod. Rehd. *ab amplissimis*: tres Oxx. *quantusque* pro *quan-*

fortunis occidisset; is propagatione vitae quot, quantas, quam incredibiles hausit calamitates!

Haec morte effugiuntur, etiam si non evenerint, tamen, 36
quia possunt evenire: sed homines ea sibi accidere posse non cogitant. Metelli sperat sibi quisque fortunam: perinde

---

tas, quam. Ad v. *propagatione vitae* conf. Cic. Ep. ad Famm. V. 15: *vita — propagatio miserrimi temporis.* De Finn. V. 11. 32. *Philoctetes - propagabat vitam aucupio sagittarum:* de Inv. I. 2. 2: *victu fero vitam propagabant.* — Cod. Gud. habet *quae* pro *quam. Mr.*

Hausit *calamitates*] Pertulit, subiit. Eliens. tert. et alli nonnulli *auxit.* Perperam. Cicero pro domo sua cap. XI. *Si utile Reip. fuit,* haurire *me unum pro omnibus illam indignissimam* calamitatem. Servius ad Aen. III, 603: *Veteres dicebant,* cladem hausi, *id est, pertuli.* Vide et Statium Theb. I, 369. Claudianum Bell. Gildon. vs. 37. Tacitum Hist. III, 84. IV, 32. denique Amm. Marcellinum XXI, 5. Pariter Graeci. Lucianus de merc. cond. Tom. I, pag. 458. *Ἡρούχρίθης ἀνδρῶν πολυετῆ δουλείαν ἩΝΤΛΗΚΟΤΩΝ.* Euripides Cyclop. vs. 110.

Παπαί· τὸν αὐτὸν ΔΑΪΜΟΝ' ΕΞΑΝΤΛΕΙΣ ἐμοί·

Et *ἀντλεῖν τύχην* dixit Aeschylus Prom. Vinct. vs. 375. Vide sis et Choëph. vs. 746. *D.*

Hausit calamitates] Praeter locos a Dav. laudatos vid. Valcken. ad Eurip. Hippol. 1048. p. 276. Ed. Lugd. Bat. Plane ita scriptor Or. pro Domo 11. 30: *haurire me unum indignissimam calamitatem.* Similiter Or. pro Sext. 29, 39: *luctum nos hausimus maiorem, dolorem ille animi non minorem:* coll. Or. pro Coelio 24, 59. Contra infr. Lib. V. 6. 16: *quo — affluentius voluptates undique hauriat.* Pro *hausit* Cod. Duisb. *auxit, Mr.*

c. 36. *Haec morte effugiuntur*] Cod. Aug. *aufugiuntur.* Initium capitis ad vestigia Codicis Regii et Leidensium ita refingi volebat Bouhierius: *Haec morte effugiuntur; et, si non evenerunt, tamen possunt evenire. Sed homines* etc. Scribitur etiam *evenerunt* in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Marb. Mon. 1. et duobus Oxx. Ed. H.; omittitur *quia* in tribus Oxx. Mon. 1. 2. Gud. Ed. H. Sed tamen nihil mutandum. Illud si voluisset Cicero, non *possunt* scripsisset, sed *potuerunt.* Pro *tamen* MS. in marg. Asc. nostr. 2. *tum*; pro *possunt* Gud. *possit.* Mon. 1. *possint.* In seqq. *posse* omittitur in duobus Ox. alius habet *agitant* pro *cogitant. Mr.*

Metelli sperat sibi quisque fortunam] Vocem *sibi* omisit scriptor Codicis Rehd. nimium sibi suaeque sagacitati confidens; probe nimirum gnarus *sperandi* verbo Ciceronem uti solere absque pronomine personali, *quisque* vero pronomen reflexivum saepissime vel praecedens habere vel sequens, parum reputans. Vid. Beieri Indicem ad Ed. Heindorf. Cic. de N. D. p. 397 sq. *Mr.*

perinde quasi] Ita unus Leid. octo Oxx. Gud. Duisb. Marb. Mon. 2. Edd. H. HWolf. Camer. Leod. Ern. Bip. seqq. *Inde* habent Edd. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. et a Reiskio collatae Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Reliqui libri *proinde,* solita confusione compendiorum in scribendis particulis *pro* et *per,* de qua nunc non repeto, quae posui ad Cic. de N. D. II. 38. p. 360. ed. Cr. et nostr. maj. coll. ed. min. p. 137. ad Cic. de Legg. II. 19. p. 310 sq. ad Cic. de Div. II. 42. p. 452. ibiq. laudd. et p. 764. in Indice: quibus nunc adde Goerens. ad Cic. de Legg. II. 19. extr. Oehsner. ad Cic. Eclogg. p. 7. Herzog. ad Caes. de B. G. 7, 66. p. 490. Moebium ad eund. locum p. 459. Dronkium ad Tacit. Agric. p. 81. Morum ad

p. 167. a. quasi aut plures fortunati sint, quam infelices; aut certi quicquam sit in rebus humanis; aut sperare sit prudentius,
87. quam timere. Sed hoc ipsum concedatur, bonis rebus homines morte privari: ergo etiam carere mortuos vitae commodis, idque esse miserum? Certe ita dicant necesse est. An potest is, qui non est, re ulla *carere?* Triste enim est

---

Caes. de B. C. III. 1. Oudendorp. ad eundem locum p. 255. ed. Stuttg. Daehnium ad Corn. Nep. Lysandr. 2. p. 100. ed. Helmst. Hess. ad Tacit. Germ. 5, 5. p. 29. Kritz. ad Sall. Catil. 12. p. 25. Allg. Schulztg. 1828. II. 61. p. 500. Kritz. in Jahnii Annall. Philoll. et Paedag. 1829. II. 1. p. 75 sq. *Proinde* proprie consecutivum est et exhortativum; *perinde* comparativum: hoc nunquam ponitur pro illo: illud, si comparativa sententia aliquid habet consecutionis, non-nunquam pro hoc. Vid. etiam Kühneri ad h. l. annot. *Mr.*

quasi aut plures etc.] Ed. H. *ut quasi pl.*, Codd. Rehd. Gud. 1. Marb. unus Ox. Gud. 1. 2. *quasi ut.* Unus Ox. omittit *quasi.* In marg. Lamb. Goth. et Verb., alii, nescio qui, habere dicuntur *sint felices.* In Edd. H. P. A. et Ven. 1. 2. Med. 1. Reiskii est *sunt*, in Cod. Gud. 1. a pr. m. *sant* (sic). Pro *certi* est *certo* in uno Ox. Gud. 1. Mon. 1. Ed. Junt. *certe;* in Cod. Gud. *certum*, quod videtur correctoris, qui *certe* in suo libro reperisset, idque emendandum esse videret. Gud. 2. *in humanis rebus.* Vind. 1. et Aug. *prudentius sit.* Ceterum haec: *aut sperare — timere* ex Stoicorum sententia dicta sunt, qui sperare aeque indignum sapiente existimabant, quam timere. *Mr.*

Sed hoc ipsum concedatur] Post *Sed* intelligit Bill. *ut* i. e. etiamsi vel *fac.* Poterat simpliciter dicere Subiunctivum h. l. esse modum concessivum. Pro *hoc* Cod. Aug. habet *quod.* Pro *homines* Ed. P. haud raro errore *omnes.* Tum unus Ox. et Marb. (hic a pr. m.) *privare*, Gud. *posse privari.* Mon. 1. *hoc* pro *ergo*, unus Ox. *et* pro *etiam;* Marb. *id* pro *idque.* Gud. *commodisque* Rehd. *miserum esse. Mr.*

Ergo etiam carere mortuos vitae commodis? idque esse miserum? certe ita dicant, necesse est] Vulgo notas interrogandi praetermittunt, quas commode post Erasmum adiecit Cl. Bentleius. Alioquin enim mortuos *carere* vitae commodis, adeoque miseros esse concederet Cicero; et eo modo sua ipse caederet vineta. *D.*

Ergo etiam carere — miserum?] Sufficere nobis visum est cum FAWolfio, Schützio et Orellio unum interrogandi signum, quod non debebat omittere Nobbius, in hac quoque re nimis religiose Ernestum secutus, qui, ut constat, in libris Ciceronis, qui ad Philosophiam spectant, paullo festinantius versatus est. Bouhierius totum locum ita distingui volebat: *Sed hoc ipsum concedatur, bonis rebus homines morte privari. Ergo etiam carere mortuos vitae commodis, idque esse miserum (certe ita dicunt) necesse est.* Meliorem sententiam exhibere nostram distinctionem et lectionem, quilibet, opinor, videt. Ceterum est *dicunt*, omisso *ita*, in Ed. H., *dicatur* in Cod. Vind. 1. *Mr.*

An potest is, qui non est, re ulla carere?] Ed. H. *ille* pro *is*; in Gud. 2. est *an patet is.* Gebh., quum in uno Cod. reperisset *qui non est quis*, coniecit inde: *qui non est quid:* egregie scilicet. In seqq. Gud. 2. Goth. et Lambb. in marg. ex v. c. *Triste est enim.* Verbum *est* omittit Ed. H.; eadem cum Cod. D. habet *ipsum nomen.* Vir doctus in marg. Asc. nostrae 2. *ipsum* et *quis* post *habuit* redundare ait. Posterius quidem optimi libri non habent: prius non abii-

nomen ipsum *carendi*, quia subiicitur haec vis: habuit, non habet; desiderat; requirit; indiget. Haec, opinor, incommoda sunt carentis. Caret oculis; odiosa caecitas: liberis;

---

ciendum. Ad h. l. Beroaldus: „*Carere*, ut mox docet, significat egere eo, quod habere velis. Inest enim velle et desiderare in carendo. *Carere* in bono dicitur, non in malo. Et proprie *carere* videtur dici de his commodis, quae olim possedimus, quibus indigemus: ergo mortuus dici non potest *carere* vitae commodis, cum non sit, et in eo nullus sit sensus.“ Camerarius vero: „Iam redit ad propositum, mortuos ut omnino doceat miseros non esse, quippe qui sint nulli: quod autem nihil est, illi nihil in utramque partem accidere possit. Atque philosophatur de verbo *carere*: quo tamen et ipse sic est usus, ut diceret *carere culpa, supplicio, dolore*. — *Nihil indignius est*, inquit, *quam eum, qui culpa careat, supplicio non carere*. — *Febre* etiam *carere*: quod Plautus ita Curculione: [I. 1. 17.] *Caruitne febris te heri, vel nudius tertius?* „Ad usum Ciceronianum cf. Or. pro Lig. 2, 4: *ergo haec duo tempora carent crimine*. Epp. ad Famm. XVI. 15: *te plane febri carere*: de Finn. I. 11: *omni dolore carere* (idem II. 10.) *malo carere* II. 1. V. 8.; de Off. I. 29. 102: *perturbatione animi carere*: ad Famm. VI. 1. med. *culpa carere*. Haec omnia exempla eo pertinent, quod infra §. 88. dicit: *alia quadam notione verbi dici etiam febri carere*. Quid? quod etiam *dolore privari* dixit de Finn. I. 11. eodemque capite bis *doloris privatio*, et, quasi explicaturus sententiam suam, inter utrumque locum, *doloris amotio*, et V. 8. ter: *doloris vacuitas*. Contra hunc usum, et ad nostri loci definitionem, scripsit de Sen. 14, 47: *quamquam non caret is, qui non desiderat*: quibus praecedunt haec: *cupidis enim — molestum est fortasse carere: satietis — iucundius est carere, quam frui*. Ex his omnibus apparet ipsum Ciceronem uti *carendi* verbo non semper eodem notionis ambitu: qui, quod bene animadvertit Doederleinius (Lat. Synon. u. Etymol. III. p. 114.) hoc ipso loco, ubi accurate de eius usu disputare voluisse videtur, confudit eius significationem cum aliorum verborum significatione. Et cum proprie *carere* simpliciter significet *vacuum esse aliqua re* [quare *carere culpa* dixit ipse et *vacare culpa*] dicere quidem potuisse Ciceronem, quia vacuitas saepius ingrata est, quam grata, ait Doed., *habuit, non habet*; melius tamen sibi placituram esse scriptionem, si alicubi reperiretur: *quia subiicitur haec vis: si habuit, non habet*. Mihi vero illud ipsum, quod Cicero in huius verbi usu tantopere fluctuat, manum iniicit, quo minus Doederleinii coniecturae accedam, cuius ceteroqui disputatio legi meretur. *Mr.*

haec vis: habuit, non habet,] Cod. Duisb. *haec quis*. Cod. Vind. 1. Edd. A. B. C. H. Ven. nostr. Junt. Asc. 1. 2. (in hac vero, ut dixi, *quis* in marg. redundare dicitur) et, quas contulit Reisk., Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Ald. Scur. In Cod. Marb. est *inquirit* pro *requirit*. Plane abest h. v. ab uno Ox.; in alio bis scribitur *habuit*. *Mr.*

Haec, opinor, incommoda sunt carentis] Ita Codd., qui mihi quidem innotescunt, omnes: sed Edd., praeter veterem Bouhierii, omnes ante Davis. et FAWolf. *Opinor, haec*, quod iam reprobarunt Bentl. et Bouhierius: servavit tamen Ern. et frustra defendit Nissen. Verbum *sunt* omittunt quatuor Oxx. et Cod. Mon. 2. Post *valet* Mon. 1. habet *hec*. In seqq. notissima iam et virorum doctorum animadversionibus ad satietatem usque decantata constructione scribitur *non modo* pro *non modo non* ante *ne — quidem*, ubi utraque propositio idem habet Verbum. Sufficiat h. l. laudasse meam annot.

orbitas. Valet hoc in vivis: mortuorum autem non modo vitae commodis, sed ne vita quidem ipsa, quisquam caret. De mortuis loquor, qui nulli sunt. Nos, qui sumus, num, etsi cornibus caremus aut pennis, sit qui id dixerit? Certe nemo. Quid ita? Quia, quum id non habeas, quod tibi nec

---

ad Cic. de Rep. II. 15. p. 251; ad ed. min. Cic. de N. D. II. 25. p. 218. Beneke ad Cic. Catil. I. 3. extr. p. 39 — 41. Beier. ad Cic. de Off. I. 21. 71. p. 165 sqq. et ad III. 29. 105. p. 382 sq. denique nostras annott. ad Cic. de Divin. I. 55. p. 272. II. 9. p. 330. II. 55. p. 494. ibidemque Indic. p. 763. Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 351 sq. 481. — Scribitur in Codd. fere omnibus *non modo vitae commodis* (nisi quod Mon. 1. omittit vocem *vitae*): sed Edd. ante Grut. habent *non vitae modo*. Solus Aug. habet *vitae non modo*. Cicero, si voluisset separare verba *non* et *modo*, h. l., ne prava fieret oppositio, scripsisset *non commodis modo vitae*. In seqq. duo Oxx. habent *quisque*, alius *careret*. Gud. 2. *ne mortuis* pro *de mortuis*. Ad sententiam verborum: *qui nulli sunt* vid. Doederlein: Lat. Synon. u. Etymol. I. p. 56 sq. add. Symbolarum nostr. Critt. ad Cic. Specim. II. p. 5. et 28. *Nulli* explicat Bill. Graeco *οὐδέν*. Accuratius dixisset *οὐδένες*: nam hoc etiam Plurali hoc ipso sensu usos esse Graecos constat. Gud. 2. habet *ulli* pro *nulli*. *Mr.*

num, aut si cornibus — sit qui id dixerit?] „Abiice *si* et *id*." *Turnebus* Adversarr. X. 16. p. 327. ed. Paris.

Aut si *cornibus*] Ex Eliens. sec. legendum *etsi cornibus*; postulante sensu. Similiter Plutarchus. *Κεράτων γοῦν καὶ πτερῶν οὐδεὶς ἐνδεὴς ἄνθρωπός ἐστιν, ὅτι μηδὲ δεῖται τούτων* etc. Advers. Stoicos pag. 1068. C. *D.*

num, etsi cornibus caremus etc.] Sic dedi cum FAWolf. marg. Lamb. Goth. Dav. in Ed. 2. (qui tamen ibi coniicit: *num aut cornibus caremus aut pinnis* [sic]? *Ecquis id dixerit?*) Schz. Or. ex El. 2. Bern. Gud. 2. Ed. H. (haec habet: *nos, qui sumus vivi*, omisso *num*, ubi glossa extrusit Ciceronis vocem): scribitur *aut si* in Codd. rell. et Edd. vett. et recc. plerisque. In marg. Asc. nostrae 2. vir doctus *si* redundare dixit. Ed. P. habet *non aut sit*. Abest *si* ab Ed. Junt., quod delevit Ern. auctoritate, ut ait, Edd. vett. Idem ait: post *pennis* addiderim *aut*." Scripsit vero, interrogandi signo post *pennis* posito: *sit, qui id dixerit: certe nemo*. Oederus in Ep. Crit. ad Kriesium (Gotting. 1742. 4.) p. 18. defendit *aut si*, ut dictum pro *si aut*, eiusque transpositionis exempla affert: sed de hoc hic non agitur, sed de sententia: requiritur *etsi* i. e. *etiamsi*, nec vero particula conditionalis. FAWolfius in Scholis coniecit: *Nos, qui sumus, num aut cornibus caremus, aut pennis? Sit, qui id dixerit?* quam rationem merito duram dixit Or. In Cod. Gud. est *num si cornibus*, idem habet *caree* pro *caremus*. Pro *sit* est *si* in Edd. A. B. S. C. H. cuius erroris in nostris libris nullum est vestigium: sed *id* post *qui* abest a quatuor Oxx. Marb. et Duisb. et omnibus Codd. Lambini, qui eam vocem delevit. Codd. Gud. 1. 2. habent *quid* pro *qui id*, ortum ex scriptione ꝙvID. Sententiam loci hanc esse, facile quilibet videt: *num sit, qui dixerit, nos, qui sumus* [vivimus], *carere cornibus aut pennis, etiamsi non habemus?* Post *quid ita?* in Cod. Mon. 1. sequitur *quin* pro *quia*, in Vind. 1. *quod*. In seqq. *id* omittit unus Ox. *Mr.*

quum id non habeas] Ad sententiam v. Facciolati Inst. Logicae Peripatet. (Venet. 1729. 8.) p. 79: nimiram de privationis et negationis differentia. Pro *habeas* est *habes* in Edd. A. B. C. V. Junt. Ven.

usu nec natura sit aptum, non careas, etiam si sentias te non habere. Hoc premendum etiam atque etiam est argu- 88
mentum, confirmato illo, de quo, si mortales animi sunt, dubitare non possumus, quin tantus interitus in morte sit, ut ne minima quidem suspicio sensus relinquatur: hoc igitur

---

nostr. Cam. Rob. Steph. Asc. 2. Sed haec in marg. ex MS. *habeas*, in quo Codd. omnes consentiunt. Tum *sit aptum* habent Codd. sed *aptum sit* Edd. ante Gebh. exceptis H. et Ven. Alt. — *Aptum* h. l. est i. q. cohaerens, connexum, ut saepe apud nostrum: ita de N. D. III. 1. 4: *apta — et cohaerentia*. de Fato 15, 34: *si ea causa non ex aeternis causis apta dicatur*. Orator. 71. 235: *Facilius est enim apta dissolvere, quam dissipata connectere*: cf. c. 70. 233: *cum sint ex aptis dissoluta*, ibid. *efficiatur aptum illud, quod fuerit antea diffluens ac solutum*. Pergit Gud. 2. *nec careas*. Tum Ed. P. *etsi*, E. *etiam si si sentias*. *Mr.*

Hoc premendum etiam atque etiam est] Ed. H. *puniendum*. Quod ait Bentleius: „vel legas *hoc promendum*, vel dicas, quid sit *premere argumentum?*“ neminem movit, ut alterutrum faceret. Illud nemo, opinor, amplectetur: hoc vix argumento eget. *Argumentum premere* alibi quidem apud Ciceronem non legitur. Sed cum negari non possit, *premere* significare saepissime i. q. *urgere, instare*, ut sit ergo h. l. huic argumento instandum est; cum dixerit noster *dilatare argumentum*, (Paradox. prooem:) infr. III. 6. extr. *adstringere argumenta*; cum Quinctilianus (VII. 2. 40.) dixerit *confessionem premere*; quid est, quod prohibeat Ciceronem scribere *premendum*, i. e. urgendum, *est argumentum?* In Or. I. de Lege Agr. 5, 16. *premere atque urgere*, ut synonyma, coniunxit. Scribitur *est etiam atque etiam* in Cod. Gud. *etiam atque etiam arg. est* in Duisb.; in Aug. omittitur *atque etiam*, in Rehd. et uno Ox. est. Pro *argumentum*, quod ex optimis libris solus tuetur Gud. 1. praeterea sex Oxx., habent reliqui Codd. *arguendum*, praeterea Edd. P. A. B. S. E. C. V. Rob. Steph. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cam. Junt. Ad h. l. Reisk. haec: „Distinguendum ut in vetustis editionibus: — *argumentum. Confirmato illo*: — nam verba *de quo — sensus relinquatur* quasi sunt in parenthesi posita, et resumit filum orationis in illis: *hoc igitur probe* —“ In quo quidem hoc recte vidit, continuari interruptam constructionem, vel potius denuo incipere a verbis *hoc igitur probe*, ideoque perperam plene distinxisse multos (Davisium quoque) post *relinquatur* (Cf. Goer. ad Cic. de Finn. III. 5. 17.): sed neo plene distinguendum est post *argumentum*. Hoc enim si voluisset Cicero, inter *confirmato* et *illo* addidisset *autem*. Ad v. *argumentum* Kühnerus: „sc. nos eo non carere, quod nobis nec usu, nec natura sit aptum, vel mortuos, quia nulli sunt, aliqua re carere non posse:“ idem ad *confirmato illo*: „sc. argumento, tantum interitum in morte esse, ut ne minima quidem suspicio sensus relinquatur.“ Quod vero in seqq. scripsit Cicero *quin tantus interitus — sit*, ut pendeat a verbis *dubitare non possumus*, cum pendere debeant illa a *confirmato illo*, scribendumque fuerit *tantum interitum — esse*, de hoc anacoluthi genere locutus est Krüger: v. d. Attraction. p. 458. Praeterea de loci constructione paullo negligentiore vid. Wopkens. Lectt. Tulliann. p. 173. ed. Hand. *Mr.*

illo, de quo, si mortales etc.] Unus Ox. omittit *illo*. In seqq. Codd. Vind. 1. et Aug. *animi sunt mortales*. Tum Duisb. *non possumus dubitare*. Vind. 1. Aug. *possimus*. Gud. 2. *sint* pro *sit*. Ed. H. in seqq. *nec minima*. Tum sequitur *id quidem* in Edd. Herw. V.

probe stabilito et fixo, illud excutiendum est, ut sciatur, quid sit *carere*, ne relinquatur aliquid erroris in verbo. *Carere* igitur hoc significat, egere eo, quod habere velis. Inest enim velle in carendo: (nisi quum sic, tamquam in febri, dicitur, alia quadam notione verbi: dicitur enim alio

---

Rob. Steph.; Verb. in marg. ex MS. nescio quo *suspicione*; Mon. 1. *sensu*. Vind. 1. *sensus suspicio*. Mox pro *probe* est *pro te* in Codd. Mon. 1. 2. et uno Ox.; in alio *pro re*, in alio denique *proprie*. Aug. habet *hoc igitur praestabilito:* ubi habes elegans participium veteribus incognitum quod adhuc a Leibnitio ad significandam *harmoniam* illam *praestabilitam* procusum videbatur a librario, homine valde indocto, nolente fortasse, inductum. *Mr.*

illud excutiendum est, ut sciatur, quid sit carere,] Bene Krügerus l. c. p. 461. monet, pendere proprie et ad sententiam tria ultima verba a primis: *illud excutiendum est*, grammatice vero a verbis *ut sciatur*, neque haec vertenda vel intelligenda ita esse, quasi dicatur damit man es wisse. — Pro *excutiendum* unus Ox. habet *exercendum*. Pergit sola Ed. Junt. *ut relinquatur*, unde noli coniicere *ut ne*. Post *aliquid*, plane contra Codicum auctoritatem, in Edd. A. B. S. E. C. Herw. Ven. nostr. Asc. 2. Cam. est *vel suspicionis vel;* quae verba etiam a loci sententia sunt aliena. *Mr.*

Carere igitur hoc significat] Vid. Laurent. Valla Elegant. L. Lat. p. 476—478. Post *egere* abest verbum *eo* ab uno Ox. Post *quod habere velis* in marg. Cod. Reg. est: *carere egere quod habere velis et saepe velle in carendo*. Verbum *inest* abest a Cod. Mon. 1. Eius loco Rehd. habet cum Aug. *quid est*. Mox tres Oxx. Mon. 1. 2. MS. in marg. Asc. 1. Junt. Cam. P. A. S. E. habent *sit* pro *sic*. *Mr.*

tanquam in febri] Ed. S. *tantum* pro *tanquam*. „Iam olim in quibusdam libris antiquis post *in febre* repereram haec verba: *quae carere jucundum est:* sed quia iudicaram ea esse aliena, quod aeque et nunc iudico, non solum reieceram, sed ne digna quidem, quae lectori indicarentur, existimaram.“ *Lambinus.*

Tanquam in febri] His adnectunt quidam Mss. *qua carere iucundum*, quod glossema videtur a Sciolo nescio quo intrusum: licet id probare videatur Hadr. Turnebus Advers. X, 16. Cicero XVI. Fam. Epist. 15. *Mihi nuntiavit te plane* febri carere. Corn. Fronto apud Agellium XIX, 8. Morbo *quidem, inquit,* cares, *sed verbi vitio non cares*. Et alibi saepe. Lucretius tamen II, 4.

Sed quibus ipse malis careas, *quia cernere suave est.*

Sic etiam Lactantius Div. Inst. III, 8. et Seneca Epist. CXVII. Vide et Horatium Epod. XVI, 16. Sed alia in his locis est verbi notio. *D.*

tanquam in febri,] Nullus librorum nostrorum illam glossam habet, quam Lambinus se reiecisse ait. Sed scribitur in Aug. *dicitur tanquam in febre aliqua quadam;* in Vind. 2. *dicitur in febri*; aliquot praeterea scripti et editi exhibent *febre* pro *febri*, de qua forma vid. K. L. Schneider. Lat. Formenl. I. p. 228. — Hac sententia verbi, qua hic inter *nisi* et *patiare*, quasi *παρενθέτως*, usurpari dicit, usus est etiam in Or. pro Mil. §. 5: *metu crudelissimorum exitiorum carere:* quem locum laudavit Or. ad Scholas FAWolfii; alios nos ad §. 87. excitavimus. — Unus Ox. habet ut Aug. *aliqua quadam*, sed *notione* in marg. tantummodo; alius: *alia quaedam natio*. Mon. 1. *notitia:* male; *alia qu. notione* est i. q. improprie, ut recte exposuit. FAW. *Mr.*

Dicitur enim alio modo etiam carere] Dav. Bentleio nimis cupide obsecutus in Ed. 2. edidit *illo modo;* quamquam hac correctione

modo etiam *carere*, quum aliquid non habeas, et non habere te sentias, etiamsi id facile patiare:) *carere* in malo non

---

nihil minus est necessarium, ut vidit etiam Bouhierius. Rationem enim reddit, cur dici etiam possit *carere febri*. Quare etiam non scribendum *etiam* pro *enim*, ut est in Edd. Ven. nostr. A. B. C. H. Junt. Cam. Asc. 1. 2. Codd. Gud. 2. Aug. omissa illa voce post *modo*, neque *enim* omittendum, nulla praeterea verborum ordinis facta mutatione, ut enotatum est e Codd. Rehd. Gud. et Ed. H. In marg. MS. Ed. nostrae Asc. 2. est *dicitur enim alio modo carere*, om. *etiam*; et sic habent Edd. S. E. In seqq. Cod. Vind. 1. *te habere*: idem *etsi* pro *etiamsi*. Pro *patiare* Cod. Aug. *sit pati*. *Mr.*

Carere enim malo id non dicitur] „*Carere autem malo*. Lambinus." *Brutus*. In marg. Lambb. est: „fort. *carere malo autem non dicitur*." Fr. Fabr.: *carere autem malo id non dicitur*. „Quinque Pall. Vatic. Fab. Pith. praestant lectionem: *carere enim in morte non dicitur*. Editio Victorii: *carere enim malo id non dicitur*." *Gebhard.*

Carere in morte] Vulgo *carere* enim *in morte*. Sed secundam vocalem bene praetermittunt Reg. Eliens. tert. et Cantab. *D.*

Carere enim in morte non dicitur] Bentleii sententiam, vel potius confessionem, se haec non intelligere, vid. ad calcem libri. Bouhierius coniecit: *carere quem in malo non dicitur*. Ernestus ad h. l.: „*Carere enim in malo n. d.* dedi ex Edd. vett. pro *morte*: quamquam non multum refert. Sed *enim* ineptum est. Legerim *tamen*." Ad quae Nissen. „Intellige ad verba *carere enim in malo* vocem *proprie*, ut manere *enim* possit." FAWolfius, Schz. Or. Nobb. ediderunt: *carere in malo non dicitur*. Or. in Add. lectionem Cod. Regii (qui habet *in morte*) ita explicari posse ait: „nemo facile dixerit *morte careo*, eo ipso sensu, quo minus proprie interdum dicimus: *febri careo*; quippe quum mors ne eo quidem sensu malum sit, neque igitur dolendum, morte non carere, ut febri non carere. (*Morte careries deos* dixit tamen Horatius.) Sed praestat altera ratio (*malo*)." Idem ad Scholas Wolfii: „Recte, ait, Kernius locum hunc impeditum vertisse videtur: *Carere* im eigentlichen Sinne (im Deutschen *Vermissen*) sagt man vom Uebel nicht; denn es wäre dabei nichts von einem Schmerzgefühle: *Das* sagt man: ein Gut vermissen — und dieſs ist ein Uebel." Kühnerus monet, si cui verba *carere in malo non dicitur* mire dicta videantur, quum paullo ante legatur: *nisi quum sic, tanquam in febri — verbi*; eum reputare debere, verba haec: *nisi — verbi* quasi *παρενθέτως* dicta esse." Dav. autem in Ed. 2, ubi item dedit *carere in morte* in ann. scripserat: „Edd. vett. dant *carere in malo* vel *carere enim malo non dicitur*; atque ita sane legendum, nisi quod *enim* vel delerem cum Eliens. tert. et Cantab. vel in *autem* mutarem." Quod fecit Victorius teste Lallemanno: Libri quoque a nobis adhibiti admodum fluctuant: scribitur *carere in morte non dicitur* in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Rehd. Duisb. tribus Oxx. Marb. Vind. 1. Edd. Dav. Lall. Eodem modo, sed addito *enim* post *carere* tres Oxx. Gud. Aug. Mon. 1. 2. Vind. 2. Gebhardi Codd. quos dixi, Edd. Ven. nostr. Sturm. P. A. Rob. Steph. Grut. Verb.; *carere enim morte* unus Ox., *carere enim in malo non dicitur* Edd. Asc. 1. 2. Junt. Cam. B. C. Ern. Bip.; *carere enim malo id non dicitur* Edd. Ald. Sylb. Leod. M. Car. Steph. HWolf. Brut. Boul. Lambb. Goth., *carere autem malo id non dicitur* Ed. Oliv.; *carereque malo non dicitur* Ed. H.; *carere in malo non dicitur* nos recepimus ex Cod. Bern. Edd. S. E. FAWolf. Schz. Koel. Nobb. Or., quum *morte* ferri posse non videretur, *enim* vero absit ab

dicitur; nec enim esset dolendum: dicitur illud, bono *carere:* quod est malum. Sed ne vivus quidem bono caret, si eo non indiget. Sed in vivo intelligi tamen potest, regno te
b. carere: dici autem hoc in te satis subtiliter non potest;

optimis libris et antiquissimis. Ceteroquin admodum placet sententia Buggii, qua in Progr. laud. p. 24 sq. „Verbo *morte*, ait, locum hic esse nullum, vel caecus videt. Recte igitur Ernestus edidit *malo* pro *morte*. Sed miror, quid offenderit interpretes in particula *enim*, quam tantum non omnes, etiam Wolfius et Schützius, tanquam ineptam condemnant. Mihi secus videtur, modo recta interpunctione locum persanes. Nisi enim plane caecutio, verba illa, *nisi cum sic — facile patiare* tanquam per parenthesin, ad antecedentia illustranda, interposita esse putanda sunt, ut hic sit simplex verborum nexus: *Carere hoc significat, egere eo, quod habere velis. Inest enim velle in carendo; carere enim in malo non dicitur.* Vides iam, opinor, iuste ac recte particulam causalem appositam esse, quippe quae rationem indicet, cur velle insit in carendo. Ideo, inquit, velle inest in carendo, atque ideo igitur *carere* significat egere eo, quod habere velis, quia in malo non dicitur carere.“ Ego vero non ineptum dico *enim*; sed cum non agnoscant eam vocem libri optimi, eaque certe incommoda esset ter deinceps repetita (*inest enim velle in carendo: carere enim in malo non dicitur: nec enim esset dolendum*); abesse eam facile patior. Adde laudatis Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 13. 41. p. 184. Kritz. ad Sall. Cat. 13. p. 69. Ceterum v. *enim* ter repetitum ap. Ciceron. Acadd. I. 2. p. 12. ed. Goerenz. *Mr.*

Nec enim esset dolendum] Vulgo *non*. Nos Reg. Med. et Eliens. pr. sequimur. *D.*

nec enim esset dolendum] Ita Codd., quantum quidem scimus, omnes: Edd. tamen vett. fere omnes *non:* ego certe ante Grat. nullam vidi, quae haberet *nec*, nisi quod in Ed. H. est *neque*. Vind. 1. habet *esse* pro *esset*. In seqq. Cod. Aug. *dicitur illo bono carere in morte: quod*. Ad particulam *sed* in seqq. bis positam vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. V. 29. 89. p. 645; quod ideo moneo, ne quis alterum cum Hottingero (in Prolusione laud.), ut inconcinne repetitum, deletum velit. Ad v. *caret* FAWolf. in Scholis: „i. e. dici potest carere.“ In seqq. in marg. Lambb. et Goth. ex veteri cod. enotatum est *si non eo*. *Mr.*

Sed in vivo intelligi tamen potest] In Codd. Duisb. et Aug. scribitur *tamen intelligi*, in Vind. 2. Rehd. et Ed. H. *potest tamen*. Vind. 1. omittit *tamen*, eius loco unus Ox. habet *non*, Marb. *tantum*. Edd. Vict. et Rob. Steph. *tamen non potest*. *Mr.*

Regno te *carere*] Vulgo *regno carere*. Mediam vocem praestant Reg. Med. Bak. Eliens. tert. et Balliol. *D.*

Regno te carere] Multus est Wopkens. Lectt. Tull. p. 15. in probando, abesse posse illud *te*, pluribus allatis exemplis: et Handius quoque in annot. ad Wopk. *te* ab editoribus adiectum esse ait praeter necessitatem. Sed non agitur h. l. de conjectura sive Bentleii sive Davisii, quos vide: sed utrum optimorum librorum lectio servanda an eiicienda sit. Et tuentur *te* omnes Bentleii, quinque Davisii, duo Oxx., nostri Gud. 1. 2. Aug. Reg. Vind. 1. (in marg.) 2. Gud. (qui *tamen* addit ante *regno*) Rehd. Duisb. Mon. 2. Bern. Ed. vetus Bouhierii, H. Dav. FAWolf. Koel. Schz. Or. Alia esset quaestio, an addendum foret *te*, si abesset ab optimis libris. Et hoc quidem nego. Duo Oxx. omittunt haec tria verba. *Mr.*

Dici autem hoc in te satis subtiliter non potest] Nimirum, quia

posset in Tarquinio, quum regno esset expulsus: at in mortuo ne intelligi quidem. Carere enim sentientis est: nec sensus in mortuo: nec carere quidem igitur in mortuo est.

Quamquam quid opus est in hoc philosophari, quum37
rem non magno opere philosophia egere videamus? Quo-89

---

privatus es, nec unquam regnavisti. — *Autem* omittunt Edd. Fr, Fabr. Lambb. Goth. Car. Steph. Brut. Ald. Boul. Sylb.; *hoc* abest a Cod. Vind. 1. Verbum *potest* abest ab Edd. a Reiskio collatis Ven. 1. Med. 2. Sed videtur Reiskius oculorum errore ad alterum *potest* aberrasse, quod habent plerique Edd. post *ne intelligi quidem*, illae cum nostra Asc. 1. non habent; neque Ed. H. agnoscit. *Mr.*

Posset in Tarquinio,] „Legendum sine dubio *potuisset*: refertur enim totum ad Praeteritum.“ *Ernest.* „Bene quidem. Sed imperfectum tempus, ni fallor, saepius loco est plusquamperfecti positum. Si paullo post *quae quidem si timeretur* pro *quam quidem si timuissent*: et alibi.“ *Nissen.* Nimis cupide suam coniecturam pravam recepit ipse Ern., receperunt Bipontini. Neque, opinor, opus est probare, eam plane supervacaneam esse. Cod. Aug. *posset si in Tarquinio.* Gud. 2. absunt verba *quum regno.* Unus Ox. habet *qui cum. Mr.*

Ne intelligi quidem] Vulgo addunt *potest*, contra fidem Codicum. *D.*

ne intelligi quidem,] Quod addunt, ut dixi, Edd. fere omnes *potest*; non agnoscunt praeter Edd., quas diximus, E. Dav. Lall. FA. Wolf. et sqq. praeter Nobbium, qui tamen hoc verbum uncinis inclusit. Et abest a Codd. quatuor Oxx. nostris Vind. 1. Gud. 1. 2. Reg. (et reliquis, quos contulit Lall.) Gud. Rehd. Bern. In Gud. 2. est *nec* pro *ne*, in Mon. 1. *non.* In uno Ox. et Cod. Marb. est glossa *potest carere regno*, post *quidem.* De omittendo *potest* v. Goerenz. ad Acad. II. 14. 44. II. 32. 105. ad de Finn. I. 18. 85. *Mr.*

Carere enim sentientis est] Duo Oxx. Mon. 1. 2. omittunt *enim*, duo cum Vind. 2. et Gud. habent *autem.* Aug. *sententiis.* Post *mortuo* addunt *est* Cod. Aug. Edd. V. M. L. Rob. et Car. Steph. Goth. Leod. Cam. Ald. Sylb. NWolf. Boul. Brut. *Mr.*

nec carere quidem igitur] Vulgo legitur *ne* pro *nec.* Ego vero ita scripsi ex multis optimae notae libris, Gud. 1. 2. Aug. Marb. Vind. 1. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. Edd. P. A. B. S. E. H. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. et quas contulit Reisk. Ven. 1. 2. Med. 1. 2. idque receperunt Grut. et Gebh., improbante Gronovio. Ego vero arbitror, *nec carere quidem igitur* poni pro *igitur etiam ne carere quidem.* Quod si verum est, recte ponitur *nec — quidem.* Vid. modo, ut paucis defungar, Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 261 sq. ibiq. laudd. Add. nos ad Cic. de Div. I. 9. p. 42. — *Igitur* omittunt duo Oxx. Vind. 1. et Ed. H.; offensis fortasse librariis voce *igitur* quarto loco posita: quem vero FAWolfius tertium esse dicit, cum *ne — quidem* sit unum vocabulum. Sed vide exempla vocis *igitur* quarto et quinto etiam loco positae apud Cic. I. 15. 27. p. 73. II. 8. 8. p. 308. ed. nostr. ubi vid. quae annotavimus; ibi etiam laudavimus nostri libri locum I. 34. 82. *Mr.*

Quamquam quid opus est in hoc philosophari] Pro *est* legitur *sit* in Codd. Rehd. Gud. Edd. P. A. B. S. E. et praeter Steph., in omnibus, quas contulit Reiskius, praeterea Asc. 1. 2. Ven. nostr. Junt. Verba *in hoc* omissa sunt in Cod. Gud. 2. Camerarius ad v. *philosophari*: „diligentias exquirere et disputare, ut Plautinus Pseudolus: [II. 3. 21.]

ties non modo ductores nostri, sed universi etiam exercitus ad non dubiam mortem concurrerunt! quae quidem si timeretur, non L. Brutus, arcens eum reditu tyrannum,

---

Sed iam satis est philosophatum: nimis diu et longum loquor. In seqq. *rem* omittit Cod. Rehd. Mox unus Ox. *philosophiae*, Duisb. *philosophiam*. Scribitur *egere philosophia* in Edd. vett. quas Or. contulit omnibus, itemque nostris, usque ad Grut. Sed Codd. nostrum habent verborum ordinem, quem e veteribus libris iam enotatum videmus in marg. Edd. Lambb. et Goth. *Non* omittit unus Ox. Pro *ductores* unus Ox. *doctores* cum Cod. Aug., qui omittit *nostri*, et in seqq. habet *ad nos* pro *ad non*. *Mr.*

Quotiens — concurrerunt] Habuit ex Catonis Originibus. Is apud nostrum de Senect. cap. XX. *Recordor — legiones nostras* (*quod scripsi in Originibus*) *in eum saepe locum profectas alacri animo et erecto, unde se numquam redituras arbitrarentur.* Vide sis infra cap. XLII. *D.*

concurrerunt] „*Cucurrerunt* magis placet, ut est in antiquo." *Ursinus*. „Al. *incurrerunt*." *Gothofr.* *Cucurrerunt* dedit Dav. in Ed. 2. Bouhierius hanc ait confirmari lectionem veteri ed. Aldina et Rob. Stephani a. 1528 [sed hanc ipsam ego manibus tractans video habere *concurrerunt*]; mavult tamen cum Wopkensio vulgatam servari, quam restituit Dav. in Ed. 3. *Wopkensius* autem ad h. l. haec: „Coniiciebatur [vides virum doctum libros veteres inspicere sive non potuisse, sive noluisse] *cucurrerunt*, quam quidem lectionem, ne codicibus quidem si suffulta esset, vulgatae praeferrem; intendit enim verbum *concurrendi* orationem et significat, saepe milites universos totius exercitus, iunctis animis viribusque, cumque eadem constantia et alacritate praesentissimum mortis periculum subiisse." Ad quae *Handius* p. 76: „Orat. p. Quint. 16, 53: *non statim ad C. Aquillium aut ad eorum aliquem, qui consuluntur, concurrisses.* Sed Rufinianus habet *cucurrisses*, ut c. 25, 79: *ut statim de iure aliquis cucurrerit.* Et recte quidem. Praepositio *con*, quamquam in aliis verbis vehementiam indicat, in *concurrere* ambiguitatem haberet. Igitur quum *exercitus* dicuntur *ad non dubiam mortem concurrisse*, intelligimus concursum proelii in via ad non dubiam mortem." „Non me offendit *concurrerunt*, quod dicitur pro cupide currere, vid. Clav. Sed tamen non spernenda est tot Edd. vett. auctoritas, quae *cucurrerunt* habent. Vulgatum primus Victorius dedit, consulto, an operarum errore, nescio: quem secutus est Rob. Steph. hinc alii. Est tamen et in MS. Guelf." *Ern.* — Ven. 2. et Med. l. Reiskii *cucurreret* „quod, ait R., est vitium, bene correctum in Junt. et Scur., ubi est *cucurrere*." *Cucurrere* habent praeterea Edd. A. B. S. E. C. Cam. Asc. 2. Ven. nostr.; *cucurrerunt*, praeter Dav. 2. ex sententia Bentleii, Asc. 1. P. Sturm. Cod. unus Ox., denique *concurrerint* unus Ox. Gud. 1. 2. Aug. Reliqui *concurrerunt*. Hanc ego lectionem, ut optimorum et plurimorum librorum auctoritate firmatam, servavi: *concurrerunt* intelligo: proelium inierunt alacriter: Or. Philippic. XIII. 18. 38: utrum *sit aequius, concurrere nos — an consentire?* Ita simpliciter *concurritur* in notissimo illo Horatii loco Sat. I. 1. 7. Ad sententiam cf. §. 101. *Mr.*

quae quidem si timeretur] i. e. quam quidem si timuissent: sed loquitur ut de praesentibus. Gud. 2. pro *si* habet *non*. Ad exempla, quae sequuntur, Camerarius „de uno, ait, Albino est mihi quidem historia minus explorata et diligentius perquirenda. Peculiare etiam illud, quod de Decii nepotis morte retulit: nam de patris et filii

expulerat, in proelio concidisset: non cum Latinis pater Decius, cum Etruscis filius, cum Pyrrho hostium telis obiecissent: non uno bello pro pa-

---

que suo loco videbimus. In Cod. Vind. 1. *Lucis* ipium est *Junius*. Verbum *arcens* abest a duobus anus pro *eum* habet *cum*, Aug. *in*. Scripsit Dav. *praeraestat proelium*: v. Grotefend. Orthogr. Lat. §. 131. ant Ald. Manut. Orthogr. p. 75. Ed. Antw. Plaut. Schurz. Orthogr. Rom. p. 51. Cellarii Orth. ed. Harles p. 326. Nol. Lex. Antibarb. p. 143. Pro *concidisset* est *occidisset* in Codd. Vind. 1. Aug. Ed. H. Et sic de Div. I. 25. 53: *Eudemum — proeliantem — occidisse*: sed nihil mutandum: ad Att. I. 16. post med. scripsit: *plaga accepta — concidere*. Pro seq. *non* unus Ox. *num*. — *Brutus* occisus est a. u. c. 245. manu Aruntis in certamine singulari. Vid. Liv. II. 6; *Decius pater* cum Latinis et Campanis pugnans a. u. c. 414. *Decius filius* cum Samnitibus, Etruscis et Gallis a. u. c. 459. Post *Etruscis* in Vind. 1. sequitur *etiam filius*, in Edd. A. B. S. E. C. V. M. L. et nostris omnibus ante Gebh. *filius, etiam* — hic vero primus obsequutus quinque Pall. *etiam* delevit: neque habent Codd. nostri et Ed. H. Unus Ox. *cum pyrrone hostium*. Aug. *se tellis hostiis*. Reiskius illud *etiam*, repertum in suis Edd. vett. restitutum volebat. In Cod. Duisb. scriptum est; *cum Pyrrho Fabricius*, quod est inepti correctoris. *Mr.*

cum Pyrrho nepos — se — obiecissent] „P. Decii eius, qui primus consulatum in domum suam intulit, nepos fuit P. Decius Mus, qui anno urbis 474. cum P. Sulpicio missus contra Pyrrhum in Apuliae finibus cum eo dimicavit, in quo proelio rex ipse vulneratus, de exercitu eius XX millia caesa fuerunt, Romanorum quinque millia ceciderunt, ut Eutropius lib. II. [c. 8.] Orosius IV. 1. scribunt. Cecidisse et eo proelio P. Decium consulem Cicero lib. II. de Finibus [c. 19.] tradit. Zonaras vero, apud quem Pyrrhi historia plenior et magis distincta, quam ullum alium scriptorem eorum, qui hodie exstant, legitur, aperte significat, utrumque consulem proelio commisso superfuisse. Inde adolescentes petant, quae interpretes se ignorare ingenue fatentur." *Fr. Fabricius*. Zonarae verba haec sunt: [VIII. 5. — Ed. Hieron. Wolfii Basil. 1557. T. II. p. 47 sq.] *κἀν τούτῳ λογοποιούντων τινῶν, ὅτι ὁ Δέκιος ἐπιδοῦναι ἑαυτὸν κατὰ τὸν πατέρα καὶ τὸν πάππον ἑτοιμάζοιτο, καὶ τοὺς τοῦ Πύῤῥου δεινῶς ἐκφοβούντων, ὡς ἐκ τοῦ θανεῖν ἐκεῖνον πάντως ἀπολουμένους, συνήγαγε τοὺς στρατιώτας ὁ Πύῤῥος καὶ διελέχθη περὶ τούτου, συμβουλεύων, μήτ' ἀθυμεῖν μήτ' ἐκπλήττεσθαι τοιούτοις λόγοις· μήτε γὰρ ἕνα ἄνθρωπον δύνασθαι θνήσκοντα πολλοὺς καταγωνίσασθαι, μήτ' ἐπῳδὴν ἢ μαγγανείαν τινὰ κρείττω τῶν ὅπλων καὶ τῶν ἀνδρῶν γενέσθαι. Ταῦτ' εἰπὼν καὶ λογισμοῖς ἐπικρατύνας τοὺς λόγους ὁ Πύῤῥος τὸ οἰκεῖον ἐθάρσυνε στράτευμα· καὶ πολυπραγμονήσας τὴν στολήν, ἣ ἐχρήσαντο οἱ Δέκιοι ἐπιδιδόντες ἑαυτούς, παρήγγειλε τοῖς οἰκείοις, ἄν τινα οὕτως ἐσκευασμένον ἴδωσι, μὴ κτεῖναι αὐτὸν, ἀλλὰ ζωὸν συλλαβεῖν· τῷ δὲ Δεκίῳ πέμψας ἔφη, οὔτε προχωρήσειν αὐτῷ τοῦτο πρᾶξαι θελήσαντι, καὶ ζωγρηθέντα κακῶς ἀπολεῖσθαι ἠπείλησε· πρὸς ἅπερ οἱ ὕπατοι ἀπεκρίναντο, μηδενὸς τοιούτου σφᾶς ἔργου δεῖσθαι· πάντως γὰρ αὐτοῦ καὶ ἄλλως κρατήσειν. Mr.*

Cum Pyrrho nepos] Licet plerique scriptores patrem tantum et filium se pro patria devovisse memorent; (qua de re, praeter Historicos, vide nostrum de Senect. cap. 20. Senecam Epist. LXVII. Servium ad Aen. VI, 825. et Scholiasten Iuvenalis ad Sat. VIII,

tria cadentes, Scipiones Hispania vidisset, Paullum et Geminum Cannae, Venusia Marcellum, Litana Albinum, Lu-

---

254.) Cicero tamen de Fin. lib. II. cap. 19. de Nepote sic loquitur: *Neque porro ex eo natus cum Pyrrho bellum gerens consul cecidisset in praelio, seque e continenti genere* tertiam *victimam Reip. praebuisset.* Cum eo facit etiam Zonaras Annal. VIII, 5. *D.*

cum Pyrrho nepos se hostium telis obiecissent;] Ex Zonarae loco supra apposito videt, tertiam illam devotionem, etiamsi proposita fuerit, non fuisse factam. Et expressis verbis Zonaras post id proelium utrumque consalem Romanum narrat in urbes Appuliae hibernatum esse reversum. Vid. nos ad Cic. de N. D. III. 6. 15. p. 188. ed. nostr. min. Ex iis, quae e Zonara posuimus, diiudicanda est etiam Goerenzii annot. ad Cic. de Finn. II. 19. 61. p. 214. Gernhardi ad Cic. de Off. I. 18. 61. p. 74. Beieri ad Cic. de Off. III. 4. 16. p. 208. Otton. ad Cic. de Sen. 20. 75. p. 193. Verum iam vidit J. P. Millerus, Ulmensis, in Diss. de Veterum in bellis Devotionibus (4. Lips. 1730.) p. 24. Add. quos nos laudavimus ad Cic. de Div. I. 24. 51. p. 125. Orellius praeterea monet, Zonaram videri hoc ex altero, quem sequitur, auctore, Dione Cassio, hausisse, cum unus, Plutarchus, nihil de ea re referat: Ciceronem vero fortasse secutum esse laudationem quandam funebrem vel carmen aliquod vetus: accurate de ea re egisse Cordesium refert in additamentis ad Eberhardi libellum utilissimum: Über den Zustand der schönen Wissenschaften bei den Römern. p. 58. [prodiit liber, e Suecica lingua conversus, Altonae. 1801.] *Mr.*

telis obiecissent] Tres Oxx. Ed. M. *obiecisset.* Pro *cadentes* Cod. August. *oñdentes* [utrum voluit *occidentes*, an *occumbentes?*] Unus Ox. *non ullo* pro *non uno.* — *Scipiones* intellige Gneium et Publium, illum P. Cornelii Scipionis Nasicae, hunc Scipionis Africani maioris et L. Scipionis Asiatici patrem: Poenorum dolo circumventi perierunt a. u. c. 542. Gothofredus coniecit *duos Scipiones* [melius *duo:* vid. Heinrich. ad Cic. de Rep. p. 170. nos ad Cic. de Rep. I. 13. p. 59. OMMüller. ad Cic. pro Sext. 15. 34. p. 55. ibiq. laudd.]. Et facile potuit numerus excidere: commode autem opponerentur *duo Scipiones* verbis *uno bello.* — Pro *vidisset* Mon. I. *ridisset.* — L. Aemilius *Paullus* et Gn. Servilius *Geminus* occisi in pugna Cannensi a. u. c. 537. *Mr.*

Paullum et Geminum Cannae] *Paullum Aemilium Cannae* habent Edd. Fr. Fabr. M. L. Goth. Car. Steph. Leod. Sturm. Boul. Ald. Sed recte Brutus ad h. l.: „Cod. Gryph. *Paullum et Geminum*: recte. Occidit enim in proelio ad Cannas Cn. Servilius Geminus, qui superiore anno consul cum C. Flaminio fuerat. Neque vero abhorret oratio a ceteris, quos cognominibus familiarum ordine Cicero recenset. Ex duabus autem vocibus *et Geminum, Aemilium,* familiae nomen, ex qua Paullus erat, ob literarum similitudinem et rei ipsius, temere est factum.“ Scribitur *Geminium* pro *Geminum* in Codd. quinque Pall. Vind. 1. 2. sex Oxx. Mon. 2. marg. MS. Ed. nostr. Asc. 2. In solo Duisb. est *nec Paullum et Geminum,* in Vat. *Paullum Geminum.* Reiskius quoque notavit *Geminium* ex Edd. Ven. I. 2. Med. 1. Junt.; *Aemilium* ex Ald. et Steph. — M. Claudius *Marcellus* Hannibalis dolo circumventus cecidit in proelio ad Venusiam, a. u. c. 244. *Mr.*

Litana Albinum] Recepi palmariam Bitterbeckii si eius est viri emendationem (quam Or. etiam Lindemanno tribuit) pro *Latini,* quod occupat Codd. plerosque, quanquam neque Latium hoc vidit,

cania Gracchum. Num quis horum miser hodie? Ne tum quidem post spiritum extremum. Nec enim potest esse miser quisquam, sensu perempto. At id ipsum odiosum 90

---

neque homines Latini, sed *Litana* silva in Gallia Cisalpina, ubi L. Postumius Albinus consul cum exercitu a Gallis deletus est a. u. c. 538: cuius rei historiam narrat Livius XXIII. 24: ubi legitur: *Silva erat vasta, (Litanam Galli vocabant) qua exercitum traducturus erat* [L. Postumius] — — — *Ibi Postumius, omni vi, ne caperetur, dimicans, occubuit.* Conf. XXXIV. 22. — *propter Litanam silvam* — c. 42. *circa Litanam silvam.* S. Julii Frontini Strategematic. I. 6. 4: *Boii in silva Litana, qua transiturus erat noster exercitus, succiderant arbores* etc. ubi de hoc ipso nostro L. Postumio Albino sermo est: quo ipso Frontini loco plures Codd. habent *Latina*, ut nostro loco; vestigia verae lectionis servantes, habent Codd. Gud. 1. 2. Rehd. Reg. unus Ox. *Latinia.* Ad Frontini locum vid. Tennulium in Ed. Oudendorp. p. 93 sq. In Cod. Rehd. nomen *Albini* praepositum est. — Postquam haec scripta erant, ad me allata est ed. Tusculanarum Teubneriana (Lps. 1830), in qua ad hunc ipsum locum haec annotatio (quae sola est totius libri) reperitur: „Nemo interpretum quicquam monuit de illo Albino: sed recte sic, ut in contextis scripsimus [*Litana*] coniecit Lindemannus: De clade Romanorum in silva Litana. Ad illustrandum locum in Tusc. I. 36: Unus A. *Postumius*, cuius gentis cognomen *Albinorum* postea fuit peculiare, — non in Latinis cecidit, sed tantum adversus eos pugnavit. Rem conficit omnemque dubitationem tollit, quod hic A. Postumius *Albus* cognominatur in Fastis Almelovenii [p. 393.] — Igitur vix est dubium, quin verba apud Ciceronem sint emendanda — Albinus haud dubie appellatur is *L. Postumius*, quem anno DXXXVI. u. c. praetorem et consulem designatum in *silva Litana* adversus Gallos caesum esse memoriae proditum est. Res narratur a Livio [l. c.], tangitur a Polybio III. 118: meminit eius Frontin. [l. c.]“ *Mr.*

Lucania Gracchum] Vulgo *Lucani*, quod monente Or. ideo potissimum correximus, quia veri est simillimum, librarios postquam semel a *Litana* ad *Latini* aberraverant, nunc regionis *Lucaniae* nomen, concinnitatis scilicet causa, in gentis nomen mutandum existimavisse. Sed veram nobis scriptionem servarunt Codd. Gud. 2. Rehd. et duo Oxx. Scribitur *Gracum* in Gud. 1. *Graccum* in Gud. 2. et Aug. pro *Gracchum*; videlicet ex Italorum pronuntiatione. Ti. Sempronius Gracchus a. u. c. 541. hospitis Lucani fraude insidiis circumventus a Magone Poeno interfectus est. V. Car. Sigonii Comm. in Fastos et Triumph. Rom. ed. H. Steph. p. 275. *Mr.*

Num quis horum miser hodie?] Unus Ox. *nam.* Mox Cod. Duisb. *nec* pro *ne*, unus Ox. *tu* pro *tum. Mr.*

At id ipsum odiosum est, sine sensu esse.] „Ita habet Manutius, quod potest quidem defendi: non enim semper contradicit Auditor Marco, sed aliquando ipse sibi Marcus obiicit. Sed longe melius habet meus liber MS.: *perempto. A. at id ipsum odiosum est, sine sensu esse. M. odiosum.* Quid autem opus est dialogo, si quis velit sibi obiicere?“ *Ursinus.* „Haec verba in Manutianis Ciceroni tribuuntur, quibuscum facit noster MS., ut sit occupatio.“ *Fr. Fabricius.* Bouhierius cum Ursino facit, eiusque personarum distinctionem etiam in sua ed. vet., in Aldinis et Rob. Steph. se reperisse testatur. Perperam Nissen. verba *at — esse* a Bouhierio *auctori* tribui scripsit. Sed volebat scribere *auditori*. Dicit enim male hoc esse factum: „nam ille quidem, ait, hunc errorem iam deposuerat.“

est, sine sensu esse. Odiosum, si id esset carere. Quum vero perspicuum sit, nihil posse in eo esse, qui ipse non sit; quid potest esse in eo odiosum, qui nec careat, nec sentiat? Quamquam hoc quidem nimis saepe: sed eo, quod in hoc inest omnis animi contractio ex metu mortis. Qui enim satis viderit, id quod est luce clarius, animo et cor-

---

Habent Vrsinianam personarum distinctionem Reiskianae Edd. omnes, excepta Steph., praeterea quatuor Codd. Oxx. Mon. 1. 2. Edd. H. P. A. B. S. C. V., itemque nostrae vett. (exceptis Sylb. Ald. Boul. Brut. Hic habet *ad* pro *at*). Vocem *id* omittunt Edd. Cam. A. B. S. E. Asc. 2. Ven. nostr. Junt. Post *ipsum* additur *quidem* in Cod. Gud. et Ed. H., *etiam* in Cod. Vind. 1., verbum *est* omittit unus Ox. et Vind. 1., ante *odiosum* habet Aug. unde Beierus *est* exulare iussisset, ut centies fecit in Laelio. Verba *sine sensu esse* absunt a Codd. Vind. 2. Gud. In seqq. Cod. unus Ox. *nihil sit* pro *non sit*. *Mr.*

Quid potest esse in eo odiosum] Cod. Duisb. *in eo esse.* Gud. 1. *odium,* supra scriptis literis *os.* Post *qui* vulgo *nec* abesse ait Lamb. seque eam vocem ex Codd., qui ad unum omnes sic habeant, restituisse. Et abest *nec* a Lambb. Goth. Car. Steph. Boul. Probat istam omissionem Brutus; nos non item. Ad v. *in eo* recte FAWolf. in scholis: i. e. *ei.* Pro *careat* unus Ox. *caret. Mr.*

Quamquam hoc quidem nimis saepe] „Verbum *angit,* aut *excruciat,* aut horum aliud quidpiam non invenuste, post vocem *saepe* desideratur.“ *Brutus.* Melius Ern. „intellige, ait, *dicimus,* et ad *sed eo* verbum *facimus.*“ Ille nimirum pro *quidem* in Cod. Gryph. repererat *quis se*: quod quum perperam probavisset, perperam etiam supplementum excogitavit, quod, si cogitari voluisset Cicero, addere debuisset. *Quidem* abest a Cod. Gud. 2. In uno Ox. est *sentiat, quidquam,* in alio: *nimis sapere sedeo.* Ceterum post *eo* simpliciter repete *dico. Mr.*

Sed eo, quod in hoc inest] Lamb. *sed hoc ideo, quod,* nescio unde, nullo certe Cod. MS. addicente: quod si aliquis haberet, glossatori merito tribueretur. Secutus eum est solus H. Wolfius. Vocem *eo* omittit Ed. H. Scribitur *in eo* in uno Ox., in duobus *sed hoc quod.* In marg. Lambb. et Goth. scribitur: fort. *sed id eo.* Ceterum *eo, quod* Ciceroni pro *ideo quod* ita est familiare, ut ne exemplis quidem egeat, quae multa exhibet Tursellin. de Particull. p. 245 sq. ed. Schwarz. Pro *hoc inest* Ed. H. *homine est,* Codd. Rehd. Gud. unus Ox. *in hoc est.* Gud. 2. omittit *animi.* Mon. 1. habet *animi tractatio.* Ad verba *in hoc* intelligit H. Wolfius: sensu doloris post obitum, i. e. quod homines cogitant, se, quanta bona amiserint, quantis in malis versentur, sensuros esse. Idem ad verba *inest — mortis*: „i. e. animi humani nec metuerent mortem nec dolerent, si absque hac opinione essent.“ — Ad v. *contractio* cf. infr. IV. 31. 66: *eodem enim vitio est effusio animi in laetitia, quo, in dolore, contractio. Mr.*

id quod est luce clarius] Abest *id* ab Edd. Asc. 2. Junt. Cam. Mox Ed. H. *consummato* pro *consumpto.* In seqq. scripsi *illud, animal quod fuerit,* pro *illud animal, quod fuerit:* quod etiam volebat is, qui in uno Ox. et Ed. H. scripsit *quod animal fuerit.* Mon. 1. habet *anima,* Vind. omittit hoc vocabulum. Cod. Gud. 2. *quod factum fuerit nihil esse,* Aug. *quod fuit factum est nihil;* unus Ox. *quod factum fuerat esse nihil;* alius: *quod factum fuit esse nihil:* iidem Oxx. pergunt, prior *is plane despiciet,* posterior: *is sane perspicit,* Aug. *is*

pore consumpto totoque animante deleto et facto interitu universo, illud, animal quod fuerit, factum esse nihil; is plane perspiciet, inter Hippocentaurum, qui numquam fuerit, et regem Agamemnonem nihil interesse: nec pluris nunc facere M. Camillum hoc civile bellum, quam ego, illo vivo, fecerim Romam captam.

Cur igitur et Camillus doleret, si haec post trecentos p. 168. a.

---

plane prospiciet. Ad sententiam sequentium: *Qui enim satis viderit* cet. vid. A. Matthiae in Verm. Schrr. p. 46. *Mr.*

Inter Hippocentaurum qui numquam fuerit] Discrepantes auctorum sententias de Hippocentauris suppeditabit Cl. Bochartus Hieroz. Part. II. lib. VI. cap. 10. [p. 837.] *D.*

inter Hippocentaurum] Hippocentauri exemplo utitur etiam Cicero de N. D. II. 2. de Div. II. 21. In Cod. Mon. 1. scribitur: *inter hispotem taurum.* Post *regem Agamemnonem* intellige *qui olim fuerit.* Pro *fuerit* unus Ox. et Aug. *fuit:* alius Ox. omittit *regem.* Ed. H. habet *interesse nihil.* Tum unus Ox. *non pluris,* Mon. 1. 2. *ne pluris,* orto errore ex compendio *nc.* Verba *pluris nunc facere M. Camillum* etc. recte interpretatur Kühnerus: nec magis nunc Camillo curae esse hoc civile bellum, quam mihi Camilli aetate curae fuerit Roma a Gallis duce Brenno capta. *Mr.*

facere M. Camillum hoc civile bellum] Cod. unus Ox. *facerem,* ubi praenomen Camilli adhaesit verbo. Unus Ox. habet *hic,* quam vocem Vind. 1. plane omittit. Pro *ego illo vivo* omnes Edd. vett. quas contulerunt Orell. et Reiskius itemque nostrae ante Grut. excepta Brutina, *illo vivo ego.* Cod. Aug. *ego ille vino.* Ad *ego* Ern. intelligit: qui tum non eram. Recte. Pro *fecerim* unus Ox. Ed. E. *fecerim.* Qud FAWolfius in Scholis *fecerit* vertit ich mag mich bekümmert haben, falsum est: Coniunctivus ponitur per attractionem orationis obliquae; pendet enim a verbo *facere.* Quod si scriptum esset *facit,* nostro loco legeretur *feci.* Pro *Romam captam* Cod. Rehd. *captam Romam. Mr.*

Cur igitur et Camillus doleret, si etc. Haec inde a *cur* usque ad *putem* HWolfius Auditori tribuit: quae sequuntur a *quia* Marcum respondere vult. Addit tamen: „Sed utcunque se haec habent, Cicero docere velle videtur: etiamsi mortales animi essent, virum tamen bonum et rei publicae et privatis familiis non in praesens tantum, sed in futurum etiam consulere oportere: secus atque Epicurei et doceant et faciant, tantum aetatis suae tempus et voluptates suas spectantes." Mon. 1. habet *cum* pro *cur,* duo Oxx. et Mon. 2. omittunt *et.* Duisb. ante *et* inserit *quia.* Davisius cum in Eliens. sec. reperisset in seqq. glossam *cur* inter *ego* et *doleam,* in Ed. 2. corrigi iussit: *cur igitur aut Camillus doleret — aut ego cur doleam:* merito reprehensus a Bouhierio. Neque Dav. in Ed. 3. eius coniecturae mentionem fecit. Ad v. *doleret* Billerb. „i. e. ait, doluisset, in vivis cum esset." Sed idem dicere debebat *putaret* poni pro *putavisset.* Ceterum vide de hac constructione, qua imperfectum ponitur pro plusquamperfecto, Goerenz. ad Cic. de Finn. V. 3. 8. p. 539. Ellendt. de Enunciatt. Conditionall. p. 39: qui, praesens res, ait, ponitur, quia praecise dicitur pro *cur doleret, si dolere posset,* quod nunc non potest, cum sit mortuus." Melius Kühnerus: „an putas et Camillum — doliturum fuisse, si putasset, — et me — doliturum esse" — Ceterum legi merentur quae posuit Ellendt. l. c. p. 35 — 44. Etzler. in Jahnii Annall. Philoll. et Paedagogg. 1829. III. 2.

et quinquaginta fere annos eventura putaret? et ego doleam, si ad decem millia annorum gentem aliquam urbem nostram potituram putem? Quia tanta caritas patriae est, 38ut eam non sensu nostro sed salute ipsius metiamur. Ita- 91que non deterret sapientem mors, quae propter incertos

p. 222. 243. Sed tota Etzleri disputatio de Enallage, quam dicunt, Imperfecti pro Plusquamperfecto ib. p. 212 — 249. lectu est dignissima. Add. nos ad Cic. de Div. II. 9. p. 327. ibiq. laudd. *Mr.*

si haec post — putaret?] Tres Oxx. pro *haec* habent *hoc.* Vind. 1. *trecentos annos et quinquaginta fere:* in marg. *al. fore.* Et ita, sed in contextis, Aug. Mon. 1. *tercentos.* Ed. H. *fere quinquaginta.* Unus Ox. *putaretur* pro *putaret.* Gud. 1. omittit *et* post *trecentos* et mox habet *annos fere.* Post *putaret* Mon. 1. *cur et,* ubi agnoscis glossam, quam habet etiam Rehd. quam cum post *ego* in uno Eliensi reperisset Dav. ut est in Vind. 1., recepit, ut iam monuimus, eumque secuti sunt Verburg. et Lall. In Cod. Vind. 2. absunt haec omnia: *et ego doleam, si — putem.* De constructione *ad decem millia annorum* (nach Verflufs von 10,000 Jahren) vid. Handii Tursellin. I, p. 88. In Ed. H. scriptum est *si id ad.* Vind. 1. et Aug. *aliquam gentem. Mr.*

urbem nostram potituram putem] *Urbem nostram* habent Codd. Reg. Bern. Gud. 1. 2. Rehd. Gud. quatuor Oxx. Vind. 1. 2. Mon. 1. Edd. vett. praeter E. M., quantum scimus, omnes; sed MS. in marg. nostr. Asc. 2. Codd. aliquot Oxx. Col. Duisb. Edd. Ern. Bill. Nobb. marg. Goth. et Lambb. *urbe nostra,* quod Man. etiam habere dicit Fr. Fabr., qui laudat ex Cic. de Off. II: *clandestino introitu urbem est potitus.* Dav. in Ed. 1: „MS. Norvic. [unus Ox.] *petituram.* Petrensis *urbe nostra potituram,* eoque modo ediderunt uterque Manutius ac Des. Erasmus. Memores non erant accusativum casum huic verbo adiungi posse. Bell. Hisp. 13: *oppidum potiri.* Bell. Afr. 87: *castra potiri:* Sic alibi passim praestantissimi scriptores, ut ostendimus ad illius libri c. 36. Vid. et G. J. Vossium de Constr. c. 22.“ Reisk. vero: „Non ignoro dici interdum *potiri aliquid.* Mallem tamen hic loci *urbis nostrae* aut *urbe nostra,* quo concursus duplicis Accusativi evitetur.“ Ego vero, nisi fere omnes, et, quod maius est, optimi libri in accusativo consentirent, Reiskio accedendum existimarem. Nunc in Accusativo acquiesco, probe gnarus, non semper, quod nos auribus dandum forte censeamus, idem veteribus vel politissimis faciendum visum esse. Ceterum vid. nos ad Cic. de Fato 7, 13. p. 590 sq. Jahn. Annall. 1829. II. 4. p. 411. Quibus ego rationibus motus accedere non possum Orellio, qui in ann. ad scholas Wolfii ablativum restitutum vult. Legit Accusativum Kritzius ad Sall. Jug. 25. p. 153. *Mr.*

Quia tanta caritas patriae est] Cod. Vind. 1. *quod,* Ed. Fr. Fabr. *quas.* Gud. 2. *Karitas.* Ed. H. *est patriae.* Vind. 1. *ut etiam non.* Aug. *ut eam nec.* Gud. 2. omittit *nostro.* Unus Ox. *nostro modo, sed* — alius *modo* pro *nostro,* ubi, quod innumeris locis accidit, glossa extrusit genuinum vocabulum. Constructio *non — sed,* plane alia est quam *non modo — sed,* de qua vid. nos ad Cic. de Legg. III. 7. 16. p. 410. III. 11. 25. p. 430. — Pro *ipsius* unus Ox. *ipsi:* orto errore ex compendio (*ipsiꝰ*) neglecto. *Mr.*

c. 38. *Itaque non deterret*] Edd. P. Ven. Alt. *Ideo;* posterior in marg. *al. itaque.* Pergunt duo Oxx. Duisb. Gud. 2. *non modo non deterret.* Post *imminet* addunt *et* Codd. quinque Oxx. Mon. 1. 2. Duisb. Marb. Edd. quas Or. contulit, praeter M. et L. omnes, Reis-

casus quotidie imminet, propter brevitatem vitae numquam potest longe abesse, quo minus in omne tempus rei publicae suisque consulat, et posteritatem ipsam, cuius sensum habiturus non sit, ad se putet pertinere. Quare licet etiam mortalem esse animum iudicantem aeterna moliri, non gloriae cupiditate, quam sensurus non sit, sed virtutis, quam ne-

---

kianae praeter Steph., nostrae, praeter Car. Steph. HWolf, Boul. Sylb. Ald. Brut. Lambb. Goth. Fr. Fabr. *Mr.*

nunquam potest longe abesse] Ita duo Oxx, omnes Bentleii, Reg. Gud. 2. Aug. Mon. 1. Duisb. Ed. H. Reliqui *longe potest*. Sed unus Oxx. *non* pro *nunquam*; alius *quam non*. Verbum *deterrendi* apud Ciceronem alibi sequi non solet *quo minus*: sed apud Senecam, cuius laudat Ochsn. (ad Cic. Ecl. p. p. 285.) Epist. 47, 15. et 89. 17. Sed nihil est, quod inde de lectione dubitemus: nam est prohibendi verbum, quorum constructio haec est legitima, Cod. Duisb. habet *consulat suisque*. Rehd. *suis* omisso *que*. In seqq. pro *et* ante *posteritatem* est *ut* in Codd. sex Oxx. Duisb. Gud. 1. 2. Reg. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. Marb. Gryph. tribus Leidd. et Ed. vet. Bouhierii, qui probabat *ut*, quamquam ferri posse concedit *et*. Mihi ratio suadere videtur *et*, quod probis auctoritatibus non destituitur. *Mr.*

sensum habiturus non sit] Pro *sensum* est *sensus* in tribus Oxx., *sensu* in uno. Vocem *non* omittit Mon. 2. In Gud. est *pertinere putet*. Similiter locutus est Cic. in Lael. IV. 13: *si nihil ad eos* [mortuos] *pertinere arbitrarentur*: plane ut nostro Cat. maj. XXIII. 82: — *tanta esse conatos, quae ad posteritatis memoriam pertinerent, nisi animo cernerent, posteritatem ad se pertinere*. Pro *ad se* unus Ox, *sed ad se*. alius *putat* pro *putet*. *Mr.*

etiam mortalem esse animum iudicantem] Abest *esse* a Cod. Duisb. Pro *animum* habent *animam* quatuor Oxx. Reg. Marb. Duisb. Mon. 1. 2. Gud. 1. 2. Aug. Sed illud praestat. Ad v. *iudicantem* Ern. haec: „Etsi non vitiosum et contra latinitatem esse puto *iudicantem*: tamen ad vitandam accusativorum frequentiam legerim *iudicanti*." Contra laudat Ochsn. ad Eclogg. p. 285. Cic. de Off. I. 26: *Haec praescripta servantem licet magnifice vivere*. II. 19: *licet tamen — prodesse multis, beneficia petentem, commendantem — vigilantem*. Jam Wopkensius p. 319 sq. suspicatus est, fore fortasse aliquando, qui (ad Ernesti sententiam) coniiceret locum refingendum, quare laudavit Tusc. V. 15: *quibus abundantem licet esse miserrimum*: de Fato 15: *similiterque superiora repetentem regredi infinite licet*. Conf. Beier. ad Cic. Lael. 16. 59. p. 94: et iam vid. R. Klotzii Quaest. Tull. I. p. 70 sq. Quod h. l. utitur pro bona fama vocabulo *gloria*, id reprobat de Finn. III. 17. 57: „*De bona autem fama (quam enim appellant εὐδοξίαν, aptius est hoc loco bonam famam appellare quam gloriam) Chrysippus — ne digitum quidem eius causa porrigendum esse dicebant*. Unus Cod. Ox. *cupiditatem*. *Mr.*

Sensurus non sis] Vulgo *sit*. Nos Cl. Bentleio credimus. *D.*

sensurus non sit,] Pendere recte ait FAWolf. in scholis verbum *sit* a *iudicantem*, quod est eius Subiectum, ad quod subaudiendum est *aliquem*: quod a Cicerone saepius omittitur, ut Graecum τίς, ut recte monuit Kühnerus, laudato de Or. I. 8: *neque — quidquam praestabilius, quam posse* [sc. aliquem] *dicendo tenere hominum coetus — voluntates impellere, quo velit*. Laudat Ochsn. l. c. Cic. de Am. c. 16: *ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus*. Sed iam Wopkens. Lectt. Tull. p. 130 [181. Hand.] tertiae personae pa-

cessario gloria, etiam si tu id non agas, consequatur. Natura vero se sic habet, ut, quo modo initium nobis rerum omnium ortus noster afferat, sic exitum mors. Ut nihil pertinuit ad nos ante ortum, sic nihil post mortem pertinebit. In quo quid potest esse mali, quum mors nec ad

---

trocinatus est. Addit Ochsn. Graecum Platonis locum ex Menone p. 97. a: *οὐκ ἔστιν ὀρθῶς ἡγεῖσθαι, ἐὰν μὴ φρόνιμος ᾖ.* — Pro *necessario* unus Ox. habet *necessaria;* scilicet ut concordet cum *gloria. Mr.*

etiamsi tu id non agas,] De constructione vid. Beier. ad Cic. Lael. 17, 63. p. 102. Cod. Rehd. habet *id tu.* Vind. 1. *non ita agas.* Ed. H. *tu id ob hoc non agas.* Duas posteriores lectiones inde ortas esse manifestum est, quia interpretes non intelligerent, quid sit *id agere,* nimirum dedita opera in aliqua re versari. Ita in Oratore 52, 175: *quae sua sponte, etiamsi id non agas, cadunt* —. Opponitur huic locutioni *aliud agere, alias res agere:* v. c. Brut. 66. 233: *ut mirarere tam alias res agere populum, ut esset insano inter disertos locus.* Eadem sententia aliis verbis utitur Lael. 27: *etiamsi tu eam minus sequutus sis.* — *Consequi* recte monet Kühnerus esse *una sequi,* ut supra 16, 36. — *Tu* omittit unus Ox. *Mr.*

Natura vero se sic habet] Post *vero* in Ed. Cam. additur *etiam.* Vulgo *sic se:* sed *se sic* habent Codd. Reg. Gud. 1. Vind. 2. Gud. Duisb. Codd. Bentleii Edd. H. V. Ald. Rob. Steph. Dav. qui sequendi fuerunt. — In seqq. unus Ox. *commodo,* pro *quo modo,* ex prava pronuntiatione; alius omittit *nobis.* Pergit Vind. 1. *omnium rerum,* cum Cod. Aug., qui pro *noster* habet *nri.* Pro *exitum* unus Ox. et unus Leid. habent *exitium,* quod, vix credas, Bouhierius receptum volebat: „est enim *exitium* accurate oppositum *initio!*“ *Mr.*

Ut nihil pertinuit ad nos ante ortum] Ita optimi libri et plurimi. Sed *quae ut* habent Cod. Vind. 1. Edd. A. B. S. E. C. M. L. Herw. et nostrae omnes ante Gebh. praeter Rob. Steph. (quae habet *et ut:* quod probari posset, si haberent plures Codd. quam duo Oxx.) itemque Edd. quas Reiskius contulit, qui perperam probavit illud *quae ut,* scilicet ut dicat Cicero, mortem post mortem nihil ad nos pertinere. Ed. P. habet *utque.* Verum iam vidit Brutus, qui, Pronomen, ait, in Gryph. exemplari non exstat. Quam quidem vocem redundare, minime certe necessariam esse, nemo ignorat. Victor pro *quae* habet *et:* melius, quam ceteri vulgati.“ Aug. *pertimuit.* Gud. *ante pertinuit ad nos,* omisso *ortum.* Pro *sic* Ven. 2. Reiskii, A. *sicque,* B. S. *sic ne,* Med. 1. Rskii *sic quae:* unde conficio, ait Rsk., *sic quoque.* Praeter necessitatem. Ne quis pro *in quo* coniiciat *in qua,* is reputet, *quo* referri ad id, quod naturâ ita comparatum esse dixit Marcus. *Mr.*

quum mors nec ad vivos pertineat, nec ad mortuos?] „Eleganter mihi videretur illud *pertineat* subaudiri cum principe Pal. qui eo destituitur.“ *Gebh.* Parum quidem eleganter in hac locutione. Placere posset in quaestione: *Quid hoc ad vivos?* vel in enunciatione directa: *hoc nihil ad vivos. Mr.*

Alteri nulli sunt: alteros non attingit.] „Vid. Wyttenbach. ad Plutarch. T. II. p. 109. 110.“ [p. 732 sq. ed. Ox. p. 55 sq. ed. Lips.] *Schuch.*

Alteros non adtingit] Male vulgo cum Reg. Med. Bak. et Ven. 1491. *attinget;* omnes enim, qui iam vivunt, serius ocius mortem subeant necesse est. Aeschines Axiocho c. XIV. *Θάνατος περὶ τοὺς ζῶντας οὐκ ἔστιν, οἱ δὲ ἀποθανόντες οὐκ εἰσίν· ὥστε οὔτε περὶ σε νῦν*

vivos pertineat, nec ad mortuos? Alteri nulli sunt: alteros non attingit. Quam qui leviorem faciunt, somni simillimam 92
volunt esse. Quasi vero quisquam ita nonaginta annos ve-

ἐστιν, οὐ γὰρ τέθνηκας· οὔτε, εἴ τι πάθοις, ἔσται περὶ σε, σὺ γὰρ οὐκ ἔσῃ. Laudat et Stobaeus CXIX. pag. 607. Hanc in rem multa Plutarchus Cons. ad Apoll. pag. 109, 110. *D.*

alteros non attingit.] Probam lectionem habent plurimi libri: peiorem, *attinget*, haud pauci: Codd. Reg. Gud. 1. 2. quinque Oxx. Duisb. Gud. [hic *num* pro *non*: nec vero convenit quaestio:] Edd. P. A. Reiskianae Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Ald. nostrae Ven. Asc. 1. Sturm. Grut. *Mr.*

Quam qui leviorem faciunt etc.] Quod coniecit Bentleius, *quam quo leniorem faciant*, recepit Dav. in Ed. 2. sine librorum auctoritate. Ex nostris libris una Ed. Ven. Alt. ex corr. habet *leniorem*: quod probandum esset, si libri addicerent. — Pro *somni* et *morti* in Cod. Duisb. Pessime. Sequitur in Cod. Gud. 2. *similem*. Vind. 1. *esse volunt*. Ad sententiam Camerarius: „Somni de morte similitudine et Socrates usus est. Nam aut in alia quaedam loca migrare posuit morientes, aut profundissimo somno, qui est apud Homerum νήγρετος, ἥδιστος, θανάτῳ ἄγχιστα· ἐοικώς, eoque sempiterno, obdormiscere, aut penitus interire aut exstingui. Homericum etiam est, somnum esse κασίγνητον θανάτοιο. Et idem χάλκεον ὕπνον dixit eandem, περιφραστικῶς. Fertur et Graecus versus, qui initia quaedam mortis somnum vocat: ὕπνος τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια. Ovidiani autem hi omnibus fere noti sunt:

Stulte, quid est somnus, gelidae nisi mortis imago?
Longa quiescendi tempora fata dabunt.

Atque Cicero docet, somnum nihil pertinere ad vitam. Quis enim vivere hoc modo velit? Ergo si dormientes nihil attingit sensus vitae, probari scilicet videtur, mortuos multo minus illo affici. Loci Homerici sunt Od. XIII. 83. Jl. XIV. 231. Jl. XI. 241. *Mr.*

Quasi vero — non modo ipse] „Ego non tantum cum Lambino tres voces ultimas eiiciendas, sed totam φῆσιν additiciam censeo. Nam cum noster id agat, ut mors malum non sit, sua ipse vineta caederet, eam abominandam esse statuens, si somno similis esset. Hoc certe causam, quam defendit, haud adiuvat sed evertit. Deinde prorsus repugnat iis, quae non modo viri sapientes posuerunt, sed et ipse Tullius suo confirmavit suffragio. Sic paullo post: *Habes somnum imaginem mortis — esse nullum sensum.* Iterum cap. 41: *Si mors ei somno similis est — quis me beatior?* et cap. 49: *Si supremus ille dies — somno consopiri sempiterno?* Huiusmodi plura colligi possint; sed necesse non est, cum nihil, ut opinor, esse queat clarius. Vide tamen sis Plutarchum Cons. ad Apoll. p. 107. D.“ *Davis. in Ed. 2.* Contra quem Bouhierius ita disputat, ut dicat, probatum ire Ciceronem in hoc quidem parum inesse consolationis contra mortis terrores, si contendas, mortem esse somni simillimam. Recte. Non enim comparari posse negat mortem cum somno: illud vult: alias plane et meliores rationes afferri et posse et debere contra mortis terrores, quas in sequentibus re vera affert. Id ipsum postea intellexisse Davisium non inde modo patet, quod hanc annotationem silentio pressit in Ed. 3., sed quod laudavit etiam de Finn. V. 20, ubi est: *itaque* [quia appetit animus aliquid agere semper] *ne si iucundissimis quidem nos somniis usuros putemus, Endymionis somnum nobis velimus dari: idque si accidat, mortis instar putemus.* Quare et nos istam non repetivissemus annotationem, nisi eandem sententiam a Rathio

lit vivere, ut, quum sexaginta confecerit, reliquos dormiat. Ne sues quidem id velint, non modo ipse. Endymion vero,

---

esse recoctam vidissemus, qui, quasi cumulum additurus iudicio suo, ne latinam quidem esse locutionem *non modo ipse* contendit: scribendum enim fuisse *nedum ipse*. Quasi vero *non modo ipse* aliter intelligi debeat ac si dixisset: *non modo non ipse*: nec plane ita locutus sit Cicero de Div. II. 55: *ne mediocri quidem cuiquam, non modo prudenti, probata sunt*: ubi vid. nostr. Ed. p. 494. *Mr.*

quisquam ita] Cod. Duisb. *ita quisquam*: tres Oxx. omittunt *ita*. Nimirum cum nescirent librarii, *ita* dici pro *hac lege*, abiecerunt voculam, quam supervacaneam existimabant. Sic de Legg. III. 17. 38: *istam libertatem ita largior populo, ut auctoritate et valeant et utantur boni*. — Verba *annos — sexaginta* omittit unus Ox. aberravit videlicet oculus scriptoris propter *ὁμοιοτέλευτα — inta*. Alius Ox. omittit *ut*. Cod. Marb. pro *sexaginta* habet *haec*: egregia sane emendatione. *Mr.*

Ne sues quidem id velint, non modo ipse] „Ego verba *non modo ipse* funditus delenda censeo. non sunt enim Ciceronis, sed aliena et ex annotatione aliqua nata." *Lambinus*. Mihi quoque, ut verum fatear, sunt suspecta: sed non tamen tollenda puto." *Brut.* In marg. Lambb. et Goth. ea verba abesse dicuntur a vet. Cod. Pro *non modo* HWolf. edidit *nedum*, ut volebat Rath.; sed in parenthesi addidit: vel, *non modo*. In Ed. 1. Davisius: MS. Petrens. corrupte repraesentat *nesciens quidem id velint;* sed ille, ut et omnes nostri, tres voculas posteriores retinent, nec causa fuit, cur D. Lambin. et Fr. Fabr. eas in spongiam iuberent incumbere." Fr. enim Fabr. ad h. l. haec: „*ne sues quidem id velint*, est *πρότασις* collationis, cuius *ἀπόδοσις* in quaestione praecedit. Itaque inepte vulgo additur: *non modo ipse*. Additur vero comparatio exempli maioris, quae in MS. sic legitur: *Endymion vero, si fabulas audire volumus, qui nescio quando in Latmo obdormivit, qui est mons Cariae, nondum, opinor, experrectus est*. Lamb. omisso priore *qui* post nomen *Cariae* punctum apposuit." *Mr.*

Quasi vero quisquam — non modo ipse] Lambinus auctoritate libri veteris tres voces ultimas eiecit. Eas tamen retinent omnes nostri, nec temere reiiciendas puto. Similis plane locus exstat de Fin. V, 20. *D.*

Ne sues quidem id velint, non modo ipse] „Haud recte Lambinus delevit voces *non modo ipse*, quas constanter servant Codices." *Lallemannus*. Ex recentioribus solus, ut videtur, Olivetus secutus est Lambinum: ex eius enim editione eae voces exulant. Eaedem tamen, ut ex collatione Ed. Ox., quae Halae (1827.) prodiit, colligere licet, etiam in Ed. Oxoniensi desunt. Nissenius „Haec, ait, me non intelligere, ingenue fateor. Facile est delere cum Lambino, quae non intelligas. Sed quae sensu careant, ea depravata potius, quam aliena existimem. Equidem esse potuisse puto *modo loqui* (quod scriptum erat *loci*) *possint*, quae non multum a vulgata lectione recedere videntur." Egregie scilicet. *Ipse* ad *quisquam* esse referendum unus quisque, opinor, videt. Ex FAWolfii scholis, qui ad *ipse* minus bene intellexit *ego*, id modo addimus, quod monet, in hac loquendi formula semper poni *non modo*, nunquam *non tantum* v. *non solum*. — In Ed. H. legitur *id quidem;* in Cod. Rehd. *quidem ipsi;* unus Ox. *volunt;* alius cum Aug. Mon. 2. (hic in marg. ex corr.) *non modo quidem ipse. Mr.*

Endymion vero] Nota est fabula, cuius rationes varias reddunt

si fabulas audire volumus, ut, nescio quando, in Latmo obdormivit, qui est mons Cariae, nondum, opinor, est exper-

---

varii. Vide Plinium H. N. II, 9. ac ibi Harduinum, Lucianum de Astr. Tom. I. pag. 852. Anonymum de Incred. cap. 12. Artemidorum Oneir. lib. IV. cap. XLIX. pag. 229. Heraclitum de Incred. cap. 38. et Scholiasten Apollonii Rhodii ab lib. IV, 57. *D.*

Endymion vero] Dav., qui in Ed. 2. exulare volebat verba *non modo ipse*, ibidem coniecerat scribendum esse *ergo*: sed illam suspicionem cum reiecisset, altera erat supervacanea. Vocem *vero* omittit Cod. Duisb. Unus Ox. habet *Endimidion*. De Endymione nunc vide, quae collegit Klopfer. in Lex. Mythol. I. p. 670 sq. Add. Noël. Dictionn. de la Fable. T. I. p. 475 sq. A. Schott. Adag. Grr. p. 70. *Mr.*

si fabulas audire volumus, ut, nescio quando] Coniunctionem *ut* omittunt duo Codd. Oxx. Marb. Vind. 1. 2. Mon. 1. 2. Edd. vett. quas contulit Or. omnes, itemque a Reiskio et nobis collatae (exceptis Sylb. et Brut.) usque ad Ern. et Bip. Sed iam in Ed. Gryph. Brutus: ita, ait, [*ut, nescio quando*] curavimus edendum ex Gryphii Codice, quae vox addita multo clariorem lectionem efficit." Illud igitur *ut* cum vulgo abesset, quamquam habent plurimi iique optimi libri, viri docti, qui malunt saepissime coniecturas expromere, quam libros inspicere, dudum coniecerunt ante *si* addendum esse *qui*, ut vides ex marg. Edd. Lambb. et Goth. idque, ut suam coniecturam, suadet etiam Ern. et habet Cod. Duisb. neque tamen aliud quid, quam coniecturam librarii, esse dixerim, sicuti quod est in Cod. Rehd. *quoniam*. Pro *ut* in Ed. H. est *at*. Habent *ut* Dav. FAWolf., Koel. Schz. Or. Nobb. *Mr.*

Ut *nescio quando*] Vulgo deest *ut*: quod asserunt Reg. Gryph. Eliens. unus et Balliol. *D.*

nescio quando,] „Adverbium *quando* Antonius Augustinus mutat in *quo modo*: et illa verba, quae sequuntur, *qui est mons Cariae*, putat esse scholium Grammatici alicuius." *Ursinus*. Ed. H. pro *quando in* habet *quī* ex perperam lectis compendiis. Pro *Latmo* est *Lachino* in uno Ox. et Marb., *Latino* (a. *Lathinio*) in Cod. Duisb. Illud habent etiam Codd. Gud. 2. et Aug. Ed. HWolf. *Lamio* est in Edd. H. P. A. B. S. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. et in Cod. Vind. 1. Verba *qui est mons Cariae* etiam FAWolfio scholion esse videbantur ideoque ea in Ed. 1. uncinis inclusit, quod, eum secutus, fecit item Koelius. Sed recte iam monuit contra Augustinum Bouhierius, talia Ciceronem ipsum saepissime addere. Orellius autem: eiusmodi explicationes addi a Cicerone partim doctrinae ostentandae causa, partim ut minus doctis aliquid explicet: qualia hodie in Annotationibus addere solemus, quibus veteres scriptores abstinebant. In Vind. 1. legitur *mons est*; ut habet etiam Aug., in Rehd. *Sicaniae* pro *Cariae*; unus Ox. *Kariae*. *Mr.*

Qui est mons Cariae] Haec Grammatici cuiusdam scholion esse putat Ant. Augustinus. Ei non adsentior, parique iure *fluvium, qui ab Europae parte in Pontum influit*, quae leguntur cap. 39. glossematis possint damnari. *D.*

nondum, opinor, est experrectus.] Cod. Vind. 1. ante *opinor* habet glossam *ut*. Omittitur *est* in Cod. Rehd. Edd. M. Ald. Leod. Boul. Car. Steph. Lambb. Goth. In Ed. Lamb. et Cod. Vind. 1. scribitur *experrectus est*. Cod. Aug. habet *expertus*. Gud. 2. *expectus* et supra lin. ab ead. m. *exprefactus*: volebat corrector: *expergefactus*: quo participio non usus esse videtur Cicero. Quod vero in tam multis Edd. omittitur *est*, id inde factum est, quod supra omiserunt *ut*.

rectus. Num igitur eum curare censes, quum Luna laboret? a qua consopitus putatur, ut eum dormientem oscularetur. Quid curet autem, qui ne sentit quidem? Habes somnum imaginem mortis, eamque quotidie induis: et dubitas, quin sensus in morte nullus sit, quum in eius simulacro videas esse nullum [sensum]?

Quod cum abesse debere existimaret Bouhierius, coniecit scribendum esse vel: *et nondum, opinor, est experrectus*, vel: *nondum, opinor, experrectus. Mr.*

Num igitur eum curare censes, cum Luna laboret?] Junt. *carere* pro *curare*. — „*Laborare* Lunam deficiente lumine, si terra media directe inter hanc et solem intercedat, accipiemus: iuxta hoc Virgilii: *Defectus Solis varios Lunaeque labores*. [Georg. II. 478. ubi vid. Serv.] Sed et in fine mensis, cum videtur extingui, laborare quondam credebatur: ut Plin. lib. 2. scripsit.“ [II. 9.] *Camerar.* Add. Juvenal. VI. 442. ubi vid. Turneb. in Ed. Schrevelii. Elmenhorst. ad Minuc. Felic. p. 35. ed. Ouzel. ad eund. Cellar. p. 51. Fromond. ad Senec. Nat. Quaest. VII. 1. p. 934. ed. Gronov. T. II. Scribitur *laborat* in Codd. Gud. 2. Aug. Ed. H. quod videtur esse correctoris, qui non concoqueret Coniunctivum, ab Accusativo cum Inf. pendentem. Codd. Mon. 1. 2. Rehd. et unus Ox. habent *laboraret;* quod cum reperisset in uno Leid. Bouhierius, ob concinnitatem, nescio quandam, cum verbo *oscularetur*, recipi volebat, ita tamen, ut supra etiam *curasse* requireret, pro *curare*. Sed in fine annotationis, ex uno errore in alterum incidens, vult *osculetur*, ut stare possit *curare — laboret*. — Pro *consopitus* unus Ox. *consumptus*. Aug. *cum sopitus*. Ed. Junt. post *putatur* interrogandi signum habet, nec vero post *laboret*.

ita

In Cod. Gud. 2. scribitur: *oscularetur*. Videtur verbo *ita*, Imperfecti terminationi superscripto, significare voluisse librarius, ita, nec vero *osculetur*, scribendum esse. Nam eum verbum inauditum *osculitaretur* procudere in animo habuisse, non crediderim. *Mr.*

Quid curet autem, qui ne sentit quidem?] Unus Ox. *curet aut.* alius *curet igitur*, Gud. 2. *curet an, qui nec.* Post *quidem* unus Ox. additum habet *inde*, quod videtur glossa ad verbum, quod sequitur, *habes*, sed plane supervacanea. Pro *habes* Mon. 1. *habet*. Unus Ox. *somnium*. Ed. vet. Bouhierii *Habet somnus imaginem mortis*, quod probat ille: ego vero correctori deberi dico, qui ultra Ciceronem sapere se existimaret. *Mr.* — „*θανάτου εἰκόνα* dixit Homerus somnum Jl. Ξ. 231. Virgil. Aen. VI. 278. (qui locus conferri debet cum Claudian. Rapt. Proserp. I. 105. p. 529. Gesn.) cf. Scheffer. ad Aelian. V. H. II. 35. p. 161 sq. ed. Abr. Gronovii.“ *Schuch.*

Et dubitas etc.] *Et*, ait Or. ad scholas Wolfii, cum vi h. l. ponitur, ut a Graecis *εἶτα*, laudatque Virg. Aen. VI. 807: *Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?* Alia, addit, exempla ex Cicerone laudare Gifanium Observ. ed. Otho p. 175. Add. Tursellin. de Partic. p. 263. ed. Schwarz. — Cod. Aug. habet *in mortem*. Duisb. *ullus in morte*. Omittunt *in* ante *eius* duo Codd. Oxx. Gud. 1. 2. Gud. Rehd. Duisb. Marb. Vind. 2. Mon. 1. Ed. H. In Vind. 2. et Gud. est *simulacro eius*. Excidisse videtur *in*, cum scriptum fuisset *cm̃* i. e. *cum in*, quod, casu quodam evanescente vel neglecta lineola supra *u*, legebatur *cum*. Duisb. illud *in* adiunctum habet Infinitivo *esse*, exhibens *inesse*. Mon. 1. habet *nullum esse*. *Mr.*

videas esse nullum sensum?] „Abest vox *sensum* ab antiquo, et recte, ut opinor.“ *Ursinus.* Probavit Bouh. Ursini sententiam: idem-

b.
Pellantur ergo istae ineptiae paene aniles, ante tempus 39
mori miserum esse. Quod tandem tempus? Naturaene? 93
At ea quidem dedit usuram vitae, tamquam pecuniae, nulla

---

que fecit Bentleius, cui in Ed. 2. paruit Dav., in tertia non item. Probavit item abiectum *sensum* Ernestus: abiecit FAWolfius, quem secutus est Koel. Ego item abiectam vocem supervacaneam quam maxime malim: sed cum in ea servanda Codd. nostri omnes conspirent: uncinis tamen eam, ut veterem glossam, coërcui. In Cod. Aug. legitur *nullum sensum esse*. Rehd. habet *ullum* pro *nullum*. Ad sententiam Beroaldus monet, hoc magis acute, quam vere, esse dictum: quia in somno sit sensus. Anima enim, ait, adeo semper in motu est, ut ne nobis quidem dormientibus conquiescat: et in quiete ipsa somniamus, spiramus. quae omnia motus animae sunt, cuius natura est semper moveri. *Mr.*

c. 39. *Pellantur ergo istae ineptiae paene aniles*] Similiter dixit de N. D. II. 28. 70: *superstitiones paene aniles*. — *Pellere e medio* dixit de Off. III. 8. Vocem *ergo* omittit Cod. Rehd.; eius loco habet unus Ox. *igitur*; alius habet *iste inepti ac*. Marb. *animales* pro *aniles*. In seqq. ante *Quod* repetendum esse ex praecedentibus *ante*, iam alii monuerunt. *Mr.*

Naturaene? At ea quidem dedit etc.] „*Naturae? ne ad eam quidem dedit usuram vitae*. Ita Cod. Gryph. quae lectio, si quis attentius consideret, germana esse videtur. *Brutus*. Hoc vero nihili est. Distinctionem fortasse ipse fecit Brutus. *Ad* pro *at* saepissime scribitur in Codd. et habent h. l. Reg. quatuor Oxx. (quorum unus omittit *naturae*) Gud. 1. 2., in Aug. est *adeo quidem*: in Gud. *At haec quidem*. Pergit Aug. cum Vind. 1. *usuram vitae dedit*. Unus Ox. *dedere*. Ad sententiam loci vid. A. Matthiae Verm. Schrr. p. 47. *Mr.*

Usuram vitae tanquam pecuniae, nulla praestituta die] Hunc locum sic imitatus est Pedo Eleg. I, 369.

Vita data est utenda, data est sine foenore nobis
Mutua, nec certa persoluënda die.

Seneca Cons. ad Polyb. cap. XXIX. *Si quis pecuniam creditam solvisse se moleste ferat, eam praesertim, cuius usum gratuitum acceperit, nonne iniustus habebitur? Dedit natura fratri tuo vitam, dedit et tibi; quae suo iure usa, a quo voluit, debitum suum citius exegit.* Vide et Cons. ad Marciam cap. 10. ac Plutarchum Cons. ad Apoll. pagg. 106, 116. *D.*

Usuram vitae, tanquam pecuniae] V. quae annotavimus ad cap. 31. extr. et add. Wyttenbach. ad Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 106. E. F. p. 47. sq. ed. Lips. ibiq. laudd. inter alios Lucret. III. 984: *vitaque mancupio nulli datur omnibus usu*. Wyttenb. ad eund. p. 113. E. p. 76 sq. p. 116. B. p. 88. Lips. Loci Plutarchei, quos laudat Dav., hi sunt: *διὸ καὶ μοιρίδιον χρέος εἶναι λέγεται τὸ ζῆν, ὡς ἀποδοθησόμενον, ὃ ἐδανείσαντο ἡμῶν οἱ προπάτορες. — Ἔχομεν γὰρ τὸ ζῆν, ὥσπερ παρακαταθεμένους θεοῖς ἐξ ἀνάγκης, καὶ τούτου χρόνος οὐδείς ἐστιν ὡρισμένος τῆς ἀποδόσεως, ὥσπερ οὐδὲ τοῖς τραπεζίταις τῆς τῶν θεμάτων, ἀλλ' ἄδηλον, πότε ὁ δοὺς ἀπαιτήσει.* Turneb. Adversar. XXII. 11. p. 278. Ed. Paris. *Mr.* „Add. Incerti auctoris Axioch. p. 367. B. 113. Boeckh. Jacobs. ad Theodorid. Epigr. X. 2. T. VIII. p. 129. Peerlkamp. ad Musonium p. 318. 319." *Schuch.*

nulla praestituta die] Cod. G. *praefinita die*. Utrumque verbum Ciceroni de tempore usitatum: v. c. Or. de Prov. Cons. 15, 37. *praefinit consulari diem*. Pro Rosc. Am. 45. 130: *quae dies*

praestituta die. Quid est igitur, quod querare, si repetit, quum vult? ea enim conditione acceperas. Iidem, si puer parvus occidit, aequo animo ferendum putant: si vero in cunis, ne querendum quidem. Atqui ab hoc acerbius exegit natura, quod dederat. Nondum gustaverat, inquit, vitae

---

in lege praefinita est. Epp. ad Famm. VI. 8.: *Kalendas Jan. tibi praefinitas esse.* Ad Att. XIII. 49.: *dies — iudiciorum praestitutos fuisse.* Or. in Verr. Act. II. I. 56. 148: *diem praestituit operi faciundo.* Or. pro Quinct. 9. 33: *ut nobis tempus, quam diu diceremus, praestitueres.* — In seqq. Ed. H. *quid querare.* Ed. P. *quod querere.* De terminatione — *re* pro — *ris,* Ciceroni perfamiliari, vid. disputantem Car. Beierum ad Cic. Or. pro Tullio §. 56. p. 69 sq. ibiq. laudd. Pro *repetit* unus Ox. *repetat* cum Cod. Rehd. quod est correctoris. *Mr.*

Iidem si puer parvus occidit] Unus Ox. *idem etiam:* alius cum Gud. 1. Aug. Rehd. Duisb. Gud. Marb. Edd. H. Fr. Fabr. *idem.* Ad h. l. Fr. Fabric. „Lege, ait, *iidem*: nec probo, ut contra fidem librorum omnium negatio addatur, legaturque: *aequo animo ferendum non putant,* vel: *iniquo animo ferendum putant.* Ideo enim homines patienter ferendum putant, si is, qui est natus, puer parvus moriatur, quod vitae suavitatem nondum gustaverit." Quod ait Nissen. ad h. l.: „Primum verbum [*iidem*] quo pertinet, aut quam habet vim? nam quid attinet eosdem esse, qui sic errent, non diversos homines? Quodsi *idem* scriptum sit, hoc eo pertinebit, ut alius alio maiore loco natus esse possit:" quod, inquam, dicit Nissenius, nihili est. Est in Cod. Vind. 1. *parvus puer,* tres Oxx. et Ed. H. *parvulus.* Rathius vocem *parvus* ex *διττογραφία* verbi *puer* ortam esse, delendamque putabat, cogitare nos iubens, *puerum* quidem magna sperare posse et sperare vere, *parvum* puerum non item. Ad quae non opus est respondere. Melius est, quod idem ait legendum esse *occiderit* ex Cod. Vind. 1., cui assentit Ed. H. Sed non magis necessarium est, quam quod est in uno Ox. et *a* pr. m. in Gud. 2. *occidat.* In seqq. Lambinus contra lectionem *non putant* vel *iniquo* idem monet, quod Fr. Fabr. Et tamen Ern.. recoxit inutilem plane et pravam correctionem *non putant:* quam merito nemo probavit. In Cod. Vind. 2. ex corr. scriptum est: *putamus. Mr.*

ne querendum quidem] Unus Ox. *neu:* Gud. 1. Reg. *quaerendum.* Mon. 1. 2. *conquerendum* cum Ed. P. et duobus Oxx. In Cod. Gud. legitur: *nec querendum putant quidem.* Egregie, scilicet, Nissen. pro *querendum* coniecit *gemendum. Mr.*

Atqui ab hoc acerbius exegit natura, quod dederat] Unus Ox. *at,* alius cum Ed. H. *atque.* De usu particulae *atqui* vid. Handii Tursellinum p. 513 sqq. de eius commutatione cum coniunctione *atque* eund. p. 512. 524. Cod. Duisb. habet *acerbius ab hoc,* unus Ox. *ab hoc qui acerbius.* Tres Oxx. Aug. Edd. Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Ald. Steph. quas contulit Reisk., E. L. Asc. 1. Leod. Fr. Fabr. Goth. *exigit,* quod in MS. Reg. repertum probabat Bouhierius, improbante Nissenio. Merito. In Ed. Ven. nostr. operarum errore est *exigi*: in Cod. Aug. post *exigit* sequitur *inquiunt,* aberrante librarii oculo in lin. sequentem. Ad usum verbi *exigendi,* de pecunia, mercede, tributo v. Schützii Lex. Cic. s. v. Add. Cic. de Rep. III. 28: *mercedem* — [virtus] *accipit facile, exigit non acerbe. Mr.*

Nondum gustaverat, inquit] Vulgo *inquiunt:* at nos Reg. Med. Ballioł. Eliens. tert. et Bak. merito secuti sumus; scriptores enim

suavitatem: hic autem iam sperabat magna, quibus frui

hac utuntur formula, quum sibi quidpiam opponi fingunt. Vide sis eruditissimum Bentleium ad Horatii lib. I. Serm. IV, 79. Clemens Hom. III. cap. 17. *Ἀλλὰ, ΦΗΣΙΝ, ἁμαρτήσαντα κατέλειπε τὸ θεῖον πνεῦμα.* Iterum Hom. IV, 21. *Ἀλλὰ διά τί, ΦΗΣΙΝ, ὁ ἀνὴρ οὐ πολεμεῖ;* Ac Hom. X. cap. 23. *Ναί, ΦΗΣΙΝ, ἀλλὰ προνοίᾳ αὐτῶν ἐφωράθησαν.* Sic et Hom. XI. capp. 7, 9, 10, etc. In hisce locis, ut apud Ciceronem, indefinite sumitur. Adi et Def. Heraldum ad Arnobii lib. I. pag. 12. *D.*

Nondum gustaverat, inquit, vitae suavitatem] Beroaldus ad sententiam laudat hos versus Virgilii [Aen. VI. 428 sq.] *Infantum — animae —,*

Quos dulcis vitae exsortes et ab ubere raptos
Abstulit atra dies, et funere mersit acerbo.

Bouhierius se reperisse ait *inquit* in aliquot Codd. et in sua Ed. vet. Sed cum plurimi libri habeant *inquiunt*, et proxime scripserit Cicero *putant*, mavult *inquiunt*, idque sic saepius posuisse Ciceronem contendit. Habent *inquit* tres Oxx. Codd. Gud. 1. 2. Duisb. Rehd. Gud. Mon. 1. 2. Bern. omnes Bentleii, Edd. Dav. FAWolf. Koel. Schz. Or. Tbn. Multa de hoc usu congessit Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 280 sq. Ed. 3. Add. Gernhard. ad Cat. maj. p. 320 sq. Heindorf. ad Hor. Sat. I. 4, 79. p. 101. Creuzer. ad Plotin. Enn. I. 4. extr. p. 3. ed. prc. ibiq. laudd. inprimis Cr. ad Cic. de N. D. I. 36. p. 164. In solo Cod. Aug. scribitur *aiunt*. Pluralis sine dubio debetur correctoribus, qui illum usum numeri Singularis apud Graecos et Latinos ignorarent. Adde nunc etiam Zumpt. ad Cic. Divin. in Caecil. 16, 51. p. 36. ibiq. laudd. *Mr.*

Hic autem iam sperabat magna] Cod. Rhed. et tres Oxx. omittunt *iam*; eius loco unus Ox. habet *tam*. Pro *sperabat* Bouh. magna confidentia coniecit *spirabat*, laudatis locis Virg. Aen. VII, 110. Propert. II. XII. 53. Sil. Ital. XVII. 536. ibiq. Nic. Heins. Ovid. Metamorph. V. 348. ibiq. N. Heins. ipsoque Cicerone ad Att. IX. 5: *venit ad me Q. Fusius, quo vultu, quo spiritu?* Deinde se, his iam scriptis reperisse ait, Colerum ad Valer. Max. III. 7. 1. (*Carthaginem magna spirantem*) in eandem, in quam ipse, incidisse coniecturam, confirmatam a Vorstio auctoritate Codicis MS. Brandenburgici. [Non nostro, sed Valerii Maximi loco firmat lectionem *spirantem* Cod. Brand. Vid. Ed. Torrenii p. 295, qui item consulendus de permutatione verborum *sperandi* et *spirandi*, qui vero illo Valerii loco edidit *sperantem*, quamquam illud praetulit, et dedit item Kappius.] Amicum aliquem suum coniecisse ait *spectabat magna*: laudatque Cic. de Off. II. 13: *iuvenes magna spectare debent*; supra c. 34: *video te alte spectare*: pro Rabir. c. 10: *nihil nisi sempiternum spectare*. Cui coniecturae favet Cod. noster Aug. in quo totidem literis legitur *spectabat*. Sed hoc non magis convenire loco ait Bouh., quam *sperabat*. Ochsnerus l. c. ingeniosam appellat Bouhierii coniecturam: *spirare* fore h. l. ait i. q. mente concipere, agitare. Sed nec ita tolli eam difficultatem, qua verba *frui coeperat* antecedentia (*sperabat* vel *spirabat iam magna*) quasi tollant. Mihi vero nihil contradictionis in his inesse videtur. Intelligo: hic iam magna sperabat, quorum videlicet iam aliquem praeceperat gustum. Quare ego cum Nissenio, Handio ad Wopkens. p. 76. et Orellio nimis poeticum colorem in illa Bouhierii coniectura agnosco, cui ad proprietatem sermonis parum etiam conveniret illud: *quibus frui coeperat*. Vocem *magna* omittit Gud. 2.. *Mr.*

coeperat. At id quidem in ceteris rebus melius putatur, aliquam partem, quam nullam, attingere: cur in vita secus? Quamquam non male ait Callimachus, *multo saepius*

Id quidem] Vulgo *id quidem ipsum.* Lectionis quam dedimus auctores sunt Reg. Eliens. tert. et Balliol. *D.*

At id quidem in ceteris rebus] Quamvis in Collatione nostra Codicis Regii compareat illud *ipsum* [ita enim scriptum est: Lall. *at id quidem ipsum:* Cod. *ad id quidem ipsum*]; mihi tamen satis certum est, non esse *ipsum* in Cod. Reg. cum non compareat in aliis, qui ad eam et aetate et praestantia et ipsa scriptione proxime accedunt, Gudianum dico primum et Gryphianum. Abest praeterea *ipsum* a tribus Oxx. Gud. 2. Aug. Duisb. (in quo est recepta glossa *at hoc vel id quidem,* vel, si mavis, varia lectio, particula *vel* addita: nec vero omittitur *quidem,* ut ait Or. ad Wolfii scholas) Rehd. Bern. Vind. 1. Omisi igitur, his potissimum auctoritatibus nixus, pronomen illud, quod fecerunt item Dav. FAWolf. probante Bentleio, qui id in nullo suorum Codd. reperiri confirmat. Aliter iudicandum esset, si, in quibus omissum est *ipsum,* iidem Codd. haberent eam vocem, quaerereturque, utrum commode sit posita, an contra istas auctoritates delenda? Tum equidem cum Wopkensio et Handio l. c. p. 77. itemque cum Goerenzio ad Acadd. II. 14. p. 84. et Kühnero id servandum vel maxime existimarem; nunc, cum absit, nihil admodum, quo Ciceronis oratio carere nequeat, abesse censeo. Ceterum pro *At* scribitur *ad* in Codd. Gud. 1. 2. Reg. Pro ea voce desiderabat Rathius *et,* praeter necessitatem, vel *ac id q.,* praeter consuetudinem Ciceronianam: quamvis nuperrime etiam exortus sit, qui *ac* sequente vocali defenderet in Ephemeridibus Scholasticis (Allg. Schulztg.) 1830. II. 44. Vid. Handii Tursellinum I. p. 454 — 457. eundem de scriptione *ad* pro *at* p. 453. *Ac* ante *aquas* est in Orellii V. Cl. Inscriptionum Collectione N. 199. Tom. I. p. 100. Eandem, quam hic, loquendi formulam habes Cat. maj. 11: *At id quidem non proprium senectutis est vitium.* — Pro *melius* in uno Ox. est *melior,* tum in duobus *aliquando.* Vind. 1. *ceteris in rebus. Mr.*

Non male ait Callimachus, multo saepius etc.] Plutarchus Cons. ad Apoll. pag. 113. E. *Μεῖον γὰρ ὄντως Τρωΐλος ἐδάκρυσεν ἢ Πρίαμος.* Si Callimachi verba repraesentavit Philosophus Chaeronensis, ita distingue:

Μεῖον γὰρ ὄντως Τρωΐλος γ' ἐδάκρυσεν
Ἢ Πρίαμος.

Choliambus est. *D.*

Quamquam non male ait Callimachus] Vid. Wyttenbach. ad Plutarch. II. p. 77 sq. ed. Lips. qui verba *γὰρ ὄντως* non poetae, sed Plutarcho, esse tribuenda monuit. In marg. Lambb. et Goth. coniicitur abiiciendum esse *ait.* In Cod. Duisb. est: *non male ag'* (i. e. *agit*) *ait Callim.* ubi factum est fere idem quod paullo superius in verbis *hoc vel id quidem.* In Marb. scribitur *Calimachus — Troillum.* Ad sententiam laudat Bouhierius partem inscriptionis veteris apud Fabrettum p. 377. in monumento puellae cuiusdam:

Perpetuo talis gemitu lacrymisque colenda,
Infelix, aevo tam cita quae caruit;
An felix, aegrae potius subducta senectae.
Sic Hecubâ flevit Penthesilea minus. —

Priamus nimirum quinquaginta filiis superstes fuit: unus eorum, Troilus, admodum iuvenis, cum Achille pugnans, interemtus est. Virg. Aen. I. 475. ibiq. Heyn. Add. quos laudat Klopfer. in Lex.

lacrimasse Priamum, quam Troilum. Eorum autem, qui exa-

Mythol. v. Troilus. Billerbeckius verba Ciceronis ut Trochaicum septenarium exprimi iussit, sic:

múlto saepiús lacrymasse Príamum, quam Tróilum:

Graeca autem verba in eiusdem numeri versum coëgit:

Μεῖον ὄντως Τρωΐλός γ' ἐδάκρυσεν ἢ Πρίαμος·

metro haud admodum ad leges artis metricae accommodato. Paullo melior, nec vero plane probabilis, est versus Hexameter, quem inde Callimacho confecit Grotefendius V. Cl. apud Billerbeckium:

Δάκρυα πολλὰ πλέω Πριαμός γ' ἢ Τρωΐλος εἶβεν.

In Cod. Vind. 1. cum Glossa legitur: *lacrymasse in vita Priamum, quam Troiulum.* In Callimacho Blomfieldii Graeca verba in Pentametri formam redacta videmus p. 294:

Μεῖον ἐδάκρυσεν Τρωΐλος, ἢ Πρίαμος. Mr.

qui exacta aetate etc.] Cod. Gud. addit *et* ante *exacta.* Gud. 1. *autem* supra lineam habet. In Gud. 2. est *qui et acta.* Lambinus ad verba *Nam, reor, nullis* etc.: „Vel sic legendum, ut habet Codex Huraltinus, et Danielis, et Clericanus, vel *Nam, reor, non ullis* etc. Hoc autem significat Cicero: Cur eorum, qui exacta aetate moriuntur, fortuna laudatur? quia nullis posset esse vita iucundior, si longior vita daretur, quam illis, quippe cum essent prudentissimi. prudentia autem nihil dulcius.“ Lambino assentit Gebh. et ita legi apud Fabr. et in duobus Pall. ait, cum vulgo sit *non illis.* Camerarius verba *nam, reor, illis* etc. *εἰρωνικῶς* pronunciari volebat. Nam, ait, sentit posse vitam admodum esse in longitudine iucundam. Brutus ex Gryphii libro enotavit *nullis,* HWolfius in marg. Ed. suae: „Lutetianus meus Codex omnem tollit scrupulum, qui sic habet: *Curnam? Reor enim, illis si vita longior daretur* etc. Reiskius, qui in vett. Edd. reperisset *non illis,* „Egregia, ait, et unice vera haec est lectio, in quam omnes mei libri consentiunt. Sententia: Si vita longior daretur hominibus, quam data est, non posset alia vita iucundior iis esse [senibus], *suâ* scil. seu senio. *Non* pertinet ad *posset.*“ Fr. Fabricius ad haec verba Manutii scholion hoc esse ait: „*non* antiquus liber non habet: nec sane cum sententia congruit, quum Cicero prudentiam in senibus laudet.“ Addit Cod. Col. facere cum Lambino exhibentem *non ullis. Mr.*

Eorum autem etc.] In Ed. Bip. ita haec verba inter colloquentes distribuuntur: *A. Eorum autem — fortuna laudatur.* M. *Cur?* A: *Nam, reor, nullis — affert certe senectus.* M. *Quae vero* etc. Ad quae Nissenius: „nollem factum. Quippe verborum *nam reor* sensum prorsus non viderunt, particula *nam,* puto, in errorem inducti. Nam non ostenditur, quare eorum fortuna laudetur, qui exacta aetate moriántur: imo Marcus, hi homines, ait, miseri mihi potius, quam beati praedicandi videntur. *Nullis enim, si* cet.“ Secuti sunt nimirum Bipontini Pearcium, qui ita ad h. l.: „Buherius recte statuit legendum esse *Cur? nam, reor, illis* etc. ad fidem unius MS. suaeque vet. editionis. Sed ne sic quidem haec cum sequentibus bene cohaerebunt. Quis est enim, qui dicit aut haec aut sequentia: *nihil est enim — affert certe senectus:* quis est, inquam, qui haec dicit? Si Cicero, suo ipse argumento adversari videtur: nam, cum instituerit probare, *non esse miserum ante tempus mori,* inepte hic causam senectutis agit, *ut quae afferat prudentiam, qua nihil est homini dulcius.* Hoc si Cicero dixerit, non potuit non concedere, miserum esse ante senectutem mori. Locus, ut opinor, vitiosus est: eaque Ciceronis esse verba creduntur, quae potius adolescentis vel auditoris sunt, quocum

94 cta aetate moriuntur, fortuna laudatur. Cur? Nam, reor, nonnullis, si vita longior daretur, posset esse iucundior. Nihil est enim profecto homini prudentia dulcius: quam, ut ce-

---

hanc disputationem noster habet. Sic potius credas Ciceronem scripsisse: *Eorum autem, qui — fortuna laudatur. M. Cur? A.* Nam, *reor, illis si vita — affert certe senectus.* M. *Quae vero aetas longa est?* Si quis meam coniecturam probaverit, videbit verba, *nam, reor, illis* etc. adolescentis esse, rationemque reddere eius, quod paullo ante dixerat, nimirum *fortunam laudandam esse eorum, qui exacta aetate moriuntur.*" Vides Bip. in eo tantum discedere a Pearcio, quod dederunt *nullis*, nec vero *illis*. Pearcii sententiam probat Lallemannus qui ad h. l. „in vulgatis, ait, verba *eorum autem* et seqq. tribuuntur Ciceroni, qui, quum instituerit probare, non miserum esse ante tempus mori, non debet senectutis causam agere. Itaque Pearcium sequimur et Buherium, qui pro vulgato *nullis* legit *illis*. In uno e regiis scribitur *in illis*." Rathius contra Pearcii scriptionem hallucinationem appellat: in eo certe errans, quod Bip. cum Pearcio *illis* dedisse contendit. Pro *laudatur* unus Ox. *laudetur*. *Mr.*

Nam, reor, non ullis etc.] Hanc ego cum Or. recepi lectionem, quam probabat Lamb. et habent Codd. Col. Aug. et Vind. 1. ad quam scriptionem proxime, quod ad literas, accedunt marg. Vind. 1. duo Oxx. Edd. H. Ven. Alteri, ubi est *nonnullis*, (unus Ox. *nonnulli*) et ad sententiam, qui habent *nullis*, ut Codd. fere omnes, Edd. Vict. Rob. Steph. Dav. Gebh. Ern. Oliv. FAWolf. Koel. Schz. Nobb. Tbn. Reliquae Edd. et duo Codd. Oxx. habent *non illis*, nisi quod Lallem. cum Ed. vet. Bouh. et Man. edidit *illis*. unus Ox. omittit eas voces. Schottus Nod. Ciceronn. IV. 16. volebat *iucundius* pro *iucundior*: praeter necessitatem. Recte monet Or. semper fere apud Ciceronem in libris obliterari *non ullus*, laudatque de Finn. III. 15. 50, ubi est: *si non ullam esse diceremus.* — In solo Cod. Gud. scribitur *vita daretur longior.* Sententia est: propter id ipsum eorum, qui exacta aetate moriuntur, fortuna laudari non potest, quod, quum maxime illis optabile videatur diutius vivere, quippe qui prudentia aucti sint, qua nihil homini est iucundius; quod, inquam, tum quidem certo sciunt, sibi mox esse moriendum: quod ipsum miserum est, eoque dolenda potius, quam laudanda est eorum fortuna, qui vitam usque ad aetatem exactam producunt, qua eam magis etiam inviti deponere solent, quam adolescentes, et tamen mox deponendam esse ipsa aetate provecta sentiunt. — Laudat ad Wolfii scholas Or. etiam Sueton. Tib. 50. ubi est *non ullum insignem honorem*; et Cic. ad Famm. VI. 9. ubi aliquot libri habent *ut non ullo*. *Mr.*

Nihil est enim profecto] Codd. Gud. 1. 2. Aug. Vind. 1. Mon. 2. Gud. *nihil enim est*. Unus Ox. omittit *profecto*. Ed. H. habet *nihil enim profecto est*. Sequitur inepta lectio *hominis* in octo Codd. Oxx. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Duisb. Gud. Vind. 2. Mon. 1. 2. Marb. Edd. H. Junt. P. A. B. S. E. C. H. Cam. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Unus Ox. habet *pro prudentia*. *Mr.*

Quam, ut cetera auferat, adferi certe senectus] Expressit illud Menandri apud Stobaeum Serm. CXIV. pag. 585. [T. III. p. 417. Gaisf.]

Εἰ γ' ἄλλ' ἀφαιρεῖν ὁ πολὺς ἐδύνατο χρόνος
Ἡμῶν, τό γε φρονεῖν ἀσφαλέστερον ποιεῖ.

Vide sis Euripidem Phoeniss. vs. 531. *D.*

ut cetera auferat,] Multus est Beroaldus in enumerandis veterum locis de senectutis incommodis: quae vel adscribere vel augere nil attinet. Obloqui videtur Virgil. Ecl. 9, 51. sequentibus, scribens: *Om-*

tera auferat, affert certe senectus. Quae vero aetas longa est? aut quid omnino homini longum? Nonne

Módo pueros, modo ádulescentis, in cursu a tergo insequens,
Néc opinantis assecuta est

senectus? Sed quia ultra nihil habemus, hoc longum dici-

---

nia fert aetas, animum quoque. Contra Ovidius Metamorph. VI. 28 sq. (ubi vid. Gierig.)

— — *Non omnia grandior aetas,*
Quae fugiamus habet; seris venit usus ab annis.

Qui de usu coniunctionis *ut* pro *etiamsi*, v. *fac, finge* — edoceri velit, is adeat Tursellinum s. v. *ut*, libros grammaticos, et nos ad Cic. de Div. I. 6. p. 26. I. 30. p. 150. II. 33. p. 419. nos supra c. 23. 55. Ad sententiam laudat Ochsn. Cic. de Sen. 6. et 19. Est ibi §. 69: *Quamquam, o dii boni! quid est in hominis vita diu?* — Pro *cetera* unus Ox. habet *incerta*: alius pergit *aufert etiam senectus*. Duo omittunt verba *Quae vero* usque ad *senectus*, oculo scribae a priore ad posterius *sen.* aberrante: alius omittit *aetas*: unus habet *aut quod*, idemque omittit *homini*. Pro *Nonne* Cod. Mon. 1. *nō nēo*. Cod. Aug. habet *afferat certe noctus*. Gud. 2. omittit *certe*. Aug. post *quid* addit *tempus*. *Mr.*

Modo pueros etc.] Hos esse versiculos Cl. Bentleius primus vidit. *D.*

Modo pueros, modo adolescentes etc.] HWolf. ad haec in parenthesi: scilicet *γενομένους* i. e. eos, qui paullo ante pueri et adolescentes fuerant. In commentario addit: „Est hoc nescio quomodo, *ὑπὲρ τὰ ἐσπαρμένα πήδημα*, — a pueritia statim et adolescentia transitus ad senectutem. Quare, ut suspecta lectio non sit, hyperbole tamen quaedam est, quasi dicat: Etiam pueritia et adolescentia suam quandam habent senectutem, id est occasum.“ Hottingerus ad Cic. Eclogg. p. 282. *pueros*, ait, et *adolescentes* non referri debere ad *assecuta est*, sed ad *insequens*. Illud verbum *ἀορίστως* esse positum, pro *assequi solet*. Ochsnerus ib. p. 283. monet Perfecto significari celeritatem nec (i. e. non) opinatam, ut sit sententia: nos, qui modo pueros nos esse, tum adolescentes sentiebamus, virilem aetatem transgressos nos videmus necopinatos ad senectutem pervenisse. Kühnerus adolescentiam monet complecti h. l. virilem quoque aetatem, quae de Sen. 20. constans et media dicitur. Confert Cic. de Sen. 2: *citius adolescentiae senectus, quam pueritiae adolescentia obrepit*. Buggius denique in prolusione laudata p. 25. duplicatam particulam *modo — modo* non esse disiunctivam contendit: „Quo, ait, quid absurdius dici potest? Quando igitur senectus assecuta est pueros? Ecquis homo a pueritia ad senectutem uno saltu transgreditur, adolescentiam et aetatem virilem non attingens? — *Modo* est i. q. nuper, ante breve tempus: Sententia est: Senectus assecuta est eos, qui nuper pueri, nuper adolescentes erant. Rapidum enim vitae cursum innuens vetus ille poëta, a quo sumti sunt versiculi: Brevi abhinc tempore, inquit, in puerili aetate aliquis fuit constitutus: post breve tempus ad adolescentiam pervenit, et dicto citius ecce assecuta est eum senectus.“ Quae cum sufficiant, nihil addo, quam quae de lectione et de verbis monenda sunt. Cod. Rehd. habet *puerum*: unus Ox. *non adolescentes*, Ed. Junt. *non modo adolescentes*. Cod. Marb. *incursu*: male: est enim *in cursu* i. q. *in aetatis cursu*: perperam etiam olim legebatur *incursu* pro *in cursu* apud Ovid. Heroid. V. 121 Ed. Loers. 125. Ed. N. Heins. cuius

mus. Omnia ista, perinde ut cuique data sunt pro rata parte, ita aut longa aut brevia dicuntur. Apud Hypanim

---

vide annot. p. 38. ed. Fischer. p. 110. ed. Loers. q. v. In Ed. H. scribitur *in cursū*. Mox Marb. *cum assecuta est*. — Infra III. 19. 46. alia forma usus dixit: *omnia repentina et nec opinata*. *Mr.*

Sed quia ultra nihil habemus,] Cod. Aug. *nihil ultra*. Duo Oxx. omittunt *hoc*. *Mr.*

Hoc longum dicimus] Sic Reg. Med. Balliol. et Eliens. tert. Vulgo *ducimus*. *D.*

hoc longum dicimus] Habent *dicimus* sex Codd. Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Duisb. Mon. 1. 2. Marb. Bern. Gud. (hic post *longum* addit *nihil*) Vind. 2: (hic praeponit *esse*) Edd. nostrae Reiskii et Orellii veteres, praeter Vict. Rob. Steph. Lamb., omnes, itemque vetus Bouhierii. *Ducimus*, praeter illos, receperunt Gebh. Ern. Lall. Oliv. Verb. Saepe duo illa verba permutantur. V. nos ad Cic. de Legg. I. 13. p. 93. I. 23. extr. p. 148. ibid. p. 578. ad Cic. de Rep. III. 23. p. 384 sq. coll. I. 2. p. 12 sq. I. 38. p. 155 sq. ad Cic. de Div. I. 32. p. 164. de Fato 15. p. 627. *Mr.*

Omnia ista, perinde ut] In Cod. Vind. 1. scribitur: *Ista perinde sunt: ut cuique data pro rata parte, ita longa* etc. Quatuor Oxx. *proinde*, de qua confusione et alii monuerunt et nos diximus ad cap. 36. prc. ad Cic. de Legg. II. 19. p. 310 sq. ad Cic. de Rep. I. 5. p. 28 sq. ad Cic. de Div. II. 42. p. 452. et 764. Add. Ephemerid. Scholast. Univ. (A. S. Z.) 1828. II. 61. p. 500. Hess. in Varr. Lectt. et Obss. in Taciti Germ. (Prolus. Helmst. 1827. 4.) p. 10. G. L. Walch. ad Tacit. Agr. 10. p. 191. A. Matthiae ad Cic. Oratt. VI. p. 384. Kritz. in Jahnii Annall. Philoll. et Paed. 1829. II. 1. p. 78 sq. Pro *ut* unus Ox. *ubi*. In Cod. Aug. scribitur *perinde sunt ut cuique data pro rata parte aut ita longa* — Cod. Rehd. *cui* pro *cuique*. Fr. Fabr. habet *ita pro rata parte*, ut dedit Lamb. *Mr.*

ita longa aut brevia dicuntur] „Legebatur antea *a vita longa*. nos sensum secuti *aut longa* correximus, adiuti nonnihil a libro Maffei MS. in quo legitur *aut ita*: ex quo sum adductus, ut dictione *ita* in alium locum translata sic legendum opinarer: *omnia ista, perinde ut cuique data sunt, ita pro rata parte aut longa aut brevia dicuntur*.“ P. *Manucius*. „Post vocem *parte* in MS. legitur *a vita*, quod verbum mendosum est, et pro eo reponendum fortasse *in vita*.“ *Ursinus*. „*A vita*, ut edidit olim Victor., scriptum in Gryphii libro invenimus; ut nulla nobis causa sit, cur non et ipsi eodem modo nobis edendum putaremus.“ *Brutus*.

a vita longa aut brevia dicuntur] „Secuti sumus Victorium, obsequentes habentem Pall. pr. tert. quart. quint. Ceterum Grutero videbatur illud *pro rata parte* glossa. Vulgo omittunt *a vita*. Lambinus [nimirum in marg. Edd. Lambb. et Goth.] *pro rata parte ita aut longa*.“ *Gebh.* „Vulgg. repudiant *a vita*, cum quibus facit MS. Petrens. Legebat P. Manutius, quem D. Lambinus est secutus, *ita aut longa*, atque ita Norv. unus, nisi quod particulam disiunctivam omittit. Verum eam, quam recepi, lectionem exhibent plerique Codd., nec, ut puto, reiectaneam habebunt ii, qui in animum revocabunt, *vitam* pro *hominibus* interdum usurpari. Phaedrus Prol. I. 4: *Et quod prudenti vitam consilio monet;* ubi plura J. F. Gronovius. Cicero Off. I. 44: *propter necessitatem vitae — initam esse cum hominibus communitatem*. Arnob. II. 26. ed. Prior: *Inops vita et multarum indigens rerum*. Sic βίος apud Graecos, ut docet Isaac. Casaubonus ad Athenaei XV. 5.“ *Davisius in Ed. 1.* Bouhierius ex uno Cod.

fluvium, qui ab Europae parte in Pontum influit, Aristo-

Leid. malebat *pro rata parte aut longa, aut brevia dicuntur*. Nissen. probabat Davisianam lectionem Ed. 2. et 3: *ita longa*, addit tamen: „ni melius quid videre videar. Scilicet tria in tali causa momenta sunt. Nam alia longa sunt, alia brevia, alia regulae ipsi conveniunt. Ut nullus dubitem, quin verum sit *aut ita*, ut scilicet pro rata parte sint, quae nec longa sint, nec brevia, sed medium inter ista locum teneant." Buggius „Corrupta esse, ait, verba *a vita aut longa*, manifestum est. Nec difficilis indagatu fons corruptelae. Cum enim alii Codd. habeant *ita*, alii *aut*, librarius, utramque lectionem, ut saepe factum est, coniuncturus, scripsit AVTITA, unde facile nasci potuit, quod nunc sine sensu vulgo circumfertur AVITA. Quare audacter reponendum vel *aut longa* vel *ita longa*, utrumque enim eundem fere sensum fundit." Ineptam esse Davisianam lectionis *a vita* defensionem, ipse postea intellexisse videtur. *Mr.*

Ita longa] Vulgo *a vita longa*. Nos Eliens. unum sequimur. Alter *aut longa*: nec id male. *D.*

ita aut longa] Sic dudum ex vestigiis Codicum locum refingendum duxi: nunc Reiskium in eandem suspicionem incidisse video, cuius editionem diu frustra quaesivi. Librorum lectio haec est: *aut longa* habent tres Oxx. Gud. Mon. 1. Edd. Oliv. Lall. Leod. HWolf. Boul. Car. Steph. H.; *a vita, longa* Codd. Reg. Gud. 1. 2. Mon. 2. Marb. duo Oxx. Vind. 2. Bern. Gryph. Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Rob. Steph. Cam. Junt. Sylb. Sturm. P. A. B. S. E. C. V. In Rehd. est *vitae aut longa*, in uno Ox. *aut vita*, in alio *aut a vita*, in duobus Oxx. Edd. Grut. Verb. Ern. Bip. est *a vita aut*. Cum Dav. faciunt FAWolf. Schz. Koel. Or. Tbn. Coniecisse nescio quem ait Or. *pro rata parte a natura ita longa*. Cum Cod. Maffei noster Aug. *aut ita*, ut coniecit Nissen. Solus Nobbius dedit: *pro rata parte* [*a vita, aut*] *longae aut brevia dicuntur*: MS. in marg. Verb. *adducuntur*. Cod. Gud. *ducuntur*. Cod. Duisb. *a vita brevi aut brevi adducuntur*. *Mr.*

Hypanim] De hac Accusativi forma, quam Cicero praefert, vid. K. L. Schneider: Lat. Gramm. II. Formenl. I. p. 297 sq. ubi locis Ciceronianis noster addendus est. Duo Oxx. habent *Hypanum* cum Cod. Gud.; in Aug. est *ypanum*, in Vind. 1. *Hypanem*, in Marb. *Hippanim*, in Mon. 1. *Hippanum*, in aliquot Edd. vett. *Hypanin*. Constructionis *apud Hypanim fluvium* multa exempla habes in Jahnii Annall. Philoll. 1829. II. 4. p. 392. Handii Tursellino I. p. 414 sq. Hypanis fluvius hodie dicitur *Bog* et *Bug*: insectum illud, de quo loquitur, hodie a nobis appellatur *Uferaas, Ephemera horaria*. *Mr.*

Apud Hypanim — Aristoteles ait] Eius haec sunt verba lib. V. Hist. Anim. cap. 19. [Locus est in Ed. Schneideri V. 19. 14. p. 224.] *Περὶ δὲ τὸν Ὑπανιν ποταμὸν τὸν περὶ βόσπορον τὸν Κιμμερικόν, ὑπὸ τροπὰς θερινὰς καταφέρονται ἐπὶ τοῦ παταμοῦ οἷον θύλακοι μείζους ϕωγῶν· ἐξ ὧν ῥηγνυμένων ἐξέρχεται ζῶον πτερωτὸν τετράπουν· ζῇ δὲ καὶ πέτεται μέχρι δείλης· καταφερομένου δὲ τοῦ Ἡλίου, ἀπομαραίνεται καὶ ἅμα δυομένου ἀποθνήσκει, βιοῦν ἡμέραν μίαν, διὸ καὶ καλεῖται ἐφήμερον*, quae tantum non exscripsit Plinius H. N. lib. XI. cap. 36. nisi quod hanc volucrem *ἡμερόβιον* vocatam testetur. Meminit etiam Plutarchus Cons. ad Apoll. pag. CXI. [ubi vid. Wyttenb. p. 771. Ed. Ox. p. 63. ed. Lips.] Aelianus H. A. lib. V. cap. XLIII. *Περὶ τὸν Ὑπανιν ποταμὸν γίνεσθαι τὸ ζῶον τὸ ΜΟΝΗΜΕΡΟΝ οὕτω καλούμενον Ἀριστοτέλης ϕησί, τικτόμενον μὲν ἅμα τῷ κνέϕαι· ἀποθνῄσκον δὲ ἐπὶ δυσμὰς ἡλίου τρεπομένου*. Quae verba sua fecit Apostolius Cent. IX, 41. Hoc autem animal *ἐφήμερον* vocat ex Aristotele Athenaeus lib. VIII. p. 353.

teles ait bestiolas quasdam nasci, quae unum diem vivant. Ex his igitur hora octava quae mortua est, provecta aetate mortua est: quae vero occidente sole, decrepita: eo magis, si etiam solstitiali die. Confer nostram longissimam aetatem cum aeternitate; in eadem propemodum brevitate, qua illae bestiolae, reperiemur.

p. 169. a.

40 95. Contemnamus igitur omnes ineptias, (quod enim levius

Hesychius: *Ἐφήμερον — ζῶον οὕτω καλούμενον, ὅπερ ζῇ μίαν ἡμέραν.* Vide sis Antigonum Carystium Hist. Mir. cap. XCII. [p. 141 sq. ed. Bekm.] et Cl. Gatakerum ad Antonini IV, 35. *D.*

qui ab Europae parte — influit] Cod. Gud. 2. *Erote* pro *Europae*. Vind. 1. *defluit* pro *influit*. Tum Gud. Duisb. *ex hiis*. Mon. 1. ex *iis*. Ed. H. *quae hora octava*. Rehd. *hora nona quae*, marg. Crat. *hora septima quae*: numerorum diversitas ex numerorum notis orta est: prior librarius legebat VIIII pro VIII, posterior VII. Verba *provecta — est* desunt in uno Cod. Ox. In Gud. 2. legitur *perfecta*. — Verbum *decrepitus* h. l. est apud Ciceronem *ἅπαξ λεγόμενον*. Erat quidem, sed sine librorum auctoritate, in Or. pro Caelio 16, 38: *tristi ac decrepito seni*; nunc vero legitur *directo* ex optimis Codd. Pergit Cod. Vind. 1. *eoque magis*. Omittitur *si* in uno Ox., *etiam* in Gud. 2. Bouhierius ex sua Ed. vet. malebat: *eo magis etiam, si solstitiali die:* quae est *παραδιόρθωσις*, Ad v. *solstitiali die* confer nos ad Cic. de Fato 3. prc. ad v. *in brumali die*. Solstitialis dies est Romanis totius anni longissimus, ut brumalis brevissimus: nimirum aureae aetatis scriptoribus, cum quibus facit Seneca Quaest. Nat. VII. 1. *Mr.*

Confer nostram etc.] Unus Ox. *Confert*, cum Gud. 1. et 2; duo Oxx. *Confer etiam nostram;* alius *ut* pro *cum*: idem omittit *in* ante *eadem*. Quod autem scriptum est *qua* pro *in qua*, ut praepositio intelligatur ex ea, quae demonstrativo praemissa est; de hac constructione, Graecis etiam usitata, laudat Kühnerus Bremium ad Corn. Nep. Cim. III. 1. Tusc. II. 46. III. de Finn. IV. 20. Xenoph. Sympos. IV. 1. Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 91. ad Gorg. §. 135. ad Cic. de N. D. I. 12. 31. p. 35. Adde supra capitis huius initio: *ante tempus mori miserum esse. Quod tandem tempus? naturaene?* pro: *ante quod tandem tempus? ante tempus naturae?* Stallbaum. ad Platon. Apolog. p. 49. Wopkens. Lectt. Tull. p. ibiq. Handii annot. Stallbaum. ad locum Platon. Gorg. laud. p. 235. in Bibl. Gr. Jacobsii et Rostii XII. 1. Otto Exc. ad Cic. de Finn. p. 402. 407. — Ad v. *illae bestiolae* Reisk. haec: „sc. sunt; non tam ad nostram longissimam aetatem, quam ad aeternitatem.“ Recte. Vocem *propemodum* omittit unus Ox., duo cum Marb. habent *reperientur*, unus *reperiuntur*. *Mr.*

c. 40. *Contemnamus igitur omnes ineptias*] „Cur *omnes?* Imo, ut puto, hic nonnisi eas intelligit, quas supra dixit C. 39. *Pellantur ergo istae ineptiae paene aniles, ante tempus mori miserum esse.* Quare, ni fallor, pronomen excidit, sic restituendum: *Contemnamus igitur istas omnes ineptias.*“ *Hottinger.* Mihi secus videtur. Id enim ipsum, quod aliis verbis eadem sententia repetitur, quae posita est in initio capitis praecedentis, quasi post longiorem quandam parenthesin continuetur oratio verbis, ut fieri solet, immutatis, id, inquam, supervacaneam reddit pronominis repetitionem, cum aliae ineptiae *contemnendae* intelligi nequeant, quam quas priore capite *pellendas* dixerat. — Scribitur *ineptias omnes* in Cod. Vind. 2. In seqq. unus Ox. *quod* pro *quid*. *Mr.*

huic levitati nomen imponam?) totamque vim bene vivendi in animi robore ac magnitudine et in omnium rerum humanarum contemptione ac despicientia et in omni virtute ponamus. Nam nunc quidem cogitationibus mollissimis

---

Quod enim lenius] Sic legendum, non *levius*. *D.*

Quod enim levius huic levitati nomen imponam?] Cur Dav. *lenius* scripserit, vides ex annot. Bentleii ad h. l. Probavit factum Bouhierius, quod statim redit eiusdem stirpis substantivum, et (quod addit Billerb., item probans Bentleii correctionem) alio quidem sensu. Receperunt eam FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. Ern. vero quod ad sententiam probat quidem Davisii emendationem: „Sed, addit, videtur Cicero *leve* dixisse propter sequens verbum *levitatis*:“ et Reiskius. „Videtur, ait, Cicero hoc alteri, *lenius*, praetulisse hic, quo in voc. *levitatis* luderet.“ Hunc vero lusum ingratum appellat Or. ad Wolfii scholas. Ego vero in talibus rebus de eo, quid sit sive probandum sive reprobandum, difficile esse iudicium existimo, et licere debere scriptori vel optimo aliquid scribere, quod nos fortasse non scriberemus. Quid fieret nostris scriptoribus, praestantissimis etiam, si corrigere vellemus eorum libros ea lege, ut omnia immutanda esse, nec ab iis profecta, diceremus, quae sensum alicuius iudicis, quamvis peritissimi, offenderent? Restitui igitur lectionem librorum omnium, *levius*, ut sit in eo quoque paronomasia (a qua minime abhorrere Ciceronem constat), ut alia sententia dicatur *levius* (nimirum *minus grave* v. *acerbum*), alia *levitas* i. e. futilitas, vanitas, ut recte explicat Schützius in Lex. Cic. nec mutans, ut in Ed. fecerat, librorum scriptionem *levius*. Iam video in eadem mecum sententia esse R. Klotzium in Quaestionum Tullianarum libro I. p. 102—105. qui laudat C. Beierum ad Cic. Lael. p. 137 sq. de verborum similium una in enunciatione usu, de hoc autem usu v. *levis* Cic. pro Rosc. Am. 33, 93: *quos, qui leviore nomine appellant, percussores vocant:* in Catil. III. 7. 17: *ut levissime dicam:* et sic pro Sext. 69. 145. pro Murena 40, 87. Add. Epp. ad Famm. III. 10. ante med. Or. pro S. Rosc. 30, 83: *tametsi neque omnia dicam et leviter unumquodque tangam. Mr.*

nomen imponam] Scribitur *imponemus* in Cod. Rehd. Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Sturm. Cam. Quod est correctoris, qui respiceret ad verbum *contemnamus*. Pro *totamque* Cod. Marb. habet *totam*, unus Ox. *tantamque*. Pro *animi* Cod. Aug. *omni*, confusione compendiorum *āī* et *ōī*. Mox *ut in omnium* habent Edd. P. A. B. S. E. C. V. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cam. Sturm. Rob. Steph. Tum Cod. Duisb. habet *humanarum rerum*. Pro *ac* Cod. Marb. *aut*, Aug. *et:* tum Mon. 1. *dispicientia*. Vind. 1. *et omni in virtute. Mr.*

ponamus.] Hic locus quam maxime facit ad Codicum MSS. quasi quandam familiam agnoscendam. Est enim h. l. in multis iisque antiquissimis optimisque libris error, unius cuiusdam veteris librarii culpa commissus, isque talis, ut, per quos libros propagatus reperiatur, necessario ii ex hoc eodem fonte fluxerint, cum fieri vix, ac ne vix quidem, potuerit, ut eodem plane loco librariorum oculi complurium ad idem vocabulum tredecim lineis distans et sensum plane interrumpens aberraret. Quod hoc loco factum esse dicendum erit, si quis contendere velit, non unum omnium horum, quos laudabimus, Codicum esse fontem. Est autem *ponamus iussu tyrannorum. nam nunc* — in Codd. Reg. Gud. 1. Gud. 2. [et in hoc quidem alio errore, hoc iam reperto, factum est, ut, quae sunt inter *imponam* et

effeminamur: ut, si ante mors adventet, quam Chaldaeorum promissa consecuti sumus, spoliati magnis quibusdam bonis,

---

nam nunc, exciderent, ita ut exhibeat: *imponam iussu tyrannorum*:] Rehd. Gud. Vind. 2. Pall. pr. tert. quart. quint. cum Pith. In Cod. Duisb. est *iussuque tyrannorum* eaque verba post *despicientia* reposita sunt, ut librarius aliquis correctionis periculum fecisse videatur, quamquam parum prospero eventu. Similiter in Ed. H. est *ponamus iussa tyrannorum*, ut habet etiam unus Ox.; alius habet *ponamus tirannorum*, quod item, si *tyrannorum* post *despicientia* positum esset, correctoris emendandi studio tribuerem. In alio Ox. scribitur *ponamus iussum tyrannorum*: rursus, ut vides, corrigendi periculo facto. *Mr.*

Cogitationibus mollissimis] Ita recte Pal. sec. Reg. et veteres editi. Vulgo *molestissimis*; quod post Victorium Gebhardus exhibuit. *D.*

Nam nunc quidem cogitationibus mollissimis effeminamur] „*Molestissimis* Cod. Gryph. quae lectio magnopere placet; atque adeo, etiamsi recte video, *mollissimis* viris doctissimis probari: molestae enim res saepe dicuntur, quae, quamquam sunt inanes et contemnendae, morsum tamen et aculeum habent. Ita autem et olim edidit Victorius, cuius auctoritas, ut caetera abessent, me magnopere moveret, ut ita esse legendum arbitrarer." *Brutus.* Probavit Davisii lectionem *mollissimis*, repertam etiam in uno Leidensi, Bouhierius. Illam contra ex quatuor Palatinis restituit Gebh. servavitque Ern., ita tamen, ut corrigi vellet *exanimamur*, qua forma *καχοφώνῳ* Ciceronem vix unquam usum esse crediderim. Est autem *mollissimis* in quinque Codd. Oxx. Guelf. Aug. Reg. Vind. 1. (in marg.) Bern. (in marg.) Mon. 1. 2. Edd. P. A. B. S. E. C. M. L. H. Reiskianis et omnibus nostris ante Grut. itemque in omnibus post FAWolfium. Unus Gud. habet *mestissimis* (maestissimis), quod non absurdum est, sed correctori videtur deberi. Contra Ernesti coniecturam recte monet Nissen.: *Effeminamur* recte oppositum est robori animi ac magnitudini. Servat autem *molestissimis*, vertitque: quälende Vorstellungen entmannen (entehren) uns. Ego certe lectionem *molestissimis*, quam habet vetustissimus Gud. 1., non cum novissimo editore plane ineptam dixerim. In Cod. Aug. scriptum est *cogitationibus quidem*. *Mr.*

ut, si ante mors adventet,] Cod. Gud. 2. *etsi mors ante adv.* Cod. Vind. 1. et unus Ox. *eveniat*, alius cum Ed. H. *adveniat*, Gud. *eveniet*. Duisb. *adventet* post *consecuti simus* reiectum habet. *Adventandi* verbum saepe de rebus gravibus ac molestis ponitur a Cicerone: de Sen. I. 2: *onus — adventantis senectutis*; de Or. I. 45. 199: *cum me vires (quod fere iam tempus adventat) deficere coepissent*. *Mr.*

Chaldaeorum promissa] De Chaldaeis astrologis, qui et mathematici dicebantur, non repetam, quae posui ad Cic. de Div. I. 1. p. 8 sq. I. 41. p. 202. II. 42. p. 451. II. 47. p. 476. ad Cic. de Fato 8. p. 592 sq. p. 670. Add. interprr. ad Hor. Od. I. 11. 2. et ad Lucret. V. 726. in primis Gellium XIV. 1. ibiq. interprr. p. 631 — 641. Ed. Gron. *Promissa Chaldaeorum* intellige de eorum praedictionibus, quod ad eventa vitae eiusque diuturnitatem attinet. Sequitur *assecuti* in Cod. Vind. 1; *secuti* in Cod. Rehd. *Simus* corrigi volebat Bouh. ex Cod. Reg. Sed in nostra Codicis Regii collatione eius lectionis vestigium apparet nullum; neque etiam veri est simile praestantissimum illum *κατ' ἐξοχήν* Regium eam habere, cum, qui ei

tique videamur. Quod si exspectando et desi- 96
mus animis, cruciamur, angimur; pro dii
illud iter iucundum esse debet, quo con-

---

stantia est fere geminus, Gud. 1., cum reli-
unctivus correctoribus debetur, et in solo
est in Vind. 1, *fuerit*. Ediderunt autem
l. Or. Tbn.: commendabat Reisk. In
quibusdam magnis: solus Aug. *spo-*
na potius verba, quam ad senten-
ptionem accommodare. Unus Ox.
ibrarii *in*, si antecedens vocabulum
et destituti, unus Ox. *inclusi* pro *illusi*,
one *inlusi*. *Mr.*

o et desiderando] Bouh. cum in uno Leid.
et in sua Ed. vet. *expetendo*, inde veram lectio-
se visus est, coniiciens *si et spectando et desid-*
citer, si quid video. In Mon. 1. legitur *desideran-*
Mr.

ademus animis] Ursinus ex suo Msto reponit *animi*. Nec in
ium potest revocari, quin Latina sit haec locutio. Vide modo
fusc. lib. IV. cap. 16. et lib. I. de Legg. cap. 3. Sed non minus
Latina est vulgata lectio, quam retineri iubet reliquorum Librorum
consensus. Nonius in *Eventus*: Cicero *consulatus sui* lib. II.

Atque *animo pendens* noctu eventa timebat.

Lucretius lib. VI, 50.

— *Pavidis cum* pendent mentibu' *saepe*,
Efficiunt animos humiles formidine Divûm.

Igitur frustra fuit magnus ille Criticus J. Fr. Gronovius, qui ad
Livii VII, 30. φράσιν hanc ex hoc Ciceronis loco et ex altero Curtii
sublatam voluit. *D.*

pendemus animis] Sola Ven. 1. Reiskii *petemus*. Unus Ox. *annis*
errore ex scribendi compendio orto: Cod. Aug. *animus*. Ursino me-
lius vulgato videbatur *pendemus animi*, quod repererat in suo MS.
idque receptum volebat Bentleius. Quod Bentleio opponit FAWolf-
fius in scholis, *pendere animi* a serioribus prosae orationis scriptori-
bus poetice dici, id verum non est. *Pendere animi* saepe dixit Ci-
cero. Vid. modo Wyttenbachium ad Cic. de Legg. I. 3. ed. nostr.
II. Add. Mencken. Obss. L. L. p. 723. Ruddimann. Inst. Gr. Lat. II.
p. 119. 122. ubi recte monet, dici quidem *pendere animo* et *animi* et
animis, nunquam vero *animorum*. Vid. etiam Ruhnken. ad Terent.
Heaut. IV. 4. 5. Schütz. Lex. Cic. v. *pendere*. *Animis* dixit, plurali
numero, quia de pluribus loquitur, neque dicere poterat *animorum*.
Quod vero, item de pluribus loquens, Livius VII. 30. extr. *quid illis*
nos sollicitis ac pendentibus animi renuntiare iubeatis scripsit (si
vera est emendatio Sigonii et J. F. Gronovii: nam Codices conspi-
rant in *animis*:) id ideo fecisse putandus est, ne *animis* videatur esse
Dativus casus. Quamquam hoc facile largior Gronovio ad eum ipsum
Livii locum, ut unius *animos*, ita multorum *animum* frequenter dici.
Post *cruciamur* unus Ox. et Aug. male addunt *et*: alius Ox. id ver-
bum omittit. Serioris aetatis scriptionem *proh* habent Codd. Gud. 2.
Aug. V. Grotefend. Orth. Lat. (Gramm. T. II.) §. 135. Add. Aldi
Manutii et Cellarii Orthogr. s. v. itemque Noltenii Lex. Antibarb.
p. 142 sq. *Mr.*

quam illud iter iucundum esse debet:] „*Quam optabiliter iter*
illud iucundum. Alii *ineundum*; Veneti: *quam iter illud iucundum*

fecto nulla reliqua cura, nulla sollicitudo futura sit! Quam me delectat Theramenes! quam elato animo est! Etsi enim

---

esse debet." *Camerarius.* „Quid est hac scriptura [*quam illud iter iucundum esse debet*], quae in omnibus libris MS. legitur, planius? quid eadem elegantius, maxime si cum vulgata conferatur? quae talis est: *quam optabiliter iter illud iucundum* esse debet. Nam profecto olet manum audaculi emendatoris, seu verius, corruptoris, qui de suo addidit *optabiliter*, cum forte pro *iucundum*, *ineundum* legisset, aut etiam ex voce *iucundum* fecit *ineundum*. ita totum locum contaminavit." *Lambinus.* „Ut dedit Lamb. post Victorium, legitur in Gryphii exemplari, quemadmodum et ipsi excudendum curavimus. Vulgati fere omnes: *quam optabiliter iter illud ineundum esse debet.*" *Brutus.* „Quod Lamb. dedit, est librorum veterum lectio, cuius loco Manutius edidit: *quam optabiliter iter illud iucundum esse debet*, quod ne auctori quidem suo probatur." *Fr. Fabricius.* „Ut edidit Victorius habetur ad verbum in Pall. sec. tert. quarto, Pith. In primo ac quinto *nobis* amplius." *Gebhard.* Reiskius cum in Edd. vett. a se collatis reperisset: *quam optabiliter iter illud ineundum esse debet* [quod habent etiam nostrae Ven. Asc. 2. Cam. Hahn. Junt. Ald.], „haec, ait, lectio potest defendi, ut idem velit atque: quam optabiliter debet illud iter iniri! aut: quam optabilis debet res esse, quum iter hoc ineundum est! Mallem tamen: *quam optabile iter illud ineundum esse debet*, id est: quam optabile debet esse iter illud tum, quum ineundum est!" Hoc vero est hariolari. Bentleii coniecturam sane probabilem, sed coniecturam tamen, vides in eius annot. Erravit autem Fr. Fabr. in iis, quae de Manutio retulit; ita enim ille: „*Optabiliter — ineundum esse debet*: quis hoc modo loquitur? *debet esse ineundum* nemo certe dixerit: et illud *ineundum est, iniri debet, inire nos decet*, Latine dixeris. Monere lectorem volui, ut, cum in scriptos libros inciderit, hunc locum diligenter inspiciat." Nos vero libris inspectis a Victorii, Lambini, Bruti et Fabricii partibus standum esse vidimus, qui omnes habent, ut nos edidimus: et ita praeter Vict. Lamb. Brut. et Fabr. habent Rob. Steph. Leod. Sylb. HWolf [hic tamen in parenthesi, quod nullus alius: *quam optabiliter iter illud ineundum esset:*] Solus Boul. *quam optabiliter iter illud ineundum est.* Orellius lectionem *ineundum* non enotavit ex suis Edd. vett.; sed sine dubio ita legitur in Edd. P. A. B. S. E. C. Scribitur autem *iter illud* in Edd. Car. Steph. Grut. Ern. Oliv. Schz. FAWolf. Koel. Nobb. Tbn. Reliqua habent, ut nos cum Or. et Dav. Sola Ed. Asc. 1. exhibet *quam optabiliter illud ineundum esse debet:* omisso *iter*. *Mr.*

nulla sollicitudo] Unus Ox. omittit *nulla*. Mon. 1. habet *solitudo*. Ed. Junt. *solicitudo*. Sequitur *Qua me* in Cod. Gud. 1. Locus de Theramene emendatus esse dicitur a Brodaeo in Miscellann. VI. c. 13. in Blancuccii Indicibus Observatt. Miscellann. p. 24: sed eum mihi librum inspicere non contigit. Credo tamen Brodaeum correxisse in seqq. veterem illum errorem *obbibisset*, etiam a Victorio correctum. Pro *quam* est *quamque elato* in duobus Oxx. Marb. Mon. 2. Edd. vett. quas contulit Or. itemque Reiskius omnes: nostrae etiam, excepta Leod., quae, ut reliquae inde a Grut., habet *quam*, quod Brutus etiam in Cod. Gryph. reperit. Duo Oxx. Mon. 1. et Aug. habent *quamquam*, ex perperam lecto compendio. Vocem *elato* omittit Cod. Rehd. Ad historiam Theramenis vid. Wyttenbach. ad Plutarch. p. 716. Ox. T. II. p. 42. ed. Lips. et ad Selecta Hist. Gr. p. 406. *Mr.*

Etsi enim flemus] Legitur *Etenim si flemus* in marg. MS. Ed.

flemus, quum legimus; tamen non miserabiliter vir clarus emoritur. Qui quum, coniectus in carcerem triginta iussu tyrannorum, venenum ut sitiens obduxisset, reliquum sic e poculo eiecit, ut id resonaret: quo sonitu reddito arridens, *Propino*, inquit, *hoc pulchro Critiae*, qui in eum fuerat tae-

---

Asc. nostr. 2. in Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. Pro *enim* est *hic* in Cod. uno Ox.; idem omittit *quum* ante *coniectus* cum Cod. Aug. In Gud. 2. est *eiectus*. Cod. Gud. *in carcere*. Ex v. *emoritur* vides errare eos, qui Ciceronem hoc verbo Infinitivo tantum modo usum esse dicunt ad Cat. maj. 19. 71. *Mr.*

Obduxisset] Nonnulli Codices *obbibisset*, vel *ebibisset*, ex Glossemate. Veram lectionem primus reposuit Pet. Victorius. Seneca de Prov. cap. III. *Male tractatum Socratem iudicas; quod illam potionem publice mixtam, non aliter quam medicamentum immortalitatis obduxit?* Sic *mulsi pultarium obducere* dixit Petronius Sat. cap. XLII. *D.*

venenum ut sitiens obduxisset] Quae de h. l. et dicta sunt a prioribus interpretibus, et nobis addenda visa sunt, in Excursum coniecimus. Ad v. *reliquum sic e poculo eiecit, ut id resonaret* Henricus Stephanus in Ciceron. Lex. p. 132. ed. Paris. „Observa, inquit, quot verbis Latinis opus fuerit Ciceroni ad exprimendum Graecum unum ἀποκοτταβίσαντα.“ Valerius Max. loco in proxima Davisii annot. laudato plenius reddere studuit illud verbum: *Quod superfuerat, illisum humo clarum edere sonum coëgit.* Vid. Just. Lipsium Antiq. Lectt. III. p. 385. Pro *eiecit* Gud. 2. habet *iecit*. Ad rem, sc. quid sit κότταβος, sufficit, quod habent Schneiderus et Passovius in Lexicis Gr. v. κότταβος, quibus adde, si vis, Jacobsii notam in Wielandi Museo Attico III. 3. p. 486. *Mr.*

quo sonitu reddito] „Ita Victorius, ita Pith. Pall. 2. 4. 5. Mihi magis placeret lectio tertii Pall. *quod sonitu reddito arridens:* quo alludit etiam primus, *quod sonitu reddito arridetis:* ut innuat levasse poculum et vultu ridibundo adspexisse. Vulgo *quo sonitu reddito rideret.*“ *Gebhard.* Neminem Gebhardus assentientem nactus est. Ceterum exhibent *quod* Codd. optimi, Reg. et Gud. 1. Unus Ox. habet *sonitu, reditu.* Pro *arridens* est *ridens* in Edd. M. L. Fr. Fabr. Brut. Boul. Asc. 1. marg. MS. Asc. secundae, HWolf. Sturm. Ald. Sylb. Leod. HWolf. Car. Steph. Sed *arridens* amat Cicero in tali locutione de N. D. I. 7. 17: *ambo enim, inquit arridens,* — didicistis. III. 1. prc. *tum arridens Cotta, Sero, inquit, mihi* — *praecipis:* de Or. I. 30. 134: *Tum Crassus arridens, Quid censes, inquit:* de Rep. VI. 12: *leniter arridens Scipio, Quaeso, inquit* etc. *Mr.*

Propino — hoc pulchro Critiae] Xenophon Lib. II. Ἑλλην. 3. pag. 470. Τὸ λειπόμενον ἔφασαν ἀποκοτταβίσαντα εἰπεῖν αὐτόν, (Theramenem) Κριτίᾳ τοῦτ' ἔστω τῷ καλῷ. Historiam refert etiam Valerius Maximus lib. III. cap. II, 6. ext. Vide et Plutarchum Cons. ad Apoll. pag. 105. B. et Suidam in Θηραμένης. *D.*

Propino — hoc pulchro Critiae] In Ed. H. est *inquit, Propino.* Unus Ox. habet *propinquo,* alius omittit *inquit.* Pro *pulchro* in Codd. duobus Oxx. irrepsit *poculum,* quod habet etiam Ven. Alteri in marg.; Gud. 2. exhibet *sepulchro cricie:* in priore vocabulo habes elegantem emendationem, in posteriore nomen Graecum latino modo enuntiatum.“ Mon. 1. habet *Crine.* Unus Ox. *Eritiae. Mr.* — „De Theramenis elato animo lege etiam Diodorum XIV. 5.“ *Schuch.*

qui in eum fuerat taeterrimus] Unus Ox. *hic qui,* alius *is erat, qui,* tres Oxx. Rehd. Duisb. Mon. 2. Vind. 2. *deterrimus,* frequen-

terrimus. Graeci enim in conviviis solent nominare, cui poculum tradituri sint. Lusit vir egregius extremo spiritu, quum iam praecordiis conceptam mortem contineret, vereque ei, cui venenum praebiberat, mortem eam est auguratus,

---

tissima confusione. Sola Ed. H. habet *in eo:* quod placere posset alicui recordanti, quod est Paradox. III. 1: *si petulans fuisset in aliqua generosa ac nobili virgine.* Sed nihil mutandum. *Mr.*

Graeci enim in conviviis] Athenaeus lib. XI. pag. 498. *Ἐν Ἰλιάδι* (I, 224.)

Πλησάμενος δ' οἴνοιο θέκας δείδεκτ' Ἀχιλῆα·
πληροῦντες γὰρ προέπινον ἀλλήλοις μετὰ ΠΡΟΣΑΓΟΡΕΥΣΕΩΣ. Cum tamen hicce mos inter reliquos Graecos obtinebat, eo Lacedaemonii non sunt usi; quod ostendit idem lib. X. pag. 432. *D.*

Graeci enim in conviviis — tradituri sint] Haec verba includenda censuit Hottingerus, utpote ab antiquario profecta et sine dubio exturbanda. „Quem enim, ait, usum praestare, aut quid iis explicari dicam? Num vim verbi *propino*, quo toties utuntur scriptores Romani? Num ritum ipsum? Sed nil magis pervulgatum. An, cur Theramenes Critiae propinans, eum *nominarit?* Num poterat aliter? Adde, quod oratio fervens spiransque inepto et frigido glossemate perquam importune interpellatur.“ Ad haec nihil respondendum videtur, quam solere Ciceronem, lectorum causa minus eruditorum, eiusmodi veterum rituum aliarumque rerum ex antiquitate repetitarum explicationes inserere continuae orationi, si vel populorum exterorum essent, vel Romae quidem usitatae pridem, sed originis paullo obscurioris vel temporis cursu intermissae. Vid. Kayserum et Davisium ad Cic. de Div. I. 17. p. 83 sq. nos ad eundem librum I. 34. p. 173. I. 23. p. 118. — Verba *in conviviis* absunt a Gud. 2; *in* abest a Gud. 1. et uno Ox. quod saepe absorbetur praecedente *m*. Duo Oxx. habent *convivio*. — Pro *sint* est *sunt* in uno Ox. Vind. 1. et Edd. Ven. Alteri ex corr. Ven. nostr. Asc. 2. Rob. Steph. Cam. Indicativus non peior est Coniunctivo. *Mr.*

Lusit vir egregius extremo spiritu] Cod. Marb. *Iusit* (sic), unus Ox. *Iussit*, alius cum Marb. Vind. 1. *in extremo spiritu:* male; sunt enim Ablativi absoluti, de quibus diximus ad Cic. de Div. II. 67. p. 535. *Mr.*

praecordiis conceptam] „Circa praecordia potissimum, ait Beroaldus, grassari solet vis veneni. Horatius [Epod. III. 5.] *Quid hoc veneni saevit in praecordiis?*“ Ubi vid. Mitscherlich. Vind. 1. habet *in praecordiis*. Ed. H. *mortem conceptam*. Gud. 2. *conceptam praecordiis*. Aug. *susceptam*. Unus Ox. omittit *iam*. *Mr.*

Cui *venenum* praebiberat] Vulgo, *qui venenum praebuerat*. Elegantem I. M. Bruti notam hic legisse non poenitebit. „*Cui venenum*“, inquit, „*praebiberat* habet Gryphii liber; quae mihi germana lectio, „atque eadem clarissima videtur: nam verbum *praebuerat*, cum ad „Critiam referendum sit cuius fuerat sententia Theramenes damna„tus, haud satis apte quadrare videtur. Est enim *praebere*, eius qui „manu tradit et porrigit; non eius, qui aliquid praebendum alteri „dat. Etsi autem non ignoro verbum *praebibere* non temere apud „Classicos auctores inveniri; non video tamen, cum minime Analo„giae ratio repugnet et sit verbi compositio haud invenusta, cur non „debeat cuivis, optimo exemplari et vetustissimo suffragante, probari. „Certe ne cui mea fides suspecta sit, locum viris doctissimis ostendi, „de quorum sententia ita mihi esse edendum existimavi.“ Haec eruditus ille vir. Accedunt fere Pall. tert. quart. Reg. et Eliens. prim.

quae brevi consecuta est. Quis hanc maximi animi aequita- 97
tem in ipsa morte laudaret, si mortem malum iudicaret? Vadit in eundem carcerem atque in eundem paucis post

---

in illis enim est *qui venenum praebiberat*. Ignota tamen aliis auctoribus non est *praebibendi* vox. Apuleius Metamorph. X. pag. 334. p. 246. 35. Elmenh. *Simul, quod ei* praebiberim, *commoneto*. Hieronymus Epist. XXII. pag. 142. *Aliae vero sterilitatem* praebibunt, *et necdum sati hominis homicidium faciunt*. Ac Epist. LXV. pag. 485. *Nec venena iam timebo, quum antidotum* praebibero. Haud sane Romanis est aliud verbum mere Latinum, quo Graecorum προπίνειν exprimant. *D.*

cui venenum praebiberat.] Verbum *praebiberat* commendavit etiam A. Schottus Nod. Ciceronn. IV. 16. p. 387. ex Codd. et habent duo Leidd. Bouhierii, plures Oxx. duo Lall. duo Pall. nostri Reg. Gud. 1. 2. Edd. H. Brut. (ex Cod. Gryph.) Sylb. Dav. Ern. sqq. Sed pro *cui* est *qui* in Codd. Bentleii, Lall. Reg. Gud. 1. 2. et reliquis omnibus, qui habent *praebuerat*. Verbum *praebibere* est ἅπαξ λεγόμενον apud Cic. In talibus librarii saepe peccare solent. Glossarium Graeco-Latinum, quod Bentleius in ann. ex loco nostro emendat, est illud, quod cum Latino-Graeco ab H. Stephano editum est Paris. 1573. f. m. ubi vid. p. 593. Gebhardus servavit *qui — praebuerat*, addens: „quid? si quis (*cui*-) *praebuverat* aut *praebuerat* malit? a *praebuo* vel *praebueo*, quod est *praebibo*." Hoc vero non est hariolari, sed somniare. — Unus Ox. habet *poculum* pro *venenum*, Gud. 2. *evenum*. Pro *eam est*, quod habent Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Vind. 1. Duisb. Gud. Mon. 2. Bern. Edd. Dav. Or. Tbn., reliqui exhibent *est eam*, nisi quod *eam esse* scribitur in Marb. et uno Ox., *eam esset* in Mon. 1. *Mr.*

quae brevi consecuta est] Videlicet uno interiecto anno, cum in praelio contra Thrasybulum, libertatis vindicem, commisso cecidit, anno 403. a. C. n. *Mr.*

Quis hanc maximam animi *aequitatem*] Vulgo, *quis hanc* animi maximi *aequitatem*. At Reg. et Eliens. tert. *maximi animi*: unde cum Cl. Bentleio dedimus *maximam animi aequitatem*. *D.*

Quis hanc maximi animi aequitatem] Cod. Rehd. *qui*. Restitui autem *maximi animi*, quae est lectio Codicum Bentl. Gud. 1. Aug. Duisb. Gud. Mon. 1. 2. Marb. et, ut credo, etiam Regii. Bentleianam emendationem non esse necessariam iudicavit Bouh. Ernestus autem, „Si, ait, magnitudinem ad aequitatem referri voluisset Cicero, dixisset utique: *hanc tantam. a. m.*" Fatetur tamen istam emendationem (cui favet nonnisi unus Ox. peioris notae, et noster Gud. 2., sed omisso *animi*) specie blandiri. Edd., excepta H., omnes exhibent *animi maximi*. *Mr.*

si mortem malum iudicaret?] „In his minus firme videtur conclusum. Imo vero quis laudaret magnopere illam animi aequitatem, si mortem bonum iudicaret? Nam virtus elucescit in adversis, gravibus calamitosisque casibus; non spectatur rebus prosperis et in molli vita. Quis enim Regulum admiraretur, si ad epulas et convivia reverteretur Carthaginem? Quis fortem esse praedicet eum, qui acus punctum ausit contemnere? Sed tales mortes nemo in malis ponit, vel potius nemo, qui mortem malam esse sentiat, id est turpem, iuxta Stoicos, laudem illi tribuere potest." *Camerarius.*

Vadit in eundem] Reg. Med. Eliens. pr. tert. Balliol. Cantab. et Bak. dant, *vadit* enim *in eundem*. Lege *autem*. *D.*

Vadit in eundem carcerem atque in eundem — scyphum] De

annis scyphum Socrates, eodem scelere iudicum, quo tyrannorum Theramenes. Quae est igitur eius oratio, qua facit eum Plato usum apud iudices, iam morte multatum?

41 b. *Magna me*, inquit, *spes tenet, iudices, bene mihi evenire*,

---

eadem re loquitur Cic. de Or. I. 54. Habent post *vadit* illud *enim* etiam quatuor Oxx. Marb. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Gud. Duisb. Vind. 1. Ed. H. et vetus Bouhierii, qui cum Wopkensio Lectt. Tull. p. 89. eam particulam defendit. Pro *vadit* Ern. coniecit *cadit*, quam coniecturam merito miram appellat Or. In *vadendi* verbo inest significatio animose eundi. V. ad Att. IV. 10. XIV. 11. Reiskius alterum *in* (post *atque*) in *ad* mutatum volebat: et re vera illud *in* habet aliquid suspicionis, vel certe insolentiae: neque tamen non a Cicerone hoc zeugma profectum existimo. Si enim scripsisset *ad*, quomodo ita plane obliterari potuisset vocabulum, quod nemini poterat suspicionem movere, neque compendio scribi solebat? Quod coniecit Nissen. *traditur*, atque cum utroque *in* coire ait, non veri est similius. Habebis item zeugma, quod tollere voluisse videtur Nissenius. Ut enim convenit *tradendi* verbum verbis *in carcerem*, ita non dicitur *tradi in scyphum*. Laudat FAWolfius in scholis poetae locum Il. *α*, 531: *ἡ μὲν ἔπειτα Εἰς ἅλα ἅλτο βαθείαν ἀπ' αἰγιλήεντος Ὀλύμπου, Ζεὺς δὲ ἐὸν πρὸς δῶμα* sc. *ἀπῆλθε*. Post *atque* desunt verba *in eundem* in Cod. Mon. 1. Scribitur *ciphum* in Cod. Duisb., *saiphum* in Mon. 1. *gaphum* in Ed. H. Davisius cum in uno Cod. reperisset *iudicandum*, in Ed. 1. male coniecit *iudicantum*. Scribitur *iudicium* in Codd. Aug. Marb. Ed. Ven. nostr. Post *tyrannorum* in Cod. Vind. 1. et Ed. vet. Bouh. sequitur *ille Theramenes*. Nomen *Theramenis* abest a Cod. G. Edd. H. et Ven. nostra: abest item a quatuor Oxx. sed vacuo relicto spatio, ut hi librarii graece exaratum reperisse videantur nomen, nec vero legere potuisse. Graece autem scriptum est ΘΗΡΑΜΕΝΗϹ in Codd. Reg. Gud. 1. Mon. 2. Ed. P., quod mireris sane, cum supra idem nomen in omnibus, quod sciam, libris Latinis exaratum sit literis. Unde aliquis suspicetur, a Cicerone profectum esse nonnisi: *quo tyrannorum ille*, quibus verbis interpres aliquis adpinxerit nomen illius viri Literis Graecis. In Cod. Marb. item Graecae scriptionis habemus vestigia, cuius scriptor cum Graece nesciret, pinxit literas (superscripto *Gr.*) *Cheraemenes Opamene:* posterius nomen finxit, omissa utraque litera *H*, ex graecis ΘΡΑΜΕΝϹ. *Mr.*

Quae est igitur eius oratio] Unus Ox. omittit *est* et *eius*. Posteriorem vocem non habet Ed. Asc. 1: in marg. autem nostrae Asc. 2. vir doctus adscripsit: *eius* redundat. Mox Cod. Aug. *quam* pro *qua*. Marb. habet *Plato eum*. Billerb. in utraque Ed. dedit *iudicem* pro *iudices*, operarum errore, a correctore neglecto. — Locus, qui sequitur, Platonicus est in Apol. Socr. c. 20. p. 40. Steph. p. 137 sqq. Bekk. p. 93 sqq. Bip. Valde libera est Ciceronis versio, eaque meretur conferri cum Platonis ipsius contextu, commode oculis subiecto iuxta Ciceronianam versionem ab Henr. Stephano in Ciceroniano Lexico p. 1—3. (sect. 2.) ubi statim etiam in oculos occurrunt ea, quae haud pauca Cicero omisit. Conferri item meretur huius loci elegantissima conversio ex Graecis Platonis facta a FAWolfio in Ed. Apologiae Socratis Platonicae, quae prodiit Berolini 1812. *Mr.*

c. 41. *Magna me, inquit, spes tenet, iudices*] Cod. Vind. 1. *magna, inquit, iam me spes*. Aug. *inquit, me:* et sic Rehd. et Gud. 1 posterior etiam *tenet spes*. *Mr.*

Magna me, inquit, *spes*] Exstant in Apol. Platonis extr. pag.

quod mittar ad mortem. Necesse est enim sit alterum de duobus: ut aut sensus omnino omnes mors auferat, aut in alium quendam locum ex his locis morte migretur. Quamobrem, sive sensus exstinguitur, morsque ei somno similis est, qui nonnumquam, etiam sine visis somniorum, placatissimam quietem

---

368. ed. Lugd. Eorum nonnulla proferunt Eusebius Praep. Evang. lib. XIII. cap. X. pagg. 661, 662. Stobaeus Serm. CXIX. pag. 605. (T. III. p. 471 sq. Gaisf.) et Theodoretus Therap. XI. pag. 157. *D. bene mihi evenire, quod mittar ad mortem.*] Haec omnia desunt in uno Cod. Ox. Mon. 1. 2. habent *mihi bene*. Gesner. in Chrest. Cic. p. 382. *evenire* ait esse Enallagen temporum, pro *eventurum* esse, eiusque generis plura collegisse ait Ursinum Instit. L. L. pleniss. T. II. p. 512. FAWolfius autem, Praesens poni, ait in scholis, etiam de rebus, quae ut proxime eventurae sperantur, quando quidem *sperare* sit i. q. *existimare*. *Mr.*

Necesse est enim sit alterum de duobus] Unus Ox. omittit *est enim*, alius cum Mon. 1. 2. *est;* unus eius loco habet *sit*, omissum post *enim*. Unus Ox cum Cod. Aug. et Ed. H. habet *fieri*. Pro *alterum de duobus* MS. in marg. Asc. nostrae 2. habet *alterum e duobus*, ut est apud Quinctil. Inst. Or. VI. prooem. *alterum ex duobus*. Sed nihil mutandum: ut h. l. dixit *alterum de duobus*, ita Philippic. VII. 7. 21. *extremum de tribus*. Mon. 1. omittit *aut*. Ad sententiam Comm. Anonym. in Ed. Leod. a Quercu: „Videtur Cicero ex hac Socratis divisione duxisse huius (primae) Tusculanae divisionem. Nam probavit mortem non esse malam, sive animus sit mortalis sive immortalis.“ *Mr.*

sensus omnino omnes mors] Edd. vett. ante Gebh., minus concinne, *mors omnes:* sed Codd. plerique eum exhibent ordinem, quem ex suis commendavit Codd. Bentleius. Est modo in Vind. 1. 2. Gud. *omnes omnino*, in Duisb. *omnes omnino sensus*, in sola Ed. E. *sensum omnino mors omnem*. Male Rehd. in seqq. *ex iis*. Sed, ut non semel monui, in his rebus nulla Codicum est auctoritas. *Mr.*

sive sensus exstinguitur] Huic particulae disiunctivae *sive* in seqq. opponitur *Sin vera sunt*. De hac constructione v. Goerenz. ad Cic. Acadd. I. 2. 7. p. 13. Pro *sive* est *si* in Cod. Duisb. Unus Ox. habet *mors quidem;* quod debetur correctori, qui h. l. apodosin incipere existimaret. Vocem *ei* non habent Mon. 1. Rehd. Duisb. Verbum *est* omittit Vind. 1. Ad verba *sine visis somniorum* Dav. in Ed. 1. hanc annot. addiderat. „Pal. tert. *sine lusis somniorum*. Ven. 1491. *sine nisis somniorum*, quod mendum videtur typographicum. MS. Norvic. habet *sine visis oculorum*, sed receptam lectionem tuentur Platonis Graeca Apol. l. c. ἐπειδάν τις καθεύδων μηδ' ὄναρ μηδὲν ὁρᾷ, eamque ceteri Codd. confirmant stabiliuntque.“ Sed ne inspecto quidem Platonis libro illud erat reiiciendum. Unus Ox. *qui* pro *quia*. *Mr.*

placatissimam quietem affert,] „Fab. Pal. quart. *pacatissimam*.“ *Gebh.* Idem exhibet Cod. *Duisb.* Et hoc voluisse videtur Henr. Steph. in Castigatt. in Ciceronem p. 100. ed. Paris. „Exempla, ait, (pravae) additionis, initio quidem, *placatissima* in multis Codd. Tusc. 1. pro *pacatissima*. nam non semper idem haec duo significant: ut *in pace et tranquillitate vivere* dicitur *pacatam* vitam degere, non *placatam*. Sic et *pacatius amnem* Ovidius, non *placatius*.“ Sed nihil mutandum. Si quid tentare volebat, poterat coniicere *placidissimam quietem*, ut est infra V. 16. *placidissimam pacem*. Sed dixit etiam de Finn. I. 21. 71: *in viam placatae, tranquillae, quietae,*

affert; dii boni! quid lucri est emori! aut quam multi dies reperiri possunt, qui tali nocti anteponantur! Cui si similis futura est perpetuitas omnis consequentis temporis, quis me
98 *beatior! Sin vera sunt quae dicuntur, migrationem esse mortem in eas oras, quas, qui e vita excesserunt, incolunt; id multo iam beatius est. Te quum ab iis, qui se iudicum nu-*

---

beatae vitae deduceret. Unus Ox. habet *placatissima:* alius *quam* pro *quid:* Gud. 1. habet *placatissima.* Gud. 2. *somnorum* pro *somniorum.* Duo Oxx. et Aug. *emori* pro *mori:* quod cum Ern. in Guelf. reperisset, recepit, cupidius quam debuit. Amare Ciceronem illud verbum compositum nemo nescit. Vide modo statim §. 98; (ubi item sunt, qui legant *mori*): tum de Or. I. 57. Or. pro Planc. 37. Nolo laudare Tusc. I. 8. ubi Cic. versum Epicharmi latine vertit. Mox Ed. H. *possent* pro *possunt.* Cod. Mon. 1. *tali nocte:* Gud. *tali neci:* unus Ox. Marb. *tali morti,* ubi habes egregia correctorum commenta. *Mr.*

Cui si similis] Media vox vulgo deest. Emendatio est illustris Bentleii, quam diserte firmat Eliens. tert. *D.*

Cui si similis] Egregium Bentleii emendationem fulcit unus, si recte coniicio, Ox. unus Lallemanni, quem optimum regium appellat, receperuntque post Dav. Edd. omnes. Neque quidquam audaciae inest in ea coniectura. Facile enim, si scriptum fuit CVISIMILIS, quod legendum erat *cui si similis,* negligi poterat coniunctio *si* in eo Codice, qui nostrorum vel vetustissimorum fons fuit. Vocem *futura* omittit Cod. Rehd. Quae dicuntur inter *aut quam multi* et *sin vera sunt,* admodum contraxit Cicero, eaque multo uberius dicuntur a Platone. Camerarius Ciceronem ea fortasse omisisse existimat, quae repugnarent splendori conversionis. — *est* omittit Gud. 2. Cod. Aug. pergit: *qui non omnis perpetuitas.* Habet etiam *omnis perpetuitas* Cod. Vind. 1. Unus Ox. pergit *consequens,* quatuor cum Mon. 1. 2. habent *sequentis,* neglecto, quod praecedebat, compendio ꝯ vel ↄ. *Mr.*

Sin vera sunt etc.] Male Cod. Aug. et Ed. H. *Si,* male item Mon. 1. *vero,* et unus Ox. *sunt.* In voce *sin* iam continetur *vero.* Et si scripsisset Cicero *Si sunt* pro *si vera sunt,* tum non poterat pergere: *migrationem esse mortem* sed: *nimirum ut mors sit migratio.* Mortem iam supra *migrationem* dixit, sed addidit *quandam quasi:* in versionibus vero e Graecis scriptoribus saepe animadvertere licet, Ciceronem uti talibus verbis, quibus in sua oratione vel non utitur, vel proprie tantum, vel cum quadam verecundiae significatione; ut ad Graeca propius accedat. Hoc loco substantivo *migratio* verbum *ἀποδημῆσαι* reddidit. Vid. quae de ea re monui ad Cic. de Div. I. 29. p. 146. et ad de Rep. I. 14. p. 63. *Mr.*

in eas oras] Unus Ox. *in has horas.* Habent etiam *horas* Codd. Marb. et Duisb. Post *qui* omittitur *e* in uno Ox. Vind. 1; Gud. habet *ex vita;* Aug. pro his vocabulis *iuxta.* In Ed. vet. Bouhierii, Junt. Cam. Asc. 2. (sed haec in marg. MS. habet *u*) est *excesserint,* male probantibus Bouh. et Ernesto, quorum posterior in proximis etiam *incolant* scribi voluit, eodemque errore paullo inferius correxit *haberi velint,* et hanc coniecturam, ut certissimam, etiam in orationis seriem recepit. Sed quot eiusmodi Coniunctivis Ernestus Ciceronem oneraverit potius, quam ornaverit, non est, quod doceam harum rerum peritos: neque magis eius erroris causa, iam dudum explorata, exponenda videtur. *Mr.*

id multo iam beatius est] Codd. Aug. Vind. 1. *iam multo.* Duisb.

mero haberi volunt, evaseris, ad eos venire, qui vere iudices

et Marb. omittunt *iam:* prior habet *est multo beatius.* De constructione vid. Doeleckii Gramm. Germ. Lat. p. 132. Vocem *est* omittit Gud. 2. *Mr.*

Tene, *cum ab his*] Sic Reg. Vulgo *te. D.*

Te, quum ab iis — vixerint: haec — videri potest?] Ita rationibus omnibus ponderatis, scribendum duximus, omissa Bentleii correctione, nec vero plane restituta veteri distinctione. Edebatur enim ante Davisium: — *beatius est, te — Triptolemum: convenireque — vixerint. Haec — videri potest?* Eamque distinctionem lectionemque restituerunt Ern. et seqq. Solus Dav. ita: — *beatius est. Tene cum ab his qui — Triptolemum? — vixerint? Haec — videri potest?* Proxime accedit Ed. Tbn. in qua legitur: — *beatius est. Tene — Triptolemum: — vixerint; haec — potest?* Exhibent etiam illud *Tene* Codd. Reg. unus Leid. unus Ox. (alius habet *paene*) Gud. 1. In Aug. Rehd. et Ed. H. est *tenere;* in Gud. *ex te.* Bouhierius ex illa scriptione eliciebat lectionem. *Te enim — vixerint, haec peregrinatio — potest. Ut vero* etc. abiecto vocabulo *vobis* et verbo *appellentur* mutato in *appellantur.* Et hoc quidem latinum esse negat Nissen. absque ratione, utramque autem rationem, et Davisii et Bouhierii, melius convenire cum Graecis contendit Or. Kühnerus denique in contextis quidem servavit vulgatam lectionem, a FAWolfio retentam: in annot. autem scribit, ac si Davisianam receperit, eamque probat atque explicat, laudatis Heindorfio ad Hor. Sat. I. 9. 73. Krüger. Untersuch. üb. d. Lat. Gramm. I. p. 23 sq. Ramshorn. Gramm. Lat. §. 168. p. 436. eundemque Accusativi c. Inf. usum in exclamationibus ad admirationem, indignationem, laetitiam significandam apud Graecos obtinere docet exemplis additis. Sed mireris sane, eum non magis, quam Bentleium animum advertisse, illa interrogatione *Tene — ad eos venire —?* contrariam plane sententiam prodire, atque eam quam vult Cicero. Si enim, quod recte monet Heindorf. l. c., in eiusmodi interrogationibus subaudiendum est: *nonne indignum, mirum est? num credibile?* vel, quod vult Laur. Valla: *verene ita est?* tum certe semper illa quaestio quidpiam si non ingratum, certe inexspectatum significat. Si vero ita construi volunt: *haec peregrinatio mediocris — videri potest, tene — ad eos venire?* tum equidem Latinitatem desidero. Requiritur enim: *An haec* v. *haeccine,* vel simpliciter: *haec — videri potest, te — venire,* id est: *quod venturus es* (v. *sis*)? Et sic nos hunc locum et intelligimus, et (quamquam inverso constructionis ordine) edidimus. *Mr.*

qui se iudicum numero haberi volunt] Abest *se* ab Ed. H. Quam frequens Ciceroni sit constructio *volo me haberi* similesque, ubi vulgo pronomen personale omittitur, non est quod moneam post ea, quae dixi ad Cic. de Legg. I. 1. p. 10. ad de Rep. II. 25. p. 287: quibus adde, si vis, Drakenb. ad Liv. III. 68. 9. Krüger. V. d. Attract. p. 333—336. Kühner. ad Cic. Tusc. II. 24. 58. p. 186 sq. coll. Tusc. III. 27. 64. Allg. Schul-Ztg. 1829. II. 13. p. 98. Ochsner. in Indic. ad Eclogg. Cic. p. 495. Seebodii Krit. Bibl. 1829. 107 sq. p. 431. Kritz. ad Sall. Cat. I. 1. p. 4. Beneke ad Cic. Cat. I. 2. p. 27. Tusc. V. 19. 54. V. 23. 66. de Div. II. 57. 118. de Or. I. 47. 204. de Sen. 10. 32. Gerlach. ad Sall. Cat. 1. 1. p. 36. Pergit Gud. *numero iudicum.* Vind. 1. *iudicum e numero.* Pravam Ernesti scriptionem *velint* iam supra reprehendimus. Pro *evaseris* Ed. H. cum Cod. Aug. *evasero.* Mox Codd. Vind. 1. Rehd. *veri,*

appellentur, Minoem, Rhadamanthum, Aeacum, Triptolemum, convenireque eos, qui iuste et cum fide vixerint: haec peregrinatio mediocris vobis videri potest? Ut vero colloqui

---

Mon. 1. *vero.* Verbum *venire* omittit unus Ox.; alius habet *devenire.* Pro *appellentur* Bouh. ex sua Ed. vet. correxit *appellantur*, ut habent duo Oxx. Gud. 2. (a. pr. m.) et Ed. H., nimirum, ut conveniat constructio cum Graecis: εὑρήσει τοὺς ὡς ἀληθῶς δικαστὰς, οἵπερ καὶ λέγονται ἐκεῖ δικάζειν. Sed Cicero per totam versionem liberius egit, neque admodum curavit singulorum verborum constructiones. *Mr.*

Minoem, Rhadamanthum, Aeacum, Triptolemum] Cod. Marb. *Mynonem, Rodomanthum, Eacum, aiacem Triptolemum.* Ed. Fr. Fabr. *Minorem.* Vind. 1. *Min. Aeacum et Rhadamanthum.* Pro *Aeacum* habent etiam *Aiacem* Codd. Reg. Duisb. Gud. 1. 2. Aug. et duo Oxx. proclivi errore. — „*Triptolemum* in iudicibus apud Manes non facile alibi reperias, ait Beroaldus, quam apud Platonem in Apologia: unde ad verbum Cicero ista transscripsit. Fortasse hoc iudicandi munus assignatur Triptolemo, quia, ut scriptores prodiderunt, est bene meritus de mortalibus, qui bovem et aratrum dicitur primus invenisse, a quo frumenti satio in Attica reperta: in cuius muneris honorem noctes Initiorum sacratae. Mythici fabulantur, alato curru a serpentibus per aëra vectum distribuisse eum frumenta: quia longa navi vectus ad urbem Eleusinam hoc factitavit, quae visa est imitari serpentem pinnatum." „Nominare Socrates Triptolemum tanquam indigenam heroa mihi videtur." *Camerarius.* Recte. Haec est etiam Orellii sententia, fuisse Triptolemum in istis iudicibus nonnisi „ex Atticae plebis sententia." ibique laudat Or. Stallbaumium ad Plat. Apol. p. 93. Sed vid. hac de re praecipientem Creuzerum in Symb. u. Myth. T. IV. p. 101 sq. Epitom. nostr. p. 747. Quod Vind. 1. omittit *Triptolemi* nomen, id factum est arrogantia correctoris alicuius, qui de tribus, nec vero de quatuor, manium iudicibus suos praeceptores disputantes audivisset. *Mr.*

Convenireque eos] A. Platonis Graecis nonnihil abit noster. Haud tamen legerim *heroumque eos*, quod timidiuscule proposuit J. F. Gronovius ad Senecae Herc. Furent. vs. 744. *D.*

convenireque eos,] Cogitabat Gron. (v. annot. Dav.) de verbis Platonis: καὶ ἄλλοι ὅσοι τῶν ἡμιθέων δίκαιοι ἐγένοντο ἐν τῷ ἑαυτῶν βίῳ. In uno Ox. est *eo, qui*, in alio *eo, eum.* Quod pro *iuste et cum fide* Bentleius, qui in uno Cod. reperisset *iuste ea fide*, coniecit *iuste et pie*, hoc neque reprobandum est, neque adoptandum. Non minore iure verba *et cum fide* glossam dixeris adverbii *iuste*, pro quo in Graecis nonnisi δίκαιοι legitur, cum absit *et* ab optimis Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Mon. 1. 2. Marb. Duisb. Gud. septem Oxx. Edd. Junt. P. A. B. Ven. nostr. Asc. 1. 2. et omnibus quas contulit Reisk. excepta Steph. Accedit, quod inverso ordine legitur in Cod. Vind. 1. *qui cum fide et iuste*, et in uno Ox. *qui iuste, qui cum fide.* Sed tamen manum abstineo, cum veri vix simile sit, adverbium *iuste*, si solum scriptum fuit, glossa vel interpretatione cuipiam indigere visum esse. Pro *vixerint* est *vixerunt* in tribus Oxx. Gud. Aug. Ed. H. *Mr.*

haec peregrinatio mediocris vobis videri potest?] Graece: ἆρα φαύλη ἂν εἴη ἡ ἀποδημία; Haec ideo apposui, ut appareat hoc quoque loco Ciceronem paullo liberius vertisse, sed recte addidisse pronomen demonstrativum *haec* et personale *vobis*, quod abest ab uno Ox. et Aug. et minus bene in alio scribitur et in Vind. 1. Mon. 1. 2. *nobis*, quod habent Edd. quas Reisk. contulit, omnes, itemque nostrae

cum Orpheo, Musaeo, Homero, Hesiodo liceat, quanti tandem aestimatis? Equidem saepe emori, si fieri posset, vellem, ut ea, quae dico, mihi liceret invenire. Quanta delectatione autem

---

Ven. Asc. 1. 2. Cam. Sturm. Junt. Sed recte HWolf. ad v. *vobis* in parenthesi addidit *iudicibus*. *Mr.*

Ut vero colloqui cum Orpheo etc.] Eadem Cercidae fuit opinio. Aelianus V. H. lib. XIII. cap. 20. Ἀνὴρ Μεγαλοπολίτης ἐξ Ἀρκαδίας, Κερκιδᾶς ὄνομα, ἀποθνήσκων ἔλεγε πρὸς τοὺς οἰκείους, ΕΝΘΥΜΟΥΜΕΝΟΣ ἡδέως ἀπολύεσθαι τοῦ ζῆν· δι' ἐλπίδος γὰρ ἔχειν συγγενέσθαι τῶν μὲν σοφῶν Πυθαγόρᾳ, τῶν δὲ ἱστορικῶν Ἑκαταίῳ etc. ubi mire se fatigarunt Jac. Perizonius et Joach. Kuhnius. Leg. ἔλεγε πρὸς τοὺς οἰκείους ΑΘΥΜΟΥΜΕΝΟΥΣ, ἡδέως ἀπολύεσθαι τοῦ ζῆν. *Familiaribus* affectis moerore *dixit, se vita non illibenter excedere.* Sic plana fiunt omnia. *D.*

ut vero colloqui cum Orpheo] Locum Aeliani a Davisio in annot. tentatum, explicatum, nec vero mutatum, vides in Ed. C. G. Kühnii (Lips. 1780.) T. II. p. 234. — Pro *Orpheo, Musaeo* Ed. H. habet elegantissimam emendationem nescio cuius: *Orpheo musico.* Pro *vero* Cod. Aug. habet *ut nota. Mr.*

quanti tandem aestimatis?] Dav. cum in Cod. Norvic. reperisset: *Quanti tandem existimatis emori? Equidem saepe emori,* eleganter et ἐμφατικῶς mutata distinctione inde legi posse existimabat in Ed. 1: *quanti tandem existimatis? Emori, equidem saepe emori, si fieri posset, vellem.* Cum tamen neque Plato hanc ἔμφασιν habeat, neque alii libri, recte in vulgata perstat. Vituperat praeterea lectionem multarum Edd. vett. *mori* pro *emori,* interceptam fuisse initialem literam finali vocis antecedentis monens. Graeca sunt: ἐπὶ πόσῳ ἂν τις δέξαιτ' ἂν ὑμῶν; Pro *aestimatis* legitur *existimatis* in uno Leid. quod placebat etiam Boubierio, et habent Cod. Rehd. et Ed. H. In Mon. 1. 2. Aug. est *extimatis*: ex qua prava verae lectionis enuntiatione alia lectio (*existimatis*) orta est. — Pergit Cod. Vind. 2. *Et quidem.* — *Saepe mori* habent Codd. Aug. Mon. 1. 2. duo Oxx. Edd. Cam. P. A. B. S. E. C. M. L. Ven. nost. Asc. 1. 2. Sturm. Ald. Boul. Sylb. HWolf. Junt. Unus Ox. habet *saepenumero mori. Mr.*

ut ea, quae dico, mihi liceret invenire] Bouh. inepte quaerit, cur hoc non licuerit Socrati aeque atque aliis omnibus? negatque haec convenire cum Graecis εἰ ταῦτα ἔστιν ἀληθῆ. Unde conlicit: *ut ea, quae dico, mihi liqueret inveniri.* Sed recte Nissen. l. c. p. 35. vulgatum Graecis propius esse monuit, neque necesse fuisse, ut saepius moreretur, quo id sibi liqueret. Pro *mihi* unus Ox. *nihil.* Pro *invenire* Gud. Duisb. (a pr. m.) MS. in marg. Verb. *evenire. Mr.*

Quanta delectatione autem afficerer,] Post *delectatione* MS. in marg. Verb. addit *animi*: quod vel glossatoris est, vel ex compendio vocis insequentis ortum. Cicero si illam vocem addere voluisset, scripsisset, opinor: *quanta autem animi delectatione.* Et habet Duisb. *quanta autem delectatione.* Unus Ox. omittit *autem,* alius cum Mon. 1. habet *aut.* Ceterum non videtur dixisse Cicero *animi delectatio: oblectationem animi* repério de Or. I. 26. 118. — Scribitur *afficeret* in Cod. Marb. et uno Ox.; *efficerer* in Cod. Mon. 1. Pergit Rehd. et unus Ox. *cum et Aiacem,* alius omittit *cum.* De Palamede, Nauplii filio, ab Ulysse iniuste proditionis accusato et morte multato, itemque de Aiace Telamonio in certamine de Achillis armis ab Ulysse circumvento, notissimae sunt fabulae, quas e fontibus repetitas vides in Klopferi Lex. Mythol. s. vv. *Mr.*

afficerer, quum Palamedem, quum Aiacem, quum alios, iudicio iniquo circumventos convenirem! Tentarem etiam summi regis, qui maximas copias duxit ad Troiam, et Ulixi Sisyphique prudentiam: nec ob eam rem, quum haec exquirerem, sicut hic faciebam, capite damnarer. Ne vos quidem, iudices, ii, qui

---

Iudicio iniquo] Vulgo *iniquorum*. Sed recte Cl. Bentleius; nam Plato habet *διὰ κρίσιν ἄδικον*. *D.*

Iudicio iniquo circumventos] Recepi emendationem Bentleii cum Dav. Ern. Schz. Or. Nobb. Tbn. non tam, ut Ciceroni melius conveniat cum Graecis: *διὰ κρίσιν ἄδικον*, quamquam et hoc, aliis accedentibus rationibus, aliquid momenti habet: sed quia *iudicium iniquorum* pro iudicum vel hominum iniquorum vel pro inimicorum, non videtur dictum ex more Ciceronis, neque re vera ab inimicis circumventi sunt Palamedes et Aiax, sed iudicio iniquo, cuius causa fuit vafrities unius inimici, neque ipse Socrates dicit se circumventum esse inimicorum *iudicio*: nam inimici quidem eum perdiderunt, nec vero eorum iudicium. Accedit, quod in optimis libris non legitur, ut vulgo editur, sed habent Reg. Gud. 1. 2. *iniquorum ventos*, quod perperam lecto aliquo compendio oriri potuit ex *iniquo circumventos*. Scriptor Codicis Rehd. reperiebat illud sine dubio etiam in eo Cod., quem descripsit: sed cum istam lectionem sensu carere vidisset, correxit *iniquorum victos*. Unus Ox. habet *iudicio aliquorum*. H. Stephanus existimabat scripsisse Ciceronem *iniquorum*, legisse autem in loco Platonis *ἀδίκων* pro *ἄδικον*. V. ej. Cic. Lex. p. 194. ed. Paris. Fere ridiculum est, quod Gebh. in Crepund. p. 460. (L. II. extr.) lectionem optimi, ut ait, Pal. *iudicio obliquorum circumventos* si non commendat, certe non absurdam dicit, comparatis Graecorum vocibus *σκολιὸς*, *πολύτροπος*, *ποικιλόφρων*, laudatisque aliquot veterum locis, qui huc plane nihil faciunt. Vulgatum tuentur Bouh. FAWolf. Kühnerus. *Mr.*

Tentarem etiam summi regis] i. e. Agamemnonis. Cod. Marb. a pr. m. *temperarem*: quae scriptio orta est ex *temptarem*. Unus Ox. habet *etiamsi*: quod fortasse debetur correctori, qui oppositioni *nec* (pro *nec tamen*) id tribuendum crederet. Pro *qui* in Mon. 1. est compendium, quod alibi significat *quasi*. Idem habet *opes* pro *copias*. Ante *tentarem* omissa est haec Socratis egregia sententia: *ἀντιπαραβάλλοντι τὰ ἐμαυτοῦ πάθη πρὸς τὰ ἐκείνων, ὡς ἐγῷμαι, οὐκ ἂν ἀηδὲς εἴη*. *Mr.*

et Ulixi Sisyphique prudentiam] Scripsi *Ulixi* cum Dav. FAWolf. Koel. Schz. Or. Nobb. Tbn. ex Codd. Gud. 1. 2. Reliqui fluctuant inter *Ulixis* (tres Oxx. Rehd. Duisb. Gud. Aug. Mon. 1. 2. Bern. Edd. S. H.), *Ulyssi* (Edd. Ern. Gron. quamquam hic ex Vatic. *Ulixi* edere volebat), *Ulyxis* (Edd. Junt. P. Rob. Steph. Sturm. A. B. M. Ald. Sylb. Boul. Brut.) *Ulyxi* (Ed. Verb.), *Ulyssis*, quod est in reliquis. Vid. C. L. Schneider Gr. Lat. II. (Formenl. I.) p. 164. Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 34. 116. p. 292. Burm. ad Ovid. Her. I. 1. Ramshorn. Gr. Lat. §. 29. p. 48. Accedit nostrae scriptioni etiam Cod. Marb. in quo nonnisi prava vocum distractione scriptum est *Ulixis isyphique*. Quae sequuntur, si Graeca compares, item minus accurate, ne dicam negligentius, a Cicerone conversa videbis. Verba *cum haec* absunt ab uno Ox. duo alii habent *cum hoc*. Rehd. *cum eum*. Tum Vind. 1. *sicuti*. Quod ait: *sicut hic faciebam*, id quomodo fecerit ex ipsa antecedente Apologiae parte videre licet. — Verbum *damnarer* omittit Gud. 2.; in Mon. 1. est *dominarer*. *Mr.*

Ne vos quidem iudices, ii, qui me absolvistis, mortem timueritis.]

me absolvistis, mortem timueritis. Nec enim cuiquam bono 99.
mali quicquam evenire potest, nec vivo, nec mortuo. Nec um-
quam eius res a diis immortalibus negligentur, nec mihi ipsi
hoc accidit fortuito. Nec vero ego iis, a quibus accusatus p. 170.
aut a quibus condemnatus sum, habeo quod succenseam, nisi a.

Sola Ed. A. habet *nec*. Ad sententiam tenendum, verba *ne — quidem* h. l. non esse iungenda, sed constructionem hanc esse: *Vos quidem, iudices — mortem ne timueritis*. Verba *ii, qui me absolvistis* cum non sint apud Platonem in hac orationis serie, Bouhierius apud Platonem legi volebat: ὦ ἄνδρες δίκαιοι pro ὦ ἄνδρες δικασταί, ut ipsi ii significarentur, qui Socratem absolutum vellent. Male, si quid video. Sed peius etiam eandem ob causam eadem verba eiici volebat Rathius, praeterea ea ne Latina quidem esse contendens. Sed recte eum reprehendit, quod ad Latinitatem, Censor Jenensis, quem non semel laudavimus, 1806. 49. p. 388 sq. additque, ne merum quidem ista verba additamentum esse Ciceronis. Hunc enim, paullo liberius vertentem totum locum, hoc loco commode inseruisse, quae paullo superius p. 39. e. (c. 31.) scripta sunt: τοῖς δὲ ἀποψηφισαμένοις (*iis, qui me absolverunt*, qui ibid. opponuntur τοῖς καταψηφισαμένοις) ἡδέως ἂν διαλεχθείην ὑπὲρ τοῦ γεγονότος τουτουΐ πράγματος. In Ed. H. scriptum est *qui me hic absolvistis*; in uno Ox. et Rehd. *timeretis*. Male. Pergit alius Ox. cum Rehd. Edd. Junt. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Cam. P. A. B. S. E. C. Herw. *Nec* (duo Monn. *neque*) *enim unquam bono quidquam mali*. Gud. habet: *Nec unquam enim cuiquam bono m. q.* Ed. H. *nec enim nunquam*. Scribitur etiam *quicquam mali* in Cod. Vind. 1. — Post *eius* Marb. omittit *res*. Paullo superius Cod. Aug. *ne vivo*. *Mr.*

A diis immortalibus negleguntur] Sic legendum, non *negligentur*; apud Platonem enim est ἀμελεῖται. *D.*

negligentur] Ita Codd. et Edd. vett. omnes. Neque vero erat emendatione opus, quamquam eam probavit Bouh. post Bentleium, receperuntque Schz. et Nobb. nimirum ut tempus cum Graeco ἀμελεῖται conspiret. Ego vero, quamvis non cum Nissenio ἀμελεῖται pro futuro passivi habendum dixerim, facile fero futurum de re, quae non modo nunquam fiet, sed ne facta quidem unquam est. Hoc probo, quod N. dixit, melius convenire futurum verbo *evenire potest*, et quod Kühnerus ad v. *unquam* respicere iubet. Sequitur in quatuor Oxx. et Mon. 2. *ne mihi*: errore, quod iam supra monui, ex compendio *nc* orto. *Hoc* abest a Cod. Gud. et uno Ox. Vocem *ego* omittunt Cod. Rehd. Edd. H. Junt. P. A. B. S. E. C. M. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cam. In Gud. 2. est *his ego*, in Aug. *ego ex hiis*. Ed. H. *ego* addit post *quibus*. Verba *accusatus aut a quibus* absunt ab uno Cod. Ox. In Cod. Rehd. verba *accusatus* et *condemnatus* loca inter se permutarunt. Idem omittit *sum*. Verbum *sum* cum Dav. et Oliv. reposui post *condemnatus*, cum ita sit in Codd. Gud. 1. 2. Aug. Mon. 1. 2. Marb. Gud. Edd. habent post *accusatus*. In Cod. Vind. 1. deest *a quibus* post *aut*. Unus Ox. habet *damnatus*; Vind. 1. *quid* pro *quod*: ex perperam lecto compendio. Vid. Heusinger. Praef. ad Cic. de Off. p. LI. *Mr.*

Nec — habeo quod succenseam] Ad sententiam Beroaldus: „Hinc sumptum est illud Satirici poetae [Iuvenal. XIII. 186.]

Qui partem acceptae saevae inter vincla cicutae
Accusatori nollet dare.

Succensere autem significat irasci iusta de causa. Silius: *succensere nefas patriae*. — In Gud. 1. scribitur *suscenseam*. *Mr.*

quod mihi nocere se crediderunt. Et haec quidem hoc modo. Nihil autem melius extremo: *Sed tempus est,* inquit, *iam hinc abire me, ut moriar: vos, ut vitam agatis. Utrum autem sit melius, dii immortales sciunt: hominem quidem scire arbitror neminem.*

42 Nae ego haud paullo hunc animum malim, quam eorum

Nisi quod mihi nocere se crediderunt] Cod. Vind. 1. *nocere mihi.* Pergunt tres Oxx. Aug. Mon. 1. Edd. P. A. B. S. E. C. V. Rob. Steph. Ven. nostr. itemque a Reisk. collatae, praeterea Asc. 1. 2. Junt. Cam. Sturm. Boul. HWolf. Ald. *Et hoc;* unus Ox. *et hic.* Sed *haec* iam praeferebat Manutius ex Maffei libro. Reiskius coniecit, ut habet unus Ox.: *Et hic quidem* (sc. Socrates) *hoc modo* (sc. disputavit.) Sed recte admonet FAWolfius in scholis Graecae illius formulae: καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα. Respicit his verbis ad ea, quae dixit, et prospicit ad ea, quae dicturus est. *Mr.*

Et hoc quidem hoc modo nihil autem melius aestimo] „Ex antiquo libro Maffei legendum puto: *Et haec — melius extremo,* ut hoc totum non e Socratis oratione sit, sed a Cicerone per interpositionem prolatum. Nam neque in Platonis Apologia haec sunt, et dictio illa *inquit,* quae subsequitur, ideo videtur esse illata, ut quasi interruptum superioris orationis filum contexeret.“ *P. Manutius.* „Iam olim edendum curavi *haec,* sive Manutii coniecturam secutus, sive antiquam scripturam in Maffei libro MS. repertam, et deinceps, eodem auctore, *extremo,* pro eo, quod est in libris vulgatis *aestimo.*“ *Lambinus.* In eandem sententiam disputat Brutus. Habet etiam Ed. Leodegarii a Quercu in marg. *extremo:* in contextum receperunt HWolf. Sylb. Gronovius perverse ait vulgo legi *extremo,* sed Lambinum cum Manutio et Victorio edidisse *aestimo;* idque ipse praetulit. Ed. H. *equidem* pro *quidem. Mr.*

Extremo] Vulgo *aestimo.* Sed veram lectionem dudum dederant Lambinus et alii, eamque tenent Reg. Eliens. tert. Med. et Balliol. *D.*

nihil autem melius extremo] Cod. Gud. *etiam* pro *autem.* Post Dav. Ernestus et seqq. receperunt *extremo,* quod nos reperimus (praeter Edd. laudd.) in Codd. quatuor Oxx. Reg. Bern. Gud. 1. 2. Aug. (posterior: *extremo melius.*) Mon. 1. Marb. Gud. Rehd. Duisb. Ed. H. In marg. MS. Asc. 2. nostrae est *existimo,* quod habet Ed. E. et tres Oxx. „*Aestimo,* ait Ern., nihili est. Videtur scriptum fuisse *extimo,* inde *aestimo* factum. *Extremo* plane est in MS. Guelf.“ *Extimo* habet Mon. 2. *Extimus orbis* dixit Cic. de Rep. VI. 17. ubi unus Cod. habet *extremus:* v. nostr. Ed. p. 486. Bouhierius quoque in uno Leid. reperit *extremo.* Reiskius coniecit: *nihil autem melius est imo,* i. e. extremo fine Socraticae defensionis. Sed *imus* hac significatione poëticum est: apud Cic. significat *infimus,* nec vero *ultimus* v. *extremus.* Neque *extimus* Cicero hac significatione dixit, sed eo utitur ut superlativo comparativi *exterior. Mr.*

Sed tempus est, inquit,] Conf. Krabinger. ad Synes. de Regno p. 353.“ *Schuch.* In seqq. Cod. Vind. 1. omittit *hinc.* Gud. 2. *me* nonnisi supra lin. habet. Duo Oxx. omittunt *ut.* Post *immortales* Cod. Rehd. omittit *sciunt.* Existimabat videlicet corrector, hoc verbum ex sequenti *scire* facile intelligi. Solus Gud. 2. in antecedd. habet *melius sit. Mr.*

Utrum — neminem] Laudat Lactantius Div. Inst. lib. VII. cap. 2. Vide et Stobaeum Serm. CXX. pag. 610. D. [p. 481. Gaisf.]

c. 42. *Nae ego haud paullo hunc animum malim,*] Scribitur *Ne — aut* pro *nae — haud* in Codd. Reg. Gud. 2. Vind. 2. Prius etiam in uno

omnium fortunas, qui de hoc iudicaverunt. Etsi, quod praeter deos negat scire quemquam, id scit ipse, utrum sit melius: nam dixit ante: sed suum illud, nihil ut affirmet, tenet ad extremum. Nos autem teneamus, ut nihil censeamus 100. esse malum, quod sit a natura datum omnibus, intelligamus-

---

Ox. Ed. Fr. Fabr. posterius in Gud. 1. alio Ox. Duisb. Marb. Quae scriptio partim ex pronuntiatione, partim ex antiquo scribendi more (*haut*) orta est. Ven. nostr. habet *nec*. In uno Ox. est *at*, in alio *autem*. Scriptionem *paulum* quamquam exhibet Cod. Vat. Cic. de Rep. (vid. ind. Niebuhrii p. 623. Ed. nostr.); praeferunt tamen Grammatici scriptionem *paullo*: v. Grotefend. Orth. Lat. §. 141. cf. Ald. Manutii Orth. p. 67. ed. Plant. Cellarii Orthogr. ed. Harles p. 306. Nolten. Lex. Antib. p. 135. Ad usum vocis v. Goerenz. ad Cic. de Legg. III. 14. 32. p. 260. Scribitur *mallim* in Gud. 1. unde facilis fuit transitus ad *malim*, quod habet Marb. Pro *iudicaverunt* legitur *iudicavere* in Edd. Asc. 2. (sed MS. ad marg. — *runt*) Vict. Rob. Steph. *Mr.*

Etsi, quod, praeter deos, negat scire quemquam] Quod pro *Etsi* Kühnerus in lemmate annot. scripsit *quamquam*, calami errori tribuendum videtur, cum respiceret V. Cl. ad c. XXXVI. 90. ubi est *quamquam — sed*. Pro *quod* est *quid* in Codd. Aug. Vind. 2. Ven. nostr. consueto apud librarios errore, ex quo ortum est *quidem*, quod habent tres Oxx. Mon. 1. 2. (in hoc a pr. m.) Rehd. Gud. Duisb. Edd. Asc. 1. 2. (sed MS. in marg. *quod*) Junt. P. A. B. S. C. (in marg. *quod*) Herw. In Ed. H. est *quis*. Post *scire* Ed. Junt. inserit alterum *quidem*. Unus Ox. habet *ne scire*, quod est inepti correctoris. *Ipse* omittit Cod. Gud. Scripsi *sit melius* cum Dav. Or. ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Gud. Rehd. Duisb. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. Reliqui et Edd. *melius sit*. Mireris sane, neminem adhuc verba *utrum sit melius* pro glossemate habuisse. Quod si factum esset, immerito factum esset. Pro *nam* Gud. 2. a pr. m. *sed*. unus Ox. *non*. Tum Rehd. *illud suum*. Verba *suum illud, nihil ut affirmet* idem significare, ac si dixisset: *suum illum morem Academicum*, non existimarem esse necessarium exponere, nisi Ciceronem eo nomine reprehensum esse vidissem ab HWolfio. De eo more iam vid. Kühnerum in libro de Cic. in philosophiam meritis p. 138 sqq. — Unus Cod. Ox. habet *aut* pro *ut*. Rehd. omittit *ad*.

Nos autem teneamus, ut nihil censeamus] Quod Cic. alibi post *tenere* hac sententia posuit acc. c. inf. v. c. Paradox. I. 3. 14: *illud arcte tenent — voluptatem esse summum bonum*: de Finn. I. 10: *hoc tenebo — virtutem — causam non fuisse*: id h. l. facere non potuit, quia verbum *teneamus* accuratius explicat verbo *censeamus*, quod adiungendum erat coniunctione *ut*, quasi praecesserit *necessarium est*. Absque illo verbo dicere poterat *nihil esse malum*: nunc ita loquitur, ut circumlocutionem agnoscas, *teneamus ut censeamus* pro simplici *censeamus*, sicut de Or. II. 33. 144: *ex eo audivi, cum diceret, sibi certum esse*, pro: *ex eo audivi, sibi certum esse*: v. *eum dicentem audivi*, s. c. e. Pro *censeamus* Ed. P. *sentiamus*. Quid intersit inter utrumque verbum, exposui ad Cic. de rep. I. 29. p. 121 sq. (Conf. Heinrich. ad h. l. p. 184.) Ex locis ibi laudatis ad constructionem cum nostro plane convenit Philippic. IX. 1. 3: *Ego autem, P. C., sic interpretor, sensisse maiores nostros, ut causam mortis censuerint, non genus esse quaerendum*. *Mr.*

quod sit a natura datum] Duisb. omittit *a*. Rehd. habet *omnibus datum*, unus Ox. et Mon. 1. *datum hominibus*. Reg. *intelligamus quae*.

que, si mors malum sit, esse sempiternum malum. Nam vitae miserae mors finis esse videtur; mors si est misera, finis esse nullus potest. Sed quid ego Socratem aut Theramenem, praestantes viros virtutis et sapientiae gloria, commemoro? quum Lacedaemonius quidam, cuius ne nomen quidem proditum est, mortem tanto opere contempserit, ut,

---

Gud. *sit malum*; idem omittit cum Gud. 2. *malum* post *sempiternum*: ex correctoris, sine dubio, sententia. Sequitur in Vind. 1. *vitae miserae finis esse videtur mors*. Unus Ox. habet *vitae miseriae* omissis verbis *finis esse*. Ed. H. habet *esse finis*. Habes h. l. *esse videtur*, quam Hexametri clausulam in fine enuntiationis Ciceronem vitasse dicunt. *Mr.*

Mortis, *si est misera*] Sic Cl. Bentleius cum Msstis Gebhardianis et veteribus editis. Vulgo *mors*: ac ita Reg. ceterique Codices, quos adhibuimus; nisi quod Med. repraesentet, *mors si est misera, miseriae finis esse nullus potest*; quae forsan est Ciceronis manus. *D.*

mors si est misera, finis esse nullus potest.] Quod ex Cod. Med. in ann. attulit Dav., receperunt FAWolf. Schz. Or. Mihi quidem quamquam admodum placeret lectio: *miseriae finis esse nullus potest*, in ista lectione nil nisi elegantem interpretationem vel glossam agnosco, cum vetustissimi aeque ac recentiores Codd. istam vocem, quam intelligi et debere et posse contendo, non agnoscant. *Mortis* dedit iam Lamb. ex uno Cod. idque receperunt post Davisium Verburg. et Olivet. Quod autem ait Gebh. *mortis* habere omnes Codd. Pall. id, credo, falsum est. Bouhierius ad verba *finis esse nullus potest* intelligi volebat *mali*. Idem, cum in uno Leid. in superioribus reperisset, quod nos in uno Ox., *vitae miseriae*, coniiciebat: *Nam vitae et miseriae*. Utrumque parum probabile. Bentleianam emendationem supervacaneam, *miserum*, recoxit Rathius, (addito *miseriae*) quia non intellexit, etiamsi legas *misera*, iustam eandemque sententiam exire. Niss. quoque et Kühner. additum a FAWolfio substantivum *miseriae* post *misera* intelligi posse existimabant. In sola Ed. HWolfii scribitur *mors, si misera est:* Codd. Gud. Gud. 2. Aug. Duisb. Mon. 1. 2. *nullus esse. Mr.*

Sed quid ego Socratem] Gud. 2. *si quid.* Gud. *nam quid.* Codd. Reg. Gud. 1. 2. *et aut.* Marb. *acheramenem*, unus Ox. *Cheramenem.* Vind. 1. *praestantis virtutis viros.* Unus Ox. *praestantissimos.* Post *virtutis* Mon. 1. omittit *et:* unus Ox. habet *gloriae* pro *gloria*, quod omittit Gud. 2. In Cod. Aug. scribitur: *praestantis ingenii viros virtutis et sapientiae gloria. Mr.*

Quum Lacedaemonius quidam] Non ex eodem fonte, ex quo Plutarchus, hausisse videtur Cicero hanc narrationem. Ille enim et hominis nomen noverat, et rem (Apophth. Laconn. p. 885. p. 370 sq. ed. Wytt. Lips.) paullo aliter narrat: *Θεκταμένης, καταγνόντων αὐτοῦ θάνατον τῶν ἐφόρων, ἀπῆει μειδιῶν καί τινος τῶν παρόντων ἐρωτήσαντος, εἰ καὶ καταφρονεῖ τῶν τῆς Σπάρτης νομίμων, Οὐχί, εἶπεν, ἀλλὰ γέγηθα, ὅτι δεῖ με τὴν ζημίαν ἐκτίσαι ταύτην, παρ' οὐδενὸς οὔτε διαιτήσαντά με, οὔτε δανεισάμενον.* — Pro *quidam* Cod. Mon. 1. *quidem.* Mox Vind. 2. *cuius nomen ne quidem.* Gud. *cuius ne nomen proditum est quidem.* Wyttenbachius ad Plutarchi locum, quem exscripsimus, p. 1173. p. 429. ed. Lips. de nominis illius Lacedaemonii veritate dubitat. *Mr.*

Cuius ne nomen quidem proditum est] Huic viro nomen fuisse *Thectameni* tradit Plutarchus Apophth. Laco̅n. pag. 221. *D.*

quum ad eam duceretur damnatus ab Ephoris, et esset vultu hilari atque laeto, dixissetque ei quidam inimicus, *Contemnisne leges Lycurgi?* responderit, *Ego vero illi maximam gratiam habeo, qui me ea poena multaverit, quam sine mutuatione et sine versura possem dissolvere.* O virum Sparta dignum! ut mihi quidem, qui tam magno animo fuerit, innocens damnatus esse videatur. Tales innumerabiles no- 101.

---

mortem tanto opere contempserit] Cod. Vind. 2. *contempsit*: neglecto compendio *s'* i. e. *ser*. Mox *cum adduceretur* (om. *eam*) habent Edd. Asc. 2. Cam. Junt. C. Herw. Coniunctionem *ut* omittit unus Ox. De Ephororum potestate vid. Cragium de Rep. Lacedaem. p. 76 sqq. Ubbon. Emmii Graecorum respp. I. p. 288 sqq. p. 314 sqq. Quod h. l. dicit *hilari vultu*, alia huius adiectivi forma utitur de Finn. V. 30. scribens *hilara vita*. Mox Cod. Gud. et tres Oxx. *dixisset*, omisso *que*. Constructio est, quasi scriptum sit: *et, ut, quum dixisset ei* etc. Vocem *ei* omittunt duo Oxx., alius habet *cuidam* pro *quidam*. Gud. 2. *contempnesne*. In Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. scriptum est *Lygurgi*. Tum Vind. 1. Marb. Ed. H. *respondit*, eodem, quo supra errore, neglecto compendio *di't* id est *derit*. Gud. habet *respondens*: et mox cum Aug. *illis*. Vind. 1. Aug. *magnam*. Vind. 2. *maximam illi gratiam habeo*. Duisb. *gratiam maximam*: unus Ox. *maximam gloriam*: idem omittit *habeo*. Sequitur in Cod. Car. Steph. *quod* pro *qui*: quod est vel glossatoris vel correctoris. Pro *multaverit* Cod. Gud. *multaverint*: quod necessarium erat scribere, cum supra exhibeat *illis* pro *illi*. Omissa tamen est ea correctio in Aug. 2. qui item exhibet *illis*. Scribitur in seqq. *sine mutatione* in uno Ox. Aug. Marb. Mon. 1. Edd. P. A.; *sine commutuatione* in tribus Oxx.; in uno *valeo sine mutuatione*. Tum *et sine usura* quatuor Oxx. (quorum unus supra lin. tantum habet *vel usura*) Gud. 2. Marb. Vind. 1. (omisso *sine*) Mon. 1. Gud. Edd. H. Ven. nostr. HWolf. in parenthesi rursus lecto compendio *u'* (*uer*), quasi sit simplex. *u. Mr.*

sine mutuatione et sine versura] De hoc loco docta est disputatio Cl. Salmasii in libro De Modo Usurarum p. 297 — 301. ex qua, quia rarior est, quae huc pertinent, cum reliquis, quae ad rem explicandam faciunt, in Excursum coniecimus. *Mr.*

quam — possem dissolvere.] Vind. 1. *possim*, quod recipi iubebat Rathius, parum reputans, Imperfectum poni, ut quasi consilium legislatoris significetur, cui gratiam se ideo ait habere. *Possim* si scribas, dicet simpliciter eventum: consilium non significabit. *Mr.*

O virum Sparta dignum! ut mihi quidem —] Cod. Mon. 1. *et* pro *ut*. Est h. l. *ut* consecutivum, ut de Off. I. 26. 9: *alter semper magnus, alter saepe turpissimus: ut recte praecipere videantur, qui monent* etc. In Cod. Marb. legitur *quidem mihi*. Quod sequitur *qui* omittit unus Ox., alius habet *animo fueris*. Rehd. Vind. 2. Edd. Junt. Asc. 2. Cam. *fuerit animo*. Gud. 2. omittit *damnatus:* quod cave probes. *Mr.*

nostra civitas tulit] Codd. Gud. Duisb. *civitas nostra*. Cod. Marb. *protulit*, quod est correctoris, unde in duobus Oxx. male factum est *pertulit:* Alius pergit *sed quidem — neminem*. Ad v. *scribat Cato* Bouhierius credere quidem ait P. Manutium, hoc esse sumptum ex Catonis *Originibus*. sibi autem videri excerptum ex libro *de Disciplina Militari*. Non meminerat vir doctus, ipsum Catonem a Cicerone in libro de Senectute loquentem inductum c. 20. dicere: *Recordor — legiones nostras* (*quod scripsi in Originibus*) *in eum*

stra civitas tulit. Sed quid duces et principes nominem, quum legiones scribat Cato saepe alacres in eum locum profectas, unde redituras se non arbitrarentur? Pari animo Lacedaemonii in Thermopylis occiderunt, in quos Simonides:

b. *Dic, hospes, Spartae, nos te hic vidisse iacentes:*
Dum sanctis patriae legibus obsequimur.

---

saepe locum profectas alacri animo et erecto, unde se nunquam redituras arbitrarentur. Eiusmodi fortitudinis exemplum ex ipsis Catonis Originibus depromptum habes apud Gellium N. A. III. 7. p. 222 sqq. ed. Gron. *Mr.*

saepe alacres in eum locum profectas] Cod. Mon. 1. *alacres sin.* Gud. 2. *alacrimis in.* Cod. Aug. omittit *saepe.* Idem habet Cod. Gud. 1. nonnisi supra lin. Sed nihil inde suspicionis ei vocabulo movendum: nam et necessarium est, et habet Cicero alio illo, quem laudavimus loco. Pro *unde* unus Ox. *in unum.* Pro *non* Cod. Aug. *nunquam.* Cod. Vind. 2. habet *arbitrabantur.* De constructione loci et de coniunctivo *arbitrarentur* v. Etzler. in Jahnii Annall. Philoll. 1829. III. 2. p. 219. — Scribitur *Termopilis* in uno Ox., *termopolis* in Cod. Marb. In Gud. est *terre nobis ceciderunt.* Vind. 1. habet *se redituras. Mr.*

In quos *Simonides*] Victorius et Gebhardus, simul ac Mssti Eliens. pr. sec. Bak. habent *in quo.* Male. Quapropter nos aliis Codicibus parendum censuimus. Nec aliter olim reposuit P. Manucius, qui *praepositionem* recte notat in bonam partem hic accipi; adeo ut *in quos* idem valeat ac *in quorum laudem.* Sic certe sumitur lib. I. N. D. cap. 28. et de Senect. cap. 17. Vide et Fr. Vavassorem de vi et usu quor. verb. pag. 155. *D.*

In quos Simonides] Locus Fr. Vavassoris a Davisio laudatus est in eius Antibarbaro ed. Kappii p. 549 — 552. Vetus error *in quo*, ortus ex scriptione antiqua INQVOSIMONIDES, multos etiam ex nostris libris occupat. P. Manutii annotatio haec est: „*In* Praepositio hic accipitur in bonam partem, pro *in quorum laudem*, ut de Oratore II: *multa in Castorem scripta et Pollucem*: et de Nat. Deorr. L. I. *Catulus dilexit Roscium: in quem etiam illud est eius: Constiteram exorientem auroram forte salutans* etc. De Senectute etiam: *In quem*, inquit, *illud elogium unicum: plurimae consentiunt gentes* etc. His exemplis adducti sumus, ut *in quos* emendaremus, cum *in quo* antea legeretur.“ Scribitur autem *in quos* in quinque Oxx. Marb. Reg. Rehd. Vind. 1. 2. Bern. Edd. H. et omnibus nostris, exceptis Ven. Asc. 1. 2. Junt. Rob. Steph. Sturm. et Orellii P. A. B. S. E. C. V. — De Simonide Ceo vid. nunc Schoell. Gesch. d. Griech. Litt. a. d. Frz. v. J. F. J. Schwarze T. I. p. 174 sq. Cf. Ast. Grundr. d. Philol. p. 95 sq. *Mr.*

Dic, hospes, Spartae;] Unus Ox. *Sparthe:* alius *nocte* pro *nos te.* Gud. 2. *hic* pro *dic.* Aug. *Spartenos* pro *Spartae nos.* Mon. 1. *sancis* pro *sanctis.* Accidisse illam in Thermopylis pugnam a. C. n. 480. notum est. Epigramma Graecum exstat etiam apud Diodorum Siculum XI. p. 430. Ed. Wesseling. q. v. de lectione. Ad rem facit etiam Epigr. in Anal. Brunk. I. p. 123. n. XV. Jacobs. T. I. p. 61. Apud Herodotum in primo nostri Epigrammatis versu legitur ἀγγέλλειν. Vid. ib. Wesseling. et Valckenaer. T. VI. 2. p. 62. Schwgbsr. cf. Varr. Lectt. ib. T. III. 2. p. 186. Nostrum Epigramma v. in Anal. Brunk. I. p. 131. n. XXX. Jacobs. T. I. p. 63. (ubi item est ἀγγέλ-

Quid ille dux Leonidas dicit? *Pergite animo forti, Lace-*

λειν) Anthol. Pal. VII. 240. Locus, quem laudat Dav. in annot. seq., Strabonis in Ed. Casaub. est p. 429. *Mr.*

Dic, hospes, Spartae] Graece:

Ὦ ξεῖν', ἀγγελλον Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε
Κείμεθα τοῖς κείνων πειθόμενοι νομίμοις.

Sic exstat Anthol. lib. III. cap. 5. nec aliter apud Lycurgum *κατὰ Λεωκράτους* pag. 146. ed. Aldin. [p. 215. Rsk. p. 44. Heinrich.] ac Strabonem lib. IX. pag. 656. Et ea quidem legendi ratio Ciceronianae versioni melius convenit, quam *τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι*, quo modo postremum versum referunt Herodotus lib. VII. c. 228. et Suidas in *Λεωνίδης*. *D.*

Quid ille dux Leonidas dicit?] „In his verbis vereor ne mendum sit. Nam MSS. Codd. non habent *Leonidas*, sed pro illa vocem parum sinceram (ut arbitror) *semidea* scilicet, e qua sane ego nihil elicere ulla ratione potui, quod hic accommodatum videretur. Nec tamen occulere volui hanc omnium, quos vidi, paulo antiquiorum librorum, licet inquinatam lectionem. Nam et per se recepta verba non parum mihi suspecta sunt. Si enim proprium nomen ponere voluisset, non dixisset, ut opinor, *ille dux*. Cum autem sic loquatur, videtur potius illum describere et innuere voluisse, quam nominare. Quare appositum potuit tertium illud nomen esse, quo certius Leonidas significaretur. Saepe enim claras et illustres personas sic innuit Cicero. Non poterat autem obscurum esse, quem intelligeret, ex eius dicto, quod subiungit, a plurimis auctoribus celebrato, in quibus Plutarchus sic illud exponit in libello, quo Spartanorum Apophthegmata complexus est: *τοῖς δὲ στρατιώταις παρήγγειλεν ἀριστοποιεῖσθαι, ὡς ἐν ᾅδου δειπνοποιησομένους*. Est omnino quiddam, quod fortasse exprimere nescio, quod me valde dubitare facit, ne locus contaminatus sit, cui accedit veterum librorum fides, non parvi apud me ponderis. Saepe enim et illi, quamvis depravati sint, quum valde dissonant ab impressis, argumento esse possunt, vitium aliquod subesse in vulgata lectione, quamvis ea plana prima specie videatur. An merito haec suspicio mihi orta sit, eruditiores censebunt." *Victorius.* In Cod. uno Ox.: legitur: *duxit Leonidas? dicit.* Cod. Aug. *forti animo.* — Loco nominis *Leonidae* Cod. Reg. habet *Semidam.* Gud. 1. *Semidā discit* (pro *dixit*). Gud. 2. *semidam*. Rehd. *epaminundas* (Vides hunc quoque tale quid reperisse librarium in Cod. quem describeret, quale est in antecedd., sed inepte substituisse nomen loco minime conveniens. Cod. Gud. omittit *dux*. Aug. habet *Leonides*. In Vind. 1. est: *Leonidas? dixitque prudenter forti animo.* Quae scriptio emendationi *prandete* favere possit. Si enim *prādete* scriptum fuit, facile aliquis lineolam inversam loco movere poterat scribens *prudēte*, unde proclive fuit scribere *prudēt'* i. e. *prudenter*. Nihil tamen statuo. *Mr.* „Ego haec suppositita habeo cum Bentleio et Davisio. Qui dicterium hoc intrusit, *ἀριστεύειν* cum *ἀριστᾶν* confudit." *Schuch.* Cum iisdem faciunt Wesseling. ad Diod. XI. p. 410 sq. et Kühnerus. Lallemannus, cum in uno Cod. Reg. reperisset *prandete*, priori Bentleii emendationi accessit. Ernestus haec omnia *Quid ille — coenabimus* alieno loco illata et post *pugnabimus* transponenda putavit. Quod admodum placet. Buggius in Prolusione l. c. p. 26. cum Davisio facit. *Mr.*

Pergite animo forti] Verbulo notat Aldus Nepos Ciceronem in vocis Graecae translatione lapsum videri. 'Ursinus contendit, „non esse cur quisquam Ciceronem reprehendat, qui verterit *coenabimus*,

daemonii; hodie apud inferos fortasse coenabimus. Fuit haec

licet apud Graecos scriptores, qui hoc Leonidae dictum celebrarunt, reperiatur scriptum ἀριστήσομεν; nam respicere censet ad Romanorum morem, qui soliti erant coena uti pro prandio.“ Quae sane, quod cum viri docti pace sit dictum, perquam sunt futilia; non enim ἀριστᾶν vel ἀριστοποιεῖσθαι per *cenandi* vocem reddit, sed modo prorsus contrario; quod ex Graecis mox laudandis abunde patet. Alia via rem aggrediuntur Gul. Canterus Nov. Lect. lib. VI. cap. 12. eumque secutus D. Lambinus; reponunt enim, *prandete animo forti.* Hanc vero coniecturam praeoccuparat vir summus Des. Erasmus, quae tamen haud est probanda. Quid enim sibi vult *prandete animo forti?* Ut bene pranderent, latrante potius stomacho, quam *animo forti* erat opus. Auctores quidem reliqui nullam *fortis animi* mentionem faciunt. Diodorus Siculus Bibl. lib. XI. pag. 8. *Τούτοις παρήγγειλε ταχέως ἀριστοποιεῖσθαι, ὡς ἐν ᾅδου δειπνησομένους.* Plutarchus Apophth. Lacon. pag. 225. *Τοῖς δὲ στρατιώταις παρήγγειλεν ἀριστοποιεῖσθαι, ὡς ἐν ᾅδου δειπνησομένους* [Est apud Plutarchum *δειπνοποιησομένους.* Ed. Wytt. p. 899. p. 384. ed. Lips.]. Stobaeus Serm. VII. pag. 91. *Εὐωχουμένοις εἶπε τοῖς συμμάχοις, Οὕτως ἁρπάσατε, ὦ τριακόσιοι, ὡς ἐν ᾅδου δειπνήσοντες.* Vide etiam Suidam in *Λεωνίδης*, et Origenem contra Celsum lib. II. pag. 71. Non aliter Latini. Valerius Maximus lib. III. cap. II, 3. ext. *Sic prandete, commilitones, tanquam apud inferos cenaturi.* Eadem verba refert Seneca Epist. LXXXII. ac fere repetit Orosius lib. II. cap. XI. Vide sis et Isidorum Orig. lib. XX. cap. 2. Omnino retinenda est lectio vulgata, quam omnes omnino Codices constanter exhibent, errorque non librariis imputandus sed ipsi scriptori; nam cum το ἀριστοποιεῖσθαι, vel ἀριστᾶν, ἀπὸ τοῦ ἄριστου deducatur, quae vox et *prandium* et *optimum* seu *fortissimum* denotat, auctor posteriorem significatum imprudens elegit. Hoc ante me, quod postea vidi, statuit Nic. Faber ad Senecae Suasor. II. p. 19. Is tamen Ciceronem reum facit, cum Cl. Bentleius hanc ῥῆσιν esse suppositiam merito iudicet. Ea certe dempta, bene cohaerent sententiae; retenta vero, ne ipsi quidem Latinitati consulitur. *D.*

Pergite animo forti etc.] MS. in Asc. nostr. 2. in marg. al. *prandete.* Unus Ox. *peragite animo facto.* Illud volebat etiam HWolfius dicens: „*prandete* pro *pergite* non male videtur legi. Significavit eos sub coenae tempus fore mortuos atque ultimum id illis prandium futurum: quo largius ederent atque biberent, eoque maiore et corporis et animorum robore hostes invaderent.“ „Vulgatam, ait Sylburgius, tuetur Hartungus, cum Cicero in libris, quibus usus est, fortasse ἀριστεύετε repererit: praesertim cum ea, quae sequuntur, *forti animo,* nonnisi duriter accommodari verbo *prandere* queant. Quis enim facile diceret *Prande forti animo?* et non potius cum poëta *audacibus avidisque mâlis?*“ Sed postrema quidem ratio, quamquam a multis, adeoque a recentissimo editore, prolata, nihili est. Quodsi enim scripsisset: *prandete animo forti,* non id dixisset: *fortes estote in manducandis et deglutiendis cibis:* sed: *cibum sumite, neque animum despondete, quamvis fortasse hoc ultimum prandium futurum sit, ita ut hodie apud inferos fortasse coenaturi simus.* Bouhierius ex vestigiis Codd. in quibus est *Semida, semidea, semidem, semidam,* Leonidae nomen a Cicerone non fuisse scriptum suspicabatur, cum facillime ab unoquoque intelligi possit, coniiciebatque collatis scriptoribus Graecis: *Quis* (quibus) *ille dux: De prandio, ait, surgite animo forti: hodie apud inferos fortasse coenabimus.* Non male: sed nimis audacter. Idem ad verba: *Fuit haec gens — vigebant* haec: „Omnino

gens fortis, dum Lycurgi leges vigebant. E quibus unus, quum Perses hostis in colloquio dixisset glorians, *Solem prae*

---

non videntur haec loco esse proprio ac suo. Fortasse irrepserunt in orationis seriem e margine, ubi erant explicando alteri Simonidis versui collocata. Quodsi non eiiciuntur prorsus, reiiciantur certe ad calcem huius capitis. Satis commode stabunt ante haec verba: *Estote fortes et duri Spartiatae.*" Quodsi semel traiectione locum turbatum cum Ernesto concesseris, hanc quoque transpositionem haud incommodam concedes. Ego vero haec omnia referre, quam aliquid mutare malui, cum certi nihil ex libris erui possit, facileque, quodcunque mutaveris, Ciceroni potius vim intulisse, quam librarios correxisse videaris. In eadem fere sententia video esse Orellium, qui posteaquam Bentleii et Davisii suspicionem proposuit, sed, ait, ut fit, Ciceronem potius, quam librarios reprehenderunt. Certe quod aiunt *e quibus*, nisi eiicias illa omnia: *quid — vigebant*, non habere, quo referatur; id verum non est. *E quibus* per σύνεσιν commode refertur ad v. *gens*, quod est nomen collectivum. Ita noster Accadd. II. 32. 103: *Academia — a quibus* (sc. Academicis) *nunquam dictum sit:* de Off. I. 34. 122: *haec aetas a libidinibus arcenda est — ut eorum* — (sc. adolescentium) — *vigeat industria.* Iam vid. de hoc loco disputantem et verba omnia inter *Quid* et *vigebant* pro glossemate haud improbabiliter habentem C. D. Beckium in Commentt. de Glossematis in Veterum libris (4. Lips. 1831.) I. p. 8. *Mr.*

hodie apud inferos fortasse coenabimus] Scripsit Dav. *cenabimus*, secutus, opinor, Aldum et multos lapides. V. Aldi Orthogr. p. 24. Ed. Plant. Et est in Orellii. V. Cl., Inscriptt. T. I. n. 686. *cenarent*; n. 2493. *cenatorium.* Sed ibid. T. II. n. 4323. 4324. est *coenacula.* Conf. Cellarii Orthogr. p. 210. Nolten. Lex. Antibarb. p. 41. Grotefend. Orth. Lat. §. 132. Ceterum quod hic quoque *coena* ducit cum prioribus a *κοινός*, fallitur: est enim a *δοίνη*. In Ed. H. est *fortasse apud inferos.* Duisb. omittit *fortasse.* Mox Cod. Aug. habet *gens forti animo.* Gud. 2. *num* pro *dum.* Unus Ox. *vivebant* pro *vigebant. Mr.*

E quibus unus — *in umbra igitur pugnabimus*] Dieneces fuit appellatus, ut tradit Herodotus lib. VII. cap. 226. qui tamen refert hunc Laconem non Persae, sed Trachinio cuipiam ita respondisse; unde Ciceronem *μνημονικοῦ σφάλματος* insimulat Pet. Victorius Var. Lect. lib. XVII. [est lib. XXVII. p. 779.] cap. 9. Quin et Valerius Maximus, qui nostrum fere ducem sequitur, ab eo iam diversus abit; haec enim habet lib. III. cap. VII, 8. ext. *Referente quodam, Sagittis Persarum Solem obscurari solere:* Bene narras, *inquit*, in umbra enim melius praeliabimur. Praeterea monendus est Lector, Plutarchum Apoph. Lacon. pag. 225. Scholiasten Aristophanis in Vespas vs. 1079. Stobaeum Serm. VII. pag. 86. et Suidam hoc ipsi Leonidae *ἀποφθεγμα* tribuisse. *D.*

quum Perses hostis etc.] Unus Ox. *dum* pro *quum.* Mon. 1. *Persis.* Formam *Perses* habet etiam Corn. Nep. de Regg. 1. ubi vid. interprr. p. 102 sq. ed. Bardili. Eandem habet formam ipse Cicero de Rep. I. 27. p. 113: *Cyrus ille Perses:* ubi erravi dicens in annot. Nominativum huius nominis gentilis alibi non legi apud Ciceronem. Mox Mon. 1. *multitudinem.* Idem omittit *et* cum uno Ox. Cod. Duisb. habet *et sagittarum multitudine.* Unde aliquis coniiciat verba *et sagittarum* glossatori deberi, qui sagittas apud Valerium Maximum legisset loco a Dav. laudato: praesertim cum alio glossemate etiam

iaculorum multitudine et sagittarum non videbitis: In umbra
102. *igitur*, inquit, *pugnabimus.* Viros commemoro. Qualis tandem Lacaena? quae quum filium in proelium misisset, et interfectum audisset: *Iccirco*, inquit, *genueram, ut esset, qui pro patria mortem non dubitaret occumbere.*

---

legatur in Edd. P. A. B. S. E. Ven. nostr. et Asc. 1. *sagittarum umbra.* In Cod. Rehd. pro *non* argutia correctoris scriptum est *vix. Mr.*

In umbra igitur, inquit, pugnabimus] Peiore ordine Grut. Ern. Lall. Oliv. Bip. Schz. Nobb. *in umbra, inquit, igitur pugnabimus.* Sed nostrum ordinem servant et Edd. vett. omnes et libri MSS. exceptis, ut videtur, aliquot Oxx. in quorum uno legitur: *inquit melius pugnabimus igitur.* Vind. 2. et alius Ox. omittunt *igitur.* Duisb. habet *igitur pugnabimus inquit.* Ceterum vid. ad Herodoti locum a Dav. laudatum Wessel. et Valckenar. T. VI. P. 2. p. 61. p. 926. 927. Gaisford. *Mr.*

Viros commemoro.] Unus Ox. *viros cum memoro.* Gud. 1. *viros commemoro qualis qualis tandem Lacaena.* Laudatur a Kühnero haec narratio ex Stobaeo Serm. C. VI. p. 576. est autem Serm. 106. p. 576. ed. Aur. Allobr. et Serm. 254. p. 845 sq. Ed. Frcf. Wechel. *Mr.*

Quae quum filium in proelium misisset] Post filium additur *suum* in Codd. Gud. 2. Marb. Gud. praeter necessitatem. Ad v. *misisset* Gebhardus: „Pal. 2. *misset.* Pal. 5. *amisisset* hoc est *amandasset.* ut supra." Sed nunquam *amittere* Ciceroni est i. q. *amandare.* In seqq. Ed. H. *eum genueram:* et ita etiam Cod. Aug. et MS. in marg. Verb. unus Ox. *cum genueram.* Volebat librarius sine dubio *eum.* Solus Cod. Mon. 1. *occumberet. Mr.*

Idcirco, inquit, *genueram*] De sexu femineo dicitur. Sic N. D. II, 51. *Pisces, ut aiunt, ova cum* genuerunt, *relinquunt.* Phaedrus lib. III. Fab. XV, 14. *Cuius potestas nulla in* gignendo *fuit;* quod recte Schefferus explicat: non enim opus est, ut cum Nic. Heinsio reponamus *cuius potestas nulla gignendi*, vel *gignentis, fuit.* Vide Seb. Pfochenium de Stil. N. T. §. 43. Ad historiam quod attinet, Teles apud Stobaeum Serm. CVI. pag. 576. *Γυνὴ Λακωνική, ἀπαγγείλαντος αὐτῇ τοῦ κήρυκος· ὁ υἱὸς ἐν τῇ παρατάξει τετελεύτηκε· ποῖός τις, ἔφη, γενόμενος; ἀνὴρ ἀγαθός, ὦ μῆτερ. Εὖ γε, ὦ τέκνον, φησί· τούτου γὰρ ἕνεκά σε, φησίν, ἐγέννησα, ἵνα χρήσιμος καὶ βοηθὸς ἦσθα τῇ Σπάρτῃ.* Meminit etiam Plutarchus Lacon. Apoph. pag. 241. *D.*

Iccirco, inquit, genueram,] Gignendi verbo de muliere utitur etiam Cicero de Fato; c. XV. 34. *Hecuba* Alexandrum *genuisse* dicitur. Est vero ibi zeugma: scribitur enim: *nec Hecubam causam interitus fuisse Troianis, quod Alexandrum genuerit*: nec *Tyndareum Agamemnoni, quod Clytaemnestram.* Appulei. Metamorph. V. p. 116. Bip. Venus ait: *Velim ergo scias, multo te meliorem filium alium genituram. Mr.*

ut esset, qui pro patria mortem non dubitaret occumbere.] Cum et Cicero et alii scriptores fluctuent in constructione verbi *occumbendi*, sequenda erat ea ratio, ut id reciperemus, quod non facile ex correctione ortum esse videretur, et tamen Ciceronianum videri posset. Eaque visa est constructio *occumbere mortem*, quasi *cumbere ob mortem* (in den Tod sinken): et habent Accusativum duo Oxx. Marb. Rehd. Mon. 1. Vind. 1. 2. duo Oxx. Edd. H. Asc. 1. Rob. et Car. Steph. Leod. Ald. Sturm. Sylb. HWolf. Boul. Brut. Lambb. recc. ex Reiskianis Med. 2. Scur. Ald. Steph. ab Orellio collatae V. M. marg. Crat. Codd. Gud. et unus Palat. 2. et Ed. Goth. omittunt *mortem*, ut est Epp. ad Att.

Esto: fortes et duri Spartiatae: magnam habet vim rei 43
publicae disciplina. Quid? Cyrenaeum Theodorum, philosophum non ignobilem, nonne miramur? cui cum Lysimachus rex crucem minaretur, *Istis, quaeso,* inquit, *ista hor-*

III. 15. 5: *aut occubuissem honeste, aut victores hodie viveremus. Morte* habent septem Oxx. Reg. Gud. 1. Aug. Mon. 2. Gud. Duisb. septem Gruteri. Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Cam. Junt. Asc. 2. Ex Reiskianis Ven. 1. 2. Med. 1. *Morti* dedit Lamb. et habet ex eo Fr. Fabr. indeque HWolf. pro varia lectione. Vid. Ruddimanni Inst. Gr. Lat. II. p. 145. De locutione *mortem occumbere* v. Drakenb. ad Liv. XXXI. 18. 6. p. 490. T. IX. Ed. Stuttg. *Mr.*

c. 43. *Esto: Fortes et duri Spartiatae:*] Paucissimi libri habent *Esto,* plurimi *Estote.* Est tamen *esto* in duobus Oxx. Reg. Gud. 1. Duisb. Edd. V. Rob. Steph. (sed in his sine distinctione) M. Ald. Boul. Brut. Leod. Sylb. HWolf. Car. Steph. recc. *Esto* est i. q. *concedo.* Sic de Finn. II. 19. 61: *Esto: fecerit, si ita vis.* Or. pro Sext. Rosc. Am. 27, 74: *Esto: causam proferre non potes.* Divinat. in Q. Caecil. 15, 47: *Esto: ipse nihil est, nihil potest.* Quare mireris sane Reiskium, qui in suis Edd. vett. reperisset illud *Estote,* „Recte vero, dixisse: et sic ipse quoque conieceram. Sententia est: post haec vestrae fortitudinis edita specimina nemo iam dubitabit, Spartiatae, vos esse fortes. Estote fortes, per me perque sapientes omnes vobis esse fortibus licebit." Ortum est illud *estote* ex veteri cuiusdam librarii correctione, qui *Spartiatae* Vocativum esse crederet. Alius, qui *esto* secundam personam esse existimaret, ut scriptor Cod. Duisb. perrexit *fortis et durus Spartiate,* quasi hic sit Voc. sing. Mire unus Ox. *Esto fortis et durus, parcitate tibi et patientia:* ubi vides, quod saepe videre licet, librarios, cum semel in errorem inciderunt, in alia omnia delabi, quam ad veritatem redire solere. Tenendum autem, Ciceronem Lacedaemonios nunquam *Spartanos* dicere, semper *Spartiatas:* v. c. Tusc. II. 15 et 16. V. 27. de Div. I. 34. 76. Illud bis habet Corn. Nepos: XVI. 2. 4. XXI. 1. 2. *Mr.*

rei publicae disciplina] Bentleii coniecturam *publica disciplina* (ut dicitur infra c. 46. 110.) in Ed. 2. recepit Dav.; in tertia restituit vulgatam. Et merito. Quod enim ait Bentleius *rei publicae disciplinam* nec legere se meminisse, nec dici posse arbitrari: prius sibi habeat: posterius quod scripsit, falsus est. Scripsit ipse Cicero in Hortensio: (apud Nonium v. *cognoscere* p. 275. Ed. Cic. Orell. T. IV. 2. p. 480.) *Unde autem facilius, quam ex annalium monumentis, aut bellica res, aut omnis rei publicae disciplina cognoscitur?* In antecedentibus Ed. H. *vim habet.* Pro *rei publicae,* unus Ox. *regia,* alius *Ro. po;* errore ex compendio R. P. orto, quod *rei publicae* legendum erat: cuius loco stupor librarii populum Romanum in Peloponnesum transtulit. *Mr.*

Cyrenaeum Theodorum] De hoc Theodoro, qui deos sustulit, unde ἄθεος dictus, et tum Athenis tum Cyrenis eiectus est, vid. Diog. Laert. II. 86. 97. 101 sq. Cic. de N. D. I. 1. I. 23. I. 42. et infr. V. 40. Pro *non ignobilem* MS. in marg. Verb. et Ed. H. *nobilem.* Pergit Cod. Aug. *non esse miramur.* Mon. 1. *mirabimur.* Vind. 1. *admiramur:* quod est correctoris: idem statim correxit *qui cum ei* pro *cui cum.* Mon. 1. *cui non.* Vocem *rex* omittit unus Ox.; Vind. 1. habet *minitaretur,* oculo ad lin. sequ. aberrante: nisi consulto librarius Ciceronem utroque loco idem verbum ponere coëgit. *Mr.*

Istis, quaeso, inquit, ista etc.] Coniectura Rathii pro *istis* corrigentis *ista,* plane supervacanea est: neque opus est hac anaphora:

ribilia minitare purpuratis tuis: Theodori quidem nihil interest, humine an sublime putescat. Cuius hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione et sepultura dicendum existimem: rem non difficilem; iis praesertim cognitis, quae de nihil sentiendo paullo ante dicta sunt. De qua Socrates

---

ista — ista. De positione verbi *quaeso* ante *inquit* vid. M. Hoffmann. in Jahnii Annall. Philoll. 1828. II. 3. p. 269. Cod. Vind. 1. pergit: *terribilia purpuratis tuis minitare.* De usu vocis *purpurati* vid. Ol. Borrichium de variis L. L. aetatibus p. 80. Vocem *tuis* omittit Cod. Aug. Ad locutionem *humine an sublime* Lambinus „Sic, ait, habent omnes libri et MSS. et impressi: neque video, cur quicquam mutandum sit. Nam *sublime* adverbium est, significans hic quietem in loco: interdum motum ad locum. De quo in Commentationibus Lucretianis." [Videlicet p. 176 sq. et 640 sq. ed. Frcof. Wchel.] Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. II. p. 100. Unus Ox. habet *humile ac subl.* Gud. *an in sublime.* HWolf. al. *in sublimi.* Duisb. *an sullime.* Unus Ox. *sublimi.* Gud. 2. *homine.* Scripsi autem *putescat* pro *putrescat* ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. cum Or. et Tbn. Et est ita scriptum in multis Codd. idem verbum de N. D. II. 64. vid. ed. Cr. et nostr. maj. p. 477. Quod vero laudat Or. eandem formam ex Cic. de Finn. V. §. 38. in eo fallitur: est enim ibi *putisceret.* Unus Ox. habet *putrescam. Mr.*

Theodori quidem nihil interest] Plutarchus Tom. II. pag. 499. *Καὶ τί Θεοδώρῳ μέλει πότερον ὑπὲρ γῆς ἢ ὑπὸ γῆς σήπεται;* Ea sic expressit Seneca de Tranq. cap. XIV. *O te ineptum si putas interesse, supra terram an infra putrescam.* Ciceronem sequitur Valerius Maximus lib. VI. cap. 11, 3. extr. Similiter Alexandro respondisse fertur Anaxarchus. Aristoteles in Chriis: *Ἀνάξαρχος ὁ φυσικός, εἰπόντος αὐτῷ Ἀλεξάνδρου ὅτι χρεμῶ σε· ἀπείλει τούτοις, ἔφη, τοῖς πολλοῖς· ἐμοὶ δὲ οὐδὲν διαφέρει ὑπὲρ γῆς ἢ κατὰ γῆς σήπεσθαι.* Apud Stobaeum Serm. VII. pag. 88. *D.*

Theodori quidem — putescat] Ad sententiam cf. Creuzer. ad Plotin. Enn. I. 4. 7. p. 34. ed. prc. *Mr.*

admoneor, ut aliquid etiam] Cod. Duisb. *ammoneor.* Unus Ox. *autem* pro *etiam.* Ed. H. *de humatione etiam.* Cod. Aug. *dicendi.* Unus Ox. et Marb. *existimemus.* Male: nam non loquitur Cicero ut scriptor, sed ut homo, qui cum altero sermonem conserit. Ad v. *rem non difficilem* HWolfius annotavit dictum hoc esse pro *re non difficili:* nimirum ut pendeat a praepositione *de.* Pendent autem ea verba ab *aliquid dicendum,* et participii instar sunt habenda pro: quod quidem dicere non est difficile. Cod. Marb. habet *rem vero difficilem,* permutatis compendiis *uō* et *nō.* Quid intersit inter *humationem* et *sepulturam* de eo vid. interprr. ad Cic. de Legg. II. 22. p. 332. sq. et 678. ed. nostr. Add. Ruhnken. ad Terent. Andr. I. 1. 101. p. 21. ed. Schopen. p. 30. ed. Bruns. Auson. Popma p. 387 sq. ed. Messerschm. Ernesti Lat. Synonymik T. I. p. 135. Habicht: Lat. Synonym. p. 558 sq. *Mr.*

de nihil sentiendo] Haec tria vocabula, ut constructionem aevo Ciceroniano indignam, eiicienda existimabat Bouhierius, praesertim cum hoc quoque auribus ingratum accedat, quod quater se excipiant formulae *de humatione — de nihil — de qua — de quo:* praeterea verba *de qua* ad humationem referenda esse ait, a quo, si illa serves, nimium distare videantur. Accedit Ern. qui „Hoc mihi, ait, glossema videtur. nam quae ista Latinitas *de nihil sentiendo dicere!*" Sed merito neminem obsequentem nactus est. Rara quidem est con-

quidem quid senserit, apparet in eo libro, in quo moritur: de quo iam tam multa diximus. Quum enim de immorta- 103.
litate animorum disputavisset, et iam moriendi tempus urgeret, rogatus a Critone, quem ad modum sepeliri vellet, *Multam vero*, inquit, *operam, amici, frustra consumpsi: Cri-*

---

structio, et vix sexies, teste FAWolfio, apud Ciceronem obvia: sed proba. Laudat idem Cic. de Finn. I. 2. *de bene beateque vivendo disputare.* Add. ad Famm. VIII. 6: *de intercalando.* Cic. de N. D. II. 25: *de dividendo ac partiendo*: ad Att. IX. 1. extr. *de Transeundo in Epirum.* Vid. de hac constructione Jahnii Anall. Philologg. 1829. II. 4. p. 413. Videtur scriptor Cod. Duisb. item offensus esse, quare egregie correxit *de nihilo sentiendo.* Ceterum abiectis illis verbis sententia quoque obscuraretur. *Mr.*

De qua Socrates quidem quid senserit] Unus Ox. *qua* pro *qua.* Gud. habet *quidem Socrates.* Ed. H. omittit *quidem;* et unus Ox. *quid:* errore inde orto, quod utrumque vocabulum compendiis iisdem fere scribitur; quorum differentia non animadversa librarius *διτρογραφίαν* corrigendam sibi esse existimabat. In Gud. 2. est *qui* pro *quid. Mr.*

in quo moritur] Phaedonem Platonicum intelligit p. 115. c. Steph. p. 260. Bip. Rathius h. l. infeliciter corrigi volebat *ex eo libro,* neque felicius verba: *in quo moritur,* ut ab aliena manu addita, deleri iussit. Varios huius libri appellandi modos vide in annot. C. Beieri ad Cic. pro Scauro p. 148. Verba *de quo* omittit Cod. Duisb. qui habet *tam multa iam diximus; tam* abest a Cod. Gud. et Ed. H. Verba *tam multa* absunt a Cod. Rehd. Quod ait Billerb. *de quo — diximus* esse i. q. *ex quo excerpsimus:* id falsum est. Pergit Gud. 2. *quum iam de.* Idem cum Aug. Edd. S. E. *disputasset. Mr.*

et iam moriendi tempus urgeret] Cod. Marb. *etiam.* Ed. H. omittit *iam.* Davisius scripsit *urgueret:* de qua scriptione vid. Nolten. Lex. Antibarb. p. 193. Cellarii Orthogr. Lat. p. 387. ibiq. Harles. Hunc locum Jo. Valensis in Compendiloquio (Venet. 1496. 8.) p. 190. b. ita scriptum exhibet: *et tempus moriendi urgeret: rogatus a critone quemadmodum sepeliri vellet, multam, inquit, vere operam consumpsi. Tritoni enim nostro non persuasi s. adhuc me adulaturum neque quicquam me hic relicturum. Veruntamen, Trito, si me assequi poteris, aut si cum nactus eris, ut tibi videbitur, sepelito. Sed me, credo, nemo vestrum, cum hinc excessero, consequetur. Mr.*

Multam vero, inquit, *operam*] Haec Latine reddita sunt ex Platonis Phaedone pag. 401. ed. Lugd. Ea de Apollodoro dixisse Socratem refert Aelianus V. H. lib. I. cap. 16. *D.*

Multam vero, inquit, operam] „Cf. etiam auct. Epist. Socraticae XIV. p. 22. cum Allatii notula p. 219. ed. Orellian." *Schuch. Vero* h. l. affirmandi vim habet, estque i. q. re vera, sane. Vid. nos ad Cic. de Div. II, 8. p. 322. Unus Ox. habet *multa.* Ed. H. omittit *vero.* Marb. omittit *inquit.* Duisb. habet *operam, inquit.* Rehd. *operam, inquit, frustra consumpsi, amici.* Gud. *amici causa frustra consumpsi.* Vind. 1. *frustra, amice.* Unus Ox. *contempsi;* Gud. 2. omittit *frustra.* Unus Ox. habet *cum* pro *enim.* In Cod. Mon. 2. ita scriptum est, ut nescias, utrum librarius voluerit *nunc non,* an *non nunc.* Cod. Duisb. habet *nondum* ubi agnoscis correctorem: unus Ox. pro *non* habet *nunc.* Tum Cod. Vind. 1. *evolaturum:* duo Oxx. Aug. Edd. quas Reisk. contulit, Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Ald. nostrae Ven. Asc. 1. Junt. *advolaturum.* Ed. H. *volaturum.*

toni enim nostro non persuasi, me hinc avolaturum neque mei me quicquam relicturum. Verumtamen, Crito, si me assequi potueris; aut sicubi nactus eris, ut tibi videbitur, sepelito. Sed, mihi crede, nemo me vestrum, quum hinc excessero, con-

---

neque mei me quicquam relicturum] Vulgo *neque quicquam mei relicturum.* Sed Codd. fere omnes aliter. Bentleiani *me quicquam rel.* et ita nostri Mon. 1. 2. Vind. 1. Reg. Gud. 2. Aug. sex Oxx., unus eorum *me quicquam hic rel.* Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 3. 8. p. 11. ex bonorum, ait, codd. satis expressis vestigiis *meimet* scribendum. Qualia vero sint illa vestigia, non dixit. Suspicor igitur eum reperisse in aliquo Cod. quod ego in Codd. Marb. et Gud. quorum ille *mei quicquam*, hic *meme quicquam*. Quare et mihi licere existimavi ex horum Codd. vestigiis corrigere vulgatam, librorum MSS. auctoritate fere destitutam (nonnisi duo Oxx. exhibere videntur *quicquam mei*); rescripsi igitur *mei mē quicquam*; quod quam facile corrumpi potuerit, manifestum est. Quantopere autem coniungere amet Cicero pronomina possessiva et personalia, non est, quod doceam. Reliquorum librorum lectio haec est: Gud. 1. utrumque Pronomen omittit, Rehd. habet *nec quidquam me rel.* Ed. H. cum plurimis Codd. *me quicq.* Edd. P. A. B. C. H. V. Ven. nostr. Cam. Asc. I. 2. Junt. Rob. Steph. a Reiskio collatae Ven. 1. 2. Med. 1. 2. *quicquam me.* Reliquae *quicquam mei.* De Div. II. 2. 6. est *ut me meae poeniteret*: ubi Grut. et Verb. ediderunt *me mei. Mr.*

Assequi poteris] Sic recte Cl. Bentleius. Vulgo *potueris. D.*

si me assequi potueris] Restitui Codicum et Edd. omnium lectionem, quam Bentleius ideo mutavit, quia sequitur *nactus eris.* Exspectabat nimirum, ut conveniret cum futuro exacto *potueris*, scriptum *nactus fueris.* Sed, quod vere monuit FAWolfius in Scholis, *nactus eris* non minus est futurum actionis exactae, et haec adeo forma Ciceroni frequentior est altera. Quam saepe autem Cicero scribat *si potuero* praecedente vel subsequente Futuro, non est, quod doceam post ea, quae posui ad Cic. de Rep. I. 43. p. 171. coll. p. 616. add. Heinrich. ad Cic. de rep. p. 204. Futurum enim exactum ideo ponendum fuit ex grammaticae legibus, quia pendet ab imperativo *sepelito*, qui habet vim futuri. Ad usum verborum *assequi — nancisci — consequi* cf. Forcellini Thes. Lat. v. *nanciscor.* Grotefend. Comm. z. d. Mat. Lat. Stylüb. VII. 14. 6. p. 138. quos laudat Kühnerus. Add. Ernesti Lat. Synon. I. p. 121. Habicht. Lat. Synonym. p. 167 sq. In Cod. Gud. est *natus* correctum in *nanctus*: quae est antiqua scriptio. Vid. Fragmentum Vaticanum Historiarum Sallustii L. VIII. nuper descriptum in Seebodii N. Archiv f. Philol. u. Paed. 1830. 20. p. 155. *Mr.*

Ut tibi videtur] Vulgo *vidēbitur.* Nos Reg. Elians. sec. Balliol. et Bak. fidem damus; Plato enim habet, *ὅπως ἄν σοι φίλον ᾖ.* Stobaeus Serm. CXII. pag. 614. *Ὅπως ἂν ὑμῖν — ᾖ ᾧτινον. D.*

ut tibi videbitur] Restitui *videbitur* pro Bentleiano *videtur*, quod nonnisi a Boubierio dubitanter probatum et in Ed. Tbn. receptum video. Mireris sane, Bentleium, qui probe sciret, Ciceronis versionem liberiorem esse, ad Tempus etiam Latina verba Graecis adaptare voluisse: sed magis etiam mireris, eum non vidisse, ipsum hoc Futurum accurate Graecis *ὅπως-ἂν ᾖ* respondere. Et habent *videbitur*, praeter Edd., Codd. duo Oxx. Vind. 1. Marb. Gud. 2. Aug. Gud. Bern. MS. in marg. Ed. Asc. 2. vetus Car. Steph. et omnes Gruteriani, ut ex eius silentio colligere licet. *Tibi* omittit unus Ox. *Mr.*

nemo me vestrum] Vocem *me*, operarum, ut videtur, errore, non

sequatur. Praeclare id quidem, qui *et* amico permiserit, *et* p. 171.
se ostenderit de hoc toto genere nihil laborare. Durior a.
Diogenes, *et* is quidem idem sentiens, sed, ut Cynicus, aspe- 104.

---

habet Ed. Alt.; Ed. H. habet *vestrum nos*. Cod. Rehd. *nemo me vestrum consequatur*. Pro *excessero* Cod. Vind. 1. *discessero*, quod est interpretis. Sed illud verbum Ciceroni hac sententia frequentius et proprium: *discedendi* verbo quo modo utatur, notum est. Post *praeclare* Verb. in MS. Reg. esse scriptum *is* pro *id* refert, cuius scriptionis in nostra collatione non est vestigium. In seqq. male coniecit Rathius *qui id amico permiserit*, iam notatus a Censore Jenensi l. c. p. 393. Addit enim, quod intelligi potest: demit, quo demto inepte loquitur Cicero: quasi narrare voluerit, Socratem a se ipso sepeliendo abstinuisse idque amico permisisse. In Duisb. est *persuaserit*, *sequi*; sed supra lin. *miserit*. Rehd. mox *de toto hoc genere*, nimirum ut elegantior sit verborum ordo: quod studium per totum Codicem admodum est manifestum. Pro *laborare* perperam legitur *elaborare* in quinque Oxx. Mon. I. 2. Edd. P. A. B. S. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. et quas contulit Reisk. excepta Steph. Codi Rehd. omittit *durior*. *Mr.*

Et is idem *sentiens*] Vulgo *et* id quidem *sentiens*. At Eliens. pr. atque Reg. *et is quidem*: unde Cl. Bentleius rescripsit *et is idem sentiens*. Recte; nisi forsan Cicero dedit, *et is* quoque *idem sentiens*. *D.*

et i s quidem i dem sentiens] Ita scripsi, non tam Wolfio obsecutus, cum Sohz. Koel. Or. Tbn., sed quia, sic tantum si scripsit Cicero, librorum varietas quomodo oriri potuerit, intelligo. Si enim scriptum fuit: ETISeaVIDEM i. e. *et is quidem idem*, alius, literas bis legendas negligens, *et is quidem* scripsit (et sic tres Oxx. Cod. Bentleii, Bern. Gud. I. 2. Duisb. Gud.) alii. Accusativum desiderantes, semel amisso *idem*, mutarunt *is* in *id*: et sic sex Oxx. Marb. Mon. I. Vind. 2. Bern. (in marg.) Rehd. (qui pro *sentiens* habet *sciens*) et Edd. vett. (exceptis Lamb. Fr. Faber et HWolf. quae exhibent: *et idem quidem sentiens*, ex Lambini emendatione) Grut. Ern. Lall. Oliv. Bip. et hi quidem omnes habent: *et id quidem sentiens*. Nobbius, ut Bentleio obsequeretur, et coniecturam tamen significaret: *et is* [*qu*]*idem*. Boubieno placebat Bentleii emendatio: malebat tamen ipse *etsi idem sentiens*. Ern., qui in MS. Guelf. reperisset *et is quidem*, servavit quidem *et id quidem*, sed cum durius scriptum ei videretur *et idem quidem sentiens*, quae est Lambini emendatio, coniecit *et idem sentiens*. Nissenius, cui satisfaciebat vulgata, tamen non male coniecit *isque idem sentiens*. Goerenzius ad Cic. de Finn. II. 5. 15. p. 135. abiecto *et* scribi volebat *Diogenes, is, qui, idem sentiens*. Rathius denique, ne plane ἀσύμβολος discederet, coniecit elegantissime: *Diogenes, sed id idem sentiens*. Ego nihil addo ad eos vel refellendos vel, quae ex Codicum vestigiis manifestis exhibeo, defendenda. Sententia perspicua haec est: quamquam idem sentiebat Diogenes, quod Socrates, tamen id, ut Cynicus, asperius elocutus est. Solas. Cod. Aug. habet: *ut his* (voluit fortasse *is*) *quidem sentiens*; solus item Vind. 1. *et is quidem recte sentiens*, ubi agnoscis manum correctoris, non inepti quidem, sed correctoris tamen. Ne vero quempiam cum Ernesto offendat ista παρίσχησις *quidem idem*, is videat exempla sat multa a Beiero collecta ad Cic. Lael. 21, 79. p. 122 sq. Add. Ochsn. ad Cic. Eclogg. p. 483. 100. 240. 352. nos ad Cic. de Div. II. 2. p. 298. Sillig. in Jahnii Annall. Philoll. 1829. I. 1. p. 28. *Mr.*

rius, proiici se iussit inhumatum. Tum amici, *Volucribusne et feris? Minime vero,* inquit, *sed bacillum propter me, quo abigam, ponitote. Quî poteris?* illi: *non enim senties. — Quid*

Proiici se iussit inhumatum] Inter scriptores hac de re non convenit. Diogenes Laertius lib. VI. §. 79. *Ἔνιοι δέ φασι τελευτῶντα αὐτὸν (Διογένη) καὶ ἐντείλασθαι ἄταφον ῥίψαι, ὡς πᾶν θηρίον αὐτοῦ μετάσχοι· ἢ εἰς γε βόθρον συνῶσαι καὶ ὀλίγην κόνιν ἐπαμῆσαι· οἱ δὲ, εἰς τὸν Ἴλισσον ἐμβαλεῖν, ἵνα τοῖς ἀδελφοῖς χρήσιμος γένηται.* Eum quidem *προστάξαι τῷ παλαιστροφύλακι, ἐπειδὰν αἴσθηται ἀποπεπνευκότα αὐτόν, ῥίψαι εἰς τὸν Ἴλισσον.* confirmat Aelianus V. H. VIII, 14. Quaeritur autem, qui canibus (hos enim fratres suos vocat) utilis esse possit, si in flumen sit abiectus; cum potius hoc modo pisces eum devorarent. Alii alia ratione locum tentant; sed omnium optime coniecit incomparabilis ille Sam. Bochartus, qui rescribit, *ὀλίγην κόνιν ἐπαμῆσαι, ἵνα τοῖς ἀδελφοῖς χρήσιμος γένηται· οἱ δὲ εἰς τὸν Ἴλισσον ἐμβαλεῖν.* Canes enim pulverem superiniectum solent unguibus amovere, quo facto Diogenis corpus iis esca fieret. Vide porro Stobaeum Serm. CXXII. pag. 614. *D.*

Proiici se iussit inhumatum] Ante haec unus Ox. *ubi Cinichus.* Cod. Aug. *proiecisse iussit*: unus Ox. *se dixit.* Ad verba et sententiam cf. Garaton. ad Cic. pro Mil. c. 13. p. 198. ed. Orell. Locus Stobaei est in Ed. Gaisford. T. III. p. 490. Post haec unus Ox. Mon. 1. 2. Ed. H. *tunc* pro *tum.* Male. Vid. Habicht. Synon. Handwörterb. p. 603 sq. *Mr.*

Volucribusne et feris?] Cod. Marb. *volucribusque.* Aliter hunc locum laudat Jo. Valensis l. c. p. 183. sed ita, ut ex memoria fere laudasse eum videatur. *Diogenes* (scribit) *moriens iussit se prohici inhumatum. Cui cum amici dicerent, quod a feris devoraretur, respondit: minime, sed baculum, quo abigam, ponetote. Cui dicunt: quid poteris non sentiens tunc? at ille: Quid igitur ferarum laniatus mihi non sentienti oberunt?* — In seqq. legitur *baculum* in uno Ox. Codd. Rehd. Gud. Aug. Ed. H.; *batillum* in alio Ox. Loco praepositionis *propter* multi libri habent *prope.* Sed *propter* tuentur Codd. quatuor Oxx. quinque Gebhardi. Duisb. Reg. Gud. 1. Vind. 1. Marb. Mon. 2. Edd. Lamb. marg. Grut. Leod. Gebh. et recc. omnes. Fr. Fabricius, in Cod. Col. eandem lectionem esse referens „*Propter*, ait, vulgo locis permultis in *prope* esse mutatum, libri vetusti docent. Sic in Catone libri vulgati habent: [locus est in libro de Sen. XIV. 48. ubi vid. Gernh. et Otto p. 126 sq.] *Adolescentia voluptates prope intuens magis fortasse laetatur;* ubi *propter intuens* legendum esse non solum libri manuscripti, sed et Nonius testimonio est.“ Add. J. Gebhardi Crepundia c. 16. p. 54. p. 398. in Schminckii Syntagmate. Recentissime de constanti hac confusione locutus est pluribus locis allatis E. Wunder. in Praefat. ad Varr. Lectt. ex Cod. Erf. p. CXIV. sq. et p. LXIV. — Verba *propter me* absunt ab uno Ox., alius pergit *in quo.* Tum Cod. Marb. ut Jo. Valensis, *ponetote;* unus Ox. *ponite.* Ad sententiam cf. infr. c. 44. §. 106: locum ex poëta: *prius Quam ferae volucresque* — Adhibuit nostrum locum Petronio Satir. (p. 57: verbis: *ferae tamen corpus lacerabunt*) Gonsales de Salas in Comm. in Petron. p. 302. (Frcof. 1629. 4.) *Mr.*

Bacillum propter me] Suppositicius Diogenes in Epist. ad Hippionem pag. 343. ed. Genev. *Ἐγὼ γοῦν ἔγνωκα ἀποπνεύσαντί μοι παρατεθῆναι τὸ βάκτρον, ἵνα τὰ δοκοῦντα λυμαίνεσθαι ζῶα ἀπελαύνωμι.* Ex auctore, quem prae manibus habuit Cicero, Sophista fingendae huiusce circumstantiae sumsit ansam. *D.*

igitur mihi ferarum laniatus oberit, nihil sentienti? Praeclare Anaxagoras: qui quum Lampsaci moreretur, quaerentibus amicis, *velletne Clazomenas, in patriam, si quid accidisset,*

Quid poteris? illi:] Tres Oxx. Gud. 1. 2. Aug. Mon. 2. *Quid poteris? illi:* Marb. *quid poteris illi?* Lamb. ex conj. et Fr. Fabr. *qui poteris? inquiunt illi.* Leod. *qui id poteris.* Sine dubio item ex coniectura. Poterat tamen antiquitus fuisse scriptum: QVID i. e. *qui id.* Sed nihil muto, quamvis lectio *quid* in antiquissimo Gud. 1. tale quid suadere videatur. Unus Ox. habet *quid prosit?* quod debetur acumini correctoris. Idem exhibet: *non enim sentiet.* In seqq. Cod. Vind. 1. omittit *mihi*, Duisb. eius vocis loco habet *in his:* unus Ox. *mihi, inquit. Mr.*

Praeclare Anaxagoras, qui etc.] Vid. quos laudat E. Schaubach. ad Anaxagorae Fragmm. p. 54 sq. (Lips. 1827.) Pro *Lampsaci* unus Ox. *lasti*, alius *Lasaci*, quod ortum est ex scriptione *Lamsaci*, quam habent Codd. Reg. Gud. 1. In Marb. est *Lasanti.* Pro *moreretur* Codd. Reg. et Gud. 1. *moretur* ex scriptione MORETVR. Quae maiuscularum literarum scriptio, si vel litera vel syllaba repetenda esset, a librariis neglecta, quot quantaque in scriptoribus latinis menda pepererit, vide docentem G. Scioppium de Arte Critica p. 61. 68. ed. Amstelod. 1682. Ad v. *moreretur* FAWolfius in Scholis dictum hoc esse ait, ut supra de Pompeio *quum aegrotaret* [I. 35.]. Minime vero! addit Or. Quod si esset, deberet h. l. dici posse: *quum mortuus esset*, ut supra commode: *quum aegrotasset.* Quod fieri nequit. Ego vero admonebo h. l. loci plane gemini, quo *mori* idem est, quod esse in mortis articulo, ut aiunt, vel moribundum esse, isque est de Div. II. 66. 135. p. 530. ed. nostr. (ubi vid. Kayserus noster, ὁ *μαχαίρης*): *cum Ptolemaeus — telo venenato ictus esset, eoque vulnere summo cum dolore moreretur;* idque dicitur de homine non re vera moriente, sed morti proximo, postea vero sanato. Hunc vero usum ex Graecorum scriptorum locis explicat J. H. Bremi in Allg. Schulztg. 1828. II. 145. p. 1195 sq. Ceterum mireris, a nullo librario correctionem pravam *moraretur* esse inductam. Solus Aug. habet: *qui cum iam Lanisati moreretur.* Nomen alterius urbis scribitur in uno Ox. *lacemonas*, in alio *Clatomenas*, in Marb. *Clasomenas*, in Gud. 2. *Clazomena. Mr.*

In patriam, si quid accidisset, auferri] Vulgo, *si quid* ei *accidisset, afferri.* Lectionem vero, quam recepi, praestant Reg. Med. et omnes fere Codices. Notarunt Editores, Graecos eodem sensu, εἴ τι πάθοι, dixisse; quod quidem proletarium est. Alexis apud Athenaeum lib. VI. pag. 244.

Ἂν γὰρ πάθῃς τι, πῶς ἐγὼ βιώσομαι.

Hermippus in Moeris apud eundem lib. XI. cap. X. pag. 448.

Ἢν ἐγὼ πάθω τι, τηνδὶ τὴν λεπαστὴν ἐκπιών,
Τῷ Διονύσῳ πάντα τἀμαυτοῦ δίδωμι χρήματα.

Sic enim legendi sunt hi versus, cum Trochaici sint; et omnino falsus est Is. Casaubonus, qui, factis παραδιορθώσεσιν, ad Iambicorum leges revocavit. Similiter παθεῖν τι dixerunt Heliodorus Aeth. VIII. pag. 392. IX. pag. 454. aliique plures. Ast reperitur loquendi ratio, quae cum Latina melius congruit, eandemque prorsus obtinet potestatem; eam tamen haud animadverterunt interpretes. Diogenes Laertius lib. V. §. XI. Ἔσται μὲν εὖ. ΕΑΝ ΔΕ ΤΙ ΣΥΜΒΑΙΝΗι, τάδε διέθετο Ἀριστοτέλης. Paullo post §. 12. ΗΑΝ ΔΕ ΤΗΙ ΠΑΙΔΙ ΣΥΜΒΗΙ ΤΙ — Νικάνωρ κύριος ἔστω· ΕΑΝ ΔΕ ΤΙ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΣΥΜΒΑΙΝΗι ΝΙΚΑΝΟΡΙ. Vide et §. 51, 54. ac Euripidem Alcest. vs. 136. *D.*

auferri: Nihil necesse est, inquit: *undique enim ad inferos tantundem viae est*, Totaque de ratione humationis unum tenendum est, ad corpus illam pertinere, sive occiderit animus, sive vigeat. In corpore autem perspicuum est, vel exstincto animo vel elapso, nullum residere sensum.

---

si quid occidisset] Ita, aucto quasi euphemismo, pro *si quid ei accidisset*, scripsi ex plurimis Codd., octo Oxx., omnibus Lallemanni, Col. omnibus Pall. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Bern. Marb. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. MS. in marg. Asc. 2. Edd. Ven. nostr. H. P. A. B. S. E. M. Asc. 1. Junt. Brut. Leod. Ald. Boul. Sylb. HWolf. Dav. FAWolf. Or. Quod vero dicunt (e. c. Fr. Fabr.), verbis *si quid accidisset* accurate reddi Graeca *εἴ τι πάθοι*, mireris sane: accuratius enim ea ipsa verba redderentur scribendo: *si quid ei accidisset*. Abest etiam *ei* ab omnibus, quas Reiskius contulit, Edd. Sequens verbum *auferri* exhibemus ex quatuor Pall. ex septem Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Colon. Duisb. Mon. 1. 2. Bern. Marb. Edd. P. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. Leod. Dav. FAWolf. Schz. Or. Tbn. Reiskianis Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Unus Cod. Pith. habet *conferri*, Codd. Vind. 1. et Aug. *deferri*, quod est correctoris. In reliquis scribitur *afferri*, nulla fere Codd. auctoritate. Male Bouh. coniecit *efferri*, quod esse ait verbum de sepeliendo proprium. Recte, nisi praecederet *Clazomenas*, in patriam. De eo, quem diximus, euphemismo, et de similibus (v. c. *si quid ei* v. *eo foret*, *si quid eo fuisset*, *si quid fuerit humanitus*, *si quid ei accideret*, *si ei humani quid evenisset*, *si quid humanum ei contigerit*, *si quid de eo accidisset*, vid. Muncker. ad Hygini Fabb. CIX. p. 202. ed. van Staveren qui ipsius Homeri locum addit Il. *κ*. 538: *ἀλλ' αἰνῶς δέδοικα περὶ φρένα, μή τι πάθωσιν Ἀργείων οἱ ἄριστοι*. Laudat Kühnerus Passowii Lex. Gr. v. *πάσχω*. — Unus Ox. habet *occidisset*, alius *accidisse*. Hic locus a Jo. Valensi l. c. p. 181. b. ita laudatur: *qui quaerenti ante mortem, an in patriam vellet afferri, nihil necesse est, inquit, tantum undique viae ad inferos*. *Mr.*

Undique enim ad inferos] Diogenes Laertius lib. II. §. XI. Anaxagoras *πρὸς τὸν δυσφοροῦντα, ὅτι ἐπὶ ξένης τελευτᾷ, Πάντα χόθεν, ἔφη, ὁμοία ἐστὶν ἡ εἰς ᾅδου κατάβασις*. Arcesilaus in Epigr. apud eundem IV, 31.

Ἀλλὰ γὰρ εἰς Ἀχέροντα, τὸν οὐ φατόν, ἴσα κέλευθα.

Porro *Teleti* apud Stobaeum Serm. XXXVIII. pag. 233. huiusce dicti pater est Aristippus. *Ἦ οὐ πανταχόθεν, φησὶν ὁ Ἀρίστιππος, ἴση καὶ ὁμοία ἡ εἰς ᾅδου ὁδός*; Similiter Epictectus. *Τί σοι μέλει*, inquit, *πόλῃ ὁδῶν καταβῇς εἰς ᾅδου*; *Ἴσαι πᾶσαί εἰσιν*. Apud Arrianum lib. II. cap. 6. *D.*

undique enim ad inferos tantundem viae est] Ridicula sane est annotatio cuiusdam editoris recentissimi, qui hoc ab Anaxagora dictum putat propter globosam terrae formam, quamvis circa polos aliquantum compressam. Cod. Mon. habet *in inferos*. Unus Ox. *via*, alius omittit hanc vocem, et pro *est* exhibet *et*. Alius pro *totaque de* habet *totaque quae de*? Ad v. *tantundem* vid. Jahnii Annall. Philoll. 1829. II. 4. p. 396. Ad formulam *Totaque* similes congessit Goerenz. ad Cic. de Legg. II. 7. p. 125. — In seqq. *illam* omittit Gud. 2. In Vind. 1. est *occidit*: male; pendet enim a *pertinere*. Eodem errore est *viget* in Edd. A. B. S. E. Mox Gud. 2. *perspicuum est*. In fine capitis Rehd. et Marb. *vel lapso*; posterior pergit *unum* pro *nullum*. *Mr.*

Scd plena errorum sunt omnia. Trahit Hectorem ad currum religatum Achilles; lacerari eum et sentire, credo, putat. Ergo hic ulciscitur, ut quidem sibi videtur. At illa sicut acerbissimam rem maeret: 44 105.

Vidi, videre quod me passa aegerrume,

c. 44. *Sed plena errorum sunt omnia*] Unus Ox. *erroris*. Rehd. *sunt omnia erroris*. Cod. Duisb. *religatum ad currum*. Aug. et Marb. *Ilium*. Res narratur ab Homero Il. XXII. 395. conf. Virg. Aen. II. 272. Pro *eum* Gud. 2. *enim*. Aug. *lacerari et sentire eum putat*, omisso *credo*: eundem verborum ordinem habet Cod. Vind. 1. nec vero omittit *credo*. Reiskii ad h. l. haec est annotatio: „*putat, credo ergo* Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Junt. Ald.; *putat, credo, ergo* Scur.; *sentire credo putat. Ergo* Steph. Videtur locus sic constituendus esse: *lacerari eum et sentire putat? Credo. Ergo hic* — Illud *credo* est affirmatio deridentis, idemque valet, quod *procul dubio*, vel *ut videtur*. Porro possunt quoque sequentia sic distingui: *Ergo hic ulciscitur? ut quidem sibi videtur.*" Tales annotationes prodeunt, si quis, Codicum subsidiis vel destitutus vel non utens, criticam factitare instituit. Illud *putat* nullus plane cod. MS. habet ante *credo*: sed habent Edd. P. A. B. S. E. C. Herw. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cam. Sturm Distinctiones immutatas iam mittimus. *Mr.*

Ergo hic ulciscitur,] Lamb. dedit *hunc*, nullo libro suffragante: secutus est eum, quamquam invitus, ut videtur, Fr. Fabr. Habet etiam *hunc* in parenthesi HWolfius. Codd. Rehd. Duisb. Mon. 2. *ut sibi quidem videtur*. In Ed. 2. Dav. ei viro in v. *illa* videbatur latere nomen proprium, ut vel *Iliona* legendum sit, vel aliud nomen. Reprehendit eum Bouhierius, monens solere Ciceronem in laudandis fabularum locis, quos cognoscere lectores sciret, uti pronomine *ille*, ut de N. D. 1. 6: *ut ille in Synephebis*, et paullo inferius: *ut queritur ille*. Eidem viro veri videtur simile, cum H. Columna ad Ennii Fragmenta, Andromacham intelligi (v. Fragmm. p. 239:). In qua sententia ei assentit FAWolfius. Hecubam intelligit Schützius. Sed recte Kühnerus inter utramque non decernit. Neglexit autem Boul. Addenda Ed. Dav. 2. ubi p. 394 deleri iubet illam annotationem, qua coniecerat *Iliona*. „Sana, ait, est lectio *At illa*: idemque loquendi genus adhibet Cic. lib. III. N. D. cap. 29. *Parumne subtiliter disputat Ille in Eunucho — Ille vero in Synephebis*. Sic et alibi." Pro *illa* in Vind. 1. est *alia*: sed in marg. *al. illa*. Vind. 2. voci *illa* superscriptum habet *mater*. Mon. 1. *illam*. Rehd. *ut* pro *sicut*. Duisb. *ut illa maeret mater sicut acerbissimam rem*: ubi vides glossam, quam habet Vind. 2., in orationis seriem receptam. Eiusmodi glossis et verborum traiectionibus consulto factis plenus est ille Codex. De formula *at illa* vid. Handii Tursellin. T. I. p. 420 sq. Ad usum verbi *maeret*, quod abesse ait a MS., nescio quo, Verb. vid. Gernhard. ad Cic. Lael. IV. 14. p. 36. Habet etiam unus Ox. loco verborum *at illa* nomen matris corruptum *Eccuba*: alius pro *sicut* habet nonnisi *sic*, alius nonnisi *ut*. *Mr.*

Vidi, videre quod me *passa aegerrime*] Hier. Columna ad Ennii Fragm. pag. 239. reponit, *Vidi, videreque passa sum aegerrime*. At haec sane coniectura metri leges violat. Nisi forte rescribatur, *Vidi videre quod* sum *passa aegerrime;* servanda est vulgata lectio, quae Mssorum fide nititur, et versui bene convenit: *D.*

Vidi, videre quod me passa aegerrume] Dav. in Ed. 1. Ven. 1491 suae annot. haec praemittit: „*Vide videre quod me passa sum aegerrime*: editor, si per typographum licuisset, voluit *sum aeger-*

Hectórem curru quádriiugo raptárier.
Quem Hectorem? aut quamdiu ille erit Hector! Melius Attius, et aliquando sapiens Achilles:

---

rime, quemadmodum etiam Des. Erasmus. Alii: *vidi, videreque me passi sunt aegerrime.*" Reiskius: „*Vidi videre quod me passa sunt aegerrime.* Ven. 1. 2. Med. 1. [ita etiam Ven. nostr. P. A.] *Vidi videreque me passi sunt aegerrime* Med. 2. Petit. [i. e. Asc. 1. et sic B. S. C. Herw. Asc. 2. Cam.] *Vidi videre quod me passi sunt aegerrime*, Scur.; *Vidi videre quod me passa aegerrime.* Ald. Steph. [Rob. et Car. Steph. Lamb. Goth. Leod. Sturm. Boul. Ald. Brut. Sylb. Leod. HWolf. sqq.] Fortasse sic dedit poëta metri leges nil curans, ut ferebat ista aetas: *Vidi, videre quod me passa sum aegerrime* [ita Junt. et ε.] *εἶδον ἃ ἰδεῖν ἔτλην δυσιλήτως.*" Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Gud. Pall. duo Oxx. ita ut nos cum plerisque. Unus Ox. omittit verba *Vidi — me*, unus pro *quod* habet *puto quidem.* Unus cum Mon. 1. *passa sum*, Vind. 1. et Duisb. *quod sum passa*, Rehd. omittit *quod* et habet *passam*, quod legitur etiam in quatuor Oxx. et Mon. 2. Ed. H. omittit *me.* Marb. habet *me passassam* (sic). *Mr.*

Hectorem. curru quadriiugo raptarier] „Ita ordinant quinque Pall. et antiquiores mediam producebant, ut multa infinita: *Castórem, Nestórem*: sicut *Hannibalis.*" *Gebhard.* Billerbeckius vult *Hectóra* scribi, vel syllabam *Hect* per synaloephen priori versui adiungi, ut metro subveniatur. Neutrum necessarium est. Spondeos in sede pari (praeter sextum pedem) veteres poëtae latini in Iambis non evitabant. Metrum est: $\_ \breve{\smile}, \_ \perp \mid \_ \breve{\smile} \smile, \breve{\smile} \perp \mid \_ \perp, \breve{\smile} \breve{\smile}$. Errat autem Or. dicens in Cod. Rehd. scribi, quod vult Bill., *Hectora.* Habet eam scriptionem, sed infra, post *igitur.* Vid. quae de huius versus scansione et metro nuperrime disputavit Frc. Ritterus in Elemm. Gramm. Lat. (Berolin. 1831. 8.) p. 45 sq.: nimirum in nomine *Hectoris* paenultimam ita non tam producendam esse, quam acuendam, quasi sequens litera liquida duplex sit. *Mr.*

Hectorem *curru quadriiugo raptarier*] [v. Turnebi Advers. X. 16.] Hier. Columna Fragm. Enn. pag. 239. vocibus transpositis edidit, *Curru Hectorem quadriiugo raptarier.* Memor nempe non erat vir doctissimus, Hectoris, Castoris, aliarumque vocum similium medias syllabas a veteribus productas fuisse. Hoc diserte testantur Varro L. L. lib. IX. pag. 140. et Quinctilianus Inst. Orat. lib. I. cap. 5. *D.*

Hectorem curru quadriiugo raptarier.] Quod in annot. docet Dav., iamdudum Commentator Anonymus in Ed. Leod. monuit, in qua Ed. etiam ita editus est versus ut nos eum edidimus cum Vict. Rob. Steph. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cam. P. A. B. S. E. C. V. Grut. seqq. Cum H. Columna faciunt Edd. Lamb. Goth. M. Boul. Ald. Brut. Sturm. Sylb. HWolf. Nobiscum faciunt Codd. omnes. Sed *quadriiugo curru* scribitur in Edd. Grut. Gron., Oliv. Ern. Schz. Nobb. Vocem *curru* omittit Cod. Vind. 1. *Hoectorem* habet Cod. Reg. In Gud. 1. est *currui — aptarier*, ubi agnoscis manum correctoris, metri parum studiosi. Ed. H. *raptari*: unus Ox. *raptorem.* Gud. 2. *tractarier*, (quod item debetur vel interpreti vel correctori) in marg. vulg. Ceterum vid. etiam de hoc versu Symbolas nostras criticas ad Ciceronem I. p. 16. *Mr.*

Quem Hectorem? Aut quamdiu ille erit Hector?] Cod. Rehd. et duo Oxx. omittunt *ille.* In Gud. est *erit Hector ille*, in Duisb. *erit ille Hector.* De verbo *erit* repetam h. l. quae Symbolarum l. c. p. 17. scripsi: „Suspecta mihi est lectio *erit.* In iis enim, quae praecedunt, probavit Cicero ex Socratis aliorumque philosophorum senten-

Imo enimvero corpus Priamo reddidi, Hectorem abstuli.

tia, quaecunque corpori hominis mortui accidant, nihil ad ipsum hominem pertinere: ergo, ut hoc utar, si quis sepeliatur, non ipsum sepeliri, sed eius corpus. Iam errare dicit Hecubam, quod existimaverit, Hectorem ipsum ab Achille curru circa Troiae moenia raptari: interrogatque: *quem Hectorem? aut quam diu erit Hector?* Nonne interrogare debet, si secum consentire vult, *quam diu erat Hector?* ut dignificet, Hector non *erat*, sed corpus eius, quod curru Achillis rapiebatur: non enim vivum eum Achilles, sed mortuum currui alligavit. Mortuum narrat Homerus Iliad. XXII. 361. alligatum ib. v. 396 sqq.“ Nec nunc meae me suspicionis poenitet. Probavit eam coniecturam censor Symbolarum nostrarum in Seebodii Bibl. Crit. 1828. 73: et totidem literis eam lectionem exhibet Cod. Vind. 1. *Mr.*

Melius Attius et aliquando sapiens Achilles] Scripsi *Attius* cum EAWolfio et Orellio, ut iam pridem exstat scriptum illud nomen in Edd. Brut. Lamb. Sylb. Fr. Fabr. et HWolf. (hic in marg.) De qua scriptione vid. Baehrii nostri Hist. Litt. Rom. (Germanice scriptam) p. 45. ibiq. laudd. *Actius* habent Codd, Gud. Duisb. Aug. unus Ox. Edd. Ven. nostr. Asc. 1. Cam. Sturm. Ald. Boul. Junt. P. A. B. S. E. M. In uno Ox. est *acutius*; in reliquis Codd. et Edd. *Accius*. Unus Cod. Bern. habet *Attius* a sec. manu. Rathius, cum non intelligeret, quid sit *et aliquando sapiens*, coniecit *aut aliquanto sapientius*. Firmare vult emendationem *aut* loco Cic. de Off. I. 23: *Capitalis Euripides, vel potius Eteocles*. Sed locus (qui est L. III. c. 21.) non ita legitur in Codd. sed inverso verborum ordine: *Capitalis Eteocles vel potius Euripides*: illum volebat Gesnerus. Verba *aliquanto sapientius* explicat: quam paullo ante nimirum, ubi Hectora ad currum religatum lacerari opinabatur. Sed salva res est: *et aliquando sapiens* est i. q. *et tandem sapiens*, ut recte ait Censor Jenensis 1806. 50. p. 394. et nos docuimus Symbolarum l. c.: „Cum raptaret Hectoris corpus Achilles, ipsum videlicet Hectorem raptari existimabat: cum reddidisset Priamo Hectoris corpus, intellexit tandem, se non Hectorem Priamo reddidisse, sed corpus Hectoris: ideoque neque tum, quum curru raptaret Hectoris corpus, Hectorem raptasse.“ Laudavi ibidem Or. pro Cluent. 19: *collegi me aliquando*: in Verr. III. 28: *audite et aliquando miseremini*: pro Milon. 9: *ut aliquando ad causam veniamus*. Epp. ad Att. I. 4: *te aliquando iam rem attingere*. Iam adde Handii Tursellinum I. p. 250. *Mr.*

Imo enimvero corpus Priamo reddidi, Hectorem abstuli. Bouhierius, rei metricae parum idoneus arbiter, unam Syllabam redundare in hoc versu existimans, ita eum correctum (vel, potius corruptum) volebat:

Immo enimvero corpus Priamo dedi, Hectorem abstuli.

Billerb. duas syllabas abundare censens edidit:

Imo vero corpus Priamo reddidi, Hectorem abstuli.

Sed ipse vidit, legi posse *Imo ĕnĭmvērō*, laudavitque Grotefend. II. §. 115. Vid. modo Terent. Andr. I, 1, 64: *ĕnĭmvēro spectatum satis*. Hecyr. IV. 4. 51: *Ĕnĭmvēro prorsus iam tacere non queo*. Omittitur *enim* in tribus Oxx. Duisb. Vind. 1. *vero* omittitur in Gud. 2. Rehd. uno Ox. In Vind. 2. est *Hectorem abstuli, corpus priamo reddidi*. In Ed. H. *imo enim non Hectorem abstuli, corpus priamo reddidi*. Duisb. *Hectora*, supra lin. *rem*. Post *Non igitur* plurimi scripti et editi habent in verbis Ciceronis contra eius morem *Hectora*, quod in *Hectorem* mutavi, cum paullo ante in Ciceronis et in Attii verbis ita scriptum sit. Et habent *Hectorem* duo Oxx. Gud.

Non igitur Hectorem traxisti, sed corpus quod fuerat He-
106. ctoris. Ecce, alius exoritur e terra, qui matrem dormire non sinat:

Máter, te appellő, quae curam sómno suspensám levas,

FAWolf. Schz. Nobb. quod probat C. L. Schneiderus in Gr. Lat. maj. II. (Formenlehre I. p. 295. cf. Jahnii Annall. 1829. II. 4. p. 462.) In Ed. P. est *Hectoria*: in Codd. Duisb. et Aug. *extraxi Hectora*: in uno Ox. *abstraxisti*. Mox *fuit* pro *fuerat* habent tres Oxx. In Cod. Vind. 2. et Ed. H. scriptum est *Hectoris fuerat*. *Mr.*

Ecce alius exoritur e terra] „Memnon, Aurorae filius.“ *Lambinus*. „Polydorus, a Polymestore, Thracum rege occisus.“ *Manutius*. Posteriorem sententiam plerique amplexi sunt interpretes: ex recentissimis Goerenzius ad Cic. Acadd. II. 27: ubi est: *Quid? Jliona somno illo*: *Mater te appello* — *nonne illa credit filium locutum* etc. unde patet hos versus ex Pacuvii Jliona esse depromptos. Quod cum non commode conveniat, quia Jliona soror fuit Polydori, rem ita expedire studuit, ut diceret: Jlionam sororem *matrem* appellare Polydorus potuit: haec enim ipsum a teneris filii loco educarat. Orellius vero Bouhierium ad h. l. et Heindorfium ad Hor. Sat. II. 3. 60. rectius statuisse contendit, loqui hic Deiphilum Jlionae filium, Pacuviumque non eam secutum esse fabulam, quam Euripides tractaverit, sed aliam, quam Hyginus refert Fab. CIX: *Priamo Polydorus filius ex Hecuba cum esset natus, Jlionae, filiae suae, dederunt eum educándum, quae Polymestori, regi Thracum, erat nupta, quem illa pro filio suo educavit, Deiphilum autem, quem ex Polymestore procreaverat, pro suo fratre educavit, ut, si alteri eorum quid foret, parentibus praestaret*; [Or. corr. *alter parentibus restaret.*] *Sed cum Achivi, Troia capta, prolem Priami exstirpare vellent, — ad Polymestorem legátos miserunt, qui ei Agamemnonis filiam, nomine Electram, pollicerentur in coniugium, et auri magnam copiam, si Polydorum, Priami filium, interfecisset*; *Polymestor legatorum dicta non repudiavit, Deiphilumque filium suum imprudens occidit, arbitrans, se Polydorum, filium Priami, interfecisse.* — Pro *e terra*, Aug. Vind. 1. *de terra*, Gud. *éx terra*. *Mr.*

Mater, te appello, quae curam somno suspensam levas] H. Columna coniecit *Matrem te appello*: male: nam ubicunque hic versus laudatur, scriptum est *mater*. Vid. Horat. l. c. Cic. pro Sext. c. 59. Acadd. II. 27. Post *appello* sequitur in plurimis libris *tu*, quod metro officit: quare omisi cum Bentl. FAWolf. Koel, Schz. Or. Nobb. Tbn. Et abest ea vox a Codd. Duisb. Gud. 2. Vind. 1. uno Ox. M. L. Car. Steph. Ald. Sturm. Boul. Brut. Lamb. Goth. Sylb. HWolf. Lall. Oliv. Pro *suspensam* in plurimis libris est *suspenso*, ut solent librarii proximo verbo sequens adaptare. Sed habent Accusativum duo Oxx. Gud. 2. Marb. Rehd. Edd. M. Lamb. Car. Steph. Ald. Brut. HWolf. Sylb. Fr. Fabr. Lall. Oliv. FAWolf. Ern. Schz. seqq. Et sic etiam Porphyrion ad Horat. l. c. Sed etiam in aliis verbis in hoc versu, ut fieri solet in versibus, variat lectio. Pro *quae* est *tuque* in quatuor Oxx. Gud. 2. Rehd. Gud. Ed. H. Alius Ox. omittit *mater*: unus habet *curas*. Vind. 1: *appello te, quae curam suspensó somno levas*, et sic fortasse magistellus quidam discipulum iusserat versum construere: *Appello te — suspenso somno* est etiam in Cod. Aug. Duisb. *suspensó levas somno*. *Lenas* pro *levas* habet unus Ox. Grotefendius ad calc. Ed. Bill. Jambos hos versus esse censet, et priorem, servato *tu*, ita legendum:

Néque mei te miseret: surge, et sépeli natum, oro —
(Haec quum pressis et flebilibus modis, qui totis theatris maestitiam inferant, concinuntur, difficile est hos eos, qui inhumati sunt, miseros iudicare:)

Matér, te appello, tú, quae curam somno suspensam levas: alterum:
Neque té mei miserétur: surge et sépeli natum tuúm — Priusquam ferae volucresque. — Mr.

Neque mei te miseret; surge et sepeli natum, oro —] Ita dedi ex vestigiis antiquae scriptionis, quam servavit nobis Acro ad Horat. I. c. ubi est *soror surge:* quod, cum eam alloeutus sit modo matrem, stare non potuit, et ex genuina scriptione factum videtur ab aliquo, qui Polydorum loqui crederet, Ilionam excitantem. Emendationem debemus Bouhierio. Recepto verbo *oro* desinit etiam claudicare versus, si addideris ultimum pedem ex seqq. *prius,* neque necessarium est, sine auctoritate legere cum Bentl. et Grot. *miseretur* et addere *tuum.* Vind. 2. habet *nec.* Pro *mei te* plurimi *te mei.* Sed illud habent Gud. 2. Duisb. Gerh. Jo. Vossius ad Tragg. Lat. Fragmm. p. 32. FAWolf. Schz. De constructione monet Oeder. in Epist. Crit. p. 18. pergendum fuisse ad grammaticam *σύνεσιν quamque mei non miseret;* laudat autem consimilem locum Phaedri II. Epil. 16 sq. *Sinistra quos in lucem natura extulit, neo quicquam possunt nisi meliores carpere:* ubi vid. Burmannum in Comm. novo p. 136 sq. ed. Mitav. Schwabe (in Ed. Hal. 1779.) p. 206. Ad formam orationis v. Marantae Quaestionn. Lucullianarum L. III. p. 208. Nissenius l. c. ut versus fiat integer, post *miseret* addi volebat *sed:* quo nihil esset in poeta languidius. *Mr.*

Haec quum pressis et flebilibus modis] Gud. *et haec.* Pergunt unus Ox. Gud. 2. Rehd. Aug. Edd. quas Reisk. contulit, Ven. I. 2. P. A. B. tum Ven. nostr. Asc. I. 2. Junt. *compressis.* In Gud. 1. Gud. Marb. uno Ox. est *pressisset* pro *pressis et,* in Duisb. *planxisset:* in Vind. 1. *expressisset,* et in marg. *expressis.* Unus Ox. *prescisset.* Ad v. *pressis* annotavit Bouhierius: „i. e. *lentis* [adagio], quales numeri tristibus et querulis affectibus congruunt. Cic. de N. D. II. 59: *sonos vocis distinctos et pressos.* De Or. III. 12: *presse, aequabiliter et leniter loqui.* Liv. 28. 14: *presso pede incedere* i. e. lento. Ovid. Met. III. 17:

Subsequitur, pressoque legit vestigia passu.

Vellei. Paterc. II. 129: *causas pressius audit,* i. e. patientius.“ Quid sint *modi,* explicat Ruhnken. Dict. ad Terent. Andr. p. 8. ed. Bruns. *Mr.*

qui totis theatris maestitiam inferant] Codd. Vind. 1. Aug. Ed. H. *quae. Theatra* intellige spectatores. Laudat Kühn. Cic. de Or. III. 50. 196. infr. II. 26, 64. Spalding. ad Quintil. Inst. Or. I. 2. 9. Ad usum verbi *inferendi* cf. Cic. de Or. II. 53. 214: *misericordiam, aut invidiam, aut iracundiam simul atque intuleris* etc. Pro *concinuntur* est *contiuntur* in Cod. Marb., qui in marg. habet cum uno Ox. Rob. et Car. St. *concinnuntur:* alius Ox. *conclamantur,* quod est glossatoris. *Conciuntur* est in Lambb. et Goth. Verbum *est* post *difficile* omittit Cod. Gud. Pro *inhumati* unus Ox. *humati.* Pro *sunt* Bouh. in Cod. Reg. ait esse *sint,* et in sua ed. vet. habetque Cod. Bern. et recepit praeter necessitatem Ern., qui multis eiusmodi Coniunctivis Ciceronem ornavit, eumque secuti Bip. *Mr.*

volucresque] Addit Cod. Vind. 1. glossam *rapiant,* Aug. vero

b. — — — — — — — *prius,*
Quám ferae, volucrésque — — — —
(metuit, ne laceratis membris minus bene utatur; ne combustis, non extimescit:)
Neú, relliquias sic meas siris, dénudatis óssibus,
Taetra sanie délibutas, foéde divexárier.
107. (Non intelligo, quid metuat, quum tam bonos septenarios

---

comedant. Pro *utatur* est *uratur* in Edd. C. Herw. Asc. 1. 2. Mox Marb. et unus Ox. *extumescit. Mr.*

Neu *relliquias* sic meas siris — Tetra *sanie*] Vulgo, *Heu relliquias semiassi regis — Per terram sanie* etc. At Codices *neu relliquias semiassi reis* vel *semiassi seris,* unde certissimam, nisi fallor, emendationem dedit acutissimus Bentleius: *Siris,* siveris. Vide I. Fr. Gronovium ad Livii I, 32. *D.*

Neu reliquias sic meas siris] Recepi cum Dav. FAWolf. et seqq. Bentleii emendationem palmariam. Vulgo *Heu*: sed *neu* habent tres Oxx. Gud. 1. 2. Aug. Duisb. Gud. Bern. Mon. 1. 2. Reg. tres alii regii apud Lall. Vind. 1. 2. Edd. Ven. nostr. Ed. vet. Buh. A. In Rehd. est *nec,* in uno Ox. *non.* Tum *semiassi regis* est in libris fere omnibus; habent tamen nonnulli aliud quid, quo Bentleii coniecturae aliquid auctoritatis accedat. Unus Ox. cum Duisb. omittit *regis;* alius habet *semicis si reis* Gud. *seminasse reis.* Gud. 1. Bern. *semiassireis.* Gud. 2. *seminasset reis.* Bentleii duas emendationes cum earum rationibus vid. in eius annott. Bouhierius coniecit: — — — — *Ne meas sine Heu! relliquias semieśas denudatis ossibus, Tetra* etc. Grotefend. Iambicos vult esse versus restituitque semiassum regem, a quo nos Bentleii sagacitas liberaverat, coniiciens: *Heu rélliquias semiássi regis, denudatis ossibus Per térram sanie délibutas foede divexárier.* Solus Cod. Rehd. *semfarsi rogi.* Billerb. versui subventurus scripsit *nudatis:* quod cum faceret neque cogitavit de quantitate et scansione vocis *meas,* quae est Hecyr. III. 1. 23. neque, iusta sic carere versum caesura (vel pausa) post pedem quartum. Cf. EWunder. in Jahn. Annall. Philoll. 1827. 2. p. 141. *Mr.*

Taetra sanie delibutas, foede divexarier] Hunc quoque versum exhibemus ex Bentleii emendatione. Omnes, etiam recens collati, habent *per terram,* quod post Davisianam Ed. 2. nemo servavit nisi Ern. Ol. et Bip. Pro *sanie* unus Ox. *sane*: pergit idem *delibutans,* duo Oxx. Edd. M. Boul. Ald. Sturm. Brut. Lamb. Goth. Sylb. HWolf. *delibutam.* Vind. 1. *delibutis.* Gud. 2. *delibuta.* Aug. *sanie dubitatas delibutas fede.* Gud. *debilitatas.* In fine versus Codd. Aug. Rehd. Edd. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. et, quas Reisk. contulit Ven. 1. 2. Med. 1. 2.; P. A. B. S. E. C. Herw. *diu vexarier,* cuius erroris originem vides in scriptione Cod. Ox. D: *diu exurier.* Vind. 1. (a pr. m.) et Marb. habent *devexarier. Mr.*

tam bonos septenarios] In praecedd. unus Ox. *quem* pro *quid.* Aug. habet *septinarios.* Ad h. l. Dav. in Ed. 1: „Mirum Ciceronem hosce *septenarios* vocasse, cum sint Jambici Tetrametri, ut recte notarunt J. C. Scaliger Poet. lib. VII. p. 358. (p. 856. Ed. Commelin.) et G. J. Vossius ad Fragm. Tragic. p. 30. D. Lambinus, ut Tullium culpa liberaret, octonarios reponit: at vero omnes ubique Codd. refragantur, optimique scriptores erroribus sunt obnoxii.“ Sed nihil hic est erroris neque apud Ciceronem neque apud illos viros doctos. Sunt enim, ut scribuntur in Codd. plerisque et in Edd. ante Dav. 2. re vera octonarii vel tetrametri Iambici acatalectici. Sed iam emendati

fundat ad tibiam.) Tenendum est igitur, nihil curandum esse post mortem, quum multi inimicos etiam mortuos poeniantur. Exsecratur luculentis sane versibus apud Ennium

---

in eam formam, qua Cicero eos legisse videtur, re vera sunt *septenarii*, id est trochaici tetrametri catalectici, qui habent nomen septenariorum a numero pedum, qui in iis sunt integri: qua de re vid. G. Hermanni Elementa Doctrinae metricae p. 86 sq. Add. Spalding. ad Quinctilian. Inst. Orr. IX. 4. 72. p. 579. cf. etiam Mencken. Obss. L. L. p. 903. *Fundere* Ciceroni de versibus frequentissimum est: ita supra c. 26. prc. dixit *grave plenumque carmen — fundere.* — In seqq. Cod. Aug. omittit *curandum.* Miros vero et vere ridiculos septenarios construxit Nissen. l. c. p. 35. ita scribens:

Heu relliquias semiesi
Regis, denudatis ossibus,
Supra terram delibutas
Sanie foede divexarier. *Mr.*

Multi inimicos etiam mortuos poeniuntur.] „*Poeniuntur* habent libri veteres, et ita legendum. *Poeniuntur* autem, id est, *puniunt*, seu *puniuntur ἐνεργητικῶς.*“ *Lambin.* „Vid. Voss. Analog. 3. 5. p. 21. de passivis active acceptis, et cf. Nonium 7, 27. p. Mecerii 471, 26. et 7, 97. p. 479. 29.“ *Klein.* Laudat Nonius in *puniuntur* et *punitur.* Huc facit Cambysis facinus, quod memorat Herodotus lib. III. c. 16. Vide et lib. IX. c. 78. De prava vero hac consuetudine legantur Plato de Rep. lib. V. p. 376. Aristoteles Rhet. lib. II. cap. III, 22. Diodorus Siculus Excerpt. Vales. p. 282. et Stobaeus Serm. CXXIV. *D.* [T. III. p. 501. ed. Gaisf.]

quum multi inimicos — poeniantur] Coniunctivum restitui, quamquam graviter obloquente viro, cui in his rebus ceteroqui plurimum tribuo. Mihi cum FAWolfio et Kühnero itemque cum Nissenio *quum* dictum videtur pro *quamvis.* Ita, neque antecedente, neque subsequente *tamen*, est apud Corn. Nep. 19. 1: *Phocion fuit perpetuo pauper, quum divitissimus esse posset.* Et habent coniunctivum duo Oxx. Cod. Gryphii, Mon. 1. quatuor Gebhardi, Vind. 1. Bern. Duisb. (sed hic forma activa) Edd. Ald. Lamb. Fr. Fabr. Goth. Leod. Brut. Boul. HWolf. Sylb. Grut. Verb. Ern. FAWolf. Schz. Nobb. Coniunctivum Activi praeterea habent Edd. Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Junt. Scur. Ald. Reiskii, nostrae Ven. Asc. 1. 2. Cam. Sturm. P. A. B. E. C. Herv. M. Reliqui *puniunt.* Antiquam scriptionem *poen.* habent Codd. Reg. Gud. 1. 2. (hic omittit *etiam mortuos*) Edd. Lamb. (ex tribus Codd.) Dav. recc. Sola Ed. H. exhibet *sepelliunt.* Mon. 1. omittit *etiam*, cum duobus Oxx. Marb. habet *inimici.* Or. Indicativum ita explicat et defendit: „tum quum vides, ultionem multos exercere in inimicos etiam mortuos, tu id curare noli, aut reformidare, ne idem in te aliquando fortasse fiat: imo persuasum tibi sit, nil curandum esse post mortem.“ Quae quamquam haud absona videntur, nondum tamen mihi persuadere possum, aliam esse Ciceronis sententiam, quam hanc: quidquid igitur vel antiquitas orediderit, vel poetae fabulentur, vel hodie etiam nonnulli somnient, qui inimicos vel mortuos punire se posse existiment; illud tenendum etiam atque etiam est, nihil curandum esse post mortem. Ceterum vid. de forma *poen.* Ern. Clav. Cic. v. *punire.* Dav. ad Cic. de Legg. III. 4. p. 392. ed. nostr. Garaton. ad Cic. pro Mil. p. 179. ed. Orell. qui item nostro loco Coniunctivum praetulit. De forma passiva Dausquei. ad Sil. Ital. p. 495. A. Matthiae ad Cic. pro Mil. 13. p. 230. *Mr.*

Exsecratur luculentis sane versibus] Cod. Mon. 1. *execrantur.*

Thyestes, primum ut naufragio pereat Atreus: durum hoc sane: tabis enim interitus non est sine gravi sensu: illa insania:

Ipse summis saxis fixus asperis, evisceratus,
Latere pendens, saxa spargens tabo, sanie et sanguine atro.

Non ipsa saxa magis sensu omni vacabunt, quam ille *latere*

Mon. 2. *verbis* pro *versibus*. *Luculenta verba* dixit noster ad Att. XII. 21. Ed. Junt. *enim* pro *Ennium*. Mox Cod. Aug. Ed. H. *ut in naufragio*. Unus Ox. *Atherus*. Gud. 2. *actus* pro *Atreus*. Tum Verb. in marg. ex MS. nescio quo: *durum est hoc*, et sic Ed. H. Vocem *gravi* omittit Cod. Rehd. In Ed. A. *ille* scribitur pro *illa*. *Sensum* pro dolore in moriendo dixit etiam Cicero Lael. 3, 12. Cat. Maj. 20, 74. *Mr.*

Ipse summis saxis fixus asperis evisceratus] „Scribe *ipse* minore prima litera. In Oratione in Pisonem, ubi hi iidem versus proferuntur [19, 43,] pro *ipse saxis summis* legitur *uspiam saxis*, quorum utrum rectius sit, iudicent eruditi.“ *Lambinus*. Turnebus in Adversarr. XXIII. 3. p. 310. ed. Paris.: „Trochaicum modulum olent haec verba: legendum videtur:

— — *ipse summis saxis fixus asperis*
Visceratus, latere pendens saxa spargens tabida
Sanie — —“ Cf. J. G. Vossium ad Fragmm. Tragg. p. 47. ibiq. ej. emend. Ad sententiam cf. etiam Gonsales de Salas ad Petron. p. 301. *Mr.*

Ipse summis] Trochaici sunt Acatalecti, quos prius confusos Cl. Bentleius recte disposuit. *D.*

Ipse summis etc.] Bouhierius, dubitans an unquam Tragici Romani usi sint octonariis trochaicis acatalectis, ita in septenariorum formam redigere volebat hos versus;

Ipse evisceratus, summis saxis fixus asperis,
Latere pendens, saxa spargens tabo, sanie et sanguine Atro.

Libri non multum variant. Marb. omittit verba *saxa spargens — quam ille*. Unus Ox. *evisceratur*, alius *eviscerata*s. Vind. 1. *saxa aspargens*. Aug. *saxa aspergens*. Gud. 2. *saxa porrigens*. Dav. in Ed. 1. *saxa spargens sanguine Atra sanie et tabo*. — *Et* omittit unus Ox. et Gud. In Edd. A. B. Ven. 1. scribitur: *tabo sanguine atro*. Tum Ed. H. *non ipsa magis saxa*, Gud. omittit *magis*. Pro *omni* est *omnia* in tribus Oxx. Gud. 2. Aug. Reg. Duisb. Gud. Vind. 1. 2. Mon. 1. 2. *Mr.*

Vacabant] Vulgo *vacabunt*, nec aliter plerique Mssti. At Victorius edidit *vacabant*, quo modo legendum esse res ipsa demonstrat. *D.*

vacabunt] Restitui Futurum cum FAWolfio, Schz. Or. ex Codd. Bern. Reg. Gud. 1. 2. Vind. 1. 2. Mon. 2. Rehd. Gud. Duisb. sex Oxx. Edd. vett., exceptis V. Rob. Steph. Cam. Sturm. Leod. Fr. Fabr. Recte Nissen. l. c.: „in re, ait, quae praesens fingitur, mihi quidem vulgatum *vacabunt* magis probatur.“ In eandem sententiam Buggius: „Loqui Ciceronem, quasi hoc ipso temporis punoto ageretur fabula, aperte ostendunt antecedentia: *Execratur* etc. (non *execrabatur*). Itaque execrationes Thyesteas tanquam futuro demum tempore eventum habituras sibi fingit, adeoque recte dixit *vacabunt*.“ In seqq. Vind. 1. *lacer*, sed in marg. *latere*. Pronomen *hic* abest a Cod. Rehd. Ed. H., in Vind. 1. post *censet* reiectum est: Nec vero ideo de eiiciendo eo vocabulo cogitandum, quod satis tuentur libri optimi. *Mr.*

pendens, cui se hic cruciatum censet optare. Quam essent dura, si sentiret! nulla, sine sensu. Illud vero perquam inane:

Neque sepulcrum, quo recipiat, habeat, portum corporis:
Ubi, remissa humana vita, corpus requiescat malis.

Quam essent — nulla sine sensu] Vulgo contra Msstorum fidem dant, *nulla sine sensu* sunt; sed facile potest intelligi verbum substantivum. Forsan vero totus locus ita legendus: *quamquam essent dura, si sentiret; nulla sine sensu.* Hoc modo tollitur exclamatio, quae videri possit importuna, nec dubitari potest, quin syllabarum duplicatarum una saepius omittatur. *D.*

Quam essent dura, si sentiret!] Restitui lectionem librorum MSS. tantum non omnium. Primus Bouhierius ex coniectura legi volebat *quae*, quod in uno e Regiis (qui item *sentirentur* habet pro *sentiret*) repertum haud improbavit Lallemannus, tacite recepit Ern. eumque secuti FAWolf. Schz. Or. Nobb. Sed *quam* habent Codd. omnes, excepto, ut videtur, Rehd. qui, correctionum plenus, hac in re auctoritatem habet nullam: itemque Edd. vett. et ex recc. Bip. Tbnr. Inepta certe est lectio vulgata, si, quod factum est in Edd. Grut. Gron. Verb. Ern. Att., post *sentiret* ponitur interrogandi signum. Hoc deletum volebat Nissen. tum, ait, nihil opus esse cum Dav. et Bip. scribere *quam*. Quasi vero *quam* sit ex coniectura, nec vero *quae*. Pro *essent* duo Oxx. Mon. 2. *esset*: Rehd. mox *sentirentur*, cum illo Lallemanni Regio: quod item debetur correctori: duo Oxx. *sentirent*. Unus *illa* pro *nulla*. Lall. ex suo reg. *nullo*, quod quomodo ei probari potuerit, non video. Vulgo additur *sunt* post *sensu*; sed glossam sapit, neque habent Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Gud. Duisb. Marb. Mon. 1. 2. Quod ait Or. Ernestum habere *sint*, id certe in Ed. a. 1776. non est. Rathius suspicabatur *si sine sensu sunt*. Quod non magis necessarium est, quam Bentleii emendatio, q. v. Si distinxeris, ut nos fecimus, facilis prodit sententia: *nulla sunt, cum sine sensu sint.* In seqq. unus Ox. *illud vero quam perinane esse sepulcrum.* *Mr.*

Neque sepulcrum, quo recipiat etc.] „Vel legendum *quo recipiatur*, videlicet *corpus*: vel *quod recipiat* etc. id est: *quod sepulcrum recipiat corpus Atrei* etc. eadem sententia." *Lambinus.* Recte vero contra Lambinum A. Schottus Nodor. Ciceron. IV. 16. p. 387: „en te, ait, metu, bone vir, libero. Vetus enim est *recipere*, ut et *emergere* pro *se recipere*, provocabulum *se* utrinque saepe eleganter subaudiendo, et familiare Comicis, ut Plauto in Asinaria et Trinummo: In Mercatore II. 4. 30:

Actutum face cum praeda ut recipias, pro: *domum redeas*.

Nam et ibi Lambin. perperam immutat. Et Rudente Act. 3. scen. ult.

Suadeo ut ad nos adeant potius, dum recipis:

id est *redis*. Sic Bacchidib. *Rursum in portum recipimus.* — Terentius integre in Phormione: *Ad portum se recipiat frater.* Et saepius Plautus *domum se recipere*. Sequenti versu pro *a malis*, quia Trochaicus est versus, *malis* repono:

Ubi, remissa humana vita, corpus requiescat malis.". Conf. Turnebi Adversarr. IV. 22. p. 133. Bouhierius assentit Schotto; merito. Laudat Kühnerus de significatione reflexiva verbi *recipere* Cortium ad Sall. Exc. VI. in Iug. Vechneri Hellenolex. I. 1. 6. ibiq. Heusing. Vigerum de Idiotism. L. Gr. V. 1. 1—9. Scribitur *recipiatur* in Codd. Rehd. et Duisb. Duob. Pall. Edd. Ern. Lall. Unus Ox. pro *habeat* exhibeat *latus*. Pergit Rehd. *corporis portum*. Edd. S. E. ha-

Vides, quanto haec in errore versentur. Portum esse corporis, et requiescere in sepulcro putat mortuum. Magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium, nec docuerit, quatenus esset quidque curandum.

45 Sed quid singulorum opiniones animadvertam, nationum
108. varios errores perspicere quum liceat? Condiunt Aegyptii
p. 172

a. bent *quo se recipiat*. Post *requiescat* habent *a malis* Edd. fere omnes vett. excepta Ed. M. Sed abest illud *a* ab omnibus Codd. Gebhardi, septem Oxx. Vind. 1. (qui habet *quiescat*) 2. Mon. 2. Reg. Gud. 1. 2. (hic habet *mali*) Aug. Bern. (a pr. m.) Edd. Dav. Oliv. FAWolf. seqq. *Mr.*

Quanto haec *in errore* versentur] P. Manucius et D. Lambinus rescribunt, *quanto* hic *in errore* versetur. At libri non favent, nec opus est ea coniectura. *D.*

Vides, quanto haec in errore versentur] P. Manutii annot. haec est: „Concinnius: *hic in errore versetur*. Sequitur enim proxime *putat*; tametsi ne illud quidem alterum carere sententia video." In marg. Edd. Lambb. et Goth. est: „Lamb.: *quanto in errore versetur*. Sic v. c. fort. *quanto hic in errore versetur*." Idque recepit Fr. Fabr. Dav. in Ed. 1. dixerat, favere ei coniecturae ea, quae sequuntur. Contra quem Wopkens. Lectt. Tull. p. 54. (p. 77 Hand.) recte monet, saepius ita a rebus ad Personas et v. v. deflectere orationem: sic de N. Deorr. III. 10: *is igitur, si aliquid est, inquit* etc. *Haec omnia in eodem — errore versantur . . . Idemque, si dii non sint, negat esse* etc. Vulgatam praeferebat Bouhierius. In Vind. 1. scribitur *haec quanto*: unus Ox. habet *hoc*. Unus Ox. Mon. 1. *haec merore*; causa erroris manifesta. Brutus lectionem Cod. Gryph. esse ait: *Vides quanta haec, in errore versentur*: eamque minime esse ait contemnendam. Fortasse operarum errore addita distinctio et scriptum est *quanta*. Alius Ox. habet *haec in haectore*. Lambinus in seqq. *portum esse corporis sepulcrum* manifesto glossemate et, ut videtur, sine libris, recepto. Bouhierius post *mortuum* desiderat additum *malis*: vel, si hoc non placeat, scribi et distingui vult: — *mortuum; magnâ culpâ Pelopis, qui* etc. Neutrum placet. De constructione *qui — erudierit — nec docuerit* — vid. F. Wüllner: Die Bedeutg. d. Casus u. Modi (8. Münster 1827.) p. 139: qui confert de Legg. III. 9: *Sulla — qui — ademerit — reliquerit*. Ad Famm. I. 9. *nostrum consilium — qui — noluerim*. Or. pro Arch. 10: *O - adolescens, qui — inveneris*. — Cod. Mon. 1. *erudieris*. Vind. 2. *filium suum*. Unus Ox. *quatinus* (ut Aug.) *esset quicquam?* postremum vocabulum habet etiam Cod. Vind. 1. In Edd. P. A. B. S. E. C. Herw. Junt. Asc. 2. Ven. nostr. Cam. Sturm. est *quodque*, in duobus Oxx. *quiquam*. *Mr.*

c. 45. *Sed quid singulorum* etc.] Cod. Aug. omittit verba *Sed quid — liceat?* Unus Ox. habet *opinionum*. Vind. 1. *animadvertam opiniones*. MS. in marg. Verb. et Cod. Duisb. *tamen nationum*. Fortasse *tamen* ortum est ex perperam repetita ultima verbi antecedentis syllaba. *Animadvertam* non est i. q. castigem, ut existimat Billerb.: sed vult: cur animum advertam ad omnes singulorum opiniones, cur recensendis iis et exponendis operam impendam? Pro *nationum* unus Ox. *nationes*: alius pro *quum* habet *non* cum Cod. Marb. Sed hic *cum* habet supra lineam. *Mr.*

Condiunt *Aegyptii mortuos et eos servant domi*] Ταριχεύουσι. De modis, quibus fiebat, vide sis Herodotum lib. II. cap. 86, seqq. Silius Italicus XIII, 474.

mortuos, et eos servant domi: Persae etiam cera circumlitos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora. Magorum mos est, non humare corpora suorum, nisi

---

— *Aegyptia tellus*
Claudit odorato post funus stantia saxo
Corpora, et a mensis exsanguem haud separat umbram.

Huc spectantia veterum loca suppeditabunt Th. Gatakerus ad Antonini IV, 48. et Aeg. Menagius ad Laertii IX, 84. Vide et Joan. Kirchmannum de Funer. lib. I. cap. VIII. pag. 60, seqq. *D.*

Condiunt Aegyptii mortuos] Unus Ox. *condunt.* Ad rem conf. praeter eos, quos laudavit Dav., Alexandrum ab Alexandro Dier. Genialium III. 2. cum Comment. A. Tiraquelli p. 271—278. (Lugd. 1586. f. max.) Lil. Gr. Gyraldum in libro de Sepultura c. 17. (Opp. ed. J. Jensii, Lugd. Bat. 1696. T. I. p. 758—761.) A. Rivini Diss. de Pollinctura (4. Lips. 1655.) p. 14: in primis autem Creuzeri Commentatt. Herodoteas I. p. 360 sqq. et adde Baehrii Herodotum locis a Dav. laudatis p. 669 sqq. ubi plurima habes ex illis Commentt. excerpta. — Scripsimus autem, cum Dav. Or. Tbn., *servant domi*, pro vulgato ordine *domi servant*, ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. Vind. 1. et omnibus Bentleii. *Mr.*

Persae etiam cerâ circumlitos condunt] „*Condunt*, non *condiunt*, legendum esse, Verba Herodoti lib. 1. de hoc Persarum more arguunt. Sic enim ille: *καταχηρώσαντες δὴ ὧν τὸν νέκυν Πέρσαι γῇ κρύπτουσιν.*“ *Fr. Fabricius.* „Ita Lambinus, cui accedit Victorius Lib. X. c. 6. ut et Manutius nepos. Sic denique Pall. tert. quart. quint. Fab. Pith. Quid multis? nota sunt *conditoria* regum Aegypti.“ *Gebhard.* Locum Herodoti accuratius laudat Dav. in ann. seq., ad quem v. Baehr. T. I. p. 325 sq. Add. Bocharti Hierozoic. II. p. 530 sq. Boettiger: Kunstmythologie I. p. 35. Laudat praeterea Or. Rostii Plaut. Cuped. Ferc. 14. p. 21. — Pro *Persae* unus Ox. *per se*: alius *cera circumdatos.* Gud. omittit *etiam.* Gud. 2. habet *condunt circumlitos.* Rehd. *circumlitos cera.* Pro *condunt* est *condiunt* in duobus Oxx. Rehd. Aug. Mon. 1. 2. Edd. omnibus vett. quas contulerunt Reisk. et Or. (exceptis M. L. marg. Crat.) nostris, exceptis Car. Steph. Leod. Fr. Fabr. *Mr.*

ut quam maxime permaneant diuturna corpora] P. Victorius Varr. Lectt. X. 6. ad h. l. „Quod apud Ciceronem, ait, causa allata est huius moris, id ille de suo addidit: neque enim Graecus scriptor eum interpretatus est. Ceram autem hoc posse, etsi aliter quoque cognoscitur, ex consilio etiam Laconum, comitum Agesilai, intelligere licet. Cuius cum corpus domum referrent mortui, dum ex Aegypto reverteretur, neque eo loco, quo navis appulerat, mel reperiretur, pro *melle* illi *cera* usi sunt. Institutum autem erat Lacedaemoniorum, corpora suorum regum extra urbem defunctorum in patriam reportare atque ibi regio sepulcro condere. Quod memoriae prodidit Plutarchus in extremo vitae eius.“ Pro *ut* Cod. Marb. *et. Mr.*

Magorum mos est] Duo Oxx. Rehd. Aug. Guelf. *Medorum*, unus Ox. *magistrorum*, alius *maiorum.* Vind. 1. *est mos.* Unus Ox. omittit *mos.* Mox Cod. Gud. *laniata sint ante.* Pro *ante*, quod est in Codd. omnibus, multae Edd. vett. habent *antea*, videlicet A. B. S. E. C. V. M. L. et nostrae omnes ante Grut. *Mr.*

Magorum mos est, non humare] Hoc de omnibus Persis scripsere nonnulli. Theodoretus Therap. IX. pag. 128. *Πέρσαι — κυσὶ καὶ οἰωνοῖς τοὺς νεκροὺς προτιθέναι παρ' ἐκείνου (Ζαράδου) μεμαθηκότες, νῦν τοῦτο δρᾷν οἱ πιστεύοντες οὐκ ἀνέχονται.* Sic Manes *συλληφθεὶς ὑπὸ*

a feris sint ante laniata. In Hyrcania plebs publicos alit canes: optimates, domesticos: nobile autem genus canum illud scimus esse: sed pro sua quisque facultate parat, a quibus lanietur: eamque optimam illi esse censent sepulturam. Permulta alia colligit Chrysippus, ut est in omni historia

---

τοῦ βασιλέως, τὴν Περσικὴν ὑπέμεινε τιμωρίαν, καὶ τοῦ δέρματος γυμνωθείς, ΠΑΡΕΔΟΘΗ ΚΥΣΙ, quod tradit idem Theodoretus Haer. Fab. lib. I. cap. 26. Et sane contendit Th. Hydius Hist. vett. Pers. cap. XXXIV. eos vulgo non humari. Adversae tamen sententiae patronos audiamus. Herodotus lib. I. cap. 140. *Τάδε μέντοι ὡς κρυπτόμενα λέγεται, καὶ οὐ σαφηνέως, περὶ τοῦ ἀποθανόντος· ὧς οὐ πρότερον θάπτεται ἀνδρὸς Πέρσεω ὁ νέκυς, πρὶν ἂν ὑπ' ὄρνιθος ἢ κυνὸς ἑλκυσθῇ· μάγους μὲν γὰρ ἀρρήτως οἶδα ταῦτα ποιεῦντας· ἐμφανέως γὰρ δὴ ποιεῦσι. Καταχηρώσαντες δὴ ὦν τὸν νέκυν Πέρσαι, γῇ κρύπτουσιν.* Vide et lib. III. cap. 16. Hinc patet recte fecisse Pet. Victorium, qui Var. Lect. lib. X. cap. 6. paullo ante legit *cera circumlitos* condunt, non *condiunt*, ut editt. veteres. Illam sane scripturam firmant cum alii Mssti, tum Reg. Eliens. pr. sec. tert. et Bak. Strabo lib. XV. pag. 1068. *Θάπτουσι δὲ (Πέρσαι) κηρῷ περιπλάσσοντες τὰ σώματα· τοὺς δὲ Μάγους οὐ θάπτουσιν, ἀλλ' οἰωνοβρώτους ἐῶσιν.* Adi et Lucianum de Luctu Tom. II. pag. 306. Plura videas licet apud B. Brissonium de regn. Pers. lib. II. § 249. *D.*

In Hyrcania plebs publicos alit canes] Unus Ox. omisso *in*, habet *Hyrcana plebs:* alius omittit *plebs*. Ed. H. miram habet lectionem: *Quinquaginta in Hyrcania plebs quaedam publicos alit canes.* Pro *publicos* Codd. Reg. Gud. 1. 2. habent cum Cod. Dav. Petrens. *plebs supplicos:* unde, latius propagato et aucto errore, duo Oxx. tres Pall. *supplices;* unus Ox. *sublicos:* ubi agnoscis initia et progressus vitii. Bentleii emendationem *publice* probabat Ern., improbabat Nissen. l. c. p. 38: „Sensus, ait, non est *publicis sumptibus*, sed *ad communem omnium usum* canes ali, id quod ex opposito apparet." *Publicos*, ait Or., h. l. dictum videtur, ut *servi publici*, *familia publica*. Addo *equus publicus*, quod saepe legitur in inscriptionibus. Vid. Indicem Orellii ad Collect. Inscrr. Iam oppositum *domesticos* debebat absterrere Bentleium a corrigendo. Davisius in Ed. 1. coniecerat: *sepulcrales alit canes. Mr.*

Nobile autem genus canum illud scimus esse:] In Cod. Vind. 1. est *illud canum:* in Duisb. *illud scimus esse canum.* Vocem *illud* omittunt Gud. Marb. Aug. Post *esse* plene distinxit Dav. Unde fortasse Bouhierius pro seq. *sed* rescribi volebat *Sic.* Sed recte explicat Kühnerus: *quamvis* hoc genus canum nobile sit, nec sine magno pretio parari possit, *tamen* pro suis quisque facultatibus parat, a quibus lanietur. — Cod. Aug. omittit *pro*. Marb. habet *quique*. Aug. *laniatur*, unus Ox. *lanientur:* in quo agnoscis manum correctoris. Verba *eamque optimam* omittit unus Ox. alius habet *eam optimam*. Duisb. *illique eam optimam*. Mon. 1. 2. *illi optimam*, itidem cum Vind. 1. Rehd. *censent esse. Mr.*

A quibus lanietur] Silius Italicus XIII, 437.

— *Cum lucem posuerunt membra, probatum est*
Hyrcanis, adhiberè canes —

Hanc Hyrcanorum consuetudinem memorant Theodoretus Ther. IX. pag. 129. Porphyrius de Abs. IV, 21. aliique. Vide J. B. Cotelerium ad Clementis Recogn. lib. IX, 25. et Aeg. Menagium ad Laertii. VI, 79. *D.*

Permulta alia colligit Chrysippus] Dav. in Ed. 2. receperat Bent-

curiosus: sed ita taetra sunt quaedam, ut ea fugiat et reformidet oratio. Totus igitur hic locus est contemnendus in nobis, non negligendus in nostris: ita tamen, ut mortuorum corpora nihil sentire vivi sentiamus. Quantum autem 109.

---

leii correctionem *talia*, quam denuo protulit Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 14. 45 p. 190: merito autem, ut mihi quidem videtur, improbavit Bouhierius. Iure enim improbantur eiusmodi coniecturae, quae, quamquam per se satis probabiles, omnium tamen librorum lectioni, eique haud absurdae, adversantur. Pro *colligit* Ed. Ven. nostr. *colligi*. Videtur Dav. in Ed. 1. legisse *collegit*, quia eum laudat Bouh. quod in secunda restituerit *colligit*. Mon. 1. habet *colligitur*. De Chrysippo *in omni historia* (male Dav. in Ed. 1. *memoria*) *curioso* vid. P. Victorii Varr. Lectt. XIII. 13. p. 325 sq. Wyttenbach. ad Plutarch. II. p. 72. ed. Lips. qui Plutarchum quoque ea, quae de luctu et sepultura posuit, ex Chrysippi libris sumpsisse existimavit. — Vocem *omni* omittit Cod. Vind. 1. *Historiam* recte monet Kühnerus non esse h. l. rerum gestarum expositionem, sed rerum indagationem et disquisitionem, ut respondeat Graeco vocabulo ἱστορία: ut simili sententia scripsit Cicero ad Att. II. 8: *si quid in ea epistola fuit historia* (i. e. cognitione) *dignum*. De voce ἱστορία vid. Baehr. ad Herodot. I. 1. prc. p. 2. — Adiectivum *curiosus* eadem constructione adhibuit Cic. de Off. I. 34. 125: *minimeque esse in aliena re publica curiosum*. *Mr.*

sed ita taetra sunt quaedam] Ed. H. *sed ita quaedam taetra sunt*. Cod. Aug. *quadam*. Unus Ox. *fugiet*: alius *formidet*. Ad verba consimilis est locus de Off. I. 45: *Ea Posidonius collegit permulta, sed ita taetra quaedam, ita obscena, ut dictu quoque videantur turpia*. — In seqq. unus Ox. Mon. 1. 2. omittunt *hic*. Duisb. habet *hic locus*. *Locum* intelligit, quasi dicat nostro more: totum hoc de sepultura caput. Sequitur in Cod. Marb. *contemnendus est*: Gud. 1. *contemnendis*. unus Ox. *negligendo*. Edd. quas contulit Reisk. Ven. 1. 2. Med. 1. 2., itemque Ven. nostr. *negligentibus*. Unus Ox. omittit *tamen*. *Mr.*

Nihil sentire vivi *sentiamus*] Vulgo deest vox penultima. Eam tamen exhibent omnes Mssti. *D.*

ut mortuorum corpora nihil sentire vivi sentiamus] *Vivi* habent Codd. omnes Gebh. Oxx. nostri, excepto Rehd. eamque vocem reperit etiam A. Schottus in suis: vid. Nodor. Ciceron. p. 387. Edd. P. A. S. E. Ven. nostr. H. ex Reiskianis Ven. 1. 2. Med. 1. itemque marg. MS. Ed. nostr. Asc. 2. Dav. FAWolf. seqq. recepérunt vocem a Gebh. quoque et Ern. omissam. Davisius in Ed. 2. vocem *vivi* παρέλκειν existimabat, sed cum habeant eam omnes MSSti, corrigebat *invicem*, addens: *vivi* et *invi* — in MSS. vix possunt distingui: ultimam syllabam (*cem*) neglexere librarii, quia non dissimilis erat ea, quae sequebatur. Bouhierius quoque, cum mox rursus legatur *vivi* (a priore ad posterius aberravit unus Ox. omissis mediis) vitiosam credebat eam vocem scribique volebat *privi* i. e. singuli. Infelicissime. Reiskius coniecit: *vivi censeamus*, videlicet ne bis redeat verbum *sentiendi* diversa significatione. Addit: „Non redundat *vivi*, sed oppositum est verbis *corpora mortuorum*. Sequentia autem verba, *quantum autem — pertinere*, videntur idem dicere atque praecedentia, et altera Ciceronis elaboratio eiusdem sententiae esse. Notam liturarum Ciceronis in illis mihi videor videre." Admodum difficile est (ut ad posteriora respondeam) apud Ciceronem, ubertatis et copiae et variandae orationis, si quis alius, studiosissimum, redundare dicere aliquam sententiam: nam facile, aliorum errores vel additamenta dum resecare tibi

consuetudini famaeque dandum sit, id curent vivi: sed ita, ut intelligant, nihil id ad mortuos pertinere. Sed profecto mors tum aequissimo animo oppetitur, quum suis se laudibus vita occidens consolari potest. Nemo parum diu vixit,

---

videaris, ipsum Ciceronem mutiles. Kühnerus quoque offensus est voce *vivi*: ego vero cum Or. *vivi* dictum esse existimo per breviloquentiam, pro: *nos, qui vivi sumus, ideoque sentire possumus.* Ceterum Or. quoque in Reiskii coniecturam (*censeamus*) incidit, collato §. 100. *ut nihil censeamus esse malum*, ubi Ed. P. habet *sentiamus*. et II. §. 8: *id ita faciendum esse sentimus*, ubi item stare posset *censemus*. Nos quidem utroque loco utrumque verbum poni potuisse concedimus: nostro loco *censeamus* recte poni posse non item: siquidem vera sunt, quae de utriusque verbi significatione eorumque differentia posuimus ad Cic. de Rep. I. 29. p. 121 sq. — Mox Vind. 1. *sit dandum*. Ed. H. *dandum est*. Duisb. *ut curent*. Gud. 2. *sed id aut* pro *sed ita ut*. *Mr.*

Nihil id *ad mortuos pertinere*] Vulgo deest vox secunda, quam nos ex Reg. Med. et Balliol. addidimus, eaque sensentiae videtur necessaria. *D.*

nihil id ad mortuos pertinere] Habent *id* tres Oxx. Reg. Bern. Gud. 1. 2. (hic alio errore omittit *ad*) Duisb. Gud. Marb. Aug. — Pro *oppetitur* habent *appetitur* sex Oxx. Gud. Duisb. Mon. 2. Aug. Edd. P. A. B. S. E. H. ex Reiskianis Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Ald. ex nostris Asc. 1. Ven. In seqq. *se* deest in Reiskianis Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Orellianis P. A. B. S. E. nostris Ven. Asc. 1. Pro *suis* unus Ox. *sui*. Cod. Aug. *sed* pro *se*. Nostra constructio auctior redit circa finem capitis: *suis et propriis bonis et laudis et gloriae*. Rehd. inverso ordine, elegantius scilicet: *suis vita occidens se laudibus*. Palmariam vero emendationem procudit scriptor Codicis Duisb.: pro *occidens* enim dedit *antecedens*. Ad usum vocis *suis* vid. O. M. Müller. Cur. Sec. in Or. pro Sest. p. 30. *Mr.*

Nemo parum diu — est munere.] „Totum hoc reiicit Ant. Augustinus, quod arbitratur primum ab inepto aliquo Grammatico in margine libri, ad signandam Ciceronis sententiam, esse notatum, deinde in seriem ab imperito librario fuisse receptum.“ *Ursinus*. Uncinis haec inclusit, ut spuria, Gothofredus. Bouhierius Augustinum non tam sententia offensum fuisse existimabat, sed verborum quasi lusu in *perfectae perfecte*, quem sibi quoque displicere ait, ideoque corrigit *virtutis perspectae perfecto f. e. m.* Laudat, ad commendandum hoc commentum parum felix, Ep. Brut. ad Cic. 16: *durior est conditio spectatae virtutis, quam incognitae.* de Off. I. 4: *vita perspecta in rebus honestis.* Sed elegantissima et vel maxime Ciceroniana est haec eiusdem participii variatis casibus repetitio, non minus, quam quod tam saepe legimus v. c. *omnes omnium ordinum homines:* Or. pro C. Rabirio 7, 20. coll. Philippic. II. 30. 76. de Div. II. 44. 92. Accedit quod, ut recte animadvertit Nissen, *perspectae* non ita nude poneretur, sine adiuncto. *Mr.*

Nemo parum diu — functus est munere] Egregiam hanc sententiam totam reiicit Ant. Augustinus, et ab inepto Grammatico profectam statuit. Sed hoc, siquid aliud, ὑπερκριτικόν est. Eandem ἔννοιαν auctores saepius adhibent. Antoninus lib. III. §. 8. *Οὐδὲ ἀσυντελῆ τὸν βίον αὐτοῦ (τοῦ κεκολασμένου καὶ ἐκκεκαθαρμένου) ἢ πεπρωμένη καταλαμβάνει.* Vide Philonem de Praem. pag. 718. Plutarchum Cons. ad Apoll. pag. CXI. A. et Senecam Epp. 41, 70, 77, 93. *D.*

Nemo parum diu vixit etc.] Quod sequitur *qui* abest ab uno

qui virtutis perfectae perfecto functus est munere. Multa mihi ipsi ad mortem tempestiva fuerunt: quae utinam po-

---

Cod. Ox. Alius habet cum Mon. 1. et Aug. *perfectae profecto*; alius *perfectoque perfectae sumptus est*. Cod. Marb. *factus est*. FAWolf. in scholis ad v. *munus* comparat Graecum ἔργον. Kühnerus laudat Tusc. V. 39. 113: *tum, quod sine oculis fieri posse vix videtur, geometriae munus tuebatur*. Vid. nos ad Cic. de Rep. VI. 15. p. 483. ad verba: *ne munus — assignatum a deo defugisse videamini*. *Mr.*

Multa mihi ipsi ad mortem tempestiva fuerunt.] Ad sententiam Beroaldus: „In I. Phil. in hanc sententiam sic scribit: *Mihi vero satis est, quod vixi, vel ad aetatem vel ad gloriam*. Idem alibi: *negant posse mortem immaturam esse consulari: quanto nunc*, inquit, *verius negabo seni! Mihi vero, P. C., iam etiam optanda mors est, perfuncto rebus iis, quas adeptus sum, quasque egi*. Minime omittendum est scitum illud declamatoris Cestii, quod ob elegantiam concinnitatemque sententiae habendum est in ore et pectore. Sic enim inquit: *Si ad desiderium populi respicis, Cicero, quando perieris, parum vixisti: si ad res gestas, satis vixisti: si ad iniurias fortunae et praesentem rei publicae statum, nimium diu vixisti: si ad memoriam operum tuorum, semper victurus es*.“ Locus ex prima Philippica a Beroaldo laudatus est in fine orationis. Alter item in fine Orationis Philipp. Secundae. Cestii locus est ap. M. A. Senecam Rhetorem, Suasor. VII. p. 37. Ed. Gronov. Elzevir. 1672. HWolf. ad eadem haec: „i. c. Saepe ita mecum actum est, ut mori debuerim. Sed prohibitus fui, tum spe rerum meliorum, tum cohortationibus amicorum. *Obire ea, quae ad mortem tempestiva sunt*, nihil aliud est, quam *tempestive mori*.“ *Mr.*

Quam *utinam potuissem obire*] In Msstis, quantum constat, omnibus est *quae utinam*. Nos vero coniecturam nostram, cum certissima videretur, recipere nulli dubitavimus; pronomen enim ad *mortem* dubio procul est referendum. *Mortem* vero *obire* phrasis est vulgatissima. Vide supra cap. 35. et de Orat. lib. III. cap. 29. De re, quam hic agit Cicero, sic Seneca Cons. ad Marciam cap. 20. *M. Cicero, si eo tempore, quo Catilinae sicae devitavit quibus pariter cum patria petitus est, concidisset liberata Rep. conservator eius, si denique filiae suae funus secutus fuisset, tunc felix mori potuit. Non vidisset strictos in civilia capita mucrones* etc. *D.*

Multa mihi — quae utinam potuissem obire!] „*Tempestiva ad moriendum* sunt opportunitates moriendi, idonea ad relinquendam vitam tempora, occasiones, quibus se dolet defuisse. *Obire locum, tempus*, observante Gifanio, *occurrere ad constitutum, non deesse, non desiderari*. Cicero pro Mil. 10: *Clodius ita profectus est, ut concionem turbulentam, in qua eius furor desideratus est, quae illo die habita est, relinqueret: quam; nisi obire facinoris locum tempusque voluisset, nunquam reliquisset*. De Amic. 2: *qui diligentissime semper illum diem et illud munus solitus es obire*. Haec non meminerat Davisius, quando edebat *quam utinam*, ubi omnes, ipsomet fatente, Codices habent *quae utinam*. Hae quidem phrases: *obire mortem* et *obire tempestiva ad moriendum*, eodem recidunt. Hoc tantum discrepant, quod altera est vulgatissima, altera minus trita; sed latina nihilo minus et Ciceroniana.“ *Anonymus apud Olivetum*. Ego vero, si ad Codicum scriptionem me applicuero, minime vereor, ne frugibus inventis ad glandes rediisse videar, postquam Davisio accesserunt tanta nomina, Ernestum dico, FAWolfium (qui tamen in prima Ed. librorum scriptionem ferendam duxit, itemque in scholis, vertens:

tuissem obire! Nihil enim iam acquirebatur: cumulata erant officia vitae: cum fortuna bella restabant. Quare, si

benutzen), Schützium, Orellium, ceteros. Nam, quod non semel monui, in quaestione de recipiendis coniecturis non id tantum agitur, utrum apta sit lectio, ut, si a scriptore profecta esset, probari posset, an secus: sed illud quaeritur, num librorum scriptio eiusmodi sit, ut plane a scriptoris et ipsius sermonis ingenio abhorrere videatur. Quod in hunc locum non cadere, satis, opinor, probavit Oliveti Anonymus. Quod vero ait Or. *obire* non convenire verbo *tempestiva*: respondeo, *multa tempestiva* ita intelligenda videri, ut *multa* sit Substantivum, *tempestiva* Adiectivum quasi Participiale: sententia autem haec prodeat minime absurda: mihi ipsi multa obvenere temporis momenta, quibus mori mihi quam maxime fuisset tempestivum. His utinam momentis potuissem id agere, quod tum meum erat (id enim significat *obire*), neque occasionibus illis defuissem, vel spe rerum meliorum, vel amicorum cohortationibus prohibitus. — Solus Cod. Gud. 2. pro *quae* habet *qui*. Duisb. habet *possem*: unus Ox. *potuissem obedire*. Aug. *abire*. *Mr.*

Nihil enim iam acquirebatur] Vocem *enim* omittit Cod. Duisb. cum Gud. 2. In voce *iam* non erat, quod haereret Bentleius, eiusque loco scriptum desideraret *tum*. Addito *erat* satis significatur tempus praeteritum: quod autem addit *iam*, significat, sibi illis ipsis temporis momentis vel ita visum esse vel certe videri debuisse. *Acquirebatur* recte explicatur a Forcellino p. 40. b. ed. Germ. *poterat adiici, accedere*. Neque magis necessaria erat Bentleii coniectura *nihil enim famae* (easu Dativo) *acquirebatur*: quam, nimis cupide in Ed. 2. receptam, in tertia Davisius rursus eiecit. *Mr.*

Cum fortuna *bella*] Vulgo *fortunae*: quod Gebhardi facinus est, ut Cl. Bentleius monuit: nam prius recte legebatur *cum fortuna*; nec aliter Reg. Eliens. tert. Bak. aliique plures Mssti. *D.*

cumulata erant — bella restabant] „Aliter Lambinus: *cumulata erant in officia vitae fortuna: bella restabant*. Cum Gryphii libro [qui nobiscum facit] cui plurimum tribuo, Manutio convenit.“ *Brutus*. „Significat Cicero, ad vitae munera, quibus ante calamitatem perfunctus fuerit, etiam fortunae cumulum accessisse, quae sententia in vulgatis libris, in quibus legitur: *cumulata erant officia vitae: cum fortuna bella restabant*, obscurata iacet.“ *Fr. Fabricius*. Ad quae merito Or. Mirum, ait, errorem h. l. errarunt Lamb. et Fabr. Non minus miras est error Gebhardi, qui in Crepundiis p. 502. ex uno Pal. (cui in ann. ait accedere alium etiam) correxit: *cum Fortunae bella restabant*: addens: „ita elegantissime vocat illos ἀγωνισμούς, quibus cum adversa Fortuna, improbis adversariis luctatus Tullius.“ Ego vix quemquam fore credo, qui non intelligat, *cumulata erant officia* esse i. q. *cumulate satisfactum erat officiis*, ut locutus est ad Att. VI. 3. ante med. (*cumulata virtus* legitur Or. pro Sext. 40, 8; *cumulare gloriam* de Off. I. 32. 116.): verba autem, *cum fortuna bella restabant*, nihil aliud velle, quam *iam restabat, ut cum adversa fortuna conflictarer*. Libri MSS. et Edd. fere omnes in lectione vulgata, eaque optima conspirant. Duo Oxx. habent *omnia officia*, Gud. 2. omittit *officia*; Edd. Ven. nostr. A. B. exhibent *officio*: C. Herw. Grut. *quum fortunae*. Est etiam *fortunae* in Cod. Aug. et uno Ox. Cod. Gud. 2. omittit *restabant*: Nissen. coniecit: *cumulatae fortunae; bella restabant*. *Mr.*

Quare, si ipsa ratio minus perficiet,] Ad constructionem vid. Ellendt. de Enunciat. Conditionall. p. 23. *Ipsa ratio* est, ut FAWolfius interpretatur, λογισμός, rationis argumenta. Vind. 2. omittit *si* et

ipsa ratio minus perficiet, ut mortem negligere possimus: at vita acta perficiat, ut satis superque vixisse videamur. Quamquam enim sensus aberit, tamen suis et propriis bonis laudis et gloriae, quamvis non sentiant, mortui non carent.

---

exhibet *ipsa oratio:* est etiam *oratio* in uno Ox. et Ed. H. errore satis frequente: neque semper facile decerni potest, quodnam sit praeferendum: hoc loco facillime. Vid. nos ad Cic. de N. D. I. 37. p. 167. III. I. 495. ed. Crz. et nostr. maj. Wyttenb. ib. ad III. 40. p. 803. coll. Cic. de Legg. I. 18. p. 116. ed. nostr. de Div. II. 26. p. 389. ed. nostr. Tum Cod. Rehd. *proficiet.* Bouhierius in seqq. scribi volebat: *ut mortem eligere* v. *deligere possimus:* ut se quasi excuset Cicero, quod Stoicorum *σὺλόγῳ ἐξαγωγῇ* non sit usus. Quae quidem sententia magis est probabilis, quam emendatio: illa autem satis commode ex vulgata lectione elici vel reperiri potest. Peius tentavit Rathius: *at vita acta perficiet.* Unus Ox. habet *ac.* Marb. *ita* pro *vita.* *Mr.*

Quamquam enim sensus aberit, *tamen suis et propriis bonis*] Vulgo, *sensus* abierit, *tamen* summis etc. Sed *aberit* est a Reg. locumque, prout edidimus, olim Lambinus restituit. *D.*

Quamquam enim sensus aberit] Parui auctoritati Codicis regii, quam affert Dav. quamquam in nostra collatione nullum eius lectionis est vestigium. Et placuit Futurum iam pridem Lambino, Fr. Fabr. HWolfio, deinde Bentleio et Ernesto, eandemque lectionem recepit Orellius. Accedit nunc MS. in marg. Ed. nostrae Asc. 2. ubi totidem literis legitur *aberit.* Pro *enim* Gud. 2. *igitur:* eandem vocem unus Ox. omittit. *Mr.*

tamen suis et propriis bonis laudis et gloriae] Recepi *suis,* quod habent Lamb. Dav. FAWolf. Schz. (qui, non accurate inspecta Davisii annotatione, eandem lectionem codici regio tribuit) Orell. Nobb. Tbn. Facile *suis* in *summis* poterat mutari, si casu linea transversa voci superscriberetur. Conf. Goerenz. V. Cl. in Jahnii Annall. 1826. I. 2. p. 320. *Summa* etiam ea bona appellare non poterat Cicero ex sui animi sententia. Id vero me non moveret, quod ait Bentl., non crescere sententiam, quum a summis bonis ad propria progreditur. Poterat enim *et propriis* intelligi *et quidem* vel *iisque propriis,* quam significationem *et* haud raro habere notum est. Vid. nos ad Cic. de Div. I. 18. p. 93. Similiter ac nostro loco scripsit infra V. 7. 19: *propriis et suis argumentis.* Probabat etiam *suis* Ernestus. Post *bonis* multi Codd. et omnes fere Edd. habent *et laudis et gloriae:* et fateor priore *et* commode separari a se invicem verba *bonis* et *laudis.* Sed quid sibi in coniunctione *laudis* et *gloriae* volunt coniunctiones *et — et,* quasi dixerit: *non modo laudis, sed gloriae etiam?* Accedit auctoritas optimorum librorum, qui *et* ante *laudis* non agnoscunt: Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Gud. Duisb. Marb. tres Oxx. et sine dubio Reg. quamquam in collatione nostra nihil enotatum est. Pro *tamen* Gud. 2. habet *cum* (ortum ex compendio *tmn.* Unus Ox. gloria. Unus *et laudabilibus.* Nos igitur Davisii, vel potius Bentleii, sententiam secuti sumus. Nec vero iisdem assensi sumus in seqq. tribus verbis delendis vel uncinis coërcendis. *Mr.*

Quamvis non sentiant] Haec cum Cl. Bentleio reor delenda: nihil enim nisi vana sunt *ταυτολογία.* *D.*

quamvis non sentiant,] Uncinis liberavi haec vocabula cum omnibus fere Edd. post Dav. Sunt enim in Codd. omnibus; in solo Bern. parentheseos, ut videtur, signis circumdata. Probarunt quidem Bentleii sententiam Bouh. Ern. Lall. Schz. Koel. et FAWolf. in

Etsi enim nihil habet in se gloria, cur expetatur; tamen
46 virtutem tamquam umbra sequitur. Verum multitudinis
110.

Ed. 1. Sed idem in seqq. intellexit, absurda haec non esse, si proxime adiungas sequentibus: *mortui non carent*. Accedit, (quod ait Or.,) quod non facile aliquis librarius sententiam vel explicationem ita supervacaneam additurus fuisse videtur. Pro *carent* sola Ed. H. *carebunt*. *Mr.*

Nihil habet in se *gloria*] Sic Balliol. Vulgo, *nihil* in se habeat *gloria*. Ordinem verborum quem recepimus praestant etiam Reg. Eliens. tert. aliique Mssti. *D.*

Etsi enim nihil habet in se] Recepi *habet* ex Codd. Bentl. tribus Oxx. Gud. 1. (a pr. m. *habent*: sed litera *n* punctis notata) 2. Aug. Gud. Bern. Reg. (et alii apud Lallemann.) Duisb. Mon. 1. 2. Vind. 2. Edd. E. S. Dav. Or. Nobb. Lall. Tbn. Verba *in se* reposui post *habet* cum iisdem Edd. itemque FAWolf. Schz. ex Codd. Reg. Bern. Mon. 1. 2. Vind. 2. Gud. 1. 2. Aug. Gud. Duisb. Rehd. et omnibus Lallemanni. Pro *expetatur* Gud. 1. Aug. Mon. I. et unus Ox. *expectatur*. Solus Cod. Aug. *vitae gloria*. Ad seqq. vid. quod ad sententiam B. Martini Varr. Lectt. (Utraj. 1755.) p. 252. qui confert Pind. Pyth. 1. prope fin. ὀπισθόμβροτον αὔχημα δόξας. *Mr.*

Tantum virtutem tanquam umbra sequitur] Hieronymus in Epitaph. Paulae pag. 175. A. *Gloria virtutem quasi umbra sequitur, et appetitiores sui deferens appetit contempores*. Seneca Epist. LXXIX. *Gloria umbra virtutis est, etiam invitos comitabitur*. Vide Claudianum de Cons. Mallii Theodori vs. 7. et nostrum infra III, 2.

Tamen virtutem etc.] Restitui *tamen* pro Davisiano vel Bentleiano *tantum*, quod nullus agnoscit liber, nec scriptus nec editus, neque magis necessarium est, quam reliquae huius loci mutationes, quas vides in annott. Bentleii et Davisii. Ad v. *umbra* intelligendum esse *corpus* iam alii monuerunt. Unus Ox. habet *umbram*, prava correctione, quia illud ipsum scriptor Codicis nesciret: quod cadit etiam in Cod. Rehd. Ed. H. *Mr.*

Et *verum — non possum* tamen] Vulgo, *tamen virtutem tanquam umbra sequitur: verum — non possum* autem etc. Nos emendationes Bentleianas sensu iubente repraesentamus.

c. 46. *Verum multitudinis iudicium*] „Incertum est, utrum *verum* adiectivum an coniunctio sit. Adiective sic ordinabuntur verba: *iudicium multitudinis de bonis* (sc. viris) *si quando est verum*. Sin *verum* coniunctio putatur, iudicium ἐμφατικῶς accipiendum erit, ut opponatur incertae opinioni et errori: hoc modo: multitudinis iudicium i. e. vera sententia de bonis viris, si quando est, i. e. si quando multitudo (quod raro fit: magnus enim errorum magister est populus) de bonis viris recte sentit etc.“ *HWolf.* *Verum* esse adjectivum FAWolfius in scholis monet post Bentleium itemque Or. contra recentissimum et interpretem et editorem. *Multitudinis* enim *iudicium*, si *verum* particula est, non potest esse aliud, quam *qualecunque iudicium, etiam pravum*, ut vere ait Or., neque etiam tum verba *si quando est* satis possunt intelligi. Simili errore, a Facciolato inducto, in Laelio c. 7. verbis: *verum — amicum qui intuetur*, primum vocabulum a multis pro particula habitum est, quod monuit Goerenz. in Jahnii Annall. 1826. I. 2. p. 300. In Cod. Duisb. scribitur *iudicium multitudinis*. Verba *de bonis* omittit Rehd. Duo Oxx. omittunt *est* post *laudandum*. — In seqq. Cod. Gud. *possumus*. In verbis *quoquo modo* a multis librariis ea scribendi forma neglecta est, qua significabatur *quo* bis esse legendum (QVOMODO). Exhibent igitur *quomodo*

iudicium de bonis, si quando est, magis laudandum est, quam illi ob eam rem beati. Non possum autem dicere, quoquo modo hoc accipietur, Lycurgum, Solonem legum et publicae disciplinae carere gloria: Themistoclem, Epaminondam, bellicae virtutis. Ante enim Salaminam ipsam b. Neptunus obruet, quam Salaminii tropaei memoriam: prius-

---

Codd. sex Oxx. Aug. Mon. 1. 2. Edd. H. P. A. B. S. E. C. Herw. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cam. Vocem *hoc* interpres ille et editor, quos dixi, ad sequens *carere* referunt, ut sit: quomodocunque *carendi* verbum (cuius significatio §. 88. exposita est) intelligetur. FAWolfio hoc durum visum est. Ego ut hoc non nego, ita aliam explicandi rationem probabilem non reperio. *Mr.*

Accipietur] Sic Reg. Vulgo *accipiatur*.

accipietur] Ita recte Or. Tbn. probatque factum Kühnerus. Et habent Futurum Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Marb. quatuor Oxx. omnes Bentleii, Edd. Vict. Rob. Steph. Sturm. Leod. HWolf. In uno Ox. Mon. 1. 2. Edd. a Reiskio collatis, Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Cam. P. A. B. S. E. C. Herw. scribitur *acciperetur*, in Ed. H. *acciperet*: in reliquis *accipiatur*. Post *Lycurgum* in Ed. H. sequitur *et Solone*: in Vind. 1. *solonemque*. — *Disciplinam* de rei publicae institutione posuit Cicero etiam de N. D. III. 35. 85: *respublica ratione quadam et disciplina designata*, ib. 39. 91: *Lacedaemoniorum disciplinam — a Lycurgo datam*. Fragm. Hortensii p. 480. ed. Or. *omnis rei publicae disciplina*. — Post *carere* in Cod. Mon. 1. sequitur *glorie*. Pro *ante enim* unus Ox. habet *ante cum*, alius *ante eam*. *Mr.*

Salaminam *ipsam*] Ex quarto Graecorum casu primum saepe fecerunt Latini. Hieronymus Catal. cap. CXIV. Epiphanius Cypri Salaminae Episcopus. Pari modo *Salaminam* dixit Iustinus lib. XLIV. cap. III, 2. Et lib. II. cap. 7. *De proprietate* Salaminae *insulae prope usque interitum armis dimicatum fuerat*. Sic in aliis. Ita Sulpicius Severus H. S. lib. II. cap. 9. *Marathonam*: cap. 25. *Ptolemaidam;* ac Dial. cap. 23. *Thebaidam* habet; quem locum temere sollicitat Joan. Vorstius. Quin et apud Livium lib. I. cap. 18. ex Msstis rescribendum *Crotonam*, cum *Crotona* prae se ferant editi. *D.*

Salaminam] In re nondum ad liquidum perducta, quae ex accuratiore vetustissimarum membranarum collatione magnam partem pendere videatur, standum nobis visum est ab optimis libris: iique habent *Salaminam*, una cum peioris notae Codd. et Edd. vett. et recc. omnibus, exceptis Edd. M. FAWolf. Schz. quae habent *Salamina*. In Ed. Nobb. litera *m* uncinis inclusa est. De simili forma *Eleusinam* vid. Heindorf. ad Cic. de N. D. I. 42. 119., nos ad eundem locum ed. Cr. et nostr. maj. p. 192. Ceterum non nego, posterioris potius aetatis scriptores eiusmodi nomina urbium et locorum Latinae declinationis legibus accommodare, quod monet Kühnerus: illud volo, et Ciceronem in aliis quoque nominibus singulare quid habere (vide modo quae de nomine *Persei*, Macedonum regis docet K. L. Schneider. Gr. Latin. II. 1. p. 315—321.): et vetustissimorum librorum in re incerta auctoritatem non videri spernendam. Cod. Aug. habet *obrueret*. *Mr.*

Salaminii tropaei memoriam] *Salamini* est in Codd. Gud. 1. Aug. Vind. 1. Rehd. Gud. et aliquot Edd. vett. nimirum vel ex antiquo usu, quem usque ad finem seculi Augustei fuisse constat: vel ex scriptione SALAMINI. Pro *memoriam* duo Oxx. habent *victoriam*. Fuit

quo Boeotia Leuctra tollentur, quam pugnae Leuctricae gloria. Multo autem tardius fama deseret Curium, Fabricium, Calatinum, duo Scipiones, duo Africanos, Maximum, Marcellum, Paullum, Catonem, Laelium, innumerabiles alios: quorum similitudinem aliquam qui arripuerit, non eam fama populari, sed vera bonorum laude metiens, fidenti animo, si ita res *feret*, gradietur ad mortem: in qua aut summum

---

fortasse glossa *victoriae* pro *tropaei*, unde aliquis accusativum effinxit eoque verum Ciceronis vocabulum extrusit. Reiskius alio, sed haud absurdo, glossemate Ciceronem, ditare voluit coniiciendo: *quam oblivio Salaminii tropaei memoriam*. Ut h. l. dixit Cicero *Salaminium tropaeum*, ita Corn. Nep. Themist. V. 3. *Marathonium tropaeum* dixit, Sil. Italic. XIV. 282: *Salaminiacum tropaeum*, Aristoph. Equ. 1331: τὸ ἐν Μαραθῶνι τροπαῖον. Mox Vind. 2. *tolluntur*. Gud. 1. *quae* pro *quam*; in uno Ox. *gloriae*: alius cum Aug. et Vind. 2. habet glossam: *gloria tollatur*. *Mr.*

Multo autem tardius] Necessaria est particula continuativa et accessionem significans, vel oppositionem transitionemque ad aliud in eodem genere maius. Et tamen multi scripti et editi habent *enim*: voluti quatuor Oxx. Mon. 1. 2. Ven. Alt. [in marg. al. *etiam*] ex Reiskianis Ven. 1. 2. Med. 1. 2. tum P. A. B. S. Ven. nostr. Sturm. Asc. 1. Quod autem ait Rsk. in hac et S. distingui non posse, utrum scriptum sit *enim* an *etiam*: hoc falsum est. Scriptum enim est ēm, plane ut paullo superius post *ante*: quo *enim* significari manifestum est. *Etiam* habent M. L. Car. Steph. Goth. HWolf. Leod. Sylb. Boul. Ald. Gryph. Et hoc quidem non male. Sed magis ex mente hominis Romani est *autem* illud quasi αὐξητικόν: Romanos magis etiam supra Graecos attollens. In Cod. Duisb. scriptum est *deseret fama*, in Gud. 1. *desseret*. Ad locutionem cf. Cic. ad Att. 16, 3: *Deseremur ocius a re familiari, quam a re publica*. Qui sequuntur viri clarissimi non requirunt rerum gestarum explicationem, quum ubique sint obvii. Addam modo plena eorum nomina: M. Curius Dentatus; C. Fabricius Luscinus; A. Atilius Calatinus Regulus; P. et Cn. Scipiones (qui in Hispania interierunt); P. Cornelius Scipio Africanus Major; P. Cornelius Scipio Aemilianus Africanus Minor; Q. Fabius Maximus Verrucosus, Dictator; M. Marcellus; L. Aemilius Paullus; M. Porcius Cato, Censorius; C. Laelius Sapiens. Nomen Calatini in multis libris scribitur *Collatinum*: v. c. uno Ox. Vind. 1. Mon. 2. Ed. H., quod ortum est ex scriptione *Colatinum* in Codd. Marb. et duobus Oxx. Ed. Ven. nostr. Unus Ox. pro *curium* habet *currum*, Aug. cum Gud. omittit *Marcellum*, idem habet *Paulum emilium*. In Rehd. *Marcellus* ponitur ante *Maximum*, in Duisb. *Cato* ante *Paullum*: idem post *Laelium* inserit *et*, quod in eiusmodi enumerationibus Cicero solet omittere. Similiter unus Ox. *innumerabilesque*. *Duos* habent multi; *duo* optimi Gud. 1. Gryph. quatuor Gebh. Edd. post Grut. Vid. nos ad Cic. de Rep. I. 13. p. 57. 59. II. 19. p. 263. *Mr.*

Quorum similitudinem aliquam] Mon. 1. *si multitudinem*. Quod h. l. dicit *qui arripuerit* pro *cui contigerit*, similiter alibi quoque *arripio* dixit Cicero pro *contingit mihi aliquid*: veluti de N. D. III. 11. 27: *quaerit apud Xenophontem Socrates, unde animum arripuerimus, si nullus fuerit in mundo*: Ubi vertit Graeca Xen. M. S. I. 4. 8: νοῦν δὲ ἆρα — πῶς δοκεῖς συναρπάσαι; Pergit unus Ox. *non ea*. Tum Gud. 2. *populari fama metiens, sed vera bonorum laude*. *Mr.*

Si ita res fert] Vulgo, *si ita refert*, et ita nonnulli Mssti; sed

bonum, aut nullum malum esse cognovimus. Secundis vero suis rebus volet etiam mori: non enim tam cumulus bonorum

---

omnino male. Aut enim scribendum, *res fert*, quemadmodum dant Victor. Eliens. pr. sec. aut *res feret*, uti Lambinus edidit, auctoribus Lactantio Div. Inst. VII, 10. nonnullisque Tullii Codicibus. *D.*

si ita res feret,] Ita scripsi linguae legibus obsecutus, cum optimorum ceteroqui et vetustissimorum Codicum scriptio ferri non possit (*si ita refert*), et facile intelligatur, quomodo scriptoris manus corrumpi potuerit. Et habent veram scriptionem quatuor Oxx. Vind. 2. Guelf. Edd. Lamb. Gryph. Car. Steph. Boul. Cam. Ald. Goth. Sturm. Leod. HWolf. Sylb. et Scur. Ald. quas contulit Reisk. itemque Verb. Lall. FAWolf. seqq. In Codd. Marb. Rehd. Aug. Mon. I. 2. Edd. H. P. A. B. S. E. C. Herw. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Grut. Ern. Rsk. ex Reiskk. Ven. 1. 2. Med. 1. 2. est: *si res fert*, in Ed. M. *si ita res refert*; in Gud. *si ita referri*; in reliquis *si ita refert* (excepta Ven. Alteri, quae habet *referet*) ex quibus unus Pal. habet glossam *expedit*: sed hoc sensu non dixit Cicero *refert*. Fortasse autem ortum est hoc *refert* in Codd. ex antiqua pronuntiatione verborum *res fert*, qua *s* in fine elidebatur: quamquam verbum impersonale *refert* (priore syllaba producta) ex *rē fert* ortum esse concedo. Tertiam singularis verbi *referre* corripi notum est. Similiter locutus est noster Philippic. IV. 6, 14: *si res ita tulisset*. Similes loquendi formulae sunt *voluntas fert*, in Verr. III. 23, 57; *tempus fert*, ad Qu. Fratr. I. 4; *ratio fert*, ad Famm. V. 2; *natura fert*, Somn. Scip. 11; *fortuna fert*, ad Famm. IV. 13; *aetas fert*, Or. pro Cluent. 60, 168. — In seqq. Cod. Mon. 1. *in quo*: et mox: *aut summum malum*. Tum Aug. Gud. Vind. 1. duo Oxx. *cognoscimus*. Male. *Cognovimus* est i. q. didicimus ex iis, quae antea dicta sunt. *Mr.*

Secundis vero suis rebus volet etiam mori] Notus est Mimographi versiculus,

Mori est felicis, antequam mortem invocet.

Hinc Seneca Cons. ad Marciam cap. XX. Mors *de nullis melius merita, quam de his, ad quos venit antequam invocaretur*. Hoc non ad solos iuvenes pertinet, ut perperam vult doctissimus Lipsius; nam et ii, gravibus infortuniis pressi, mortem possint invocare; sed ad eos, cuiuscunque demum sint aetatis, quorum res eunt prospere, quique nullis adhuc molestioribus aut animi aut fortunae aut corporis arctati sunt incommodis. Vide et cap. XXI. Euripides Hecub. vs. 497.

Φεῦ, φεῦ, γέρων μεν εἰμ', ὅμως δέ μοι θανεῖν
Εἴη, πρὶν αἰσχρᾷ περιπεσεῖν τύχῃ τινί.

Sic Zarmanochegas Indus se censuit, ἅπαντα κατὰ γνώμην πράξαντα μέχρι νῦν, ἀπιέναι δεῖν, μήτι τῶν ἀβουλήτων χρονίζοντι συμπέσῃ, ut ait Strabo lib. XV. pag. 1048. Huc facit quod Antisthenes ἐρωτηθείς τί μακαριώτερον ἐν ἀνθρώποις; ἔφη εὐτυχοῦντα ἀποθανεῖν. Vide Laertium VI, 5. *D.*

secundis vero suis rebus volet etiam mori] Cod. Vind. 1. pro *vero* habet *etiam*, hac voce post *volet* omissa. Pro *etiam* in seq. Ed. Davisius nimis cupide receperat *iam* ex Bentleii coniectura. Sed *etiam* est i. q. adeo. Probat quidem illud *iam* Wopk. Lectt. Tull. p. 54. (77. Hand.), sed frustra. Quod autem Wopkensius bis scripsit *uti* pro *mori*, id calami lapsu factum videtur, quem non animadvertit Handius. Unus Ox. pro *etiam* habet *et*. *Mr.*

Non enim tam cumulus bónorum] Cum h. l. non de divitiis

111. iucundus esse potest, quam molesta decessio. Hanc sententiam significare videtur Laconis illa vox, qui, quum Rhodius Diagoras, Olympionices nobilis, uno die duo suos filios

---

sermo sit, Bouhierius coniiciebat *honorum*. Quasi vero *bona* nonnisi *divitias* significent! Videntur tamen in eadem opinione fuisse scriptores Codicum Mon. 1. et Marb., qui totidem literis exhibent *honorum*. Pro *non* unus Ox. habet *et non, neque*. Mox Cod. Duisb. et MS. ap. Verb. *iucundus est*. Ed. omittit *quam*. Duisb. et Mon. 1. habent *molestia*, unus Ox. *modesta;* alius cum Aug. et Ed. H. *discessio*. Sine dubio existimabant correctores, *decessionem* esse i. q. *decessum* vel mortem. Quod cum ferri non posse viderent, emendaverunt, ut sibi quidem videbantur, locum. Sed *decessio* est deminutio, et opponitur *accessioni*. Vid. de Div. II. 15. 36: *haec decessio — aut accessio subitone fieri potest?* de Univ. 6. 16: *neque enim ulla decessio fieri poterat, neque accessio*. In seqq. Gud. 2. habet *videtur significare*. Ed. H. omittit *qui*. Laudat nostrum locum Dissen. post Boeckhium ad hunc locum Pindari Pyth. X. 22—29. — *εὐδαίμων δὲ καὶ ὑμνητὸς οὗτος ἀνὴρ — ὅς ἄν — ἀρετᾷ κρατήσαις τὰ μέγιστ' ἀέθλων ἔλῃ τόλμᾳ τε καὶ σθένει, καὶ ζώων ἔτι νεαρὸν — υἱὸν ἴδῃ τυχόντα στεφάνων Πυθίων. ὁ χαλκεὸς οὐρανὸς οὔποτ' ἄμβατος αὐτῷ· ὅσαις δὲ βρότειον ἔθνος ἀγλαΐαις ἁπτόμεσθα, περαίνει πρὸς ἔσχατον πλόον. Mr.*

Rhodius Diagoras — uno die duo suos filios] In Cod. Marb. ădest *nobilis*. Hoc quoque loco plurimos libros habere *duos*, exspectabis. Sed *duo* habent Codd. Gud. 1. 2. (hic a pr. m.) Gryph. Edd. Grut. Gron. Verb. Dav. Ern. Att. Bip. (sed in his tribus ex prava Ernesti coniectura eiectum est *suos*) seqq. Brutus ad hanc formam: *Duo* efferri in quarto casu ut *ambo*, docet Charisius loco allato ex Attio in Epinausimache: *Martes armis duo congressos crederes*. Virg. 11. [Aen. XI. 285.] *Si duo praeterea tales Idaea tulisset Terra viros*. — „Laudat praeterea Orell. Pindari Ol. V. extr. *μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι*. Isthm. V. 18 [Diss. IV. 14.] *μὴ μάτευε Ζεὺς γενέσθαι· πάντ' ἔχεις, εἴ σε τούτων μοῖρ' ἐφίκοιτο καλῶν*. Locis supra ad *duo Scipiones* allatis adde Erythraei indicem in Virgilium v. *duo*, Burmann. ad Virg. l. l. p. 632. T. III. Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. I. p. 55. not. 66. Heindorf. ad Cic. de N. D. III. 38. 91. p. 378. Goerenz. ad Cic. de Legg. III. 13. p. 257 sq. ibiq. laudd. nos ad eund. loc. p. 440. Gernh. ad Cic. Lael. V. 20. p. 49. Beier. ad eund. loc. p. 31 sq. Gernh. ad Cat. maj. 20, 75. p. 143. (ubi item est *duo Scipiones*, casu Accus.) Otto ad eund. loc. p. 193. Heinrich. ad Cic. de Rep. p. 170. O. M. Müller. ad Cic. pro Sext. 15. 34. p. 55. Cic. de Rep. I. 10. p. 45. ed. nostr. Cic. de Div. 1. 3. p. 19. ed. nostr. In Cod. Rehd. est *filios suos*. *Mr.*

Rhodius Diagoras] Plutarchus in Pelopida pag. 297. *Ὁ Λύκων τὸν Ὀλυμπιονίκην Διαγόραν ἐπιδόντα μὲν υἱοὺς στεφανουμένους Ὀλυμπιάσιν, ἐπιδόντα δ' υἱωνοὺς καὶ θυγατριδοῦς, ἀσπασάμενος, Κάτθανε, εἶπε, Διαγόρας· οὐκ εἰς τὸν Ὄλυμπον ἀναβήσῃ*. Aliter tamen hanc historiam refert Agellius N. A. lib. III. cap. 15. *De Rhodio*, inquit, *etiam Diagora celebrata historia est. Is Diagoras tres filios adolescentes habuit, unum pugilem, alterum pancratiasten, tertium luctatorem; eosque omnes vidit vincere coronarique Olympiae eodem die; et quum ibi eum tres adolescentes amplexi, coronis suis in caput patris positis suaviarentur, quumque populus gratulabundus flores undique in eum iaceret; ibi in stadio, inspectante populo, in oculis atque in manibus filiorum animam efflavit*. Filiorum nomina fuere Demagetus, Acusilaus et Dorieus, ut docet Pausanias lib. VI. cap. VII. pag. 468,

victores Olympiae vidisset, accessit ad senem et gratulatus, *Morere, Diagora*, inquit, *non enim in caelum adscensurus es.* Magna haec, et nimium fortasse Graeci putant; vel tum potius putabant: isque, qui hoc Diagorae dixit, permagnum existimans, tres Olympionicas una e domo prodire, cunctari

---

seqq. ubi pariter exstat huiusce rei memoria. Eos etiam recenset auctor Argum. Graecus in Pindari Olymp. VII. pag. 76. illic autem male *Διωρεὺς ἀντὶ τοῦ Δωριέως* scribitur. Hoc patet ex Aristotelis Rhet. lib. I. cap. II, 16. et Thucydidis lib. III. pag. 176. B. Ob eandem causam gaudio periit et Chilon Lacedaemonius, quod tradunt Diogenes Laertius I, 72, 73. aliique. Sane tanta fuit apud Graecos Olympiacae victoriae laus et gloria, *ὥςτε τὸν νικήσαντα αὐτῶν ἰσόθεον νομίζεσθαι*, ut ait Lucianus de Gymn. Tom. II. pag. 274. Id multis ostendi facile posset, sed ne longior sim ad auctorum modo locos digitum intendam. Adi sis igitur Pindarum Olymp. III, 77. Platonem de Rep. lib. V. pag. 366, 368. ed. Cant. Athenaeum lib. VI. pag. 237. F. et lib. X. pagg. 413, 414. Artemidorum lib. II. pag. 145. ac lib. V. pag. 266. ne Vitruvium, Suetonium, reliquosque memorem. Vide et infra lib. II. cap. 16. *D.*

Victores Olympiae vidisset] Codd. Mon. 1. 2. *Olympiae vidisset victores.* Utcunque posita sint verba, noli *Olympiae* iungere cum *vidisset.* De formula vid. van Staveren ad Corn. Nep. Praef. p. 10. ed. Stuttg. — In uno Ox. deest *senem.* Mox Cod. Aug. *Dyagore. Mr.*

Non enim in caelum ascensurus es] Narrat Bouhierius aliquem virum doctum coniecisse *Nunc* pro *Non*: ipse autem eum recte refutat. Habent tamen *nunc* Codd. duo Oxx. Aug. Rehd. Guelf. Edd. H. C. Herw. Junt. Cam, Asc. 2. (sed marg. MS. *non*). In Vind. 1. est *iam enim*, in Vind. 2. si *enim*. Mireris sane, Ernestum verae huius loci explicationi („non enim deus futurus es. nam nil maius tibi in terris accidere potest.") hanc falsam praemisisse: „Simplicissimum est intelligere: *vivus et sine morte.* — Cod. Mon. 1. pro *in* habet *mihi*. Unus Ox. *accessurus*, alius *accensurus. Mr.*

Magna haec et nimium fortasse Graeci putant] Bouhierius propter v. *nimium* et sequens *permagnum* legi volebat *magnum hoc.* Idem coniecit Rathius, addens: non ausim scribere *magna haec et nimium f.* Non reputabant viri docti, *nimium* esse Adverbium, non Adiectivum. Sententia manifesta est: magna haec (sc. eiusmodi victoriam et gloriam), et nimium fortasse magna, i. e. maiora, quam sunt re vera, Graeci putant. Vid. nostras Symbolas ad Cic. I. XVI. p. 17. In uno Ox. et Ed. Sylb. est *nimirum* pro *nimium*. Alius Ox. omittit verba *putant — potius*. Gud. habet *magna enim*, omisso *haec*. Aug. pro *tum* habet *tam*. Tres Oxx. Duisb. *tamen*: ubi agnoscis voluntatem priorem errorem (*tam*) corrigendi. Gud. 2. habet *is qui* pro *isque*. Ed. H. *hec* pro *hoc*. *Mr.*

tres Olympionicas] Unus Ox. *terris*, quod ortum est ex antiqua scriptione *tris*, quam habent Codd. nostri vetustissimi. Codd. Mon. 1. 2. tres Oxx. Edd. Junt. Cam. Ven. nostr. Asc. 2. praemittunt verbo *tres* hanc glossam: *patrem cum duobus filiis*: quam in Codd. Venetis non repertam exulare iam volebat Camerarius. Solus Cod. Marb. habet *Olympicas*. Aug. *Olympionicos*. Post *una* duo Oxx. omittunt *e* cum Aug. Scribitur *ex* in Edd. P. A. B C. M. L. et nostris vett. ante Grut. exceptis Rob. Steph. et Leod. Mox Vind. 1. *illum diutius cunctari*, cum Cod. Aug. *Illum* omittit Cod. Gud. 2. Mox Vind. 1. *fortunae ne obiiceretur*, ubi agnoscis interpretem. Unus Ox. *inutilem*. Cicero hoc loco vocem *inutilis* posuit pro *periculosus*; sic ubi iun-

illum diutius in vita, fortunae obiectum, inutile putabat ipsi. Ego autem tibi quidem, quod satis esset, paucis verbis, ut mihi videbar, responderam. Concesseras enim, nullo in malo mortuos esse. Sed ob eam causam contendi, ut plura dicerem, quod in desiderio et luctu haec est consolatio maxima. Nostrum enim et nostra causa susceptum dolorem modice ferre debemus, ne nosmet ipsos amare videamur.

---

gitur cum *seditiosus*, ut de Off. II. 14. 49: quamquam ibi de homine dicitur, non de re. Est λιτότης, de qua vid. Gerh. Jo. Vossium Inst. Orat. II. p. 183 — 186. Ed. Lugd. Bat. 1643. Pergit unus Ox. *putabant*; tum Duisb. *illi*. Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. et marg. MS. Ed. nostrae Asc. 1. *ipse* pro *ipsi*. Ad v. *cunctari* cf. Lucret. 3, 408: *tamen in vita cunctatur et haeret*. *Mr.*

Ego vero — responderam] Sententia est: Ego vero, quod paucis verbis responderi vel absolvi posse existimabam, tibi responderam, in eoque mihi videbar posse acquiescere; neque tamen acquievi; sed ob eam causam (quamquam tu concesseras *nullo in malo mortuos esse*) fui paullo longior, quod in desiderio et luctu *haec* est consolatio maxima. Vocem *verbis* post *paucis* omittit unus Ox. Sed ita *paucis* dixerunt Comici et Sallustius: Cicero non item. Mox Vind. 1. Aug. Gud. Ed. H. *videbatur*. Gud. 2. *videbas*. Duisb. *videtur*. Hoc et *videbatur* etiam Verb. ex MSS. in margine habet. Tum unus Ox. omittit *enim*. Gud. habet *nullos*. Marb. *in nullo malo*. Ad sententiam loci vid. quos laudat Wyttenbach. ad Plutarch. p. 741 — 743. ed. Lips. T. II. p. 63 sq. Cic. ad Famm. V. 16. Senec. Consol. ad Polyb. c. 27. ubi vide, quem laudat Appuleium J. F. Gronovius p. 219. ed. Elzev. *Mr.*

Sed ob eam causam contendi] Gud. 2. omittit *causam*. Pergit unus Ox. *contempni*, alius *contemni*. *Contendi* est operam dedi, ut saepe apud Ciceronem. Pro *ut* Cod. Gud. *quod* ex prava correctione ob antecedentia: *ob eam causam*. Mox Cod. Duisb. *maxima consolatio*. Aug. et Vind. 1. *magna* pro *maxima*. Pergit idem: *Nostram enim et nostri causa*. Unus Ox. *et nostrarum*, alius *et nostrum*. Rehd. omittit *enim*. Ed. Junt. *Nostrum est enim*. Ed. H. *et vestra causa*. — *Dolorem suscipere* dixit etiam de Finn. I. 7. 24. *Mr.*

Ne nosmetipsos amare] Vulgo, *ne* et *nosmetipsos*. Particulam vero istam recte praetermittunt Reg. Eliens. pr. tert. Balliol. et Bak. At Eliens. sec. habet *nosmetipsos solos amare*. Sed additamento tali nihil opus. Plutarchus Tom. II. pag. 65. E. *Παραχελεύομεθα τὸ φίλαυτον ἐκκόπτειν ἑαυτῶν*. Idem Cons. ad Apoll. pag. 111. E. [c. 19. p. 390. Wytt. ed. Lips.] *Εἰ μὲν οὖν αὐτῶν (ἕνεκα πενθοῦσι τοὺς ἀποθανόντας) — φίλαυτος ἡ τῆς λύπης πρόφασις*. Cicero de Amic. cap. 3. *Suis autem incommodis angi, non amicum, sed* seipsum amantis est. Vide sis eundem in Bruto cap. 1. *D.*

ne nosmet ipsos amare videamur] Post *ne* addunt *et* Edd. vett. (praeter H.) omnes: primus extrusit Bentleius, cui obsecutus est Dav. Sed servavit post Davisium Olivet. cum Verb. Post Ernestum nemo ultra recepit illud *et*. Sed Ern. ipse et cum eo Bip. perperam correxerunt *ipsi*. *Nosmet ipsos* dicit, ut subaudiamus: *nec vero eos, quos lugemus*. Neque agnoscunt *et* Codd. Gryph. Guelf. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. Bern. sex Oxx. et omnes Regii Lallemanni. Wopkensius, ne periret illud *et*, quod Codicum auctoritate destitutum fere esse nesciret, coniecit *ne ita nosmet ipsos* etc. Sed isti particulae hic non est locus. Ad eius

Illa suspicio intolerabili dolore cruciat, si opinamur eos, quibus orbati sumus, esse cum aliquo sensu in iis malis, quibus vulgo opinantur. Hanc excutere opinionem mihimet p. 173. a. volui radicitus, eoque fui fortasse longior.

A. Tu longior? non mihi quidem. Prior enim pars 47 orationis tuae faciebat, ut mori cuperem: posterior, ut modo 112.

---

locum Handius p. 77. haec: „Wopkensius quos Codices intellexerit nescio [poterat certe scire H. quinque Davisianos, sex Oxonienses, Gryphianum, Guelf. quem contulit Ern., Lallemanni et Bentleii omnes. Mihi quidem certum est abesse *et* etiam a Gebhardianis, si non omnibus, certe a plerisque: sed non accurate inspexisse illum libros suos:] Certiore indicio, in uno Cod. Paris. *et* omitti, nunc notat Orellius. Tamen mira est reliquorum librorum consensio [Non consentiunt Codd. sed modo Edd. nec eae omnes, ut vidimus.] Et amplius dubitari decet de genere huius interpolationis." Quod Lallem. ex uno Cod. Davisii recepit *nosmet ipsos solos*, glossa est, inutilis quidem, sed melior coniectura Ernestinâ. *Mr.*

Illa suspicio etc.] Unus Ox. *illa susceptio*, quod est correctoris, qui respiceret ad *susceptum dolorem*, neque prospiceret ad sequentia, et nesciret *suspicionem* dici pro prava *opinione*, propter sequens *si opinamur*. Alius Ox. habet *de dolore*. Mox unus *e quibus*: alius omittit *esse*: unus habet *in* pro *cum*. *Mr.*

quibus vulgo opinantur] *Quibus* pro *in quibus*. De hac omissione Praepositionis ante relativa, cum antecessit demonstrativum cum praepositione, vid. nos supra ad c. 39. extr. *Mr.*

quibus vulgo opinantur] Verba omnia post *eos* usque ad h. l. desunt in Gud. 2. aberrante librarii oculo a priore *quibus* ad posterius. In Cod. Vind. 1. est *quibus vulgus opinatur*, quod volebat recipi Rathius: praeter necessitatem. Nostrae constructionis non opus est exempla afferre. Ed. H. habet cum uno Ox. *opinamur*. Alius *opinatur*. Mox Mon. 1. 2. *mihimet excutere opinionem*. Gud. *excutere mihimet opinionem*. Ed. P. A. B. S. E. M. L. Junt. et reliquae vett. (exceptis Rob. Steph. Sylb. Leod. Brut. qui Gryphii Codicem secutus est) *radicitus volui*. Rathius, qui primus scilicet animadvertisset, hac oratione tota Auditorem edoceri a Marco, nec vero vice versa, vocem *mihimet* facillima correctione mutari iussit in *tibimet*. Illud vero non animadvertit, si ita personas mutes, syllabam *met* plane otiosam atque ineptam fieri, et Ciceronem paullo superius dixisse, Auditorem quidem iam pridem concessisse, nullo in malo mortuos esse: se autem ideo paullo fuisse longiorem, quia haec ipsa in desiderio et luctu esset consolatio maxima. Hac vero consolatione se ipsam, quippe Tulliae filiae morte sollicitum, quam maxime eguisse significat, dicens, hanc se opinionem *sibimet* excutere voluisse radicitus. Unus Ox. *velim*; alius: *eo quod*; alius: *fuissem*. *Mr.*

Cap. 47. *A. Tu longior? non mihi quidem.*] MS. in marg. Asc. nostr. 2: *tu tibi longior*: et sic Edd. S. E. Quod est correctoris, qui crederet sequenti *mihi* opponendum esse antecedens *tibi*. In Cod. Gud. est *Cur longior?* quod item est correctoris. In Gud. 2. scribitur: *tu longior mori non mihi quidem*. Vind. 1. *tu non longior mihi quidem*. Ad v. *faciebat* (sc. per totum hoc tempus, quo disputabas) vid. Doeleckii Gramm. Germ. Lat. p. 260. Mox pro *posterior* unus Ox. *posterior autem*, alius *posterior vero*: sed istae particulae, quas interpretum sedulitati deberi vides, facile intelliguntur et sono compensantur vel supplentur. *Mr.*

ut modo non nollem, modo non laborarem] *Non* ante *nollem* omit-

non nollem, modo non laborarem: omni autem oratione illud certe perfectum est, ut mortem non ducerem in malis. M. Num igitur etiam rhetorum epilogum desideramus, an hanc iam artem plane relinquimus? A. Tu vero istam ne

---

tunt Codd. Mon. 2. Marb. Gud. duo Oxx.; duo alii habent: *ut aliquando non modo vellem verum etiam laborarem:* unus Ox. Ed. H. *ut modo non vellem, modo non tab.* alius: *ut modo nollem, non laborarem*: duo: *laborem. Mr.*

Omni autem oratione] „Iam duas orationis partes fecit, nunc de tota loquitur. Itaque legendum omnino *oratione*, non *ratione*. In Verr. VI. [Act. II. Lib. IV. 52. 115.] *ut aliquando totam huius generis orationem concludam*; non *rationem*. Et Ter. Andria." *A. Manutius.* Cogitavit fortasse de loco Andriae I. 1. 114: *Honesta oratio est. Mr.*

Omni autem oratione] „Sic legendum: et ita habent omnes libri veteres. Nam *ratione*, quod est in vulgatis libris, quamvis in speciem probabile videatur, tamen ineptum. Non enim dicit Marcum adolescens omni *ratione* et omni genere argumentorum ac probationum docuisse, mortem non esse ducendam in malis: quamquam hoc quoque factum est: sed eum in tota *oratione* hoc spectasse, atque adeo perfecisse, ut mors non sit ducenda in malis." *Lambinus.* „*Omni autem oratione* habet Gryph., quemadmodum videtur legendum. Prius enim egerat, quid quaque parte orationis actum esset: in praesentia agit, quid omni oratione sit perfectum. Quae quamquam ita sunt, si quis tamen *ratione* legi malit, ut scriptum legitur in aliis vulgatis, non pugnabo." *Brutus.* „Secutus sum Lambinum faventes habentem Pall. pr. sec. tert. quint. Vulgo *ratione*." *Gebhardus.* „*Ratione* Venet. I. 2. Med. 1. 2. et reliquae. Recte: id est, quocunque modo: quidquid eveniat, quisquis sit effectus tuae disputationis." *Reiskius.* Vides Reiskium, bono reperto, ad peius rediisse. Habent *oratione*, (quod satis, opinor, defendit Lambinus) praeter Cod. Gryph. et Palatinos, sex Oxx. nostri, Gud. 1. 2. Marb. Mon. 1. 2. Rehd. Gud. Edd. post Grut. omnes. Pro *certe* unus Ox. habet *autem*. In Aug. scribitur *illud perfectum certe*, omisso *est*, quod absorpsit ultima litera vocabuli antecedentis: in Gud. 2: *perfectum est. Illud certe* — Pro *ducerem* Aug. *ducam*, unus Ox. *deducerem. Mr.*

Num igitur etiam rhetorum epilogum etc.] *Rhetorum epilogum* per breviloquentiam dictum est pro: epilogum, quales rhetores componere solent in declamationibus. In seqq. scripsi cum Dav. Or. *hanc iam* ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. [nisi quod hic habet *eam* pro *iam*.] Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. Vind. 2. uno Ox. Ed. H. In uno Ox. scriptum est *hanc ante iam*. Fortasse scriptum reperiebat Corrector aliquis in Codice, quem corrigeret, *iam hanc*; quod cum inverso ordine scribendum esse videret, margini adscripsit: „*hanc* ante *iam*: „id quod deinde ab alio librario, qui hunc librum describeret, ut Ciceronis vera manus receptum est. Cod. Marb. *hanc ipsam artem*. Unus Ox. *plene* pro *plane*. In Gud. 2. *plane* ante *artem* scriptum est. Pergit Ed. H. *nunc relinquimus*. Gud. Aug. *relinquamus*. Unus Ox. omittit verba *an — relinquimus?* Sola Ed. Alt. et, ut videtur, Cod. Vind. 2. habent *reliquimus. Mr.*

Tu vero istam ne reliqueris] Cod. Vind. 1. *tu istam vero*: unus Ox. *tu non istam*. Unus Ox. post *reliqueris* interrogandi signum habet; in alio scriptum est *dereliqueris*, in Aug. *derelinquimus*: Gud. 2. *relinqueris* cum Marb. in uno Ox. *semper perornasti*: quo verbo Cicero nunquam est usus. Solus Verb., ex MS., nescio quo, edidit: A. *Tu vero istam nunc relinquis, quam semper ornasti? et quidem*

reliqueris, quam semper ornasti: et quidem iure: illa enim te, verum si loqui volumus, ornaverat. Sed quinam est iste epilogus? aveo enim audire, quicquid est. M. Deorum 113. immortalium iudicia solent in scholis proferre de morte: nec vero ea fingere ipsi, sed Herodoto auctore aliisque pluribus. Primum Argiae sacerdotis, Cleobis et Bito, filii prae-

---

iure. Non videtur necessarium hanc refutare coniecturam, cum sententiarum nexus eam plane repudiet. Requirebatur certe, illa quaestione praemissa: *at nullo quidem iure. Mr.*

Illa enim te — ornaverat] Vocem *te* omittit unus Ox. alius eius loco habet *certe.* Vocem *te* multae Edd. post *volumus* reiiciunt. Sed nostro loco habent Codd. omnes, Edd. Crat. (in marg.) M. V. Rob. Steph. Leod. Ald. Sylb. Boul. Brut. Lamb. Goth. Gebh. seqq. Quae interponuntur: *verum si loqui volumus*, in multis Edd. scribuntur: *si vere loqui volumus.* Sed illam scriptionem habent Codd. Oxx. omnes (nisi quod unus habet *loquimus*, omisso *volumus*) septem Gebhardi, vetus Car. Stephani, Reg. Gud. 1. 2. Aug. Duisb. Gud. Marb. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. marg. Crat. V. Rob. Steph. Leod. Gebh. seqq. Solus Rehd. *si verum loqui possumus.* Cod. Gryph. *inornaverat:* quod est verbum Tertullianum. *Mr.*

Sed quinam est iste epilogus?] Unus Ox. omittit *iste.* Codd. Aug. Marb. unus Ox. MS. marg. Asc. 2. *quisnam*; unus Ox. Gud. 2. *quidnam:* alius Ox. *quoniam.* Pro *aveo* solenni permutatione est in plurimis Codd. et Edd. vett. *habeo:* qua de re iam supra monuimus ad cap. 8: ubi Gebh. *habeo* in orationis seriem recepit, hoc vero loco non recepit quidem, sed recipi iussit. Ceterum habent *aveo* octo Oxx. aliquot Gebhardi Aug. Vind. 2. Edd. Med. 2. (apud Rsk.) H. E. C. Herw. et nostrae omnes, excepta Ven. nostr. solus Rehd. pro *aveo* habet *ardeo:* ex acuti correctoris ingenio. Ad v. *quicquid est* vid. Beier. ad Cic. Lael. 16. 60. p. 96. ubi perperam locus noster ex cap. 37. laudatur. Unus Ox. habet *quid quidem*, omisso *est*, quod etiam in alio Cod. Ox. desideratur. Aug. habet *quid est. quicquid enim deorum. Mr.*

Deorum immortalium iudicia] Ed. H. *solent iudicia.* Ad *solent* facile intelligis *rhetores* vel simile quid; quare non necessarium est, ex Vind. 1. recipere *magistri*, quod ibi post *morte* intrusum est. *Mr.*

Nec vero ea fingere ipsi] *Ea* omittit Cod. Vind. 1. cum Gud. In Rehd. est *fingere ea.* Ad seqq. ex Herodoto vid. Wyttenb. ad Plutarch. T. II. p. 53. ed. Lips. et quos laudat Baehr. ad Herodot. I. 31. p. 71. (ed. Lips. 1830.) — Cod. Rehd. habet *plurimis* pro *pluribus*; unus Ox. *Herodocto*; Gud. 2. *auctori:* duo Oxx. *aliis* omisso *que*, quorum prior huius voculae loco habet *quam*, et *plurimis* cum Rehd., posterior habet in seqq. *Primum vero*, sed Gud. omittit *primum.* Formam Graecam *Argiae* pro *Argivae*, quamquam hoc tantum certo loco obviam apud Ciceronem, nolui mutare cum Lamb. et Fr. Fabr. in *Argivae*, cum eam tueantur codd. omnes, et habeant fere omnes (exceptis sex) apud Cic. de N. D. I. 29: ubi item habent Dav. et Ern. *Argia — Juno*, nos in Ed. min. cum Heind. et Schz., nimis fortasse cupide, *Argiva* recepimus. Praeferebat Graecam formam etiam Camerarius in Comm. *Mr.*

Cleobis et Bito] De hisce viris eam quae sequitur historiam refert Herodotus lib. I. cap. 31. Stobaeus Serm. CXIX. pag. 603. [T. III. p. 463. Gaisf.] *Κλεόβις καὶ Βίτων, Κυδίππης τῆς μητρὸς αὐτῶν ΔΕΞΑΜΕΝΗΣ τῇ Ἥρᾳ* (leg. *ἐξαμένης*, quod a me prius observatum, sibi quoque monendum putavit Cl. Potterus ad Clementis Strom. III.

dicantur. Nota fabula est. Cum enim illam ad sollenne et

---

pag. 517.) *δοῦναι τοῖς παισίν, ὅπερ ἂν εἴη κάλλιστον, ὅτι ἑαυτοὺς ὑποζεύξαντες τὴν μητέρα εἰς τὸ ἱερὸν ἀνήγαγον, τὸν βίον παραχρῆμα κατέστρεψαν.* In eandem rem nitidos incerti scriptoris versus subnectit. Aeschines Axiocho pag. 730. [p. 367. c. p. 114. Boeckh.) *Οἵτε τῆς Ἀργείας ἱερείας υἱεῖς* etc. Rod. Agricola vertit *Iunonis Argivae sacerdotes*; quasi legisset: *Οἵ θ' Ἥρας Ἀργείας ἱερεῖς*, quae pura puta est *παραδιόρθωσις*· mater enim sacerdos erat Argiva, cui nomen Cydippae. Hoc, praeter Stobaeum iam laudatum, diserte tradunt Servius et Philargyrius ad Virgilii Georg. III, 532. Tzetzes Chil. I, 31.

Καὶ Κλέοβιν καὶ Βίτωνα τοὺς παῖδας τῆς Κυδίππης.

Sic enim legas oportet, non *Κλέοβριν καὶ Βίτανα*. Iterum vs. 35. *Οἱ παῖδες τῆς Κυδίππης τῆς ΡΕΑΣ ἱερείας*. Scribe *τῆς ΗΡΑΣ*. Rem ipsam, praeter eos quorum iam memini, tetigere Plutarchus Cons. ad Apoll. pag. 108. ac in Solone pagg. 93. 94. Palaephatus de Incred. cap. LI. Claudianus Eidyll. VII, 39. Valerius Maximus lib. V. cap. IV, 4. ext. Sextus Empiricus Pyrrh. Hypot. lib. III. cap. XXIV. pag. 158. Lucianus Cont. Tom. I. pag. 349. Theon Progymn. cap. II. pag. 15. Tertullianus adv. Nat. lib. II. cap. 9. denique Hyginus Fab. CCLIV. a quo tamen, aut saltem a Librariis, *Cleops et Bitias* perperam nominantur. *D.* Quod iam dudum correctum est. Sed ibidem adhuc perperam scriptum exstat matris nomen *Cidippe*, pro *Cydippe*, etiam in Staverenii Editione. *Mr.*

Cleobis et Bito] Non est mirum, si in nominibus propriis errasse deprehendis librarios: illud tamen mireris in una fere eademque scriptione prava conspirare etiam optimos. Pro *Bito* est enim *Binoto* in Codd. Gud. 1. 2. Aug. Gud. Duisb. et novem Gebhardianis; in uno Ox. *Binotae*, in tribus *Binotho*, in uno *Binote*, in Marb. *Binothe:* idem habet etiam *Cleodis*. Gud. cum uno Ox. omittit *filii*, alius Ox. habet *et biffilii*, Gud. 2. *filiis*. Scripsi autem cum Dav. et Or. *Bito* pro vulgato *Biton* ex Cod. Vind. 1. et noto praecepto, cum Genitivus eius nominis exeat in — *ωνος*. Vid. C. L. Schneider. Gramm. Lat. II. (Formenl. I. p. 275 — 279.) In seqq. Cod. Vind. 2. habet: *nota est fabula*. *Mr.*

Cum enim illam ad solenne et statum] „*Statum* lego, non *statutum*, ut habent aliquot impressi libri. Sic et in Orat. de Arusp. Resp. *statas solennesque cerimonias*, et Livius lib. XL: *Proficiscuntur ab Thessalonica Aeneam ad statum sacrificium*. Manavit autem hoc mendum latius, ut in veterum libris saepe pro *statum* legatur *statutum*." *Manutius*. „Sic legendum est: *ad sollemne et statum*, inquam, non, ut volunt quidam, *ad sollemne et statutum* etc. quamvis nonnulli libri MSS. iis suffragentur. Nam primum veteres Grammatici docent, in his Festus, dicta *esse stata sacrificia* a veteribus scriptoribus, quae certis diebus fiebant." *Lambinus*. „Alii libri pro *statum* habent *statutum*. quod rectum esse, nec mutandum, sentit Turnebus. Sic pro Milone: *statuta sacrificia dictatoris Lanuvini*. Lambinus *statum* legendum existimat etc." *Sylburg*. Locus in Or. de Harusp. Resp. est 9, 18. Locus Livii XL. 4. 9, ubi item aliquot libri habent *statutum sacrificium*: vid. ed. Drakenb. Stuttg. T. XI. p. 578. Quem vero laudat ex Miloniana Sylburgius, est locus 17, 45. quo iam dudum legitur *stata sacrificia*. Et habent nostro loco *statum* quatuor Codd. Oxx. tres Pall. Rehd. Edd. E. Herw. M. L. Scur. (ap. Rsk.) Car. Steph. MS. in marg. Asc. 2. Brut. Goth. Boul. Sylb. Ald. Leod. HWolf. Fr. Fabr. Gebh. recc. In Cod. admodum interpolato Rehd. est *sanctum et solemne et statum*. *Mr.*

statum sacrificium curru vehi ius esset, satis longe ab oppido ad fanum, morarenturque iumenta; tunc iuvenes ii, quos modo nominavi, veste posita, corpora oleo perunxerunt, ad iugum accesserunt. Ita sacerdos advecta in fanum, quum currus esset ductus a filiis, precata a dea dicitur, ut illis

---

cum illam — curru vehi ius esset] Cod. Aug. *ille*. Rathius corrigebat *illa — iussa esset*. Quasi vero sacerdos ad sollenne et statum sacrificium, quod certo redibat tempore, non ipsa, sine iussu, accedendum sibi esse scivisset! Quod vere animadvertit Censor, quem diximus, Jenensis. Offendebatur, opinor, Rathius locutione *curru vehi ius esset*, quia nesciret illam locutionem et Latinam et Ciceronianam esse: est vero constructio eadem ad Att. IX. 9. post med. Cum Infinitivo Activi saepissime legitur. Ceterum scribitur in marg. Vind. 2. duobus Oxx. Aug. Marb. *iussisset*, unde in tribus Oxx. et Mon. 1. correctores fecerunt *se iussisset*. Posterior habet in seqq. cum Aug. duobus Oxx. Edd. Ven. Alteri et nostra, ex ridicula correctione, *moreretur*que. In Cod. Rehd. sedula correctoris manus post *esset* addidit *essetque*. *Mr.*

tunc iuvenes ii,] Codd. Gud. Aug. Gud. 1. 2. Vind. 1. Ed. H. *tum*. Gud. 1. 2. *iuvenis*. Pro *ii* plures *hi* et *hii*, unus Mon. 1. *in*. Tum Aug. *nominavi modo*. Vind. 2. *oleo corpora*. Unus Ox. habet *corpora deo perunserunt*: mirum ni cogitavit *deo permiserunt* corrector egregius. Ceterum ex hoc Ciceronis loco medicinam afferre voluit Herodoto Bouhierius, l. c. corrigens sive: ἐξαλιζόμενοι [ἁλίζειν· ἁλίσφρουθαι. Hesych.] sive ἐξελαιούμενοι, s. ἐξαλγλιμμένοι. Sed earum emendationum Herodoti editores rationem habendam non censuerunt. *Mr.*

ad iugum accesserunt] Unus Cod. Vind. 1. ante *ad* addit *et*, quod receptum volebat Rathius, ex codd. ut ait; quamquam ne unum quidem codicem inspexit. Pro *ad* est *ac* in Edd. A. B. S. E. Eam vocem plane omittit Gud. 2. minus bene. Omnia tria verba omittit Gud. Bouhierius coniiciebat *ac iugum acceperunt*, ut Cicero locutione in hac re propria utatur. Sed nihil ea emendatione opus. *Mr.*

Ita sacerdos advecta in fanum,] Cod. Vind. 2. *Ista*. Marb. *Itaque*. Duo Oxx. *adducta*: sed recte se habet vulgata: respicit ad antecedens: *curru vehi*, et statim sequitur *ductus*. Si plene distinguis cum Bentleio et Davisio post *fanum*, haud absurda erit Reiskii coniectura: *Quo quum currus esset perductus a filiis*: sed coniectura tamen. Habet Cod. Gud. 2. *cum enim currus*: unus Ox. et Vind. 1. *adductus*, Aug. *inductus*. *Mr.*

Cum currus esset ductus; ea filiis precata] Vulgo, *cum currus esset ductus* a *filiis; precata* etc. Emendationem dedimus quae a Codicibus quam minime recedit. *D.*

ductus a filiis] Non quam minime a Codd. recedendum fuit, quod se fecisse ait Dav., sed ne minimum quidem, quum librorum lectio plane sit sana. Pergit unus Ox. *precata ab eis a dea* (ferri posset: *precata iis a dea*) Marb. *precata sententia a dea*. Gud. *precata ab eis dicitur*, omissis verbis *a dea*. Unus Ox. et Rehd. omittit *a*. Scribitur *precata deam* in Cod. Aug. Edd. Asc. 2. H. Junt. et vet. Bouh. Cam. C. Herw. et ita corrigi volebat Bouhierius, praeter necessitatem. Vind. 2. habet *a deo*, unus Ox. *ad ea*. Gud. 2. *ducitur* pro *dicitur*: male. *Mr.*

Illud praemii] Vulgo *illis praemium*. Sed cum in Reg. Pithoean. Pal. quint. et Bak. sit *praemii*; ac Eliens. sec. *illud* repraesentet; *illud praemii* dedimus. *D.*

praemium daret pro pietate, quod maximum homini dari posset a deo: post, epulatos cum matre adolescentes, somno se
114. dedisse, mane inventos esse mortuos. Simili precatione Trophonius et Agamedes usi dicuntur: qui, quum Apollini Del-

---

ut illis praemium daret] Ita Cod. noster Gud. 1. antiquissimus, itemque Oxx. omnes, Aug. Mon. 1. 2. Bern. Marb. Vind. I. 2. Gud. Edd. vett. et recc. omnes, excepta Dav., nisi quod in Edd. Lambb. et Goth. in marg. scriptum est habere alios *pretium. Praemii* habent duo Gebh. Codd. Reg. Rehd. Duisb. et Gud. 2. In Ed. pr. Davisius annotavit in Petrens. esse a pr. m. *ut illis praemii daretur:* et in Cod. Narvic. esse *illud.* Rathius ex hac diversitate scriptionis coniecit legendum esse: *ut id illis praemii daret.* Certe similiter scripsit Cicero capitis proximi initio: *hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur.* Pergit Ed. Fr. Fabr. *proprietate.* Edd. A. Ven. nostr. et Ven. 1491. *de pietate.* Vind. 1. *darent pro pietate praemium. Mr.*

quod maximum homini dari posset a deo] Gud. *quidem* pro *quod*; post *maximum* Duisb. pergit: *bonum posset homini dari;* Vind. I. *dari homini a deo possit.* Gud. 2. omittit *homini. Possit* scribitur in uno Ox. Gud. Edd. A. B. S. E. C. Herw. V. Junt. Fr. Fabr. (haec in marg.) Ven. nostr. Sturm. Asc. 1. 2. Rob. Steph. Cam. Idem se in Cod. Reg. reperisse testatur Bouh. recipique vult, ut cum Graecis magis conveniat. Ibi nimirum est τὸ – ἄριστόν ἐστι. Miram sane rationem! Pergit unus Ox. *post epulas*: qua correctione sine dubio sibi admodum plausit librarius. Duo Oxx. omittunt verba *adolescentes — mane.* In Gud. 1. scribitur *adulescentis;* in uno eius vocis loco *filios.* Pergit Ed. H. *et mane*: Vind. 2. *inventos mane.* Duisb. omittit *esse.* In Gud. 2. est: *adolescentes cum matre. Mr.*

Simili precatione Trophonius et Agamedes] Plutarchi verba, quae leguntur apud Stobaeum, faciunt ad hunc locum: *Τροφώνιος καὶ Ἀγαμήδης ποιήσαντες ἐν Δελφοῖς ναόν, ᾔτουν παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος τὸν μισθόν· ὁ δὲ αὐτοῖς δώσειν ἔφη τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ· καὶ ταύτῃ ἐπιθανον. ἔτι δὲ Κλέοβις καὶ Βίτων Κυδίππης τῆς μητρὸς αὐτῶν εὐξαμένης τῇ Ἥρᾳ δοῦναι τοῖς παισίν, ὅπερ ἂν εἴη κάλλιστον, ὅτι ἑαυτοὺς ὑποζεύξαντες τὴν μητέρα εἰς τὸ ἱερὸν ἀνήγαγον, τὸν βίον παραχρῆμα κατέστρεψαν.*" *Ursinus.* In Cod. Gud. 2. legitur *et etiam Gamedes.* Ed. Junt. post *qui* omittit *quum.* Gud. 1. habet *Apollini.* Gud. 2. omittit *Delphis.* Aug. habet *visi* pro *usi. Mr.*

exaedificavissent] „Ita Gryph. Alii *exaedificassent.* Semper autem fere integra ille huiusmodi verba habet, ubi contracta alii. Ita et paullo inferius *petiverunt,* ubi alii *petierunt.*" *Brutus.* Plenam formam habent etiam sex Oxx. Gud. 1. 2. Reg. Mon. 2. Rehd. Duisb. (in hoc est: *templum exaedificavissent Delphis.*) Vind. I. 2. Marb. et, ut videtur, omnes Gebhardi, Edd. P. S. E. V. Brut. Rob. Steph. Leod. Sylb. HWolf. Gebh. seqq. In Gud. uno Ox. et Ed. H. est *aedificavissent,* in Aug. *hedificassent,* in uno Ox. *exaedificavisset,* in alio *exaedicavissent;* in reliquis *exaedificassent.* — *Petiverunt* recepi ex Codd. Gryph. Marb. Mon. 1. 2. Gud. Duisb. Edd. H. Dav. Reliqui habent *petierunt,* nisi quod in Ven. nostr. est *petiere. Mr.*

Trophonius et Agamedes] Hanc historiam modo plane diverso tradit Pausanias lib. IX. cap. XL. pag. 79. quem vide. At cum nostro facit Aeschines in Axioch. pag. 730. Ἀγαμήδης γοῦν, inquit, *καὶ Τροφώνιος, οἱ δειμάμενοι τὸ Πυθοῖ τοῦ Θεοῦ τέμενος, εὐξάμενοι τὸ κράτιστον αὐτοῖς γενέσθαι, κοιμηθέντες οὐκ ἔτ' ἀνέστησαν.* Et hos quidem *λάϊνον οὐδόν,* et *ἄδυτον ἐκ πέντε λίθων* Apollinis Delphici templo

phis templum exaedificavissent, venerantes deum, petiverunt mercedem non parvam quidem operis et laboris sui, nihil certi, sed quod esset optimum homini. Quibus Apollo se id daturum ostendit post eius diei diem tertium: qui ut b. illuxit, mortui sunt reperti. Iudicavisse deum, dicunt, et eum quidem deum, cui reliqui dii concessissent, ut praeter ceteros divinaret.

---

posuisse testantur Homerus Hymn. in Apoll. vs. 296. et Stephanus in *Δελφοί*. Vide et Nonnum ad Gregorii Nazianzeni Stel. I. Hist. I. *Χαριστήριον* vero, quod contulit iste Deus, non meminere. Meminit autem Plutarchus Cons. ad Apoll. pag. 109. A. *Περὶ Ἀγαμήδους*, inquit, *καὶ Τροφωνίου φησὶ Πίνδαρος, τὸν νεὼν τὸν ἐν Δελφοῖς οἰκοδομήσαντας, αἰτεῖν παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος μισθόν· τὸν δ' αὐτοῖς ἐπαγγείλασθαι εἰς ΕΒΔΟΜΗΝ ἡμέραν ἀποδώσειν· — τοὺς δὲ — τῇ ΕΒΔΟΜΗι νυκτὶ κατακοιμηθέντας τελευτῆσαι.* Eandem sive fabulam sive rem gestam refert etiam Stobaeus Serm. CXIX. pag. 603. et ei quoque diem adsignat *septimum*. Hinc forsan apud nostrum rescribi debet *post eius diei diem septimum*, non *tertium*. Certe notae numerales VII. et III. lineola tantum distinguuntur, adeoque non difficulter a Librariis queunt confundi. Sic apud Hieronymum in Catal. cap. CIX. alii Codices LXXXIII. alii LXXXVII. exhibent. *D.*

mercedem non parvam quidem operis] Unus Ox. et Mon. 1. *parva*. Rehd. omittit *quidem*. Lamb. et Fr. Fabr. *non parvam illam quidem*; ex Lambini, ut videtur, coniectura. Cod. Vind. 2. et Ed. H. *ac laboris* pro *et laboris*. Pro *nihil* est *nil* in Edd. Car. Steph. Boul. Lamb. Goth. Ald. Fr. Fabr. Reiskius coniecit: *nihil certi tamen*: sed hoc intelligitur. Eodem iure posses coniicere: *nihil quidem certi*. In Cod. Rehd. est *nihil certi petierunt*. Post *quod* omittunt *esset* Edd. Junt. Fr. Fabr. P. A. B. S. E. C. Herw. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cam. Sturm. Pro *se id* Ed. H. habet *his se*. Post *daturum* Cod. Aug. addit *esse*: Gud. habet *laturum*: Vind. 1. *daturum id esse*. Post *diei* Gebh., nolens fortasse, omisit *diem*; quam ob rem graviter castigavit Gronovius non tam Gebhardum, quam eos, qui illum temere secuti sunt. Post *tertium* omittit *qui* Cod. Mon. 1. *Mr.*

Iudicavisse deum dicunt] In Cod. Marb. est *indicavisse*: ubi agnoscis manum correctoris, qui non concoqueret *iudicavisse deum*, cum nihil ille locutus esse dicatur. Alii, qui *iudicavisse* non ferrent sic nude positum, in fine capitis addiderunt *mortem esse optimum homini*. Et sic habent Codd. Vind. 1. Aug. Edd. P. A. B. S. E. C. Herw. V. M. L. itemque a Reiskio collatae nostraeque omnes ante Gebh., qui primus illa verba, in Codd. non reperta, eiecit, quemque secuti sunt recc., cum absint ab omnibus, praeter istos duos, Codd. MSS. Ex eadem causa fluxerunt coniecturae Bouhierii: *Sic iudicavisse*, et Rathii *Ita iudicavisse*. Nihil addendum: intelligendus est locus, quasi scriptum sit: quo facto iudicium suum de eo, quod homini esset optimum, manifeste declaravisse dicunt Apollinem. Verba *deum, cui reliqui dii* desunt in Cod. Aug. Pro *cui* unus Ox. *ut*. Vind. 1. *dei reliqui*. Unus Ox. *concencissent*. — Locutionem *praeter ceteros* amat Cicero, sed nunquam ea ita utitur, ut sit i. q. ceteris exclusis, ne eo quidem loco, quo dixit *unus praeter ceteros adiuvisti*, ad Qu. Fratr. I. 1, 15: Nec ibi, inquam, ceteri excluduntur: sed cum *praeter ceteros* sit i. q. maxime, potissimum, illud *unus* inservit tantummodo augendo Superlativo; cuius constructionis et rationem exposui et exempla congessi sat multa in Symbolis Criticis ad Cic. I, 5. p. 8 sq. II. 7. 10 sq. *Mr.*

48 Adfertur etiam de Sileno fabella quaedam: qui, quum a Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse regem, *non nasci homini longe optimum*

---

c. 48. *Affertur etiam*] Scribitur *fertur* in Edd. P. A. B. S. E. C. Herw. M. L. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Sturm. Ald. HWolf. Car. Steph. Boul. Goth. et omnibus, quas contulit Reisk. et sic etiam in Veneta Alteri, quamquam haec in marg. habet *affertur*. Vind. 1. et Aug. exhibent: *Afferunt etiam — fabellam quandam.* Vox *etiam* in Cod. Vind. 2. erasa est: in Gud. 2. eius loco est *autem*. Unus Ox. et Mon. 2. habent *Silleno:* Gud. 2. *fabula*. Unus Ox. omittit *fabella quaedam*. *Mr.*

De Sileno fabella quaedam] Eadem ex Aristotele narrat Plutarchus Cons. ad Apoll. pag. 115. qui pariter ac Athenaeus lib. II. pag. 45. aliique, cum nostro Silenum facit Midae captivum. At Xenophonti de Exped. lib. I. pag. 247. Maximo Tyrio Diss. XI. §. 1. ac Himerio apud Photium Cod. CCXLIII. Satyrus nominatur. Non raro quidem Silenos et Satyros confundunt auctores: est tamen inter eos discrimen; qua de re videas licet Js. Casaubonum de Sat. Poesi lib. I. cap. II. pag. 53. et Jac. Perizonium ad Aeliani III, 18. *D.*

De Sileno fabella quaedam] Ad rem conf. Herodot. VIII. 138. ibiq. Wesseling. p. 215. Schwgh. T. VI. 2. ubi vides non in Phrygia collocari hortos Midae, in quibus Silenus fuit captus, sed in Macedonia, quamquam idem postea factus esse dicitur Midas Phrygiae rex, eiusque aetate Omphale Lydiae regina fuisse traditur, ergo et Hercules vixisse: qua de re disputat Bouhierius ad h. l. Add. Wyttenbach. ad Plutarch. II. p. 83. ed. Lips. Creuzer. in Studiorum P. II. p. 224 sqq. Symbol. u. Mythol. III. p. 213 — 223. Epitom. nostr. p. 604 sqq. Creuzer. ad Plotin. I. 4. 7. p. 34. I. 7. 3. p. 62. *Mr.* „Fuit fortasse haec fabula in Theopompi Θαυμασίοις. Vid. Athen. II. p. 45. c. annot. T. I. p. 319. inf.“ *Schuch.*

qui, quum a Mida captus esset,] Cod. Rehd. *ab amicla*. Vind. 1. *a Mida rege*. Pergit Gud. 2. *pro sua promissione*, Aug. *commissione*, duo Oxx. Rehd. *dimissione:* ubi agnoscis correctorem, cuius sedulitate non opus fuit. *Missio* est enim proprium in hac re vocabulum. Vid. Barnab. Brisson. de Verb. Signif. p. 640. ed. Itter. Sed hoc etiam Lexica docent. Ad proximam Sileni sententiam vid. etiam, quae attulit Schottus Nodor. Ciceron. p. 324. Ad versus Theognideos in proxima Davisii annot., in primis ad ἀρχὴν, v. Hemsterh. ad Lucian. Nigrin. 26. T. I. p. 66. ed. Reiz. et Hemst. Wolf. ad Demosth. Leptin. p. 278. Hermann. ad Viger. p. 723. Sic vero locus habet in Welckeri, V. Cl., Theognide (Frcof. ad M. 1826.) p. 31: (v. 543 — 546. W. 425 — 429 Bekk.)

Πάντων μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,
μηδ' ἐσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου.
φύντα θ' ὅπως ὤκιστα πύλας Ἀίδαο περῆσαι,
καὶ κεῖσθαι πολλὴν γῆν ἐπαμήσαμενον.

Ubi vid. qui laudantur loci similes Homeri, Hesiodi, Sophoclis, Bacchylidis, Chilonis, Periandri, et in annot. p. 108 sq. *Mr.*

non nasci homini longe optimum esse] Unus Ox. *hominem non nasci ei longe o. e.* Alius: *non nasci ei longe o. e.* Rehd. *longe homini optimum*. Mon. 1. *optimum esset*. Verba *proximum autem* omittit Cod. Gud. Unus Ox. *aut* pro *autem*. Ad hunc autem locum et seqq. haec est *P. Victorii* annotatio: „Quia Ctesiphontes fabula Euripidis, ut multae aliae eiusdem ita sapientis poetae, ut scenicus philosophus vulgo appellatus sit, vetustate et homi-

esse; proximum autem, quam primum mori. Qua est sententia 115. in Cresphonte usus Euripides:

---

num negligentia periit, non iniucundum fore arbitror, si Graecos eius versus, quibus hanc sententiam expressit, apposuero inventos a me apud Sextum Empiricum lib. 3. cap. *τίς ἐστιν ἡ λεγομένη τέχνη περὶ βίον.* Sic enim inquit: *ἔνιοι δὲ καὶ βέλτιον εἶναι τὸ ἀποθανεῖν τοῦ ζῆν ἡμᾶς ὑπολαμβάνουσιν· ὁ γοῦν Εὐριπίδης φησίν.*

ἀλλ' ἐχρῆν ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους κ. τ. λ.

[reliqua vid. in annot. Dav.] Fabulam autem de Sileno capto a Mida rege Aristoteles multis verbis exposuit in libro, cui titulus erat Eudemus, vel de animo, quem totum locum Plutarchus accepit in Consolatione ad Apollonium: postremam tantum hic eius partem affigam: nam et valde hic apta, et egregie ab eo narrata est: *τοῦτο μὲν ἐκείνῳ τῷ Μίδᾳ λέγουσι δήπου μετὰ τὴν ἧτταν ὡς ἔλαβε τὸν Σειληνὸν διερωτῶντι, καὶ πυνθανομένῳ, τί ποτ' ἐστὶ τὸ βέλτιον τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τί τὸ πάντων αἱρετώτατον, τὸ μὲν πρῶτον οὐδὲν ἐθέλειν εἰπεῖν, ἀλλὰ σιωπᾷν ἀῤῥήτως· ἐπειδὴ δέ ποτε μόλις πᾶσαν μηχανὴν μηχανώμενος προσηγάγετο φθέγξασθαί τι πρὸς αὐτὸν οὕτως ἀναγκαζόμενον εἰπεῖν· δαίμονος ἐπιπόνου καὶ τύχης χαλεπῆς ἐφήμερον σπέρμα, τί με βιάζεσθε λέγειν, ἃ ὑμῖν ἄρειον μὴ γνῶναι; μετ' ἀγνοίας γὰρ τῶν οἰκείων κακῶν ἀλυπότατος ὁ βίος· ἀνθρώποις δὲ πάμπαν οὐκ ἔστι γενέσθαι τὸ πάντων ἄριστον, οὐδὲ μετασχεῖν τῆς τοῦ βελτίστου φύσεως· ἄριστον γὰρ πᾶσι καὶ πάσαις τὸ μὴ γενέσθαι· τὸ μέντοι μετὰ τοῦτο καὶ τὸ πρῶτον τῶν ἄλλων ἀνυστόν· δεύτερον δὲ, τὸ γενομένους ἀποθανεῖν ὡς τάχιστα.* Sed et consequentem fabulam de Elysio Terinaeo (a patria autem ita ille appellatus est: nam *Terina* urbs fuit in agro Crotoniensi) in eodem commentario Plutarchus prolixe narrat. Quare ne longior sim, eam omittam. Potest, qui diligentius ipsam explicatam videre vult, ibi eam legere. Tres tantum versiculos, quos Cicero et ipse versibus reddidit, adponam, etsi mendosiores sunt, nisi fallor, in excusis Plutarchi Codicibus. Sunt autem hi:

ἦρου νήπιε ἠλύσιε φρένας ἀνδρῶν (sic) *κ. τ. λ.*

[reliqua vid. in annot. Dav.] Existimo autem *leto* sine diphthongo in ipsorum interpretatione scribi debere, ut *potitur leto* significet *mortuus est. Munere* autem *fatorum*, quia mors illa fatalis fuerit, et non praeter naturam praeterque fatum, quemadmodum ille suspicabatur. Nam sic expressisse Ciceronem credendum est verba haec posterioris versus *κεῖται μοιριδίῳ θανάτῳ.*" *Mr.*

Non nasci homini longe optimum esse: proximum autem quam primum mori] Lactantius Div. Inst. lib. III. cap. 19. *Inepta illa sententia* — primum bonum esse non nasci; secundum citius mori. *Quae ut maioris sit auctoritatis, Sileno attribuitur.* Notissimi sunt hi versus:

Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,
Φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας Ἀΐδαο περῆσαι.

Eos Homero tribuit auctor Certam. pag. 23. At, interposito pentametro, leguntur apud Theognidem vs. 425. quem auctorem agnoscunt Clemens Strom. III. pag. 517. Theodoretus Therap. V. pag. 71. et Stobaeus Serm. CXIX. [T. III. p. 462. Gaisf.] In eandem mentem coacervari possint quamplurima. Vide sis Anthol. lib. I. Tit. 13. Ausonium de Amb. vitae vs. 49. Plinium H. N. lib. VII. Prooem. Hieronymum in Epit. Nepot. pag. 23. Senecam Cons. ad Marciam cap. XXII. aliosque. Nam, quod ait Alexis,

— *Τὸ πολλοῖς τῶν σοφῶν εἰρημένον,*
Τὸ μὴ γενέσθαι μὲν κράτιστόν ἐσι' ἀεί,

Nam nos decebat, coetus celebrantes, domum

Ἐπὰν γένηται δ', ὡς τάχιστ' ἔχειν τέλος.
Apud Athenaeum lib. III. pag. 124. *D.*

Qua est sententia in Cresphonte usus Euripides:] Recepi eum verborum ordinem, quem post Gebh. receperunt Edd. omnes, et habent Codd. Oxx. omnes, Gebhardiani, Bentleian., nostri Gud. 1. Reg. Duisb. Gud. Marb. Mon. 1. 2. Gryph. Edd. V. M. Robert. Steph. Ald. Plerique habent *usus* post *est*. In Cod. Rehd. scribitur *quae;* in Aug. Vind. 1. *sententia est;* in Gud. 2. *est sententia usus — euripedes.* Vind. 2. *Eur. in Cresph. usus.* Rehd. *omittit usus.* Ed. H. habet *qua sententia usus est in Thesiphonte Euripides.* Eodem modo fabula Euripidea scribitur in uno Ox.; in Mon. 1. *Texiphonee;* in Ven. nostr. *Cesiphonte,* in Asc. 1. *Ctesphonte.* Marg. Verb. et MSS. *Thesiphone, Thesiphonte.* Beierus, qui ad sententiam, quae his versibus inest, multa contulit ad Cic. Or. pro Scauro p. 148 — 150, perperam scripsit in *Ctesiphonte.* In Proverbiis metricis apud Schottum (Adagg. Grr.) p. 582. 60. hic est versus hexameter eiusdem sententiae:

ἢ μὴ φῦναι ἄριστον, ἢ αὐτίχα φύντα τελευτᾶν. Mr.

Nam nos decebat coetus celebrantes, domum Lugere] „Exstant hi versus Graece apud Plutarchum de Audiendis Poetis [p. 90. ed. Krebs.]" *Fr. Fabric.* Bouhierius ad h. l. ait: „Lego: *Nam nos decebat, coetus celebrantes domu;* conveniebant enim propinqui et necessarii in domo defuncti ad exequias celebrandas. Dixerunt autem veteres non minus *domu,* quam *domo*: quod cum nescirent librarii, saepe corruperunt scriptorum verba." Hugo Grotius hosce versus ita Latine reddidit:

Nam nos decebat, celebre cum coetu, modo
Lugere genitum, tanta qui intraret mala:
At qui labores morte finisset graves,
Hunc laude amicos atque laetitia exequi.

Ed. H. pro *nos* habet *vos:* duo Oxx. Gud. 2. et Aug. *docebat,* et ita a Reiskio collatae Ald. Ven. 1. 2. Med. 1. 2., nostrae Ven. Asc. 1. S. Ed. Lamb. et Goth. in marg. *coetu:* duo Oxx. *cetus.* Cod. Marb. *demum.* Male, postquam iam Dav. distinctionem correxerat, Ern. cum Gebh. post *domum* distinxit. Nissen. ad h. l. eius Editione inspecta „Haec, ait, non bene se habent. Malim *domu* vel *domi.* Davis. et Bip. scripserunt: *celebrantes, domum lugere.* Imo hominem natum lugebant, non domum, quod stultum fuisset." Imo *domum,* i. e. familiam, *lugere nos decebat,* ait Euripides (vel certe Ciceronis conversio) *ubi,* i. e. in qua, esset aliquis in lucem *editus.* Rathius: Cum Lambino scribo: *coetu celebrantes domum, lugere* etc. ut enim *mortuum* laetitia exsequebantur, ita *recens natum* lugebant. Ad *hunc* igitur, non ad *domum* referendum *lugere* est. Graeca addicunt, dicitur enim *τὸν φύντα θρηνεῖν. Domum* autem *celebrare coetu* est: cum multis domum adire eamque coetu i. e. conventu ornare. Hinc istud Graecum *σύλλογον ποιεῖν* huic nostrae lectioni non adversatur. Sic malim quoque *fatorum munere,* quia et consolationi est convenientius, et Graecae voci *μοιρίδιος* apprime respondet." De posteriore sententia postea videbimus. Ad priorem respondeo, manifesto Ciceronem Graeca non accurate ad verbum vertisse, eaque versu integro etiam auxisse. Accuratius H. Grotius, cuius conversionem supra exhibemus. In secundo versu scribitur in Cod. Gud. 2. *in lucem positus editus:* sed vox supervacanea punctis notata est. (Cicero de Div. II. 30. 64. in versu hexametro scripsit: *qui luci ediderat:*)

Lugére, ubi esset áliquis in lucem éditus,
Humánae vitae vária reputantés mala:
At, qui labores mórte finisset graves,

Idem Cod. cum Reg. *humana* pro *humanae*. Edd. Junt. Asc. 2. Ven. nostr. *varia vitae*. Ed. H. *repraesentantes malum*. Pro ἴδια in Fragmm. Eurip. n. XIII. sub fabulae titulo Κρεσφόντης in Ed. G. Dindorfii (Poetae Scenici Graeci. Lips. 1830.) legitur ἐχρῆν. Vid. ibi annot. A. Matthiae p. 97. *Mr.*

Nam nos decebat coetus celebrantis, domum Lugere] Vulgo post *domum* male ponitur interpunctio; quam ob causam factum est ut D. Lambinus et Fr. Fabricius legerint *coetu celebrantes domum, Lugere*, etc. Nos autem prava tantum distinctione sublata, loco medicinam fecimus. Virgilius Aen. I, 739.

Et vos o coetum *Tyrii* celebrate *frequentes.*

Ubi coetum *convivium* interpretatur Servius. At *convivium celebrare* dixit etiam Tacitus Annal. IV, 59. XV, 69. Hoc tamen in loco *conventum* denotari puto, quo sensu σύλλογον ποιέειν dixit Herodotus VII, 8. VIII, 83. Graeca nobis servarunt Clemens Strom. lib. III. p. 517. Theodoretus Therap. V. pag. 71. aliique multi, quorum meminit Th. Gatakerus Advers. Posthum. cap. X. col. 530. Ea sic se habent:

Ἐδει γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους
Τὸν φύντα θρηνεῖν, εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά·
Τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον
Χαίροντας, εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.

Hosce versus in animo habuit Epictetus apud Arrianum lib. IV. cap. V. pag. 390. Τοῦτον (ἀπολωλεκότα τὸ εὔγνωμον, τὸ πιστόν) συνελθόντας θρηνεῖν, εἰς ὅσα κακὰ ἐληλυθεν· οὐχὶ μὰ Δία τὸν φύντα, ἢ τὸν ἀποθανόντα, ἀλλ' ᾧ ζῶντι συμβεβήκει (Leg. συμβέβηκεν) ἀπολέσαι τὰ ἴδια etc. Ad eosdem respexit et Heliodorus Aethiop. lib. VII. pagg. 322. 323. nam falsus est Joan. Bourdelotius, pro cuius opinione Platonis locus ei prae oculis fuit. Videtur autem Euripides ad earum nationum morem allusisse, *quae natales hominum flebiliter, exequias cum hilaritate celebrant*, ut ait Valerius Maximus lib. II. cap. VI, 12. ext. Vide et Quinctilianum lib. V. cap. XI. De Thracibus hoc ipsum facientibus exstat Archiae carmen Anthol. lib. I. cap. 13. [Anal. Brunck. T. II. p. 100. n. XXXI. ibiq. Jacobs.] Zenobius Cent. V, 25. ΚΑΙΣΓΑΙ ἐπὶ γενωμένοις δακρύουσιν, ἐπὶ δὲ ἀποθνήσκουσι χαίρουσι. Vatic. Καυσιακαί. Leg. Καυσιανοί. De Causianis enim haec refert Stobaeus Serm. CXIX. pag. 603. [T. III. p. 464. Gaisf.] Idem habet de Trausis eiusdem tituli pag. 607. Vide sis Herodotum lib. V. cap. 4. et Choricium Sophistam in laud. Procopii Gazaei §. 35. quem primus exhibuit vir doctissimus I. A. Fabricius Bibl. Graec. Tom. VIII. Quin et *Essedonas funera parentum laetos et victimis et festo coitu familiarium celebrare* narrat Mela lib. II. cap. 1. Quoniam vero huiusce populi fit mentio, alterum Zenobii locum in eodem proverbio corrigam: Οἱ Σιδῶνες, inquit, τοὺς γονεῖς ἐσθίουσι χωρὶς τῆς κεφαλῆς· τὴν δὲ κεφαλὴν χρυσοῦσι. Legendum Ἰσσηδόνες vel Ἐσσηδόνες. Non enim Σιδῶνες sed Σιδώνιοι dicuntur Sidonis incolae: praeterquam quod hunc morem Essedonibus tribuunt Mela II, 1. Solinus cap. XX. et Herodotus lib. IV. cap. 26. *D.*

At qui labores morte finisset graves] Unus Ox. Gud. Rehd. Edd. H. Ven. nostr. *Atque lab.* Ed. S. *ac qui.* Cod. Rehd. *labores ubi mortuus morte.* Cod. Marb. *fugisset*: unus Ox. *gravi.* Aug. *finivissent et grates.* Quod sequitur *Hunc*, abest ab Edd. M. L. Boul.

Hunc ómni amicos laúde et laetitia éxsequi.
Simile quiddam est in Consolatione Crantoris: ait enim,

Goth. Brut. Car. Steph. Sturm. Ald. HWolf. Sylb. Fr. Fabr. et aliquot Gebhardi Codd. Nimirum ita correxerunt, ut versui subvenirent, cum Codd., ut videtur, omnes habeant vel *omnes* vel *omnis*. *Mr.*

Omnes amicos laude et laetitia exsequi] „Et hic et superiores proximi versus omnes senarii sunt Iambici. Quod si legatur, ut quidam volunt, *Hunc omnes amicos* etc. Syllaba abundabit.“ *P. Manutius.* „Particula *hunc* deest in Codice Aldino: ac certe posita est praeter numerum. Alii eam transferunt in proximum versum, ut more antiquorum elidatur *s*.“ *Comm. Anonym. ap. Leod. a Quercu.* — In Cod. Rehd. est *laudare*: et sic Reiskii Ven. 1. Med. 1. itemque Asc. 1. P. *Mr.*

Hunc omnes *amicos laude*] Versus non constat: at constabit si legamus,

Hunc omni *amicos laude et laetitia exequi.*

Livius X, 29. *Fabius collegae funus* omni honore *laudibusque meritis celebrat.* Sic *omni superstitione*, noster de N. D. II, 24. *omni fraude et perfidia* pro Roscio Amerino cap. 40. *omni iniuria*, Phaedrus lib. I. Fab. XXXI. et *omni vigilia* idem lib. III. Prol. 25. Vide et Horatium lib. II. Eclog. VIII, 67. *D.*

Hunc omni amicos] „*Omni* dedit Dav. bene, etiam metri causa.“ *Ern.* Receperunt *omni* post Ern. omnes. Or. annotavit etiam Lallemannum ita legere. Quod si verum est, et collationi Cod. Regii fides habenda, firmatur *omni* Codice Regio: de quo tamen, cum Gud. quoque 1. habeat *omnis*, dubitare licet. Recepi tamen *omni*, satis persuasus, a Davisio veterem errorem sublatum esse. Pro *exsequi* in Cod. Vind. 1. est *sequi*. Explicat FAWolf. in scholis *prosequi*: sed recte Orell. monet *exsequi* esse verbum proprium de exsequiis. Recte explicat iam Turnebus Adversarr. IX. 18. p. 290: „*exsequi* pro *funerare* usurpatur: unde *exsequiarum* nomen, quod inde natum est, quod multi cadaver eius, qui efferebatur, sequebantur.“ *Mr.*

Simile quiddam est in Consolatione Crantoris] Cod. Marb. *quoddam*: unus Ox. *quidam*: alius *in erratione*; alius pergit *Cratoris*; Aug. *hectoris*: Gud. 2. *Cantoris*. Ox. unus cum Mon. 1. *oratoris*; Marb. *ocatoris*. Crantorem Cicero secutus est in sua Consolatione, quam ob Tulliae filiae mortem conscripsit. Erat Crantor Solensis, philosophus Academicus, Xenocratis discipulus, Cratetis et Philemonis amicus, circa Olympiad. CXVI, Homeri et Euripidis admirator. Erat autem libri Crantoris inscriptio: *περὶ πένθους*. Cf. Acadd. II. 44. Diog. Laërt. IV. 27. ubi vid. interprr. add. Wyttenbach. ad Plutarch. II. p. 54. ed. Lips. *Mr.*

ait enim, Terinaeum quendam] Ed. Cam. *Terrinaeum*. Quatuor Oxx. *Thermaneum*; unus *ter maneum*; unus *ter inaneum*; unus *Teraneum*; unus cum Mon. 2. Marb. Edd. Ven. Alt. nostr. P. A. B. S. E. C. Herw. Asc. 1. 2. *Termaneum* cum Reiskianis Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Junt.; in Codd. Rehd. Duisb. Ed. H. est *Termancum*; in Aug. *tiraneum*; in Gud. 1. Mon. 1. *terinaneum*; in Gud. 2. *theriraneum*: supra lin. ut Gud. 1.; Vind. 1. *conterraneum*: ubi vides a correctore Ciceronem, pro nomine corrupto, donatum esse vocabulo Pliniano. Schottus Not. Ciceron. IV. 11. p. 325: „Illud, ait, in primis notandum, non *Termaneum*, ut vulgo editur, sed *Terinaeum* rescribendum, a *Terina*, Siciliae urbe, cuius et Stephanus Byzantius meminit. Comprobatur id Plutarchi auctoritate, qui et ipse in Consolatione ad Apollonium: *εἶναι μὲν γὰρ αὐτὸν Ἡλιάδου πατρὸς Τερινάιου τῶν ἐκεῖ*

Terinaeum quendam Elysium, quum graviter filii mortem maereret, venisse in psychomantium, quaerentem, quae fuisset tantae calamitatis causa; huic in tabellis tres huiusmodi versiculos datos,

---

πρώτου ἀρετῆς πλούτῳ καὶ δόξῃ. Legendum quoque *Elisium* hinc, non *Eleusium*, discas. Scriptum quoque vitiose circumferri *Sycomantium*; pro quo *Psychomantium*, i. e. mortuorum oraculum, reponendum ex eo ipso Plutarchi loco: ἀπορούντα δὲ ὅτῳ τρόπῳ βάσανον λάβοι τούτων ἀφικέσθαι ἐπί τι ψυχομαντεῖον." Idem Schottus in versibus oraculi pro ἦρου legi volebat ἦ ῥα, et νήπιοι pro νήπιε. Germanum vero aliquem interpretem sic tentasse refert:

ἦ που ἔασιν νήπιαι, ἠλύσιε, φρένες ἀνδρῶν·

Quo certe caesura, in vulgata lectione item desiderata, non restituitur. „Quin etiam, pergit Schottus, *Euthynoon* lego in versibus illis, non *Euchinoum*: item non vocari *Menecheum*, Creontis filium, qui pro Thebis mortem oppetiit, sed *Menoxium*, ut Euripides et Sophocles tradunt, hinc disco." Quod ait *Terinam* esse Siciliae urbem, id verum non est. Fuit Crotoniatarum colonia in agro Bruttiorum, prope littus ad Sinum Terinaeum, qui, postquam ea urbs ab Hannibale fuit deleta, Sinus Vibonensis et Hipponiates Sinus appellatus est. Vid. Bischoff u. Möller. Wörterb. d. alt. mittl. u. neu. Geogr. p. 956. Gebh. ad h. l. „Vaticani, ait, excerpta *Tirenaeum*. Fabr. Pall. pr. quart. *Termanaeum*, sec. *Therameneum*, tert. *Terbinaeum*. Gemb. *Terinaneum*, Mart. *Trinaneum*." Beroaldus ad seqq. „*Sichomanium* (sic) est locus ubi divinatio exercebatur. Sed puto legendem *psychomantium*, ut intelligatur locus vaticinii, ubi fiebat Manium evocatio." *Mr.*

Elysium] Cod. Gud. 1. *Helysium*. Vind. 1. *Heliseum*. Ed. H. *Helyseum*. Mon. 2. *Helisium*. Edd. B. S. E. *eleusium*, Asc. 2. Junt. *Elyusium*. Edd. Rob. et Car. Steph. Ald. Boul. Lamb. Brut. *Elisium*: quam scriptionem, minus probam, habent etiam Edd. nonnullae Plutarchi: vid. Wyttenbach. ad Plut. T. II. p. 54. In seqq. Cod. Aug. *mortem filii*. Vind. 1. *mortem graviter filii*. Gud. 2. *maerent*. Tum Mon. 1. *venit*; unus Ox. *vidisse*. Tres Oxx. *Sychomantium*, unus *sichomachium*, unus *sichomantum*. Gud. 1. 2. Mon. 1. 2. Duisb. *sichomantium*. Marb. *sycophantium*. Gud. *Siccomantium*. Vind. 1. *sicomantium*. Vind. 2. *Sycomantium*. Aug. *Sicomantum*. Ven. Alteri *sicomantium* et in marg. *al. schiomantium*. Ed. H. *sicomasium*. Cum Ven. Alteri faciunt Reiskii Ven. 1. 2. Med. 1. 2. nostrae Asc. 1. Ven. In Junt. Rob. et Car. Steph. *psycomantium*. Similiter erratur in libro I. de Div. 58. 132. ubi vid. nos p. 286. ibiq. laud. Add. Turnebi Adversarr. IV. 14. p. 122. *Mr.*

Tantae calamitatis causa] Codd. Aug. Duisb. *causa tantae calamitatis*. Mon. 1. *tanta*. In uno Ox. legitur post *causa*: *sibi huiusmodi* etc. omissis verbis *huic — tres*. Ultimam hanc vocem omittit Vind. 1. *Tris* scribitur in antiquissimis Codd. de qua scriptione vid. Garaton. ad Philippic. II. 22. p. 379. ed. Wernsdorf. Pro *datos* est *esse datos* in Cod. Aug. *traditos* in Vind. 1. *Mr.*

Ignaris homines — ipsique tibique] Graeci versus, ut et historia quam modo retulit Tullius, exstant apud Plutarchum Cons. ad Apoll. pag. 109. Illi sic se habent:

Ἥρου (f. Ἦ που), νήπιε Ἠλύσι, ἠλίθιοι φρένες ἀνδρῶν,
Εὐθύνοος κεῖται μοιριδίῳ θανάτῳ·
Οὐκ ἦν γὰρ ζώειν καλὸν αὐτῷ οὔτε γονεῦσι. *D.*

Ignaris homines in vita mentibus errant:
Euthynous potitur, fatorum numine, leto.
Sic fuit utilius finiri ipsique, tibique.

Ignaris homines — errant] Versus Oraculi, prouti legitur in vett. libris (*ἥρου νήπιε ἠλύσιε φρένας ἀνδρῶν*), mutilus est, nec integriorem exhibet Stephanus: *ἤρου νήπιε ἠλιθιοι φρένες ἀνδρων*. Davisii correctio, quam profert etiam Wyttenb. l. c. etiamsi sententiam exhibet probabilem, versum exhibet minime probabilem, caesura iusta carentem. Quid a scriptore versus profectum sit, nescio. Scribas tamen fortasse haud peius Davisio:

Ἥρου, νήπιέ; ἠλίθιαι αἰεὶ φρένες ἀνδρῶν.

In Cod. Aug. scribitur *mentibus hinc errant*; in uno Ox. *erant*; in Gud. *errant et potitur fatorum sic fuit utilius finiri ipsique tibi.* Gud. 1. *errant. sic ordine fatorum potitur numine laeto. Sic fuit utilius ipsique. His* etc. HWolfius oraculi versum ita emendare studuit:

Ἥρου νήπιε ἠλύσιε φρένας ἐξαπατηθείς. Mr.

Euthymus potitur fatorum munere laeto] „Magis placet, ut est in manuscripto: *Euthynous potitur fatorum numine, letho.*“ *Ursinus. Euthynous — munere, letho*: sic legendum, non, ut vulgo: *Euthynous — munere laeto.* Sententia autem haec est: *Euthynous potitur leto*, i. e. mortem obiit, *fatorum munere*, id est, fatorum beneficio.“ *Lambinus. „Fatorum munere, letho*: ita debet scribi, ut dudum annotavit Turneb. Adv. X. 18. et fere ita membranae. Pro *laeto, leto* Mart. Gembl. Fabr. Vulgo *numine laeto*: perperam.“ *Gebhard.* „Cum vulgatis facit MS. Luparensis.“ *Verburg.* De forma terminationis in nomine *Euthynous* vid. Ruhnken. Histor. Crit. Oratorr. Grr. p. XLII. (praefixa Rutilio Lupo). Ceterum in hoc nomine valde variant libri. Duo Oxx. *Euchinous* cum Mon. 1. 2. Edd. P. A. B. S. E. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Junt. In duobus Oxx. est *Euthineus*, in Marb. *Euthinous*, in marg. Goth. *al. Euthydemus.* In Edd. M. Ald. *Euthymus.* — Scriptionem autem *potitur — leto* veram esse (pro *laeto*), vides ex Ausonii Eidyllio XV. 49 sq. ubi est:

Optima Graiorum sententia: quippe homini aiunt
Non nasci esse bonum, natum aut cito morte potiri.

Scribitur autem *leto* (vel *letho*) in Codd. Reg. Aug. Mon. 1. 2. Marb. Bern. Vind. 2. Rehd. Duisb. tribus Gebhardi, Oxx. omnibus, Edd. A. B. Ven. nostr. Idque, quamquam subdubitans, scribendum iam vidit HWolfius, collato versu Graeco. Post Gebh. edd. omnes *leto* v. *letho*: sed illud praestat. Vid. Grotefend. l. l. §. 136. *Mr.*

Fatorum numine] Vulgo *munere.* Sed praestat altera lectio, quam repraesentant Reg. Med. Ursin. Eliens. pr. sec. tert. Balliol. Bak. eamque iampridem receperunt Victorius et Lambinus. Sane *μοιριδίῳ θανάτῳ* belle respondet, (*numen* enim nutum sive voluntatem significat) et magis est poetica. *D.*

fatorum numine] Praeter Edd. vet. Bouh. V. H. Lamb. Fr. Patr. Rob. Steph. Dav. FAWolf. Schz. seqq. omnes habent *munere*: quod tamen non agnoscunt Codd. Reg. Bern. Ursini, unus Ox. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Rehd. hi enim exhibent *numine.* Unus Ox. et Cod. Duisb. *minime*, quod ortum est ex *numine*, cum litera *i* sine puncto scriberetur, neque facile literae simillimis ductibus exaratae distinguerentur. *Fatorum numen* dixit etiam Virg. Eclog. IV. 47. Nissenii defensionem scriptionis *munere*, quae nihil probat, non moramur. *Mr.*

Sic fuit utilius finiri ipsique tibique] Unus Ox. *Si.* Verbum *finiri* omittit unus Ox.: eius loco Aug. habet *firmi. Finiri* pro *mori* commode a poeta dici, nemo, opinor, in dubium vocabit. Similiter de

His et talibus auctoribus usi, confirmant, causam rebus a diis immortalibus iudicatam. Alcidamas quidem, rhetor an- 116.

Carthagine deleta et eversa Florus II. 15. prc. dixit *finita est.* — Vind. 1. pro *ipsique* habet *sibique*, pessima correctione. Quod Schottus Nod. Cic. l. c. pro *οὔτε γονεῦσι* corrigi voluit (ut respondeat latino *tibique*) *οὔτε γονεῖ ποι*, id recte reprobatum est a Bouhierio, cum Cicero non ad verbum Graeca verterit. Accedit, quod illud *γονεῖ ποι* per se parum probabile, imo falsum est. Ceterum vid. de his versibus etiam H. Stephani Ciceron. Lexic. p. 116. ubi in tertio Graeco post *καλὸν* legitur: *οὔθ' ἑοῖ*, coll. p. 119 sq. ubi emendare studuit hos versus, nec vero ipse sibi satisfecit. *Mr.*

His et talibus auctoribus usi] Mon. 2. *Jis.* Ed. H. *auctoritatibus.* Confunduntur autem *auctores* et *auctoritates* alibi quoque. Vid. Cic. de N. D. I. 5. p. 20. III. 5. p. 508. ib. p. 810. ed. Cr. et nostr. maj. p. 10. 137. ed. min. et supra I. 12. 26. ubi vid. ann. nostr. *Mr.*

confirmant, causam rebus a diis immortalibus iudicatam] „Scriberem libentius *iudicatis*, ut habet liber manuscriptus." *Ursinus.* „Lambinus tollit *rebus*, vocem, ut verum fatear, mihi quoque suspectam." *Brutus.* „*Rebus* delet quart. Pal. Ceterum Gulielm. ex coniect. legi volebat *tot rebus.*" *Gebhard.* „Indigna Ciceroniano lectore coniectura, ut plene patebit, si inspexeris Observationes paternas lib. III. c. 6." *Gronov.* Intelligit Jacobus Gron. patrem *Jo. Fred. Gronovium*, qui Obss. l. c. p. 467 sq. (Ed. 2. Amst. 1662.) contra Gulielmum haec: „usus est perelegans vocis *rebus* hoc et numero et casu. Sic apud Livium lib. XXII: *monitosque, ut etiam atque etiam promissa rebus adfirmarent.* Plancus ad Ciceronem: *et me, si, quem esse voluisti, eum exitu rebusque cognoscis.* Seneca Epist. LXXXIX: *Deinde cum ipsis rebus cogerentur ambigua secernere, falsa sub specie veri latentia coarguere.* Sic Graeci *τοῖς πράγμασι.* Plutarchus in Sulla: *ἔοικε δὲ τὴν ἀληθῆ τῆς ἀποτυχίας αἰτίαν οὐχ ὁμολογεῖν ὁ Σύλλας ἐλέγχεσθαι τοῖς πράγμασι.* Ovidius lib. I. Amor. Eleg. XII.

Ergo ego vos rebus duplices pro nomine sensi:

i. e. ipso facto, opere. Lib. II. Fastor. *Non opus est verbis: credite rebus, ait.* Lib. XIV. Met. *Laesaque quid faciat, quid amans, quid femina, discet Rebus, ait.*" Bouhierius pro Ursini lectione affert: *rem iudicatam* pro *iudicio* saepe a veteribus Iureconsultis dici: accedit tamen rationibus a Gronovio patre prolatis. „*Rebus*, ait Ern., opponitur rationibus, argumentis: estque pro *factis.*" Eodem modo explicat Kühnerus ad *causam* intelligens: „mortem homini summum bonum esse. Nec discedunt in alias partes FAWolfius in scholis et Orellius, qui ad eum laudat Parad. I. 7: *verbo — re et factis.* Haec explicatio si vera est, convincitur Gernhardus, qui ad Cic. Parad. IV. prc. [*rebus vincam necessariis*] quamquam, ait, apud Ciceronem singularem *re et facto* reperias, *rebus* pro *factis* disideres. Ego vero, quamquam dudum, antequam a Lambino *rebus* eiectum scirem, in eandem coniecturam incideram, nihil nunc moveo, licet *rebus* absit a Cod. Duisb. et duobus Oxx. [*E, ξ*]: hos enim duos plurima, eaque saepissime maxime necessaria, verba omittere animadverti. Pro *causam* in Vind. 1. reperio *causam hanc*, cum glossa: Aug. habet *causis.* In Rehd. *rebus* reiectum est post *iudicatam.* *Mr.*

Alcidamus quidam rhetor] „*Alcidamas* scribendum est auctoribus Graecis scriptoribus et vetere quoque Alcidamantis imagine ex marmore, cui subscriptum est *ΑΛΚΙΔΑΜΑϹ.*" *Ursinus.* Scribitur *Alcidamus* in duobus Codd. Oxx. et Edd. vett. omnibus ab Or. collatis et a Reiskio, itemque nostris plurimis. Sed probam scriptionem habent

tiquus in primis nobilis, scripsit etiam Laudationem mortis, quae constat ex enumeratione humanorum malorum. Cui rationes eae, quae exquisitius a philosophis colliguntur,

---

Edd. Cam. Leod. HWolf. Dav. Oliv. FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. et tres Codd. Oxx. Vid. Spalding. ad Quintil. T. I. p. 423. quem laudat Or. *Mr.* „Add. Menander Rhet. de Encom. II. 1. p. 61. *Alcidamas* etiam correxit Solanus ad Luciani Demosth. Encom. §. 12. T. IX. p. 412. *Schuch.* Add. Wyttenbach. ad Plutarch. T. II. p. 26. ed. Lips. Ceterum in hoc nomine alio etiam modo peccatum est: v. c. tres Oxx. habent cum Gud. 1. 2. Reg. Mon. 2. *Alchidamus*, unus Ox. *Alchideamus*, Duisb. *Alchidanus*, Ed. H. *Alchidamaus*. Marb. *Archimaclus — rethos*. Bouhierius „Hunc, ait, rhetorem Plato in Phaedro T. III. p. 261. appellabat Palamedem, quod, ut ille, in utramque partem dissereret." *Mr.*

Alcidamas quidem — scripsit etiam laudationem mortis] Vulgo *Alcidamus quidam*. Eliens. scc. *Alcidamaus*. Legendum *Alcidamas*, ut edidit D. Lambinus, quem sequi debebant recentiores. Alteram vocem mutavit Cl. Bentleius: cuius coniecturam firmat Reg. Tzetzes Chil. XI, 746.

Ὡς Ἀλκιδάμας ἔγραψεν ἐγκώμιον θανάτου
Ὁ Ἐλαΐτης σύγχρονος ὑπάρχων Ἰσοκράτει.

Huiusce Rhetoris, praeter Suidam, Dionysium Halicarnasseum, Quinctilianum et alios, meminerunt Athenaeus lib. XIII. pag. 592. et Diogenes Laertius VIII. 56. IX, 54. *D.*

Alcidamas quidem] Recepi *quidem* ex coniectura Bentleii, quam probat etiam Obbarius in Jahnii Anall. Phil. 1834. II. 4. p. 415. cum Dav. FAWolf. Schz. Or., quod dudum placebat, et nunc confirmatum video Codd. Bern. (a pr. m.) Gud. 1. 2. Aug. Bouhierius defendere conatus est *quidam*, dicens, eo dignitatem quandam et excellentiam significari, laudato principio libri secundi, ubi in Ed. sua vet. scriptum sit *Neoptolemus quidam* [sed hoc ipso loco *quidem* legendum ex omnibus fere libris:] et II. 4: *de natura excelsum quendam — genuit*: nec vidit, huius loci plane aliam, quam nostri, rationem esse. Quos autem ex poetis, et Augustino et Tertulliano attulit locos, ii minus etiam huc faciunt. Nec melius cessit defensio vulgatae Nissenio, qui, „*quidam*, dicit, non ad nobilitatem hominis, sed ad tempus, quo vixit, patriamque pertinet." Quod plane nihili est. Recte confert Kühnerus c. XX. 51: *Dicaearchus quidem* etc. ubi docet, in primis *quidem* a Cicerone addi solere nominibus propriis, ut saepe explicari possit per *veluti, ut in exemplum afferam, exempli causa*, laudatis locis I. 33. et 34. II. 1. et 7. Heindf. ad Cic. de N. D. II. 6. 16. p. 135 sq. Plura exempla vid. apud Tursellinum s. v. *quidem* 7. p. 844. ed. Schwarz. Neque satisfacit vel Ruhnkenii defensio vulgatae, ad Vellej. Paterc. II, 64. De eo enim non dubitatur, utrum *quidam* etiam de hominibus nobilioribus dicatur: sed an accomodatum, sit loco nostro, cuius constructio, si *quidam* scripsisset Cic. admodum esset abrupta. Verba *in primis* omittit Cod. Gud. 2. *Mr.*

scripsit etiam Laudationem mortis] Laudat Or. de Sophistarum ἐπαίνοις Platonis Sympos. 177. B. In seqq. tres Oxx. Marb. Mon. 2. Gud. 1. Aug. *constet* pro *constat*. Vind. 1. *e numeratione*. Rehd. *ex numeratione*. Gud. *enumeratione*. Marg. Crat. *ex enarratione*. Tum Edd. vett. ante Gebh. *malorum humanorum* cum Cod. Gud. Sed libri MSS. reliqui omnes et Edd. inde a Gebh. eum habent ordinem, quem nos exhibemus. Mox unus Ox. *ex philosophis*. Sola, ut videtur, Ed. Alt. operarum fortasse errore *a philosophia*. In seqq.

defuerunt, ubertas orationis non defuit. Clarae vero mortes, pro patria oppetitae, non solum gloriosae rhetoribus, sed etiam beatae videri solent. Repetunt ab Erechtheo,

---

Codd. Reg. Gud. 1. 2. tres Oxx. Ed. Junt. *ubertas rationis*. Male. *Mr.*

Clarae vero mortes,] Gud. 2. *clere vero mortis*. „Conf. Cic. de rep. I. 3. init.“ *Schuch.* Mox Aug. et tres Oxx. *appetitae* pro *oppetitae*; unus *gloriosum*. Gud. 2. *gloriosae videntur rhetoribus*. Aug. *gloriae rectoribus*. Mon. 1. 2. Gud. *sed et beatae*: unus Ox. *beatum* (idem, qui *gloriosum*). Vind. 1. Aug. *solent videri*. Unus Ox. omittit *videri*; alius habet *solet*. *Mr.*

Repetunt ab Erechtheo,] „*Erechtheo* scribendum (pro *Erichtheo*) ex Apollodoro, qui lib. IV. ita de hac re narrat [locus est III. 15. 4. p. 187. ed. Sommer.] *Ἐρεχθεῖ δὲ ὑπὲρ Ἀθηναίων νίκης χρωμένῳ ἔχρησεν ὁ θεὸς κατορθώσειν τὸν πόλεμον, ἐὰν μίαν τῶν θυγατέρων σφάξῃ· καὶ σφάξαντος αὐτοῦ τὴν νεωτάτην καὶ αἱ λοιπαὶ ἑαυτὰς κατέσφαξαν· ἐποιήσαντο* [S. *ἐπεποίηντο*] *γὰρ* [S. add. *ὡς ἔφασάν τινες*] *συνωμοσίαν ἀλλήλαις συναπολέσθαι. Menoeceus* etiam paulo post, pro *Menoecheus* ex eodem scriptore corrigendum. Ex eo autem, quod supra dixit Cicero, tres versiculos Elysio in tabellis fuisse datos, colligere possumus, responsa in tabellis ab oraculo dari solita fuisse: quod confirmatur huiusmodi quadam apud me antiquissima tabella ex aere, in qua incisum est: *Nunc me rogitas: nunc consulis: tempus abit iam.*“ *Ursinus.* Bouhierius commodum harum enumerationum nexum desiderans, post *civium* excidisse existimabat *tum*, ut exempla ita se excipiant: *Repetunt ab Erechtheo, cuius — civium; tum Codro, qui* etc. *Menoeceus non,— qui* etc. *Veniunt inde ad propiora* etc. Confert Cic. Acadd. IV. 5: *Repetunt iam a P. Valerio, qui exactis regibus* etc. *tum ad hos notiores* etc. Rathius: „Dav. verba *cuius — civium* parenthesi includit, ut *σύνταξις* constet, et post *Codrum* colon ponit. Opinatur itaque *Codrum* pendere a *repetunt*. Falso. Inde enim sequeretur, Codri aetatem, qui trecentis fere annis post Erechtheum vixit, in huius tempora incidisse. Id noluit quidem vir eruditissimus: sed sequeretur. Namque *ab Erechtheo repetere* est ab antiquissimis temporibus Erechthei revocare *claras mortes*, non *Codrum*. Unde aut verbum excidit, aut oratio *ἀναχόλουθος* est. Si illud, malim equidem addi *commemorant*. Cic. Acad. IV. 5. *Repetunt a P. Valerio — commemorant reliquos*. Quo in loco verbum *repetendi* vult, ut *P. Valerius ipse* popularibus adnumeretur, in nostro autem, ut Erechtheus excipiatur. Nam, quod constet, filiae illae quidem Erechthei mortem pro patria oppetivere, non Erechtheus ipse. Unde particula *etiam* idem valet ac *adeo*, ut pro P. Sextio c. 21: *Mortem, quam etiam virgines Athenis, regis, opinor, Erechthei filiae pro patria contemsisse dicuntur, ego timerem?* [v. ad h. l. A. Matthiae in Cic. Oratt. VI. p. 104. ibiq. laudd.] „Respondet Rathio Censor Jen. etiamsi *repetunt* iungas et *Codrum*, inde tamen non sequi, ut eiusdem eos esse aetatis significetur. Ceterum eodem iure, quo *commemorant*, posse requiri *praedicant*, *laudant*. Nissen.: „Repetunt ab *Erichthio* [sic hoc nomen scribit; correpte, ut Ern.] i. e. incipiunt. Nullus autem video, qui *Codrum* cum his iungi possit, ut quidam volunt. Putem post *Codrum* excidisse *citant*.“ Buggius in prolusione laudata: „Potest, ait, utique defendi vulgata lectio, si iungas: *repetunt ab Erechtheo Codrum* h. e. ad Erechtheum redeunt, ut ad Codrum veniant. At invenuste tamen, ne plus dicam, vocabulum *Codrum* ita nude positum esse, et a ceteris, quibuscum arcte cohaeret, verbis seiunctum, haud mihi soli, opinor, videtur. Libenter itaque iis assentior,

p. 174. a. cuius etiam filiae cupide mortem expetiverunt pro vita civium: Codrum, qui se in medios immisit hostes, veste

---

qui vocem aliquam, v. c. *afferunt, laudant, commemorant,* vel simile saltem verbum, post Codrum excidisse suspicantur." Anonymus apud Olivetum: „I. de Orat. 20: *cum repeteret usque a Corace* etc. I. de Div. 1: *ut ab ultimis auctoritatem repetam* etc. II. de Invent. 2: *ac veteres quidem scriptores artis usque a principe illo atque inventore Tisia repetitos* etc. Itaque dicitur *repetere,* qui vetera atque oblitterata commemorat, quod faciebant rhetores isti, de quibus agitur, qui *claras mortes pro patria oppetitas* memorabant, usque ab Erechtheo exorsi; atque *ex illa antiquitate repetebant Codrum* etc. „Anacoluthon esse equidem cum Or. dixerim. Ad locutionem cf. Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 5. 13. p. 29. Ad argumentum III. de N. D. 19. ibiq. Creuzer. ed. Cr. et nostr. maj. p. 576. de Finib. V. 22. Iustin. II. 6. Ov. Metam. VII. 731. Hygin. Fabb. 46. *Mr.*

Repetunt ab Erechtheo etc.] Vind. 1. et Ed. H. *repetitur.* Aug. omittit *ab.* Rehd. habet *Eritheo.* Mon. 1. *Eretheheo.* Bern. Marb. *Erecteo.* Duisb. *Oricieo:* unus Ox. *Euriteo.* Mon. 2. Vind. 2. *Erethco.* Probam scriptionem habent Codd. Gud. 1. 2. Aug. Bern. Reg. Gud. Edd. H. Ven. Alteri, Asc. 1. HWolf. Dav. Oliv. Lall. FAWolf. seqq. Sola Ven. nostr. *Erchitheo:* reliquae *Erichtheo.* Mox Gud. *cupide filiae.* In Codd. Reg. et Gud. 1. est *cupidae. Mr.*

mortem expetiverunt] Dav. in Ed. 2. ex Bentleii coniectura: *oppetiverunt.* Ad quam Bouhierius; „Quia res non intra votum stetit, et mortem non *expetiverunt* solum, sed etiam *oppetiverunt,* Bentleius, assentiente Davisio, ultimum hoc verbum illi alteri substituebat. Aliter mihi videtur. Conspirat scilicet *cupide* melius cum verbo *expetiverunt.* Neque fuit necesse, verbo proprio id significare, quod ex tota loci serie satis intelligitur, Erechthei filias mortem obiisse: neque voluit Cicero de morte illarum, sed de alacritate moriendi admonere." Quae quidem ita probo, ut manum ab emendando abstinendam censeam; nec vero eo valent, ut, si *oppetiverunt* in probis libris esset, id repudiandum censerem. *Mr.*

Mortem expetiverunt] Historiam suppeditant Apollodorus lib. III. cap. XIV, 4. Apostolius Cent. XV, 84. aliique scriptores, quos laudant Hier. Columna ad Ennii Fragm. pag. 254. et Joan. Meursius de Reg. Athen. II, 9. ac Cecropiae cap. XIV. *D.*

pro vita civium] Codd. Gud. 2. unus Ox. Gud. *pro morte civium:* ex prava emendatione. *Pro vita* est *pro vita conservanda* v. *ad vitam conservandam.* Pro *in medios* unus Ox. *in medio.* De constructione vid. Gronov. ad Liv. IX. 4. 10. p. 40. ed. Drakenb. Stuttg. T. V. Cod. Gud. *in medios immisit in hostes.* Unus Ox. *misit,* alius *immiserit.* Ad structuram *in medios immisit hostes* vid. Reinh. Klotz. in Jahnii et Seebodii Annall. Philoll. 1832. I. 1. p. 97 sq. *Mr.*

veste famulari] In hac re *famularem cultum* dixit etiam Valerius Maximus lib. V. cap. VI, 1. ext. Δρυτόμου vero seu φρυγανισῆος σχῆμα vel στολὴν vocant Polyaenus I, 18. Stobaeus Serm. VII. pag. 92. et Tzetzes Chil. I. Hist. 4. at *pastoralem cultum.* Velleius Paterculus lib. I. cap. 2. a quibus omnibus diversus abit Cl. Burmannus, dum nostro Valerioque reddendum *manipularem cultum* censuit: quod scilicet unum ex pabulatoribus a Codro *falce percussum* fuisse scribat Maximus. Quasi falx homini rustico lignatorique non conveniret! Livius IX, 36. *Iere pastorali habitu, agrestibus telis,* falcibus *gaesisque binis armati.* Revera nihil omnino movendum; *famularis* enim *vestis* vel *cultus* pro *pauperis habitu,* vilique ac *humili* indumento

famulari, ne posset agnosci, si esset ornatu regio: quod oraculum erat datum, si rex interfectus esset, victrices Athenas fore. Menoeceus non praetermittitur, qui oraculo

---

γενικῶς est accipiendus, ut patet ex Augustino C. D. lib. XVIII. cap. 19. et Servio ad Eclog. V, 11. Similiter οἰκετικὰς ἐσθῆτας usurpat Polyaenus Stratag. VI, 49. et *famularem vestem* Valerius Maximus lib. VI. cap. VII, 3. *D.*

veste famulari] Hunc verborum ordinem habent Codd. Oxx. omnes, nostri Reg. Gud. 1. 2. Marb. Mon. 1. 2. Duisb. Aug. Vind. 1. et ut videtur, Gebhardi omnes. Is tacite ita edidit et post eum seqq. Reliqui fere omnes, excepta Ed. H., inversum habent ordinem. *Familiari* scribitur in Codd. Rehd. Gud. 2. Marb. duobus Oxx. *Mr.*

ne posset agnosci, si esset ornatu regio:] Wopkens. Lectt. Tull. p. 55. (77. ed. Hand.): „Qui cuncta ferme ad vivum resecant, hi mirum est quod siluerint ad ista: *si esset ornatu regio*, quae sane splendidissimam referunt glossematis faciem, quum ab oratione abesse facile et maiore quidem cum elegantia possint.“ Ad quae Handius: Quo igitur nomine talia excusabis, quae si omittuntur, maiorem efficiunt elegantiam? Vellem potius critici rationem exposuissent construendi verborum, in quibus, nisi haec, *si esset ornatu regio*, necessaria adhaererent, dici debebat *ne agnosceretur*: sed dixit Cicero *ne posset agnosci* propterea, quod haec etiam ad sequentia spectant, quibus omissis illud *posset* male se haberet.“ — Unus Ox. Gud. Rehd. Vin 2. *ne potuisset*. Mon. 1. *etiam* pro *esset*. Vind. 1. omittit *oraculum*, unus Ox. *datum*. Ed. Ven. Alt. habet *Athenas victrices*. *Mr.*

Menoeceus] „Ita, pro *Menecheus*, in quibusdam impressis et manu scriptis recte legitur: est enim *Μενοικεύς* Creontis filius, de quo Euripides Phoenissis et Statius lib. X. Thebaid.“ *Fr. Fabricius.* „Luculentis versibus in X. Thebaidos [777 sq.] copiose graphiceque perscribit Stat. Pap. quemadmodum in bello Thebano Tiresias fatidicus dixit ad Thebas liberandas deposci a fatis novissimum genus viperei. Tunc Menoeceus, Creontis filius, vitam devovit pro patriae salute, sibique ferro mortem conscivit:

Seque super medias acies, nondum ense remisso,
Jecit, et in saevos cadere est conatus Achivos.

De hoc ait Satirographus: [Iuvenal. Lib. V. Sat. XIV. 240.]

— — — — — *quantum*
Dilexit Thebas, si Graecia vera, Menoeceus.

Lactantius quoque in III. inquit [c. 12. de falsa relig. p. 217. ed. du Fresnoy.] *Nam illi, qui pro salute civium voluntariae se neci obtulerunt, sicuti Thebis Menoeceus, Athenis Codrus, Romae Curtius.*“ *Beroaldus.* „Lambinus *Menoeceus* emendavit, quod video confirmari ab Pith. Pall. tert. quinto, Vaticani Excerptis. Sed Schottus ex Cod. *Menoxius*. Vulgo *Menecheus.*“ *Gebhard.* Scribitur *meneteus* in uno Ox.; in alio Marb. et Mon. 2. *meneceus;* in Vind. 1. *miceneus;* *Menechtus* in Reiskii Med. 2. et nostra Asc. 1: *Menechus* in Reiskii Med. 1. Ven. 2. Med. 2. et Ven. nostr. Ald.; *Menecheus* in Edd. Brut. Boul. Asc. 2. [ms. in marg. *Menoeceus*] Sylb. Sturm. Rob. et Car. Steph. Junt.; sola HWolfii *Menaeceus:* reliqui libri probam exhibent scriptionem. *Mr.*

Menoéceus non praetermittitur, qui oraculo edito] Vulgo, *Menoeceus* vero *non praetermittitur;* at voculam secundam nesciunt Reg. Med. Eliens. pr. tert. Balliol. Bak. et Petrens. nec eam postulat oratio. Reg. etiam dat *quidem oraculo edito.* Lege *qui* item *oraculo edito.* Ceterum noster *oraculum editum* dicit, quod Tiresias vates futuram

edito largitus est patriae suum sanguinem. Iphigenia Au-

Thebanis victoriam promiserat, si Menoeceus, Creontis filius, Marti fieret victima. Vide sis Apollodorum Bibl. lib. III. cap. VI, 7. Argument. ad Euripidis Phoeniss. Nonnum ad Nazianzeni Stelit. I. Hist. 9. aliosque. A reliquis diversus abit Hyginus, qui Fabb. 67, 242. Menoeceum hunc Creontis et Iocastae patrem fuisse confirmat. *D.*

non praetermittitur] Abest *vero* ante *non* a Codd. Oxx. omnibus itemque Gryph. Reg. Gud. 1. 2. Duisb. Mon. 2. Rehd. Gud. Marb. Edd. Verb. Dav. Oliv. Lall. FAWolf. recc. Sequitur *quidem* post *praetermittitur* in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. omisso *qui*. Ed. H. habet *quidem qui*, Codd. duo Oxx. Marb. *qui denique*, unus Ox. *qui dei*: unde id quidem probabile fit, non fuisse antiquitus scriptum *qui oraculo*: utrum scripserit Cic. quod Bentleius volebat, *qui itidem* (receptum a Dav. in Ed. 2.), an quod Davisius, an aliud quid, incertum est. *Mr.* „Meminerunt huius Menoecei Pausanias IX. 25. Scriptor Epistolae, quae fertur inter Socraticas XIV. p. 20. ed. Orell. cfr. et Schweighaeus. ad Arrian. Dissert. Epict. III. 20. §. 5. p. 711." *Schuch.*

Iphigenia Aulide duci se immolandam iubet] „Fortasse *praebet*, nam *iubet* sic non struitur." *Ern.* „Locus videtur sanus. Nam *Aulide* est pro *cum esset Aulide*, nec cum *duci* iungi debet. Sic enim *Aulidem* esse debuisset. Ea vero Ernestus coniunxit, cumque vidisset, esse debuisse *Aulidem*, *duci* dativum potius esse, autumans, pro *iubet* legi *praebet* iubebat. In quo inique reprehenditur a Schellero, quasi vir summus ignorasset, *duci* esse posse infinitivum." *Nissen.* „Lego *immolatum*, ut in illo: *Taurus ducitur immolatum*. Supina enim in *um* passive significant." *Rath.* — *Wyttenbachius* in Bibl. Crit. VII. p. 96. (in censura Criticarum Obss. J. A. Nodellii): „Locus, si quis, sanus est. Tantum abest, ut, quod ait Nodellus, grave in eo lateat mendum a nemine animadversum, ita corrigendum, ut pro *Aulide* legatur *Aulidem*. Eo enim puellam Mycenis ductam esse. Atqui Iphigenia cum Clytaemnestra matre Aulidem arcessebantur praetextu nuptiarum, insciae futuri. Primum reluctabatur: mox lubens mortem oppetiit, iussitque se duci mactandam. Vid. Eurip. 1368 — 1400: in quo hanc Iphigeniae anomaliam reprehendit Aristotelcs A. P. XV." — *Naeckius* in Prolusione (Bonnae 1822. 4. Ind. Praelectt.) de Pacuvii Dutoreste p. III. „Quae leguntur, ait, Tuscull. I. fine (*Iphigenia Aulide duci se immolandam iubet, ut hostium sanguis ultiatur suo*: miro quodam errore accidit, ut corrupta viderentur Ernesto: putans enim ille, *duci* dativum esse a nomine *dux*, fortasse *praebet* legendum esse dicit, non *iubet*; reliqui editores hoc quid esset *duci*, recte videntur intellexisse: illud praetermiserunt, quod unice ad illustrandam Ciceronis sententiam facit. Respexit enim Cicero ad canticum Iphigeniae: Ἄγετέ με τὰν Ἰλίου καὶ Φρυγῶν ἐλέπτολιν: Eurip. Iphig. Aul. 1475. sive haec ipsa Euripidis, id quod veri simillimum, sive latina Ennii ante oculos habuerit Cicero, e graecis expressa." His nihil videtur addendum, cum et Ernesti error satis sit correctus, et Rathii hariolatio ne refutatione quidem digna videatur. Videamus de libris. Unus Ox. Mon. 2. Aug. *Ephigenia*. Vind. 2. *Ephygenia*; Gud. 2. *Ephigenia*. Gud. *ind' Iphigenia*. Voci *Aulide* in Aug. glossa nominis superscriptá est: *Agamemnonis*. Idem cum Vind. 1. habet *se duci*, cum Cod. Duisb. qui omittit *immolandam*. Ed. H. exhibet *Auli dem de duci*, quae scriptio inde orta est, quod aliquis correxerat *Aulidem*, alius ultimae syllabae veram Ciceronis manum superscripserat - *de* (ut restitueretur *Aulide*): quod non intelligens tertius religiose, ut

lide duci se immolandam iubet, *ut hostium sanguis eliciatur suo.*

Veniunt inde ad propiora. Harmodius in ore est et 49

omissam syllabam, in orationis seriem recepit. Gud. 1. habet *Auli deduci*. Cod. Marb. *ducit iubet*: sed prior vox punctis notata est. *Mr.*

ut hostium sanguis eliciatur suo] „Cod. Gryph. *hostium eliciatur suo* sine voce *sanguis*: pendet enim oratio a propinqua voce *sanguinem*." *Brutus.* Orationem in nova plane narratione a praecedente diversa pendere non posse, nemo, opinor, est quin videat. Sed hoc verum est, ab optimis et antiquissimis Codicibus abesse *sanguis*, videlicet a Reg. Gud. 1. 2. Duisb. duobus Oxx. quare eam vocem Or. uncinis inclusit, additque videri haec verba versiculi tragici exitum, alterius initium: *ut hostium Eliciatur suo.* Ceterum supplementum esse rectum. Ego mendum subesse suspicor: quale, nondum liquet. Quare manum abstineo. Ceterum non plane consentiunt libri reliqui. Rehd. habet: *ut hostium fatum sanguine eliciatur suo.* Vind. 1. Ed. H. *ut hostium eliciatur sanguinis fata suo.* Aug. *ut hostium elliciatur* [sic] *cruor.* In Cod. Marb. omissa sunt verba *hostium sanguis.* Bouhierius probabat, quod ipse repererat in uno Cod. Leid. *ut hostium sanguinem eliciat suo.* Billerb. iustum hunc effinxit senarium et, ut Ciceronis manum vel veteris poetae, iusto audacius in seriem recepit:

ut eliciatur hostium sanguis suo.

Sanguis plane eiecit vir doctus, qui Ed. Teubn. curavit. *Mr.*

c. 49. *Veniunt inde ad propiora.*] Ed. Junt. omittit *ad.* MS. in marg. Asc. 2. *idem* pro *inde.* MS. Reg. (teste Verb.) Gud. 1. Marb. *propriora*, quae lectio orta est ex vera Ciceronis manu eiusque depravatione *propria*, quam habent MS. marg. Asc. 2. Aug. Edd. Reiskianae Ven. 1. 2. Med. 1. 2. itemque A. B. S. E. Asc. 1. Eodem plane modo peccatum est de Div. I. 22. 43: *Sed propiora videamus*, ubi item *propria* habent nonnulli libri et *propriora.* Vid. Ed. nostr. p. 111. *Mr.*

Harmodius in ore est et Aristogito] Addidi *est* non tam Rathio obsecutus et, qui eam solam ex Rathii coniecturis probabat, eius Censori Jenensi, quam rationi, libris et ipsi Ciceroni. Sine *est* locutio nimis apparet concisa et abrupta, qualem nobis procudit Beieri in Laelio industria; habet praeterea *est* Cod. Vind. 1. et alii Codd., si fides Rathio, et ipse Cicero ita locutus est de Legg. I. 2. *ad Fabium, aut — qui tibi semper in ore est, Catonem.* Accedit, quod post *e* nihil facilius excidere potuit quam aliud *ē*, lineola transversa notatum, quo significabatur *est.* Scripsi autem *Aristogito* pro *Aristogiton*, iisdem rationibus ductus, quibus c. 47. 113. exhibui *Bito* pro *Biton.* Idque fecerunt etiam Or. et Tbn. Pro *in ore* Cod. Aug. vacuum habet relictum spatium; Marb. *more*, proclivi errore, quem videmus etiam supra cap. 4, 8. et in uno Cod. loco Cic. de Legg. laudato ed. nostr. et Cr. p. 17; Cod. Duisb. et unus Ox. habent *morte*, alius *in oratione.* Ceterum de Harmodio et Aristogitone veterum loca habes collecta ab Ilgenio ad scolion illud celeberrimum *ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω*: Carmm. Convivall. Grr. p. 47—72. Mox Codd. Vind. 1. et Aug. *Epaminondas Thebanus.* Pro *vigent* est *viget* in Codd. Reg. Gud. 1. Marb. Rehd. tribus Oxx. et omnibus Bentleii. Quod iungit Kühnerus *in ore — vigent*, idque eleganter dictum ait, pro *praedicantur, celebrantur*, id mihi quidem secus videtur: inspectisque omnibus locis, quibus Cicero *vigendi* verbo usus est, fere contendere ausim, *in ore vigere* nunquam eum dicturum neque, si ab alio quopiam dictum esset, probaturum fuisse. *Mr.*

Aristogito: Lacedaemonius Leonidas, Thebanus Epaminondas vigent. Nostros non norunt: quos enumerare magnum est: ita sunt multi, quibus videmus optabiles mortes fuisse
117. cum gloria. Quae quum ita sint, magna tamen eloquentia est utendum, atque ita velut superiore e loco concionandum,

---

Nostros non norunt:] Codd. Vind. 1. Aug. *non nostros.* Post *nostros* addunt *vero* unus Ox. Edd. Verb. Oliv. Verba *Nostros — magnum est* absunt ab Ed. nostr. Ven. eaque uncinis inclusa sunt in MS. ad marg. Asc. 2. Exciderunt etiam in Edd. A. B. *Mr.*

quos enumerare magnum est] „Imo *longum.* Sic semper Cicero et alii: sic et MS. Guelf." *Ern.* „*Longum est*, habet liber manuscr. [Colon.] quod Cratander quoque agnoscit." *Fr. Fabric.* Goerenzius ad Cic. de Finn. IV. 26. 73. [*id mihi magnum videtur*] probat restitutum nostro loco a FAWolfio *magnum*, additque ad locum de Finn. „Graecum μέγα τι cogita: *quid* enim omissum gravitate pronuntiationis compensandum est." Idque, laudato Goerenzio, factum probat etiam Kühnerus. Sed neque ille nostrum locum, nec hic locum de Finibus accurate inspexisse videtur. Vidissent enim sine dubio, nostri loci plane aliam, quam illius, rationem esse atque sententiam. Wolfius autem, quamquam servavit in Ed. *magnum*, in Scholis tamen *longum* esse censuit legendum. Neque mihi aliter videtur. Quid enim? An *magnum* quid est, enumerare Romanos homines, qui fortiter pro patria mortem oppetiverunt? Longam poterat enumerare clarissimorum nominum seriem: sed ne longus fieret, non enumerat ea: *ita*, ait, *sunt multi, quibus videmus optabiles mortes fuisse cum gloria.* Et habent *longum* duo Oxx. Duisb. Aug. praeterea, quos diximus, Col. Guelf., vet. Cod. in marg. Lambb. Goth. marg. Crat. Edd. Verb. Lall. Oliv. Ern. Bip. Alt. Nobb. Sed tamen a corrigendo manum abstinui, cum *longum* correctori deberi videatur, quia et vetustissimi et optimi et plurimi libri in ea scriptione consentiunt, quam, quamvis non probem, absurdam tamen appellare non ausim. Quamquam non admodum movet Nissenii defensio, qui, *Magnum*, ait, mihi non displicet. Sensus est: Tanta multitudo eorum est, ut, non dico, facta singulorum enumerare, sed singulos viros nominare difficile sit." In Cod. Rehd. omittitur *quos*, idem habet *enarrare.* De constructione *magnum est, longum est* vid. Bremi ad Corn. Nep. Hannib. V. 4: *longum est enumerare proelia.* Ruhnken. ad Vellej. II. 42. *Mr.*

ita sunt multi, quibus etc.]. Codd. Marb. et unus Ox. *ita sunt isti multi.* Pergit Vind. 1. *quibus videmus optabiles fuisse mortes:* duo posteriora verba hoc ordine habent fere omnes Edd. ante Gebh. et seqq. praeter Vict. et Rob. Steph. Sed nostrum ordinem habent Codd., exceptis Aug. et Duisb., omnes. In voce *optabiles* non tam *optandi*, quam *optionis* est notio. Sed ipsum *optandi* verbum aliquando vim *optionis* habet: v. c. Cic. pro Rosc. Am. 11. 30: *hanc conditionem misero ferunt, ut optet, utrum malit* etc. ubi frustra Grutero suspectum fuit *optet. Mr.*

Quae quum ita sint etc.] Sequente *tamen* necessario *quum* est i. q. *quamvis*, ut recte monet Kühnerus ad h. l. Cuius usus habes exempla apud Tursellin. de Particull. p. 190. ed. Schwarz. Pro *tamen* est *tantum* in Cod. Gud. Pergit Aug. *est eloquentia.* Ed. H. omittit *utendum* et, quod sequitur, *ita. Mr.*

superiore e loco] i. e. quasi e suggesto vel tribunali. Cod. Vind. 1. *veluti ex superiore loco.* Marb. Duisb. Aug. *e superiore loco*, unus Ox. Gud. Rehd. omittunt *e.* MS. in marg. Asc. 2: *e loco superiore.* De terminatione quam dicunt Ablativi Comparativorum optime dis-

ut homines mortem vel optare incipiant, vel certe timere desistant. Nam si supremus ille dies non exstinctionem, sed commutationem affert loci; quid optabilius? sin autem perimit ac delet omnino; quid melius, quam in mediis vitae laboribus obdormiscere, et ita conniventem somno consopiri sempiterno? Quod si fiat, melior Ennii, quam Solonis oratio. hic enim noster,

---

putavit Censor Grammaticae Ruddimannianae Jenensis 1825. 32. p. 251—261. Conf. O. M. Müller, de Vi et Usu verbb. quorund. Lat. p. 11. id. in Cur. Sec. ad Or. pro Sest. p. 85 sq. Post *loco* Gud. addit *est*. De *concionandi* verbo vid. Ol. Borrichium in Cogitatt. de L. L. aetatibus p. 69—71. *Mr.*

ut homines mortem vel optare incipiant] Cod. Duisb. *vel optare mortem*. Unus Ox. omittit *vel optare*, alius *incipiant*. Pergit Vind. 2. *vel forte*. Gud. *vivere desistant*. Vind. 1. *desinant*, quod est vel glossatoris vel correctoris. *Desistere* non minus saepe cum Infinitivis iungitur, quam *desinere*. Mox unus Ox. *summus*. Vind. 1. *mutationem*: neglexit nimirum librarius compendium ɔ i. e. *con*, praemissum. Ed. P. *si* pro *sin*. Gud. 1. *peremit* pro *perimit*, Marb. *punit*, ex neglecto compendio *p* i. e. *per*. Gud. *quid est melius*. Mon. 1. *in medios*. Gud. 2. *obdormire*. Unus Ox. omittit verba *et — sempiterno*. Gud. 1. *ita conhibentem*. Vind. 2. *convenientem*. Marb. *convenientes*. Mon. 1. *convivente*; unus Ox. *cumbentem*. Gud. 2. Ed. Ven. nostr. *coniventem*. Fr. Fabr. *conviventem*. Rehd. *connibentē*. Aug. *cōvēiēter*. Asc. 1. *convenientem*. Sic semper peccatur in verbis paullo rarioribus. Similiter scripsit de N. D. II. 57. 143: *somno connivere*. Or. pro Cael. 17, 41. *sopitum connivere*. Unus Ox. et Ed. H. *sopiri*. alius Ox. *consopire*. Gud. 2. *consopore*. *Mr.*

melior Ennii, quam Solonis, oratio] „*Melius Ennii, quam Solonis elogium*, est in MS." *Ursinus*. Or. hanc potius Ursini coniecturam esse existimat. Utut est: sive librarii sit, sive Ursini; coniectura est, parum quidem illa probabilis, sed hausta ex Cat. maj. 20: *Solonis quidem sapientis elogium est* etc. vid. locum in annot. Dav. Sed hoc ipso loco *elogii* verbum dubium esse, satis, opinor, docui in Symbolarum Criticarum in Cicer. Specimine II. 6. p. 9 sq. probante Orellio. Adde nunc Mahnii Epicrisin Censurar. Bibl. Crit. p. 43. Bergman. ad Ruhnken. Opuscc. II. p. 1021. N. Bach. üb. d. Urspr. u. d. Bedeutg. d. eleg. Poesie b. d. Griechen. in Allg. Schul-Ztg. 1829. II. 134. p. 1097—1099. *Mr.*

Melior Ennii quam Solonis oratio] Noster de Senect. cap. XX. *Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum et lamentis vacare. Sed haud scio an melius Ennius*:

Nemo me lacrimis decoret etc. Ex hoc loco reformatus est Ursini Mstus, qui dedit *melius Ennii quam Solonis elogium*; si tamen ullus revera fuit Codex, qui talem lectionem repraesentarit. *D.*

Hic enim noster] Admonitus a viro quodam docto, ut *sic* corrigerem, ne quis in eandem suspicionem incidat, moneo cum Kühnero, *hic*, ut saepius, non ad propiorem, sed ad potiorem, *ille* non ad remotiorem, sed ad eum respicere, qui minor vel inferior censeatur. Vid. Stallbaum. ad Ruddimann. Inst. L. L. I. p. 198. not. 7. extr. In Cod. Aug. est *Hic enim Ennius noster*. Nimirum ne quis de Solone cogitet. *Mr.*

Nemo me lacrumis decoret, inquit, *nec funera fletu*
Faxit! —
At vero sapiens ille,
Mors mea ne careat lacrumis: linquamus amicis
Maerorem, ut celebrent funera cum gemitu.

118. Nos vero, si quid tale acciderit, ut a deo denuntiatum videatur, ut exeamus e vita, laeti et agentes gratias pareamus, emittique nos e custodia et levari vinclis arbitremur,

---

Nemo me lacrumis decoret etc.] Integrum habes supra Epitaphium I. 15. ubi vid. quae annotavimus. Unus Ox. habet *Nemo enim.* Cod. Duisb. *inquit, decoret. Mr.*

Nec funera fletu *Faxit*] Lambinus ad cap. XX. de Senect. reponit *nec* funere lessum *Faxit.* De *lesso* videas licet nostrum de Legg. II, 23. Si quid mutandum, legerim *nec funera* fletum *Faxit.* Funeras *dicebant eas ad quas funus pertinet*, ut testatur Servius in Aen. IX, 486. *D.*

nec funera fletu Faxit] Dav. in Ed. 2. ex coniectura monente Bentleio recepit *funera lessum:* in quo ei obsecutus est, praeter Lallemannum, nemo. Vid. nos supra ad c. 15. In uno Ox. est nec *fleri Fas sit*, in Vind. 1. *funera faxit.* Aug. *facit. Mr.*

At vero sapiens ille] Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Mon. 1. 2. Gud. Marb. Duisb. *ille sapiens.* Vind. 1. *at vir ille sapiens. Mr.*

Mors mea ne careat] Plutarchus Tom. I. pag. 109. ita refert, ἃ τοῖς περὶ Μίμνερμον ἀνεπαῖν περὶ χρόνου ζωῆς ἐπιπεφώνηκε (Σόλων)

Μηδέ μοι ἀκλαύστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι
ΠΟΙΗΣΑΙΜΙ θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.

Rursus exstant apud Stobaeum Serm. CXXI. pag. 612. ubi tamen in secundo versu legitur *καλλείποιμι θανών*, quod Ciceronis versioni melius respondet. *D.*

Mors mea ne careat lacrumis etc.] „Legitur versus Solonis apud Plutarchum in Comparatione Solonis cum Poplicola c. 1. ubi nunc quidem in Ed. a Schaefero curata, pro *ποιήσαιμι*, legitur *καλλείποιμι*: [et sic etiam in Poetis Gnomicis ed. Brunck. p. 104. cura Schaeferi] In Ed. Gaisfordiana Stobaei est T. III. p. 48. in Brunckii Analect. T. I. p. 65. num. 2; in Bachii Collect. Fragmm. Solonis p. 101. quem vide p. 31. 32.“ *Schuch.* In Cod. Mon. 1. est *me* pro *mea.* In Pentametro Ed. P. *funeratum* pro *funera cum. Mr.*

Nos vero, si quid tale acciderit etc.] Est hoc Pythagoreorum decretum, ad quod respicit Socrates in Phaedone c. 66: dicens: καὶ γὰρ ἀκήκοα, ὅτι ἐν εὐφημίᾳ χρὴ τελευτᾷν. (§. 154. p. 263. ed. Heindorf. q. v. p. 331. Wyttenb. ubi vid. annot.) — Vocem *vero* omittunt duo Oxx. Pergit alius *si quidem.* Offensus erat FAWolfius constructione paullo negligentiore *ut a deo — ut exeamus — ut aut*, qua veteres non admodum offensos fuisse recte existimat Or. Mox unus Ox. *ut adeo*, alius *vel a deo*; confudit nimirum librarius scriptionem *vt* cum compendio *vl* i. e. *vel.* Tum unus *diminuatum*, alius *denuntiare.* Verbo *denuntiandi* hac sententia, ut sit fere i. q. *iubere*, usus est etiam in Verr. Act. I. 9. 25: Mox unus Ox. habet *a vita.* Mon. 1. *pereamus*, pro *pareamus*, egregia scilicet correctione. *Mr.*

emittique nos e custodia etc.] „Imitatur Platonem T. I. p. 67. Phaedone: ψυχὴν ἐκλυομένην, ὥςπερ ἐκ δεσμῶν, ἐκ τοῦ σώματος.“ *Bouhierius.* Plura in hanc sententiam collegit Wyttenbach. ad Phaedon. p. 139. sq. coll. p. 130. nos ad Cic. de Rep. VI. 14. p. 479. Beier. ad Cic. pro Scauro p. 145 sqq. Creuzer. Prooem. ad Plotin. Enn. I. 9.

ut aut in aeternam et plane in nostram domum remigremus, aut omni sensu molestiaque careamus: sin autem nihil denuntiabitur, eo tamen simus animo, ut horribilem illum b. diem aliis, nobis faustum putemus, nihilque in malis ducamus, quod sit vel a diis immortalibus vel a natura parente omnium constitutum. Non enim temere nec fortuito sati et creati sumus: sed profecto fuit quaedam vis, quae generi

---

p. 85. — Cod. Aug. habet *ex custodia*. Mox unus Ox. ante *aeternam* omittit *in*. Gud. 2. habet *aeterna*. *Mr.*

et plane in nostram domum remigremus] „Mart. Fabr. Pith. Vatic. tert. Pal. *plene:* unde ex coniectura Gulielm. *paene*, quod visitur in primo.“ *Gebh.* Unus Ox. *pene*, alius et *plenam*. Pravam Gulielmi coniecturam *paene* habet Cod. Mon. 2. *plene* reperio etiam in duobus Oxx. in Codd. Reg. Marb. Duisb. Gud. 1. 2. Schützius, et post eum Billerb., dedit: *et plane nostram*, nescio, utrum consulto ille, an casu. Quidquid est, non displicet, quamquam in librorum consensu nihil novare ausus sum. Abiecto *in* pertinebit *plane* ad *nostram*, ut dicat: *ut remigremus in domum aeternam eamque, quae plane est nostra*. Similiter dixit Auct. ad Herenn. IV. 20. 28. *plane par*. Ad sententiam vid. Cic. de Rep. VI. 26. p. 508. ed. nostr. Irhovium de Palingenesia Veterum p. 58. p. 47 sqq. p. 308 sq. p. 343 sq. Vocem *domum* omittit Cod. Gud. 2. *Mr.*

aut omni sensu] Cod. Marb. *ut* pro *aut*. Mox Gud. 2. *caremus*. Pro *sin* Codd. Aug. Mon. 1. 2. habent *si*. Ad sententiam sequentium: *Eo tamen simus animo* etc. vid. Senecae Epist. 102. p. 508. ed. Gronov. Elzev. *Mr.*

ut horribilem illum diem] „Sic quinque Pall. Vict. Ed. Vulgo *eum*. Non displicet Fabr. *ut horribilem illum illum diem.*“ *Gebh.* Mirum sane. Ceterum habent *eum* Edd. P. A. B. S. E. L. Fr. Fabr. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Sylb. Car. Steph. Boul. Sturm. HWolf. Goth. In Cod. Duisb. est *diem illum*. Cogitabat fortasse monachus de horribili illo canticò *Dies irae dies illa*. — Unus Ox. habet *alias* pro *aliis;* idem omittit *nobis:* alius habet *in malum*. Gud. 2. *putemus* pro *ducamus*. Ed. H. *dicamus*. Constructionis nostrae alia exempla laudat Ochsner in Eclogg. Cic. haec: de Finn. III. 3. III. 8. Parad. I. 1. II. Add. nos ad Cic. de Rep. I. 2. p. 12. sq. I. 38. p. 155 sq. III. 9. p. 358. ed. nostr. Or. pro Lege Man. 7, 17. ibiq. Orell. Beier. ad Lael. 19, 70. p. 112. Olshausen. in Seebod. Bibl. Crit. 1829. 79. p. 314. De permutatione verborum *ducere* et *dicere* vid. nos ad Cic. de Div. I. 32. 70. p. 164. Ad sententiam vid. supra I. 42. de Senect. 2. — Pergit unus Ox. *quod fit;* duo omittunt *a* ante *natura* cum Codd. Mon. 1. 2. Edd. Ven. nostr. (quae habet etiam *parentum* pro *parente*) Junt. Asc. 1. 2. P. A. B. S. E. De constructione *nihilque* vid. Goerenz. ad Cic. de Legg. II. 7. p. 125. *Mr.*

Non enim temere nec fortuito] Unus Ox. *neque enim:* idem *timere*. Pergunt Mon. 1. 2. duo Oxx. Gud. *ac* pro *nec*. Unus Ox. *et*. Aug. *fortuitu*, de qua forma vid. nos ad Cic. de Div. II. 7. p. 319 sq. coll. II. 17. p. 357. ad II. 28. p. 400. ad de Fato 9. p. 601. ed. nostr. Drakenb. ad Liv. II. 28. 1. Orell. ad Cic. Off. I. 29. not. 32. De paenultima huius vocabuli syllaba producenda disputat ad h. l. Ochsner. Eclogg. p. 277 sq. qui confert ad loquendi formulam de Div. II. 41. de N. D. II. 16. de Off. I. 29. ubi vid. Heusinger p. 239 sq. Gernhard. p. 117. Cod. Mon. 1. *fortuiti*. Verburg. in marg. ex MS. nescio quo, et Ed. H. *facti* pro *sati*. Mox Duisb. *consuleret*

consuleret humano, nec id gigneret aut aleret, quod, cum exanclavisset omnes labores, tum incideret in mortis malum

---

generi. Unus Ox. *consuluerit.* Codd. Aug. et Mon. 1. cum quatuor Oxx. *ne* pro *nec;* unus *ut* pro *aut,* idem *quae* pro *quod. Mr.*

quod cum exantlavisset] „Profert hunc locum Nonius, sed legit *exanclavisset.* Ego *exantlavisset* probo hoc loco, quomodo habent aliquot libri MSS., *exanclavisset* tamen non damno. Est enim verbum ab *anculando,* quod valet ministrare et ministeria laboriosa subire: ex quo ancilla dicta est. Quocirca *exanclare labores* pro *subire labores* videtur etiam pulchre et eleganter dictum." *Lambinus.* „*Exanclavisset* quinque Pall. etiam Nonius. Vulgo *exantlavisset.* Dudum, ut scripsimus, legendum docuit Muretus. Porro Cod. Pith. *exaudavisset,* quod, si pressius literarum ductum rimeris, eodem recidit: unde tamen evolvit Gulielmius *exsudavisset:*" [infeliciter.] *Gebh.*

Exanclavisset *omnes labores*] Ms. Pithoeanus *exaudavisset,* unde Janus Gulielmius, ingenio potius quam iudicio litans, reponit *exsudavisset.* Licet enim non negem, quin *certamina* vel *labores exsudare* plus vice simplici dixerint Livius et Ammianus Marcellinus; ita tamen nullibi Tullius est locutus: receptamque lectionem defendunt cum reliqui Codices, tum Nonius, qui non hunc modo sed et alium, ubi noster eandem *φράσιν* adhibet, locum citavit cap. II. in *exanclare.* Is exstat Acad. lib. II. cap. 34. Vide sis et eundem cap. IV. in *exanclare;* ut nesciam quid in mentem fuerit accuratissimo Quinctiliano, cum lib. I. Inst. Orat. cap. 6. hoc verbum poneret inter ea, quibus non est utendum. Ceterum de veriverbio disserunt M. A. Muretus et G. J. Vossius in Etym. quorum scrinia non compilabo; meam tantum opinionem paucis efferam. Ea nempe vox non ab *anculando,* sed ἀπὸ τοῦ ἀντλεῖν videtur deducenda, quamvis, literula mutata, *exanclare* potius, quam *exantlare,* dixerint Latini. Hoc certe testantur veteres, et e sequentibus clare potest intelligi. Verum tamen H. Stephanus Castig. in Cicer. p. 35. Etymologiam ἀπὸ τοῦ ἐξαναλῶν petit, et ἐξαντλεῖν πόνους Graece dici non existimat. Sed dubio procul lapsus est vir doctissimus. Theophilus ad Autol. lib. II. pag. 102. ed. Paris. *Διὰ δὲ τῆς παραχοῆς ὁ ἄνθρωπος ΕΞΗΝΤΑΗΣΕ ΠΟΝΟΝ. ὀδύνην, λύπην.* Euripides in Cyclope vs. 10. *Καὶ νῦν ἐκείνων μείζον' ΕΞΑΝΤΑΩ πόνον.* Iterum vs. 281. *Οὗτοι πόνον τὸν δεινὸν ΕΞΗΝΤΑΗΚΟΤΕΣ.* Adi sis et Medeae vs. 79. Alcest. vs. 354. Androm. vs. 1217. ac Gatakerum ad Antonini IV, 50. Similiter Latini. Livius XXI, 21. *Per totum tempus hiemis, quies inter labores aut iam exhaustos aut mox exhauriendos renovavit corpora.* Ovidius Art. amand. I, 771.

Pars superat coepti, pars est exhausta laboris.

Et Metam. XII, 161.

Inque vices adita atque exhausta pericula saepe
Commemorare iuvat.

Quae loca satis ostendunt non fuisse, cur Nic. Heinsius Fast. V, 388. ederet,

Venerat Alcides exacta parte laborum,

nam *exhausta* legunt plerique Codices. Statius Theb. VI, 236.

— Posito donec cum sole labores
Exhausti

Si pluribus sit opus, adeas licet Senecam Epist. 52. Plinium lib. V. Epist. 5. et Lactantium Div. Inst. lib. VI. cap. 4. *D.*

sempiternum. Portum potius paratum nobis et perfugium putemus. Quo utinam velis passis pervehi liceat! Sin re- 119.
flantibus ventis reiiciemur, tamen eodem paullo tardius

---

exanclavisset omnes labores] De hoc verbo hic nihil addemus post ea, quae diximus ad Cic. de Div. II. 30. p. 407; laudabimus modo Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 34. p. 197. Ern. Clav. Cic. s. v. Scribitur *exanclavisset* in Codd. Gud. Duisb. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Mon. 1. 2. Edd. vett. plurimis, praeter E. V. L. Goth. Rob. Steph. Car. Steph. Cam. HWolf. Sylb. Boul. Gryph. Sturm.; ex recc. Ern. Oliv. Bip. Solus Cod. Rehd. huius verbi loco habet glossam: *fortiter superavisset*. FAWolfius in scholis *exantlare* ne latinum quidem esse censet, neque homines latinos potuisse enuntiare literas *ntl* ita coniunctas. V. nos infra ad II. 8. 20. Verba *omnes labores* omittit unus Ox.; alius habet *tum* pro *cum*. Ed. Herw. *intercideret*. *Mr.*

Portum potius paratum nobis] Cod. Mon. 1. *otius*. Rehd. *portum potius putemus et profugium paratum nobis;* Duisb. *portum potius nobis et perfugium paratum putemus*. Ed. H. *portum nobis potius* etc. Vind. 2. *nobis paratum*. Est etiam *profugium* in Codd. Vind. 1. uno Ox. Edd. B. S. E. C. H. V. Rob. Steph. Asc. 2. Cam. Mox Codd. Rehd. Gud. 2. *velis sparsis;* unus Ox. Duisb. *pansis;* sed posterior inverso ordine. Ad verba *velis passis* Beroaldus haec: „i. e. ocissimo cursu et festinata celeritate. Translatio sumpta a navigantibus, qui velis expansis ac plenis portum subeunt volitantes. *Passa vela* dicimus expansa, distenta, explicata, vento tumentia ac plena. A verbo *pando passum* veteres dixisse, non *pansum*, et *expassum*, A. Gellius Serviusque testantur. *Capillo passo* esse mulieres dicuntur, quasi porrecto et expanso: et *passis manibus* dicimus, quod significat diductis atque distentis. Plautus dixit *dispessis manibus* pro eo, quod est *dispassis distentisque*. Tertullianus tamen *oppansum velum* dixit pro *oppasso et extento*. Idem *Expansos*, inquit, *ungulae fodiant, cruces suspendant*, pro *exporrectis et distentis*." *Passis palmis* dixit Cic. de N. D. II. 43. 111. Conf. etiam Dausquej. ad Sil. Ital. p. 71. ed. Paris. 1618. — Tum Codd. Rehd. Vind. 1. 2. *provehi*. Ad sententiam confert Ochsner. Cic. de Sen. 19. extr. Senec. Epist. LXX. 2. 3. [p. 274. Gron.] *Portum et refugium* iunxit noster Or. pro Cluent. 3; *portum et perfugium* Or. pro Caecina 34, 100. Pro *sin* est *sin autem* in uno Ox. et Aug. quod §. 117. et 118. huius capitis legimus: in Ed. H. *si vero*; in Reg. Gud. 2. Duisb. Gud. *sine ref.* Gud. 1. *sinere flantibus*. Edd. P. A. B. S. E. C. Herw. Vict. Rob. Steph. Junt. Ven. Alteri [haec in marg. *sin*] et nostr. Asc. 1. 2. Cam. Sturm. et omnes quas Reisk. contulit (excepta Car. Steph.) *si enim:* idque ipsum est in vet. Cod. Caroli Stephani. Ex scriptione optimorum librorum *sine* scriptum antiquitus fuisse suspiceris *si ue*. i. e. *si vero*, ut habet Ed. H. si hoc esset ex usu Ciceronis. *Mr.*

Reflantibus *ventis*] Vulgo *restantibus*, contra quam iubet omnium Msstorum consensus. *D.*

reflantibus ventis] Quod ait Dav. vulgo legi *restantibus*, ex omnibus Edd. ante Dav. sola habet Ed. Gron. operarum, ut videtur, errore, quem nonnisi Ed. Wippelii ad Gronovianam expressa (Berol. 1745. 12.) repetivit. Neque in Ed. Grut. (1618.) nec in Verb. aliisque (v. c. Amstel. 1659. 12.) quae vulgatum habere dicuntur textum, eius erroris vestigium apparet. Duo Oxx. *perflantibus*, unus *reflamantibus*. Eodem, quo h. l., verbo usus est noster de Off. II. 6. 16: *porspero flatu fortunae utimur — cum reflavit, affligimur;* ad Att.

referamur necesse est. Quod autem omnibus necesse est, idne miserum esse uni potest? Habes epilogum, ne quid praetermissum aut relictum putes. A. Ego vero: et quidem fecit etiam iste me epilogus firmiorem. M. Optime, inquam. Sed nunc quidem valetudini tribuamus aliquid: cras autem, et quos dies erimus in Tusculano, agamus haec, et ea potissimum, quae levationem habeant aegritudinum, formidi-

---

VI. 7: *etsi etesiae valde reflant:* cf. ad Att. XII. 2: *naves delatas L. in Uticam reflatu hoc.* — In Gud. sequitur *retardemur*, quod est correctoris. Sequitur in uno Ox. *tandem paulo.* Posteriorem vocem omittit Gud. 2. Post *tardius* Duisb. pergit *et referemur:* unus Ox. *refrenamur.* Gud. ante *idne* omittit *est.* Mox Gud. 2. Vind. 1. Mon. 1. 2. Duisb. et Ed. H. *uni esse.* In Mon. 2. et Gud. scribitur *Habemus epilogum.* Tum unus Ox. *nec quidem.* Quod h. l. dixit *relictum*, eadem sententia posuit de Off. III. 2. 9. conf. Benecke ad Cic. Catil. III. 8. 18. p. 224. Post *ego vero* unus Ox. habet interrogandi signum, alius glossam *habeo.* Pergunt Codd. Reg. Gud. 1. 2. Duisb. *et qui idem.* In seqq. *me* abest a Codd. Aug. Duisb.; in Gud. 2. est *me epilogus iste*, in Vind. 1. *iste epilogus me.* Vocem *etiam* omittit unus Ox.; duo habent *fortiorem*, quod est interpretis. *Firmus* pro *fortis* saepius dixit Cicero: laudabo modo unum locum Philippic. VI. 7. 18: *Itaque senatum sua sponte bene firmum, firmiorem vestra auctoritate feci tis. Mr.*

Sed nunc quidem] Abest *quidem* a tribus Oxx. Rehd.; *nunc* omittit Gud. 2; Mon. 1. et 2. habent *aliquid valetudini quidem.* Vind. 2. *aliquid tribuamus;* unus Ox. *valetudini valeamus aliqua. Mr.*

Et quos dies erimus] Ita dedi pro *quot* ex Codd. optimis antiquissimisque, Reg. [ap. Buh.; quamquam nihil monet collatio nostra] uno Leid. Gud. 1. 2. Rehd. Edd. Ven. Alteri, P. A. Reiskianis Ven. 1. 2. Med. 1; idque recipi volebat etiam Bouh. laudato Corn. Nep. Milt. [8.]: *Chersonesi omnes —, quos habitarat annos, perpetuam obtinuerat dominationem.* Ed. S. habet *quotquot*, Fr. Fabr. *quod.* Mox Vind. 1. *haec agamus*, cum Cod. Duisb. Unus Ox. habet *agamus hoc*: posteriorem vocem omittit Cod. Aug. De locutione *id agere*, quae etiam effertur forma *hoc agere*, vid. R. Klotz. Quaestionn. Tullian. I. p. 14 sq. Cod. Rehd. pergit: *autem ea sunt potissimum.* Gud. habet *potissime.* Cod. Marb. *habeant* pro *habent.* De eleganti usu verbi *habendi*, quo significat i. q. secum ferre, afferre, monuimus ad Cic. de Rep. I. 28. p. 116 sq. conf. Kayser. ad Cic. de Div. II. 46. p. 465. ed. nostr. nos ad de Div. I. 30. p. 150. II. 5. p. 311. Conf. nos ad Cic. de Legg. II. 26. p. 364 sq. Gernh. ad Cic. de Off. II. 6. 19. et ad eundem locum C. Beier. p. 41. — Statim Gud. *formidinumque, cupiditatumque:* posterius est etiam in Cod. Aug. Vulgata sola est Ciceroniana. *Mr.*

qui omni e philosophia est fructus uberrimus] Abest *e* a Codd. Reg. quatuor Oxx. Gud. 1. 2. Aug. Gud. Vind. 2. In Codd. Vind. 1. Rehd. Duisb. Marb. Ed. H. legitur *in omni philosophia.* Gebhardus ad h. l. „Victorii, ait, ed. hanc lectionem [*omni e phil.*] habet. [Habent omnes reliquae, excepta H.] Pall. tamen tres cum Fab. Pith. *qui in omni philosophia est*: quart. quint. omittunt praepositionem: quart. amplius *philosophie:* unde proclive legere: *qui omnis philosophiae est fructus uberrimus*: quam lectionem postea omnibus apicibus inveni in Vaticani excerptis.“ Codd. Marb. et Rehd. habent

num, cupiditatum: qui omni e philosophia est fructus uberrimus.

---

fructus est. In fine libri Cod. Rehd. habet: *Marci tulii ciceronis tusculanarum disputationum liber primus de contempnenda morte explicit. QR. An mors sit in malis. Secunda disputatio. An malorum omnium maximus sit dolor.* Cod. Mon. 2. *M. T. C. Tusculanarum Disputationum Primus liber explicit.* Mon. 1. M. T. C. *Tusculanarum Quaestionum liber primus explicit.* Aug. *Explicit primus liber.* Duisb. *Explicit liber primus Marci Tullii Ciceronis de Tusculanis Quaestionibus.* Ed. H. *Tusculanarum Questionum liber primus explicit. Mr.*

CICERONIS TUSCULANARUM DISPUTATIONUM LIBRI SECUNDI ARGUMENTUM.

„Post cohortationem ad Philosophiam diligenter colendam, Latinisque in primis illustrandam literis, c. 1 — 3. sermo in Tusculano *de dolore* institutus exponitur. Is inducitur ab exordio de philosophiae laudibus, c. 4. 5. et duobus in primis tanquam capitibus continetur, quorum *primum* est, *sitne summum malum dolor; alterum*, si non summum, *annon malum certe?* Et primum quidem breviter hoc uno argumento refellitur, quod dedecus et turpitudo maius profecto sit dolore malum. c. 5. In altero autem reliqua consumitur oratio. Et esse quidem magnam hic multorum imbecillitatem docet. Aristippum enim Socraticum non dubitasse dolorem summum malum dicere, quem Epicurus secutus sit: Hieronymum autem Rhodium summum bonum posuisse in vacuitate a dolore. Ceteros, praeter Zenonem, Aristonem et Pyrrhonem, malum putasse. Poëtas quoque ab hac opinione non abesse, quod inducant summos homines in acutis doloribus non viriliter lamentantes. c. 6 — 10. Iam rationes, quibus in frangendis his opinionibus utantur Stoici, contortulas esse, decipere magis volentium, aut optantium, quam docentium: v. c. nihil esse malum, quod non sit turpe atque vitiosum: neque enim id ignorare quemquam; sed doleamus, nec ne, nihil interesse, hoc docendum esse. c. 11. 12. Melius et verius hoc esse: Omnia, quae natura aspernetur, in malis esse, quae adsciscat, in bonis. Quo posito tamen honestum et rectum ita excellere, ut omnia corporis et fortunae bona ad id minuta videantur, nec ullum malum cum turpitudinis malo comparandum. Quare cum turpe sit viro gemere, eiulare, flere, aut nullam virtutem esse, aut contemnendum dolorem. Prudentis porro esse, nihil facere, quo nihil proficiat: sed gemitu et lamentationibus non minui dolorem: Temperantiam denique, fortitudinem, iustitiam, magnitudinemque animi doloris patientiam desiderare. c. 12. Non autem negare se, dolorem esse dolorem; quorsum enim opus esse fortitudine? sed eum opprimendum esse patientia. Eam autem duobus modis comparari, primo exercitatione et consuetudine; id quod exempla multorum confirment, tanquam Spartanorum, Marii, gladiatorum, veteranorum militum: c. 13 — 16. deinde ratione. Et illud Epicuri quidem: Neglige dolorem; si longus, levis: si gravis, brevis: tum non respondere ei decreto, quo dolorem summum malum putet, tum et obscurum et falsum esse, quod de doloris diuturni levitate, et gravis brevitate dicatur. c. 18. Itaque primum oportere hoc sibi quemque persuadere, nihil honestius esse ac laudabilius, quam ferre dolorem: deinde sibi ipsum imperare. Nam cum animus sit in partes tributus duas, alteram rationis participem, alteram expertem; illam huic imperare, tanquam dominum servo, h. e. a ratione coerceri temeritatem oportere. Si se turpiter gerat, et gemitibus et fletibus dedat, amicorum propinquorumque custodiis constringendam esse; si autem firmior sit, tanquam bonum militem admonitu revocandam esse ad dignitatem. c. 19. 20. Sermone intimo ac tacito esse animum confirmandum: species honestas, tanquam Zenonis Eleatae, Anaxarchi, Calani, esse animo proponendas. c. 21. Intentionem etiam adhibendam esse, cuius, ut in corpore, sic in animo, magna vis sit. c. 22. 23. Contemnendo adeo levari omnem laborem doloremque.

c. 24. Illud denique proponendum animo, amplitudinem animi, quae maxime emineat contemnendis doloribus, unam esse omnium rem pulcherrimam. c. 25. Adhibendam vero esse quandam doloris tolerandi aequabilitatem, quae a ratione et consilio proficiscatur. Eos enim, qui consuetudine tantum aliqua dolorem aliquem ferant, non in omni genere doloris fortes esse. Denique hanc frangendi doloris rationem etiam ad alias animi perturbationes leniendas adhiberi posse." *Ern.*

M. TULLII CICERONIS p. 175. a.

TUSCULANARUM DISPUTATIONUM

AD M. BRUTUM

LIBER SECUNDUS.

DE TOLERANDO DOLORE.

Neoptolemus quidem apud Ennium *philosophari sibi* ait 1

1.

De Tolerando Dolore.] Hoc lemma deest in MSS. Norvic. et Petrens. Eorum postremus omnia pariter omittit, praeter id, quod libro tertio praefixum legitur; nec in Edd. Ven. et Froben. comparent: adeo ut in Joach. Camerarii sententiam non invitus concesserim, qui Grammaticos haec addidisse putat ex lib. II. de Divin. cap. 1." *Davis.* [in Ed. 1.] Legitur ibi: *Totidem* [quinque] *subsecuti libri Tusculanarum Disputationum, res ad beate vivendum maxime necessarias aperuerunt. Primus enim est de contemnenda morte: secundus, de tolerando dolore: de aegritudine lenienda tertius: quartus, de reliquis animi perturbationibus: quintus eum locum complexus est, qui totam philosophiam maxime illustrat: docet enim, ad beate vivendum virtutem se ipsa esse contentam.* Abest etiam lemma *de tolerando dolore* a Codd. Mon. 1. et Gud. 1. neque id receperunt FAWolf. et Or. *Mr.*

Cap. 1. *Neoptolemus quidem apud Ennium*] Codd. Vind. 1. Gud. 2. Aug. *Neoptolomus*, et mox *Neoptolomi*. In marg. Edd. Lambb. coniicitur vocem *quidem* reiiciendam esse post *philosophari*. Eius vocis loco ex Ed. sua veteri Bouhierius scribendum esse existimabat *quidam*, perperam collato loco (iam ad I. 48.) II. 4: *te natura excelsum quendam* etc. cuius non vidit plane aliam esse rationem. Male idem ait, *quidem* si hoc loco ponas, ingratam fore paucis interiectis eius repetitionem post *mihi*. Laudat praeterea de hoc Ennii loco Bisciolae Horarum Subseciv. III. 1. Videlicet tomo eius libri primo, p. 155—159. Ceterum de usu et sententia particulae *quidem* post nomina propria locutus sum supra ad I. §. 116. ad v. *Alcidamas quidem*. Ad rem monet FAWolfius in scholis, hunc esse solum ex Ennii tragoedia, quae inscripta fuerit Neoptolemus, locum, qui exstet. Videri autem eius fabulae argumentum non fuisse Neoptolemi mortem, quae Delphis consecuta est, sed, ut coniicit ex §. 2., eius expeditionem Troianam. Verba *apud Ennium* desunt in Cod. Gud. 2. In proxima Davisii annotatione perperam in omnibus Edd. Davisianis scribitur, a G. J. Vossio in versu Enniano scriptum esse: *non omnino haud placet.*

necesse esse, sed paucis: nam omnino haud placere. Ego autem, Brute, necesse mihi quidem esse arbitror philosophari: nam quid possum, praesertim nihil agens, agere

---

Scripsit enim Vossius, ut debebat, *nã* i. e. *nam*. Eum errorem fideliter repetivit Rathius. *Mr.*

Philosophari sibi ait] Ex hoc loco versum Trochaicum concinnat G. J. Vossius ad fragm. Tragic. pag. 57.

Philosophari est mihi necesse; at paucis; nam omnino haud placet.

Hanc vero coniecturam probandam non esse docet Agellius N. A. lib. V. cap. 15. *Ennianum Neoptolemum probabamus, qui profecto ita ait:*

Philosephandum est paucis, nam omnino haud placet:

unde, pronomine praeposito, legerim,

Mihi philosophandum est paucis; nam omnino haud placet,

ut fiat Iambicus. Ab hac parum discrepat ratio, quam proponit Hadr. Turnebus Advers. lib. II. cap. 8. Huc autem respiciunt Cicero de Orat. lib. II. cap. 37. Noctium Attic. scriptor lib. V. cap. 16. et Apuleius Apol. pag. 421. Ennio praeivisse videtur Callicles apud Platonem in Gorgia pag. 296 seq. cuius verba profert Agellius N. A. lib. X. cap. 22. *D.*

philosophari sibi ait necesse esse] Cod. Vind. 1. *ait sibi.* Mon. 1. *sibi aut.* Quod verba *sed paucis* recentissimus interpres vertit über Weniges, reprehenditur a Censore in Seebod. Bibl. Crit. 1827: id enim velle hunc locum: *non* primariam esse debere philosophandi curam, neque totum animum in eam convertendum. Optime explicat sententiam locus Platonicus in Gorgia §. 88. p. 126. ed. Heindorf. p. 484. c. Steph. ubi Callicles: *φιλοσοφία γάρ τοι ἐστιν, ὦ Σώκρατες, χάριεν, ἄν τις αὐτοῦ μετρίως ἅψηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ· ἐὰν δὲ περαιτέρω τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων.* ubi vid. Heindorf. Pro *esse* quatuor Oxx. *est.* Ad sententiam add. Cic. de Rep. I. 18. p. 83 sq. ubi Ennii vel Neoptolemi verba ita scripta sunt: *se ait philosophari velle, sed paucis: nam omnino haud placere;* Musonium Rufum p. 147. ed. Peerlkamp.: *πολλῶν μὲν γὰρ λόγων οὐ δεῖ φιλοσοφήσουσι καλῶς, οὐδὲ τὸν ὄχλον τοῦτον θεωρημάτων ἀναλήπτεον πάντως τοῖς νέοις, ἐφ' ᾧ φυσιωμένους τοὺς σοφιστὰς ὁρᾶμεν. Mr.*

nam omnino haud placere.] Duo Oxx. post *omnino* addunt glossam *philosophari.* Cod. Duisb. habet *omnino aut nullis placere,* quod enotavit etiam Verb. ex MS. nescio quo. Bothium mire pro *omnino* coniecisse *nimio* refert Or. Pro *haud* Gud. 2. habet *ait. Mr.*

necesse mihi quidem esse] Scribitur *quidem mihi* in Cod. Aug. Edd. P. A. B. S. E. C. M. L. Sturm. Ald. HWolf. Junt. Brut. Sylb. Boul. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Car. Steph. FAWolf. Schz. et Reiskianis minus bene. *Mihi* omittit Cod. Rehd. „*Quidem,* ait Ern., hic friget, videturque ex antecedente temere repetitum.“ Ego autem vereor, ne Ern. temere h. l, nescio quid frigoris deprehendisse sibi videatur. Verba *quidem esse* absunt ab uno Cod. Ox. *Mr.*

Nam quid possum, praesertim nihil agens,] Verba *nam quid — agere melius?* parenthesi inclusa volebat Bouhierius. Et ita certe, ut extra constructionem posita, consideranda sunt. Ed. Fabr. habet *quod* pro *quid.* Vind. 1. et unus Ox. *possim* pro *possum.* Ad sententiam laudat Beroaldus versum poetae: *dic mihi, quid melius desidiosus agam?* Convenit aliquantum locus ille celebratissimus Cic. de Div. II. 2. 4. *Quod enim munus rei publicae afferre maius meliusve possumus, quam si docemus atque erudimus iuventutem? His praesertim — temporibus* etc. Qui locus plenumque de universa iuventutis institutione atque

melius? sed non paucis, ut ille. Difficile est enim in philosophia pauca esse ei nota, cui non sint aut pleraque aut omnia. Nam nec pauca nisi e multis eligi possunt: nec, qui pauca perceperit, non idem reliqua eodem studio persequetur. Sed tamen in vita occupata, atque, ut Neoptolemi 2
tum erat, militari, pauca ipsa multum saepe prosunt, et ferunt fructus, si non tantos quanti ex universa philosophia

---

educatione a nostris literarum magistris intelligi laudarique solet, etsi de ea re non cogitaverit Cicero. In Cod. Gud. 1. est *nil*, sed syllaba *hi* supra scripta. Unus Ox. post *ille* addit *ait*. *Mr.*

Difficile est enim] Scribitur *enim est* in Edd. P. A. B. S. E. C. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Junt. Sturm. Meliorem ordinem, qui mox redit §. 3. (*popularis est enim*) habent Codd. excepto eo, quem diximus. Verb. ex Ed. Dav., (sine dubio prima, nam in secunda recepta est Bentleiana lectio *in philosophia vel pauca*, quam in tertia rursus reiecit) ille igitur ex Dav. 1. enotavit *difficile est enim philosophica pauca*, cuius ego in Codd. nullum vestigium reperio: est igitur Davisii emendatio, qui in haud paucis fortasse Codd. *in* desiderari vidisset. Et abest *in* a Codd. Reg. tribus Oxx. Gud. 1. 2. Rehd. Gud. Duisb. absorptum sine dubio a praecedente litera *m*. Habent inde correctionem *philosophiae* Codd. Rehd. Duisb. unus Ox. Ernestus probabat *vel pauca*, ut Davisianum, quod, ut dixi, Bentleio debetur, et ab illo in Ed. 2. reiectum est. Solus Cod. Vind. 2. habet *ei esse*. Vere monet FAWolfius in scholis, recte intelligi post *non sint* participium *nota*, recte poni non item. Cod. Duisb. habet *pluraque*. Gud. in antecedentibus: *esse pauca philosophia*. Unus Ox. *sit* pro *sint*; alius omittit prius *aut*. *Mr.*

Nam nec pauca etc.] Unus Ox. *haec* pro *nec*. Marb. post *pauca* habet rasuram trium verborum. Pro *perceperit* alios habere ait Verb. in marg. *peperit*, cuius ego lectionis in omnibus, qui ad manum sunt, libris nullum reperi vestigium. *Percipit* est in duobus Oxx. Edd. A. B. S. Ven. nostr. Asc. 1; *percepit* in Mon. 2. uno Ox. Gud. Edd. Fr. Fabr. Car. Steph. Ald. Boul. Lambb. Brūt. et marg. MS. in Asc. nostra 2. Reliqui libri omnes nobiscum faciunt. Sequens *non* omittit Cod. Duisb. Scribitur *prosequetur* in Codd. Vind. 1. et uno Ox., *persequatur* in Cod. Marb. *Mr.*

Sed tamen in vita occupata] Hunc habent verborum ordinem optimi libri, Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. Bern. Edd. H. Vict. Rob. Steph. HWolf. (in marg.) Leod. Dav. Or. Tbn. et omnes Bentleii libri. Reliqui *in vita tamen*. In Cod. Marb. desunt verba *Sed — ipsa mult.* —; aberravit enim oculus librarii a compendio vocis *tamen* (*tmn*) ad posteriorem syllabam vocis *multum*. In Cod. Gud. 1. vox *ut* ante *Neoptolemi* nonnisi supra lineam scripta est. Codd. Rehd. et Gud. habent *Neoptolemus*. Ed. H. *tunc* pro *tum*. Eam vocem plane omittunt Codd. Duisb. et Gud. In Gud. 2. est *cum*. In seqq. Cod. Aug. habet glossam *in vita* ante *militari*. Tum Mon. 1. *pauca iam multum*. Gud. *ipsa saepe multum*. MS. in marg. Verb. *et conferunt*, unus Ox. *et ferent*. Vind. 1. *et multos ferunt*. *Mr.*

Si non tantos] Prava scriptio *sed*, quae inde orta est, quod librarii respicerent ad *ferunt fructus*, indeque corrigendam existimarent vocem *si*, cum requiri videretur oppositio, nec vero prospicerent ad sequentia *tamen eos*: haec inquam scriptio multos occupat libros et scriptos et editos, veluti Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. sex Oxx. vet.

percipi possunt, tamen eos, quibus aliqua ex parte interdum aut cupiditate, aut aegritudine, aut metu liberemur. Velut ex ea disputatione, quae mihi nuper habita est in Tusculano, magna videbatur mortis effecta contemptio: quae non minimum valet ad animum metu liberandum. Nam qui id, quod vitari non potest, metuit, is vivere animo quieto nullo

---

Caroli Steph. Marb. Mon. 1. Edd. Ven. nostr. Asc. 1. et 2. Sturm. P. A. B. S. E. C. V. et a Reiskio collatas praeter Car. Steph. In seqq. pro *possunt* est *possint* in duobus Oxx. MS. in marg. Asc. 2. Edd. Ven. Alt. nostr. Asc. 1. P. A. B. S. E. Plene distinguitur ante *tamen* in Cod. Reg. Eius vocis loco unus Ox. habet *tum*, ex perperam lecto compendio. *Mr.*

aliqua ex parte — liberemur] Ad verba convenit locus Ciceronis in Bruto 3, 12: *nihil mihi accidit — quod aliqua ex parte sollicitudines allevaret meas.* Verba *ex parte* Reiskio videbantur delenda, eaque commode abfutura male existimabat Ernestus. Mox verba *aut metu* omittit Cod. Aug. *Mr.*

Si *non tantos — metu* liberemur] Non de se ipse, sed de iis, qui vitam ducunt militarem et occupatam, adeoque primis tantum labiis gustare possunt philosophiam, loquitur. Ergo rescripserim *liberentur:* Victorius enim et plerique omnes Mssti dant, *sed non tantos — metu* liberentur. Hoc placet, at illud ineptissimum. *D.*

quibus — liberemur] Bentleii sententiam de h. l. v. infra. Gebhardus ad h. l.: MSS. paene omnes et Victorius *liberentur*, sicut quoque Ulrich. excerpta.“ „Eam lectionem, ratione ipsa flagitari existimabat Bouhierius, quam reperit item in tribus Codd Leidd. et ed. sua veteri. Ernesto vero ea non satis apta videbatur: et recte. Primam personam pluralis ponit Cicero, ut universe loquatur de eo, quod omnibus vel multis certe commune esse vult, ut recte monuit FAWolfius in scholis, cui addit Or., videri *liberentur* eundem calami lapsum, librariis imputandum, qui est de Legg. II. §. 62: *quo capite iubentur sumptus removere*, in omnibus Codd. pro *iubemur*, quod restitutum volebat Dav. probavitque Wyttenbachius. Vid. Ed. nostr. et Cr. p. 357 sq. Ceterum quamquam nostro quoque loco *liberentur* est in Codd. fere omnibus, habent tamen *liberemur* duo Oxx. Aug. praeterea Edd. vett. B. S. E. C. M. L. Asc. 1. 2. Brut. Boul. Car. Steph. Ald. Sturm. Leod. Sylb. HWolf. Grut. rell. recc. Unus Ox. habet *libentur*, Ed. H. *liberantur*. Proximum *velut* inservit exemplo afferendo. Exempla eius usus vel Tursellinus suppeditat p. 1051. Schwrz. *Mr.*

quae mihi nuper habita est in Tusculano] Cod. Vind. 1. omittit *mihi*, unus Ox. *nuper:* mutato ordine Duisb. habet *nuper mihi*. Ad constructionem hanc, qua Dativus Graecus iungitur Passivo, laudat Or. §. 10: *est — ad hunc modum sermo ille nobis institutus.* Add. Cic. de Rep. VI. 9: *ille nobis consumptus est dies.* Ad v. *magna* Cod. Rehd. habet in marg. *al. magis*. Vocem *effecta* omittit Cod. Marb. In Cod. Aug. scribitur *contentio*. Sequitur in uno Ox. *quae non nimium valet:* quae lectio debetur fortasse homini Christiano, qui idem sentiret, quod HWolfius. Hic enim in margine ad h. l. scripsit: „Ciceroniana mortis contemptio est infirma.“ Verba *ad animum metu* omissa sunt in Cod. Mon. 1. In Gud. 2. ante *minimum* inseritur *est*. Unus Ox. habet *laborandum*. *Mr.*

Nam qui id, quod vitari non potest] Vocem *id* omittunt quinque Oxx. (quorum duo habent *is qui*) Vind. 1. Rehd. Duisb. In Vind. 2. et Aug. scribitur *vitare*, in uno Ox. *evitari*. Verba *metuit — modo*

modo potest. Sed qui, non modo quia necesse est mori, b.
verum etiam quia nihil habet mors, quod sit horrendum, mortem non timet, magnum is sibi praesidium ad beatam vitam comparat: quamquam non sumus ignari multos studiose contra esse dicturos: quod vitare nullo modo potuimus, nisi nihil omnino scriberemus. Et enim si orationes,

---

potest desunt in Ed. H. oculo typothetae a priore *potest* ad posterius aberrante. Cod. Duisb. inverso ordine *quieto animo*. In seqq. Vind. 1. bis *quod* pro *quia*. In Gud. ante *mortem* inseritur *qui*. Tum Ed. H. *is magnum*. In uno Ox. est *ad* pro *is*. Gud. habet *praesidium sibi*. Sola Ed. S. *sibi ipsi*. *Mr.*

comparat] „Legendum *comparavit*." *Ern.* Ita solam habere ait Orellius Ed. M. Habet tamen etiam HWolf.; sed in marg. ut reliqui. FAWolfius in scholis accuratius quidem ait dictum fore *comparavit*: sed ne ab optimis quidem scriptoribus id semper servari. Praesens ἀορίστως ponitur. Ne quis sequens *quamquam* incipere periodum compositam existimet, sed ad praeterita referendum esse statim animadvertat, plenam ante hoc vocabulum distinctionem sustuli. Or. eundem ad finem post *quamquam* commate distingui, Wolfius, in scholis, vocem inhiberi suasit. *Mr.*

multos studiose contra esse dicturos] Pro *studiose* unus Ox. *studuisse*. Marb. *quos* pro *quod*: suspexit corrector egregius ad antecedens *dicturos*. Pergit Vind. 1. *nullo modo vitare possumus*. Scribitur etiam *possumus* in uno Ox. Aug. Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. (haec in marg. MS. *potuimus*) Junt. marg. HWolfii, P. A. B. C. et omnibus, quas contulit Reisk., praeter Stephanianam. In sola Ed. H. est *possimus*. Scriptor Cod. Rehd. inverso ordine dedit *omnino nihil*: nimirum ne quis *omnino* iungeret cum *scriberemus*. *Mr.*

Etenim si orationes — sed si reperiebantur nonnulli] Est ἀνακόλουθον, quod post nonnulla παρενθετικῶς interposita scriptoribus haud est inusitatum. Sic lib. V. Tusc. cap. 15. *An* dubitas, quin praestans valetudine, viribus, forma — *si fuerit is qui haec habet iniustus, intemperans, timidus* — dubitabisne eum miserum dicere? Iterum cap. 19. Similene putas C. Laelii unum consulatum fuisse *et eum quidem cum repulsa* — sed tamen utrum malles; te, *si potestas esset*, semel ut Laelium, Consulem, an, ut Cinnam, quater? Sic et Offic. lib. III. cap. 26. Utile videbatur Ulyssi — sed insimulant eum Tragoediae, *simulatione insaniae militiam subterfugere voluisse*. Plura non desunt exempla, sed haec, quod volumus, satis ostendunt. Vide tamen infra lib. V. cap. 29. et Xenophontem Cyropaed. lib. IV. cap. II, 2. *D.*

Etenim si orationes] „MS. Norvic. *etenim si sunt orationes*. Reliqui vulgatam lectionem merito servant; est enim ἀνακόλουθον etc." *Dav.* in Ed. 1. „Consequens erat *tamen reprehensione non caruerunt*; post parenthesin mutata est forma orationis. Pro *probari* Corradus Quaestura p. 348. e MS. *probare*. Idem in MS. post parenthesin reperit: *saepe aspernabantur: ex philosophiae disciplina ignota, quid sequi excogitare possumus*." *Ern.* „Ab his verbis usque *nunc minime nos uti posse videamus* una ῥῆσις corrigitur, duabus parenthesibus dissecta, quarum altera verbis (*popularis est* — — *audientium approbatio*) altera his continetur (*unde erat exortum — paene ab ipso foro irrisi*). In primis autem anacoluthon est. Nam *Etenim si orationes* requirebat, ut sequeretur: *nonnulli vituperabant*; hoc totum autem post nova protasi repetitur: *sed si reperiebantur — copiam dicerent*. Cf. Clericum Art. Crit. part. III. Sect. 1. cap. 11. §. 11. Sic fere

quas nos multitudinis iudicio probari volebamus, (popularis est enim illa facultas, et effectus eloquentiae est audientium

---

censuerunt Dav. et Ern. prorsus autem Bipp. mecum faciunt. Quo magis miror Schellerum, his omissis, coniecturam plane invenustam attulisse, ut utrumque *si* in *sic* mutaret, in quo repetiti *sic* causam non videas, et una anomalia, quae ficta erat, sublata, altera, quae vera est, relinquitur." *Nissen.* Bouhierio plane displicebat hoc anacoluthon: nec vero probabat is vir, quod est in Ed. Rob. Steph. et veteri sua, quam saepe laudat: *Si orationes, quas — volebamus, non comprobentur*, quod est etiam in Cod. Rehd. marg. MS. Ed. Asc. nostrae 2. Edd. S. E.; manifestum sane glossema. Coniecit igitur, vel sic vel simili modo a Cicerone fuisse scriptum: *Etenim si orationes, quas nos multitudinis iudicio probari volebamus (popularis est enim illa facultas* etc.) *etsi a plerisque probarentur, tamen reperiebantur nonnulli, qui nihil laudarent*, etc. Quod minime probandum est. Tot enim, praesertim in libris dialogorum forma conscriptis, sunt apud Ciceronem anacolutha, ut merito cum Goerenzio ad Cic. de Finn. II. 33. 107. p. 253. statuas consulto admitti a Cicerone eiusmodi anacolutha, ne post longiorem maxime parenthesin constructio nimis ad amussim facta videatur. Laudat Kühnerus exempla Tuscc. III. 8. 16. V. 22. 63. II. 7. 17. III. 8. 16. Optime autem sententiam ita explicavit Kühnerus: „Si orationes nostrae, in quibus, si non aliorum, saltem populi assensu et laude fruebar, a nonnullis non probatae sunt: quanto plures adversarios in philosophiae studio experiar, in quo sperare non possum fore, ut populus mihi opituletur, et approbatione sua contra livorem invidorum me defendat." Nolo vero h. l. vel de anacoluthis universe, vel de nostro satis memorabili, disputare: sufficiat lectores amandare ad egregiam A. Matthiae de Anacoluthis disputationem in FAWolfii Analectis Literarr. III. p. 1—25. et quos laudat Ochsner. in Indice Eclogg. Cic. p. 459. ed. 3. De nostro loco disputant etiam H. Turnebus Adversarr. XII. 3. p. 385. et J. F. Gronov. ad Liv. II. 12. 2. p. 98 sq. ed. Drakenb. Stuttg. — Libri fere omnes initio periodi, ut edidimus. Abest tamen *si* a Codd. Vind. 2. Mon. 2. et duobus Oxx. Eius loco scribitur in Mon. 1. *sunt*. Mox Duisb. *iudicio multitudinis*. Marb. *iudicia*. Quod supra vidimus in annot. Ernesti ex Cod. MS. commendari a Corrado *probare*, id habet unus Ox. ita tamen ut iuxta scriptum sit *probari*. In seqq. *est* abest a Cod. Mon. 2. et uno Ox. In Vind. 2. omittitur *est enim illa facultas*. Rehd. habet *enim est*. *Mr.*

et effectrix eloquentiae est] „Sic necessario legendum est. Approbationem autem auditorum cur dicat *effectricem eloquentiae*, sciunt, qui vel primoribus digitis Ciceronem attigerunt. Oratorem scilicet excitat assensus auditorum et magna frequentia. Contra si Demosthenes aut Cicero vel a corona descrantur vel auditores habeant infestos et alienos, muti sint. Haec adscripsi, quia compilator quidam alienorum scriptorum scripsit in notis non suis, sed alienis, se non videre, quomodo ad hunc locum quadrare possit vox *effectrix*. Mirum vero, hominem in literis caecum hoc non videre." *Lambinus.* Jo. M. Brutum tangit, qui in ann. ad h. l. „*Effectus* quidem, ait, pro eo quod proficiscitur ex causis, nusquam memini me alibi apud Ciceronem legisse: sed non video tamen, qui huic loco *effectrix* quadrare satis apte possit." Ceterum satisfacit Davisii ad h. l. disputatio. Post *eloquentiae* duo Oxx. et Marb. habent *sunt*. *Mr.*

Effectus *eloquentiae est audientium approbatio*] Lambino placet *effectrix eloquentiae*, quod oratorem excitat assensus auditorum, et

approbatio:) sed si reperiebantur nonnulli, qui nihil laudarent, nisi quod se imitari posse confiderent, quemque sperandi sibi, eundem bene dicendi finem proponerent, et,

magna frequentia. Praeterquam vero quod omnes Codices receptam firmant lectionem, non tam quid eloquentiam faciat, (licet eam quoque non sola pariat audientium approbatio) quam quae sit eius vis, dicendi videtur locus. *Effectus* ergo valere censentur ἀκροάσεως, seu quod ex eloquentia, velut ex causa, proficiscitur. *D.*

audientium approbatio] Cod. Aug. *aud. iuditio probativ.* Unus Ox. *aud. iudicio approbate*, alius *aud. iudicio approbatus*. *Mr.*

sed si reperiebantur nonnulli] *Sed*, sententiae parenthesi interruptae inserviens repetendae, haud infrequens est Ciceroni. Vid. Goerenz. ad Acadd. I. 7. 26. p. 44. Add. nos ad Cic. de Legg. II. 1. p. 158. ibiq. laud. cui add. Cic. Catil. III. 2. 3. *Mr.*

qui nihil laudarent, nisi etc.] „Idem de Oratore: *Nunc enim tantum quisque laudat, quantum se sperat posse imitari.* Reprehendit autem obiter eos, qui Atticorum more tenuiter ac presse dicendi genus sectantes, illam, qua Cicero uteretur, ubertatem, quia imitari non possent, negligebant. Dicit autem eos, dum alterum dicendi genus abhorrent, alterum male imitantur, in ieiunum atque aridum genus incidere etc. Porro de triplici oratorum genere, Attico, Asiatico, Rhodio, vide alibi Ciceronem et Quintilianum." *Jan. Pagninus.* Vid. Cic. Bruto 13. Alios locos laudat paullo inferius Dav. ad v. *genus Atticorum.* Beroaldus ad h. l. „Zeuxis, ait, picturae, in qua sibi placuerat, subscripsit versum in hanc sententiam, *Invisurum sibi aliquem facilius, quam imitaturum.*" Significat celebrem illum trimetrum Jambicum:

Μωμήσεταί τις ῥᾴδιον, ἢ μιμήσεται.

Vid. Fr. Junii Catalog. Artificum p. 231: ubi laudatur hic versus ex Plutarchi libro: Bellone an pace clariores fuerint Athenienses; circa init. *Mr.*

quemque sperandi sibi] Duo Oxx. *qui sperandi.* Mon. 2. *quem qui sperandi.* Unus Ox. Vind. 1. Edd. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. (habet haec cum uno Ox. et Aug. etiam *sperandum*) Asc. 1. 2. *quique sperandi.* Cod. Vind. 1. in marg. *quemque.* In Cod. Duisb. hic est verborum ordo: *sibi finem, eundem bene dicendi.* Voce *finem* significari id, quod *summum* est, vides iam ex inscriptione operis Ciceroniani de Finibus Bonorum et Malorum. V. Schulzii Lex. Cic. v. *Finis* 6. p. 518. *Mr.*

Eundem bene dicendi] Vulgo, *eundem* et *bene dicendi.* Sed coniunctionem non agnoscunt Reg. Med. et Eliens. tert. *D.*

Eundem bene dicendi] Non habent *et* ante *bene* septem Codd. Oxx., omnes Bentleii et nostri, praeterea Edd. A. B. S. E. P. Ven. nostr. Asc. 1. Sylb. Brut. FAWolf. seqq. ex Reiskianis Ven. 1. Med. 2. *Pene* pro *bene* est in Edd. Junt. Ven. 2. Med. 1. *Mr.*

Finem proponerent] Forte Cicero scripsit *finem ponerent.* Vide sis Interpretes ad Phaedri lib. III. Fab. XIV, 8. *D.*

finem proponerent] Recepit Lallem. *ponerent* ex duobus Codd. regg. Sed non consentit optimus Reg. neque Gud. 1. nec reliqui nostri omnes. Pro *et* Bouh. in uno Leid. reperit *ut*, quod, ne tam saepe iteretur *et*, probabat et receptum volebat. Idem cum nō recte intelligeret *obrueretur* (quod est i. q. obscuraretur), infeliciter coniecit *abnueretur.* Recte Ernestus: „In his frustra haesit Buherius. Sensus est: cum copiam s. et v. in meis orationibus viderent tantam,

quum obruerentur copia sententiarum atque verborum, ieiunitatem et famem se malle, quam ubertatem et copiam, dicerent: unde erat exortum genus Atticorum, iis ipsis, qui id sequi se profitebantur, ignotum: qui iam conticuerunt,

---

quantam ipsi consequi non possent.“ Unus Ox. habet *proponeret — obrueretur*. Obruendi verbo similiter usus est Cicero infra III. 33. 80: *ita parvum malum ut id obruatur sapientia vixque appareat.* V. 19: *Marius — Catuli — interitu sex suos obruit magistratus.* Post *atque* sequitur *cultu verborum* in uno Cod., quem laudat Gruterus in Crepund. III. 3. p. 469. idque frustra recipi volebat, laudatis Quinctiliani locis III. 8: *in verbis — cultum affectaverunt*, VIII, 1: *cultu — se — commendat — qui dicit.* Vind. 1. habet *verborum cultu.* Rehd. *verborum cultum.* Pergit Gud. *levitatem* pro *ieiunitatem.* Similiter ac nostro loco scripsit Cicero in Bruto 55, 102: *sed cavenda est presso illi oratori inopia et ieiunitas.* In Cod. Duisb. *ieiunitatem se malle et famem.* Vocem *copiam* omittit Cod. Gud. 2. *Mr.*

unde erat exortum genus Atticorum,] „Antiqua oratorum divisio fuit inter Atticos et Asiaticos: ex quibus Attici pressi, limati, emuncti habebantur, nihil inane aut redundans ferentes: contra Asiani inflati, tumidi ac iactatores. Mox tertium genus adiecerunt Rhodium, quod velut medium esse atque ex utroque mistum voluerunt. Neque enim Rhodii oratores Attice pressi, neque Asiane sunt abundantes. Optimum autem genus esse Atticorum nemo infitiatur, de quo Quintilianus, Cicero et ceteri satis multa. Nunc M. Tullius taxat illuditque eos, qui, dum volunt videri pressi et limati, instar Atticorum, fiunt ieiuni, aridi et exsangues, et, quod consequens, pro ridiculis repudiantur. Subrepunt enim pro virtutibus vitia proximitate fallentia.“ *Beroaldus.* De Attico dicendi genere v. Cic. Orat. 23 sq. Quinctil. Inst. Or. XII. 10. 16 sqq. Tacit. Dial. de causis corr. eloq. c. 18. — Cod. Mon. 1. habet *inde* pro *unde.* Vind. 2. *exortum genus erat.* Gud. 1. *exortus.* Unus Ox. *Achicorum.* Gebhardus cum in duobus Codd. reperisset *qui se profitebantur*, immerito eum errorem probabat. Unus Ox. Marb. omittit *se*, Vind. 1. Gud. omittunt *sequi se.* Rehd. habet *se id sequi*, duo Oxx. *qui id assequi idem.* MS. in marg. Verb. *qui assequi id se.* Unus Ox. *profitebatur. Mr.*

Exortum genus Atticorum] Eos intelligit, qui, dum characterem simulant Atticum, ieiunum ac enerve dicendi genus amplectuntur. Quinctilianus Inst. Orat. lib. XII. cap. 10. *Antiqua quidem illa divisio inter Asianos atque Atticos fuit, cum hi pressi et integri, contra inflati illi et inanes haberentur; et in his nihil superflueret, illis iudicium maxime ac modus deesset. — Mihi falli multum videntur, qui solos esse Atticos credunt tenues, et lucidos, et significantes, sed quadam eloquentiae frugalitate contentos, et semper manum intra pallium continentes.* Cicero in Bruto cap. 84. *Attico genere dicendi se gaudere dicunt. Sapienter id quidem, atque utinam imitarentur, nec ossa solum, sed etiam sanguinem.* Vide et cap. 82. Orat. cap. 7. et Dial. de causis Corr. Eloq. cap. 18. *D.*

qui iam] „An *tamen?*“ *Ern.* Male; ut merito iudicat Or. Scribitur *conticuere* in plerisque libris. Sed Ciceroniana forma est *conticuerunt*, quam exhibent Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Gud. Duisb. Marb. Edd. Dav. Or. Tbn. Unus Pal. *paene ab ipso foro trusi*, quod ita probabat Gebh., ut „paene se recepisse eam lectionem in textum“ dicat: parum nimirum curans, quid usus Ciceronia-

ab ipso foro irrisi; quid futurum putamus, quum ad-4
populo, quo utebamur antea, nunc minime nos uti
videamus? Est enim philosophia paucis contenta in-
bus, multitudinem consulto ipsa fugiens, eique ipsi et
specta et invisa: ut vel, si quis universam velit vitupe-
are, secundo id populo facere possit; vel, si in eam, quam
os maxime sequimur, conetur invadere, magna habere
possit auxilia a reliquorum philosophorum disciplinis.

---

nus ferat, quid respuat. Verba *futurum putamus* absunt a Cod. Aug. *Mr.*

Est enim Philosophia — fugiens] Laudat Lactantius Div. Inst. lib. III. cap. 25. De re ipsa vide Arrianum Epict. lib. III. cap. XV. pag. 297. et Maximum Tyrium Dissert. X. §. 6. *D.*

adiutore populo] Vetus Car. Stephani et unus Ox. *auditore populo.* Pro *antea* est *ante* in Cod. Mon. 1. Edd. Ven. Alt. et P. Verbum *posse* abest ab uno Ox. Cod. Aug. habet *posse uti.* Cod. in marg. Lambb. unus Ox. Marb. Gud. 2. Duisb. *videamur.* Coniicitur in margine Lambinianarum: *videant. Mr.*

contenta] Unus Ox. *contempta:* alius *ipse* pro *ipsa* cum Cod. Aug. Tum Gud. *atque ipsi.* Duisb. *ipsi suspecta.* Ed. Asc. 2. *eique ipsa.* Mon. 1. et unus Ox. *invisa videtur.* Duisb. ut *si vel.* Edd. Ven. Alt. et P. *vult:* illa in marg. *al. velit.* Verba *secundo populo* explicantur antecedentibus *adiutore populo:* commodius *favente, assentiente populo,* ut explicat J. Camerarius. Similiter est in versu trochaico ap. Cic. de Div. I. 16. p. 78. ed nostr. *Solvere imperat secundo rumore, adversaque avi.* Horat. Epist. I, 10. 9: *rumore secundo:* Virg. Aen. V. 491: *clamore secundo.* Sed quid ego poëtas affero? Ipse Cicero ad Att. I. 16. *secunda concionis voluntate:* et plane ad nostri loci formam contra Rullum II. 37: *secunda concione legem agrariam suasit.* Scribitur *secundo populo,* omisso *id,* in uno Ox. Habent *possit facere* Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. In uno Ox. inter prius et posterius *possit,* quae interponuntur, interciderunt omnia. Ad constructionem: *Est enim philosophia — multitudinem — fugiens,* quam dicunt periphrasticam, pro *fugit enim* etc., cuius hoc loco causa est, quod interponitur, vel potius participio antecedit: *est enim philosophia paucis contenta;* ad hanc igitur constructionem hic non repetam, quae, similibus laudatis et expositis locis, accuratius disputavi ad Cic. de Div. I. 25. 52. p. 126 sq. ubi nostro loco optime convenit is, quem attuli ex Or. pro Lege Man. 3. *Mr.*

vel si in eam, quam] Codd. Aug. marg. Asc. 2. unus Ox. Mon. 1. Edd. S. E. HWolf. omittunt *in.*, duo Oxx. Mon. 2. habent *ea,* cum Edd. a Reiskio collatis omnibus, praeterea P. A. B. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. item omisso *in* et sequente *quae,* excepto uno Mon. et Ed. Car. Steph., in quibus est *quam.* Gud. 2. habet *consequuntur* pro *sequimur.* Intelligi Academiam, nemo, opinor, est qui nesciat. *Mr.*

Habere possit auxilia reliquorum philosophorum disciplinis] Forsan, *habere possit auxilia a reliquorum philosophorum disciplinis,* ut etiam Lambinus edidit. *D.*

magna habere possit auxilia a reliquorum etc.] Vox *auxilia* in Codd. absorbuit hausitque *a,* quod interserendum est, ut orationem fulciat vacillantem." *Turnebus* Adversarr. II. 8. p. 45. „In vulgatis libris deest praepositio *a,* voce *auxilia* absorpta, ut Turne-

2 Nos autem universae philosophiae vituperatoribus respondimus in Hortensio: pro Academia autem quae dicenda

---

bus scribit. In nostro MS. est: *magna possit habere auxilia e reliquorum philosophorum disciplinis.*" *Fr. Fabricius.* „Secuti sumus Turnebum lib. XI. [scr. II.] cap. 8. item Lambinum praepositionem *a* inferentes, quibus sociat suum in partem consensum Fabr. cod. *e* inferens." *Gebhard.* „Sed et duo illi, et qui eos aemulatus est, prave spectaverunt istum ablativum hic sine praepositione convenientissimum, ut docet pater similia exempla proferens lib. IV. Observat. c. 17. Itaque quum etiam nullus ad id citetur vetus liber, non putavi Ciceronem ex Turnebo vel Lambino aestimandum, delevique, quod eius non esse constabat." *A. Gronovius.* Inspecto J. F. Gronovii Observationum loco a filio laudato, qui est Ed. Daventr. p. 271 sqq. mirari satis nequeo, virum illum non vidisse omnes, quos attulerit, locos plane nihil facere ad confirmandam, quam tueri vult, lectionem, sed eorum rationem esse plane diversam. Bouhierius Turnebi et Lambini partibus se applicuit: cum Gronoviis facit Wopkensius, merito reprehensus ab Handio ad Lectt. Tull. p. 79 sq., qui ad eum locum laudat Turscllinum suum p. 16. Idque sentiebat etiam Reiskius, et prius etiam Ernestus, qui reprobabat praeterea Bentleianam emendationem *habere possit auxilia — disciplinas*, quam recepit Dav. in Ed. 2. In tertia ad librorum fere omnium lectionem rediit, quam vides in lemmate eius annot. Nec vero plane destituitur librorum auctoritate Lambini coniectura: habent enim a quinque Codd. Oxx. Vind. 1. 2. receperunt praeter Lamb. etiam Lall. Ern. Nobb. FAWolf. Schz. Or. In Vind. 2. scriptum est *possit habere consilia.* Cod. Duisb. *e reliquorum*, idem etiam, ut antecedens, habet *possit habere.* In fine Capitis solus Cod. Gud. *discipulis* egregia scilicet correctione. *Mr.*

Cap. 2. *vituperatoribus respondimus*] Vocem *vituperatoribus* omittunt duo Oxx. Unus habet *Ortodoxio* pro *Hortensio.* Idem mox *archiedemia* pro *Academia autem.* Ad rem Beroaldus: „De Hortensio sic meminit lib. 1. de Fin. *Quamquam philosophiae quidem vituperatoribus satis responsum est eo libro, quo a nobis philosophia defensa et collaudata est, cum esset culpata et vituperata ab Hortensio.* Divus August. lib. VIII. Confessionum tradit, se excitatum esse undevigesimo aetatis anno ad studia sapientiae ac philosophiae, lecto Ciceronis Hortensio. Idem libro de Beata Vita: *Ego*, inquit, *ab usque undevigesimo anno aetatis meae, postquam in scholis rhetoricis librum illum Ciceronis, qui Hortensius vocatur, accepi, tanto amore philosophiae succensus sum, ut statim ad eam me ferre meditarer.*" Locus de Finn. est I. 1. 2. Add. Cic. de Div. II. 1. 1: *Nam et cohortati sumus, ut maxime potuimus, ad philosophiae studium eo libro, qui est inscriptus Hortensius:* ad quem locum vid. quos laudavi viros, qui recentissime de Hortensio disputaverunt. Add. Baehr: Gesch. d. Röm. Litt. p. 463 sq. *Mr.*

quae dicenda essent] Gud. 2. post *dicenda* inserit *item*, cum Cod. Marb. et Edd. Brut. HWolf. Sylb. His autem exceptis Edd. vett. omnes habent *quae dicenda erant*, primum correctum a Gebhardo ex octo Codd.; quem sequuti sunt posteriores: merito: nam Coniunctivum habent libri MSS., quotquot nobis innotescunt, omnes. Post *esset* in Gud. additur *rõe*, i. e. *ratione.* Pro *accurate* unus Ox. *curate.* Mox Cod. Duisb. *quattuor Academicis.* De numero Academicorum librorum vid. Goerenzii Introductionem in Cic. Acadd. et Kühnerum de Cic. in Philos. meritis p. 51 sq. *Mr.*

essent, satis accurate in Academicis quattuor libris explicata arbitramur. Sed tamen tantum abest, ut scribi contra nos nolimus, ut id etiam maxime optemus: in ipsa enim Graecia philosophia tanto in honore numquam fuisset, nisi doctissimorum contentionibus dissensionibusque viguisset. Quam ob rem hortor omnes, qui facere id possunt, ut huius quoque generis laudem iam languenti Graeciae eripiant, et perferant in hanc urbem. sicut reliquas omnes, quae quidem erant expetendae, studio atque industria sua maiores nostri transtulerunt. Atque oratorum quidem laus ita, ducta ab 5. p. 176. a.

Sed tamen tantum abest — transtulerunt] Hanc φῆσιν adducit Boëthius in Topic. lib. V. pag. 839. ed. Basil. *D.*

Sed tamen tantum abest] In uno Ox. excidit *tantum*, quod post *tamen*, si compendiis scripta essent haec vocabula, facillime potuit excidere. In alio Ox. omittuntur verba *ut id*. Marb. habet *ut idem*. Pro *etiam* recentiores post *tantum abest, ut* —, *ut* ponere solent *potius*, quod cave usquam Ciceroni obtrudas. In seqq. Cod. Aug., *in ipsa autem Graecia*. Pro *dissensionibusque* marg. Vind. 1. *defensionibusque*. Marb. *disentionibusque*. Hae quum dissensiones philosophorum ipsam quasi philosophiae vitam eiusque florem et servaverint et auxerint, ridiculam fuisse illam, quam lepide Cicero narrat (De Legg. I. 20. 53.) Proconsulis Romani operam apparet, qui, cum Athenis esset, in eo philosophis operam suam pollicebatur, ut aliquando in concordiam redirent, nec vero aetatem in litibus conterent. In seqq. Cod. Rehd. *id facere*. Tum Gud. *huiusmodi quoque*. Reg. et Gud. 1. *languenti Graecia*. *Mr.*

Perferant *in hanc urbem*] Boëthii Codices, *transferant*. Gebhardiani quatuor, Reg. et Eliens. tert. *praeferant*; quod non placet. *D.*

et perferant in hanc urbem] Pravum illud *praeferant* habent multi libri, etiam ex nostris; *proferant* (quod ne quis commendet, cogitans *de finibus proferendis*) unus Pal., *perferant* Gud. 2. Aug. Rehd. Duisb. Gud. Oxx. et Edd. omnes: cuius glossam *transferant* apud Boëthium esse ait Dav. quae vel ideo reprobanda est, quia mox in eadem locutione rediret (*transtulerunt*). Duisb. in seqq. *sicuti*: unus Ox. pergit *relinquas*. *Mr.*

reliquas omnes] „Apollonius rhetor Graecus cum aliquando Ciceronem audivisset Graece declamantem, diu tacitus ex admiratione conticuit, mox erupit in haec verba: te nempe Cicero et laudo et admiror: sed Graecorum fortunae me miseret, cum videam eruditionem et eloquentiam, quae sola nobis bonorum relicta erant, per te Romam transferri.“ *Beroldus*. Mox unus Ox. *expetenda*: alius *expectandae*. Rehd. *expetenda studiaque industria*. Duisb. *maiores nostri studio atque industria*. Unus Ox. *quae* pro *atque*. *Mr.*

Atque oratorum quidem laus] Cod. Vind. 2. *ac*; male, ante vocalem. Duo Oxx. *at*. Gud. 2. omittit *oratorum*: cuius loco dedit Dav. in Ed. 2, ex Bentleii sententia, *oratoria — laus*: cuius v. annot. In Edd. 3. ad librorum scriptionem sponte rediit. Ad v. *ita* Ern. „*Ita*, ait, alienum est: scribendum *illa*.“ Ad quae Nissenius: „*ita*, inquit, cohaeret cum *venit*, et cum *ut* sic coniungitur, ut nostris respondeat zwar, aber.“ Priora quidem vere monuit, posteriora non item. Neque recte Billerb. *ita* explicat voce *translatione*. Sententia est: quod in omnibus rebus humanis fieri solet, ut, postquam ad summum pervenerint, decrescant et quasi senescant, id etiam apud nos

humili, venit ad summum, ut iam, quod natura fert in omnibus fere rebus, senescat, brevique tempore ad nihilum ventura videatur, philosophia nascatur, Latinis quidem literis, ex his temporibus, eamque nos adiuvemus, nosque

---

iam fit in arte oratoria, quae ad tantum fastigium effloruit, ut iam ad interitum vergat. Unus Ox. omittit *iam*. Ad sententiam laudat Or. Ruhnkenium ad Vellej. Paterc. I. 16. 6: cui adde, quod ad formulam, Horatianum illud salsissimum, Epp. II. 1. 32 sq.:

Venimus ad summum fortunae: pingimus atque
Psallimus et luctamur Achivis doctius unctis. Mr.

quod natura fert in omnibus fere rebus, senescat,] Sallust. Jugurth. introd. *omnia orta occidunt et aucta senescunt.* Laudat Janus Pagninus Lucani hunc locum:

In se magna ruunt: laetis hunc numina rebus
Crescendi posuere modum.

Similis nostri locus est, quod ad formam, apnd Cic. de Or. II. 2. 7: *ut laudem eorum* (oratorum) *iam prope senescentem, quantum ego possem, ab oblivione hominum — vindicarem.* In seqq. sex Codd. Gebhardi, nostri Rehd. Gud. 1. 2. (hic omittit *fere*) Aug. (in hoc est *se noscat*) Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. marg. MS. in Asc. 2. Edd. Ven. nostr. Junt. Asc. 1. P. A. B. S. E. *senescat rebus*, unde Gruterus vocem *rebus* glossarii esse arbitrabatur: quod nobis secus videtur. In Cod. Duisb. est: *in omnibus rebus fere senescat.* in Edd. C. et Asc. 2. *in omnibus fere rebus consenescat. Mr.*

philosophia nascatur, latinis quidem literis, ex his temporibus] Dav. in Ed. 1. dedit *philosophia ergo* (Lamb. *igitur*) *nascatur*, in Ed. 2. ex mente Bentleii *philosophia nascitur.* Lallem. secutus est Davisianam primam. Additur etiam *igitur* in marg. Ed. Ven. Alt. Unus Ox. Gud. 2. et Cod. Duisb. *quidem* habet post *philosophia*. Ernestus probat Davisianum *nascitur*: Nissen. ita improbat, ut in peiorem etiam errorem incidat, dicens respondere verba *philosophia nascatur* illis (superioribus) *hortor omnes.* FAWolfius in scholis postquam recte monuit, particulam adversativam *contra*, ante *philosophia* consulto esse omissam, *nascatur* perperam vertit lafst uns pflegen: quamquam ei assentiunt recentissimus et editor et interpres. Or. in Obss. p. 174. ita (ad calcem horum librorum): „Quum plerique, ait, verbo *nascatur* imperativi [Iussivi, Exhortativi] sensum tribuerint, non sine causa in eo offendit Bentleius, ideoque *nascitur* coniecit: ego vero hoc pro vero coniunctivo habeo, qui per ἀναχόλουθον pendeat a praecedente, *ut iam*, quasi sic esset: *Atque oratorum quidem laus ita venit ad summum, ut iam senescat, brevique tempore ad nihilum ventura videatur: contra fit, ut eodem tempore philosophia nascatur cet.* Exhortandi autem significatus inesse demum in seqq. verbis *adiuvemus, patiamur* videtur. Quod si placet, distingue: *videatur, philosophia nascatur Latinis quidem literis ex his temporibus; eamque nos*" etc. Kühnero Bentleii lectio languida, Orellii distinctio omnem sententiae vim atque efficaciam tollere videtur. Or. autem ad Wolfii scholas ne in verbis quidem duobus posterioribus (*adiuvemus* et *patiamur*) Iussivum agnoscit modum, eumque nostrae quidem ac recentioris temporis cogitandi scribendique rationi accommodatum existimat, veteri Romanique hominis mori non item. Ego quidem ita Orellii sententiae accedo, ut ad Grammaticam quidem rationem tres illi coniunctivi pendere videantur ab *ut*, in sententia autem sit quaedam σύνεσις. Scriptum est enim, quasi ex eo, quod oratorum laus ad summum elata iam ad nihilum videatur ventura,

ipsos redargui refellique patiamur. Quod ii ferunt animo iniquo, qui certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti et consecrati sunt, eaque necessitate constricti, ut

---

pendeat quasi ac sequatur id, ut iam philosophia nascatur eaque ab ipso scriptore adiuvetur atque idem se refelli redarguique patiatur. „Sententia autem scriptoris haec est, ut quid factum sit illo Romanorum hominum studio perferendarum omnis generis laudum e Graecia in patriam suam, exponat. Vult igitur: Unde, per temporis decursum operamque a nostratibus navatam, factum est, ut oratorum quidem laus ita ad summum venerit, ut iam senescat et mox ad nihilum ventura videatur: contra philosophia hoc ipso tempore, Latinis quidem literis, ortum capiat atque incrementa, quam cum nos adiuvare susceperimus, fieri non potest, quin nos etiam redargui refellique patiamur. Cod. Vind. 2. *quidem Latinis. Mr.*

ex his temporibus] i. e. inde ab hoc tempore. Scribitur *et* pro *ex* in uno Ox.; *iis* pro *his* in Mon. 2. Qua data occasione illud monendum videtur, saepissime quidem et fere constanter in plurimis libris MS. scribi *his* pro *iis*, rarissime autem *iis* pro *his*. Unus Ox. tria haec vocabula omittit; Aug. habet *ex his quidem temporibus*. Vind. 1. pergit *nos eam*, Rehd. *eamque ad nos*. Mon. 1. *nos quoque ipsos*. Gud. 2. *nos ipsos*. Scribitur *refelli redarguique* in Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. HWolf. In Cod. Vind. 1. *redargui et refelli. Mr.*

Quod si hi ferunt — defendere: nos qui sequimur probabilia] Vulgo, *quod hi ferunt — defendere. Nos qui sequimur probabilia* etc. At voculam secundam dedit Reg. eaque recepta, mutanda fuit interpunctio. *D.*

Quod ii ferunt] Non habet Cod. Reg. *quod si hi*, quod eum habere ait Dav., sed *quod hi*, ut totidem literis scriptum est in nostra collatione, quodque veri fit simillimum collatione Codicis Gud. 1. qui, in plerisque cum illo conveniens, hoc quoque loco idem exhibet. Neque necessaria est ista coniunctio. Sententia est: „quod ii ferunt animo iniquo — id nos non aegre ferimus: nam, cum sequamur probabilia, et refellere — et refelli — parati sumus.“ Schz. nimis cupide Davisium secutus est. Unus Ox. habet *dii* pro *ii*: adhaesit voculae ultima praecedentis vocis litera. Gud. 2. omittit *ferunt*. Mon. 1. habet *fuerunt*. Tum unus Ox. *qui incertis*. Aug. *qui ceteris. Mr.*

certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti et consecrati] „*Addicebantur*, qui, cum solvendo non essent, alteri tradebantur; et in emptione ac venditione res, quae venit, addicitur. Ex eo *addictus*, *destinatus* et *traditus*: ut *morti*, *supplicio addictus*. Et Horatius [Epist. I. 1. 14.] *Nullius addictus iurare in verba magistri*. — *Consecratos* autem quasi devotos accipimus: ut in formula devotionis, quae refertur a Macrobio Saturn. lib. III. [c. 9. p. 27. ed. Bip.] *Exercitumque hostium, urbes agrosque, capita aetatesque eorum devotas consecratasque habeatis*. Hoc autem facere, quod hoc loco dicit Cic., vulgare etiam verbum vetat, quo dicitur: *Satius esse mutare cursum perperam institutum, quam in illo pergere*: παλινδρομῆσαι μᾶλλον, ἢ κακῶς δραμεῖν.“ *Camerarius*. Conf. Quinctil. III. 1: *Neque enim me cuiusquam sectae velut quadam superstitione imbutus addixi*. „Citat nostrum locum Nonius, docens, *additum* esse quasi *devotum* vel *obnoxium*.“ *Fr. Fabricius*. Cod. Aug. *aditi* pro *addicti*. Mon. 1. *constructi* pro *constricti*. Pergit Rehd. cum uno Ox. *ut iam*. Mox Mon. 2. *quae nos probare*. Gud. *probare non soleant*. Duo Oxx. omit-

etiam, quae non probare soleant, ea cogantur constantiae causa defendere: nos, qui sequimur probabilia, nec ultra quam id, quod veri simile occurrit, progredi possumus, et refellere sine pertinacia, et refelli sine iracundia parati su-

---

tunt *ea*. Vind. 1. post *cogantur* additum habet *tamen*. — *Constantiae causa* i. e. *si secum consentire velint*. Ern. in Clav. Cic. h. v. laudat Tusce. V. 10. extr. et explicat: „*Constantia* (philosophorum) est, quum nihil decernit, quod alteri decreto suo non consentiat, quum omnia inter se sunt apta et connexa.“ *Nos, qui sequimur probabilia* est i. q. *ego, ut philosophus Academicus*. *Mr.*

Ultra quam id quod verisimile occurrit, *progredi possumus*] Vulgo dant, *ultra id, quam quod verisimile* occurrerit. In hoc Reg. Med. Eliens. sec. et Balliol. in ordine verborum reliquos Msstos sequimur. Profert haec etiam Boëthius in Topic. p. 839. *D.*

nec ultra quam id, quod veri simile.] Ita Codd. Reg. Bern. octo Oxx. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Gud. Rehd. Duisb. Mon. 1. 2. Edd. Ven. nostr. H. Asc. 1. 2. Sturm. Junt. P. A. B. S. E. C. Rob. Steph. V. Dav. Oliv. FAWolf. Koel. Schs. Or. Nobb. Tbn. *Id*, ait FA. Wolf. in scholis, est i. q. *ad id*, pertinetque ad *progredi*. Abest *quam* ab Edd. M. Lamb. Fr. Fabr. Sylb. Brut. Leod. HWolf. Ald. Car. Steph. et Cod. Rehd. nec vero ab Ed. Rob. Steph. ut ait Ern. in annot., qui item abiecit *quam*. In Edd. Boul. Lambb. Goth. Grut. Gron. Verb. legitur *ultra id quam quod*. Unus Ox. habet *ultra quidem id quod*, ubi agnoscis manum correctoris. Unus Ox. et Cod. Marb. post *veri simile* habet *credimus* pro *occurrit*: quod item deberi sive correctori sive glossatori manifestum est. *Mr.*

occurrit] Ita Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. tres Oxx. omnes Bentleii Gud. Duisb. Edd. Dav. Tbn. Reliqui *occurrerit*. Unus Ox. et Mon. 2. *possimus*. *Mr.*

et refellere sine pertinacia et refelli sine iracundia] „Mallem sic: *refelli sine pertinacia et refellere sine iracundia*.“ *Manutius*. „Vulgatam lectionem tuetur Adrianus Turnebus Adversarr. II. 8. [p. 45 sq. ed. Paris.]; Manutius mutat. Ego nihil muto, praesertim cum et sententia sit probabilis et sumpta sit ex Gorgia Platonis, ut observatum est ab aliis viris doctissimis.“ *Lambinus*. „Turnebus vulgatam lectionem defendit, nec mutari patitur: quia et paullo ante dixit Cicero, eos, qui certis destinatisque sententiis addicti et tanquam consecrati sint, *iniquo animo* pati solere se *refelli*, cum contra se id aequo animo esse patienterque laturum ostendat: et alii quoque philosophi suis decretis magnopere confidentes, neque de eis ullo modo dubitantes, *pertinacissime* aliorum placita *oppugnant*, et omnibus modis eversum ire conantur, quod Academici levius multoque minus obstinate faciunt, probabilia tantum eis opponentes, quibus tamen nec ipsi multum fidei tribuunt.“ *Sylburg*. „Boëthius Comm. in Topica Ciceronis V. p. Basil. 839. (neque ullam equidem in codicibus Boëthianis scripturae varietatem deprehendi): *et refelli sine pertinacia, et refellere sine iracundia*. Itaque miror. Davisium, qui in ann. alia omnia de Boëthio refert.“ *Klein*. Ad rem vid. Heusdii V. Cl. Initia Philos. Platon. II. 3. p. 177. *Mr.*

Et refellere *sine pertinacia, et* refelli *sine iracundia*] Vir Cl. P. Manucius mavult, *et* refelli *sine pertinacia, et* refellere *sine iracundia*. Cum vero receptam lectionem tueantur Boëthius omnesque Tullii Codices; causa profecto gravis subesse debet, cur haec ab eo tentata sit vocum transpositio. At eam celavit vir eruditissimus; quapropter nos pariter ac Turnebus Advers. lib. II. cap. 8. vulga-

mus. Quod si haec studia traducta erunt ad nostros, ne 6
bibliothecis quidem Graecis egebimus: in quibus multitudo infinita librorum propter eorum est multitudinem, qui scripserunt. Eadem enim dicuntur a multis: ex quo libris omnia referserunt. Quod accidet etiam nostris, si ad haec studia plures confluxerint. Sed eos, si possumus, excitemus,

---

tam tuebimur. Plutarchus de prof. Virt. sent. Tom. II. pag. 80. B. *Τὸ μηδ' οἷον 'ΕΦΥΒΡΙΖΕΙΝ ἐλέγξαντας, ἢ ΧΑΛΕΠΑΙΝΕΙΝ ἐλεγχθέντας, ἱκανῶς προκόπτοντός ἐστι.* Vide sis Origenem contra Celsum lib. I. pag. 55. et Platonis Gorgiam [p. 458. St.] pag. 285. E. *D.*

refellere sine pertinacia et refelli sine iracundia] Unus Ox. omittit omnia inde a *refellere* usque ad *sumus*. Cum Manutio plane nullus facit, cuius emendatio, quamvis primo adspectu probabilis videatur, minime tamen necessaria est, et peior etiam esset vulgatâ. Hoc enim vult Cicero: Nos quidem Academici non ita sumus pertinaces in refellendis aliorum sententiis, ut non prius desistere velimus, quam victas dent manus adversarii, nosque solos verum vidisse fateantur: neque ira exardescimus, si forte ab aliis refellimur; nam cum veritatem plenam et totam a nobis cognosci nunquam nobis arrogemus, erroris nos argui sine iracundia patimur. *Mr.*

Quod si haec studia traducta erunt] Philosophiam intelligit, de qua in Latium transferenda et peculiare scripsit opus et in aliis libris plurimis locis disputat. — In Codd. Mon. 1. 2. scribitur *erunt traducta*, inverso ordine: unus Ox. *erant* pro *erunt*; alius *nec* pro *ne*; alius *bibliotis*. In seqq. verbum *est* ex posuimus loco, quo ponitur in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Vind. 1. 2. Duisb. octo Oxx. Edd. M. Ald. Goth. Sturm. Sylb. Leod. Lambb. Boul. Brut. Car. Steph. Grut. Gron. Verb. Dav. Ern. FAWolf. sqq. Plane abest ab uno Ox. Cod. Marb. Ante *propter* ponitur in Codd. Mon. 1. 2. Aug. Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Fr. Fabr. Junt. HWolf. Oliv. Lall. In Cod. Vind. 1. omittitur *infinita*. in Mon. 1. scribitur *laborum* pro *librorum*. In Gud. scribitur *est propter multitudinem eorum*, in Rehd. *propter eorum multitudinem est*. In Cod. Marb. verba *Eadem enim — referserunt* quae uno Ox. desunt, relecta sunt post *confluxerint*. *Mr.*

ex quo libris omnia referserunt] „*Referserunt* est quoque in manuscripto; pro quo Manutius in postremis editionibus *referta sunt* reposuit.“ *Fr. Fabricius.* Verba *qui scripserunt* omittit Gud. 2. Idem habet *ex quibus omnia referserunt*. *Mr.*

Ex quo libris omnia referserunt] Eliens. seq. *referta sunt*, nec aliter edidit Aldus nepos. A vulgata scriptura stant reliqui, nec eorum fides est deserenda, quemadmodum patet ex Prisciani lib. X. col. 904. Cicero, inquit, Grammaticus, *in II Tuscul.* Ex *quibus verbis etiam* omnia referserunt. Ex nostro rescribas oportet, *ex* quo libris *omnia referserunt*: ad hunc enim locum respicit, ut abunde liquet. *D.*

Ex quo libris omnia referserunt] Scribitur *referta sunt* in Cod. Mon. 1., *sunt referta* in Cod. Vind. 1. Sed hic vulgatam in marg. habet. Prius est etiam in marg. Ed. Fr. Fabr. Legitur *refarserunt* in Cod. Rehd. Sequentia *quod — confluxerint* omittit unus Ox.; alius habet *excidet*, Aug. *accidit*; in eodem scriptum est *refarsererunt*. *Mr.*

confluxerint] Gud. 1. et Mon. 1. *confluxerunt*. Gebhardus in uno Pal. reperit *conflixerint* additque: „ut intelligat, quod paullo ante dixerat, philosophiam ex contentionibus dissensionibusque viguisse et magnam evasisse. Sed forte est noto errore *i* pro *u*.“ Prius in-

qui liberaliter eruditi, adhibita etiam disserendi elegantia,
3 ratione et via philosophantur. Est enim quoddam genus
7. eorum, qui se philosophos appellari volunt, quorum dicuntur esse Latini sane multi libri; quos non contemno equidem, quippe quos numquam legerim: sed quia profitentur ipsi illi, qui eos scribunt, se neque distincte neque distribute neque eleganter neque ornate scribere, lectionem sine ulla delectatione negligo. Quid enim dicant et quid sentiant

---

eptum, alterum verum est. In seqq. peiore verborum ordine *sed si possumus eos excitemus* habent Edd. P. A. B. S. E. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. HWolf. *Si* omittit unus Ox. Cod. Rehd. post *liberaliter* pergit *expediti eruditi*, liberaliter certe cum lectoribus agens. Verba *liberaliter eruditi* FAWolfius in Scholis explicat: *Graecis in primis literis imbuti*; et *elegantiam* esse ait *dialecticae subtilitatem* vel *dialecticam subtilem*. In Cod. Vind. 1. scriptum est *et* pro *etiam*. *Mr.*

ratione et via philosophantur] Ita semper Cicero pro eo, quod vulgo dicere solent *methodice*. Laudat Kühnerus de Finn. I. 9. [29.] III. 5. 18. de Orat. I. 25. 113. Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 1. 3. p. 115, quem solum esse ait locum, quo *via quadam et ratione* dicatur. Add. in Verr. V. 1. 4. *ratio viaque*. In Bruto scripsit 12, 46: *neminem solitum via nec arte dicere*: et Acadd. II. 30. 97: *si ars, si ratio, si via valet*. Mira est lectio Edd. Asc. I. 2. C. et Ed. vet. Bouhierii uniusque Ox. *et vita*, quam cum adoptavisset Dav. in Ed. 1., in sequentibus merito abiecit. *Mr.*

c. 3. *Est enim quoddam genus eorum*] Cod. Gud. *genus quoddam*. Idem omittit *se*. De constructione *se — appellari volunt* nihil addam post ea, quae monui ad I. 41. 98. *Mr.*

Quorum dicuntur esse Latini sane multi libri] Ad Amafanium aliosque quosdam Epicureos respicit, qui Latine de Philosophia scripserant. Eos perstrinxit cum alibi, tum supra lib. I. cap. 3. *D.*

Quorum dicuntur esse Latini sane multi libri] Conf. de viris, qui hic tanguntur, Goerenz. ad Acadd. I. 2. 5. p. 7 sq. ibidemque de eorum scribendi genere. Cod. Duisb. omittit *esse*. Rehd. habet *Latini dicuntur esse*. Gud. *multi sane*. Mox Mon. 1. *nos* pro *non*. Rehd. et Gud. *quidem* pro *equidem* cum Edd. P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. HWolf. Sturm. Verba *quippe — se neque* desunt in Cod. Marb. Ut h. l. dicit *quos non contemno equidem*, ita supra I. 31. 77: *quos equidem non despicio*. In Cod. Aug. scriptum est *quippe quos non contempno legerim*, aberrante librarii oculo ad antecedentia. Unus Ox. habet *legerem*: quod si correctoris est, inepti est. In seqq. Cod. Rehd. habet *illi profitentur ipsi*, in Duisb. *prof. illi ipsi* peiore verborum ordine. In uno Ox. omittuntur verba *neque distincte neque distribute*, in alio duo posteriora. Adverbio *distribute* comparativa forma usus est Cic. de Invent. II. 59. 177. ubi legitur *distributius tractare*. Conf. de Or. I. 23. 109: *haec — verbis designata — partibus distributa sunt*. Vocem *lectionem* omittit Cod. Aug. Ne quis verba *sine — delectatione* cum verbo *negligo* iungat, iis FAWolfius in scholis adscripsit: sc. οὖσαν. *Mr.*

Quid enim dicant et quid sentiant ii] Unus Ox. omittit *et*, Aug. omittit repetitum *quid*. Priore omisso vocabulo nimis intenderetur locutio, posteriore, fere languesceret. Male item Duisb. *at* pro *et*: in Gud. omittitur *ii*. Locutionem *qui sunt ab ea disciplina*, ad formam Graecae οἱ ἀπὸ Πλάτωνος, ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας factam, alibi etiam

ii, qui sunt ab eâ disciplina, nemo mediocriter quidem do- b.
ctus ignorat. Quam ob rem, quoniam, quem ad modum
dicant, ipsi non laborant: cur legendi sint, nisi ipsi inter
se, qui idem sentiunt, non intelligo. Nam, ut Platonem re- 8.

---

adhibuit Cicero, v. Goerenz. ad Cic. de Finn. IV. 3. 7. p. 427. novam Lexici Forcellin. Ed. Germ. p. 1. col. 3. med. Hand. in Tursellino I. p. 36 sq. Cui scriptor Cod. Rehd. Glossam *profecti* addidit, fortasse respiciens ad Cic. de Legg. III. 6. 14: *Heraclidesque Ponticus profectus ab eodem Platone.* Glossa quidem minime necessaria, nec tamen inepta, qualis est lectio Codd. Aug. Marb. Mon. 2. et duorum Oxx. *qui absunt ab ea disciplina*, vel lectio, unius Ox. et Mon. 1. *qui sunt ab eâ disciplina remoti. Mr.*

nemo mediocriter quidem doctus] In marg. Edd. Lambb. est coniectura *nemo ne mediocriter quidem doctus*, quae si Lambini est, certe in Ed. 1566. nullum eius est vestigium. Ad eam Wopkensius Lectt. Tull. p. 80. ed. Hand. „Frustra, ait, est Lambinus, qui reponit *nemo ne med. qu. d.* Cur enim impunitum dimisit locum de Finn. III. 1. huic plane conformem? *quod quidem nemo mediocriter doctus mirabitur.* Resolvit per pronomen relativum Lactantius Lib. 1. c. 3. initio: *nemo qui quidem sapiat — — non unum esse intelligat.*" Ad quae Handius: „Haec non omnia aequalia sunt, nec parum refert, cui vocabulo adiungas *quidem*. In altero loco *nemo mediocriter quidem doctus* dicitur pro *nemo ne mediocriter quidem doctus:* in altero *quidem* cum *quod* cohaeret." Et posterius quidem recte contra Wopkensium monuit, itemque quod ait, non parum referre, cui iungatur vocabulo particula *quidem*. Sed in explicando nostro loco minus quidem errasse videtur, quam coniector in corrigendo et Wopkensius in defendendo sed errasse tamen. Sententia enim nostri loci haec est: *id nemo ignorat, qui quidem mediocriter sit doctus* i. e. qui aliquantulum certe doctrinae habeat: qui vero ignorat, is ne mediocriter quidem literis videtur imbutus. Coniecturam istam supervacaneam etiam iudicavit Bremius ad Cic. de Finn. III. 1. p. 279. idemque sensisse videtur Goerenz. ad eundem locum p. 310. qui laudat praeterea ad Herenn. IV. 4. 7: *id facile faciat quivis mediocriter literatus*, i. e. qui quidem mediocriter (i. e. aliquantulum certe) sit literatus. Kühnerus coniecturam Lambinianam probat. *Mr.*

Quam ob rem, quoniam — ipsi non laborant] Unus Ox. omittit *quoniam:* alius habet *dicunt*. Gebhardus, qui in uno Cod. Pal. reperisset *liberant* pro *laborant*, inde proclivem dixit esse (Crepund. I. 2. p. 335.) emendationem *librant*, merito ob hanc ineptiam reprehensus a Bouhierio et Schützio. Non quidem inepte, sed praeter necessitatem coniecit Nissen. in seqq. *cui legendi sint*: ipse autem vidit vulgatam quoque bonam esse. *Mr.*

Nisi ipsi *inter se*] In Eliens. sec. habes *legant ipsi inter se:* unde rescribi possit, *cur legendi sint* (legant *ipsi inter se qui idem sentiunt*) *non intelligo*. Cum tamen in eo libro maxime grassata sit audacia Librarii, nec ei Codex alius accedat fideiussor: omnino legerim, *nisi* ipsis *inter se*, quo modo primus emendavit vir doctissimus Joan. Clericus. Soloeca certe est oratio, quam prae se ferunt vulgati. *D.*

nisi ipsi inter se,] Dav. in annot. Ed. 1. ex Cod. Norv. profert lectionem *legant ipsi inter se*: idque probat: tum ex Ed. Ven. 1491: *cur legendi, nisi ipsi inter se*, verbo *sint* omisso. In Ed. 2. eandem habet, quam nos exhibemus, annotationem, sed in verborum seriem recepta est Bentleiana correctio *inter suos*: quam in tertia loco ce-

liquosque Socraticos et deinceps eos, qui ab his profecti sunt, legunt omnes, etiam qui illa aut non approbant aut non studiosissime consectantur; Epicurum autem et Metrodorum non fere praeter suos quisquam in manus sumit: sic hos Latinos ii soli legunt, qui illa recte dici putant. Nobis autem videtur, quicquid literis mandetur, id commendari

---

dere iussit vulgatae. Ern. dedit *ipsis inter se*, quod a sensu et latinitate necessario postulari contendit: idemque pro *sentiunt* legendum esse ait *sentiant*. Et hic quidem Coniunctivus est ex numero plurimorum, quibus Ern. ex regula, quam excogitavit, augendum et corrigendum existimabat Ciceronem, nulla plane urgente necessitate. Neque magis necessaria est prior emendatio. *Ipsi* est Subiectum: *inter se* est i. q. in vicem, mutuo a se ipsis; ut est saepissime apud Ciceronem. Cod. Rehd. habet *ipsi quidem inter se*. Unus Ox. et Marb. *ipsi inter se quidem*. Ernesto favet Cod. Vind. 1. exhibens *sentiant*. Unus Ox. omittit *ipsi*. Cod. Aug. habet *ipsi quidem inter se sentiunt*. Scribitur *ego non intelligo* in Edd. Junt. P. A. B. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. *Mr.*

Nam, ut Platonem reliquosque Socraticos] Codd. Aug. Vind. 1. *ceterosque*. Gud. 2. omittit *ut*. Mon. 1. omittit *eos*: cuius loco unus Ox. habet *eorum*. Mon. 2. Rehd. *qui ab iis*. Gud. Duisb. *qui ab hiis*. Aug. *qui ab hisdem*. Intelligi h. l. Aristotelem et Theophrastum ait Leod. a Quercu. Vind. 1. habet *et* pro *etiam*. Gud. *qui etiam*. *Illa* explicat FAWolfius in scholis: *quae ab iis dicta sunt:* laudato l. §. 4. *discebantque id omnes*, et proxime his: *ex quibus etiam illa manabant*. Mox unus Ox. habet *aut studiosissime*, omisso *non*. De *Metrodóro* vid. quos laudat Creuzerus ad Cic. de N. D. I. 31. p. 140 sq. Add. Ern. Cl. Cic. s. v. *Mr.*

non fere praeter suos quisquam in manus sumit] „Nullum vidi librum, neque MS. neque typis impressum: multos autem vidi: qui ita non habeat: *in manus sumit*. Et tamen Adr. Turnebus admonet mendose legi in libris vulg. *in manu sumi*. Tale illud est, quod etiam a se principe restitutum et emendatum putat: *nec si ipsi minus consequi possumus*, cum dicat vulgo legi: *nec si ipsi minus consequi*, quam scripturam in nullo prorsus libro, quantumvis mendoso, reperi." *Lambinus*. Goth. in marg. alios ait habere *sumi*, cuius ego lectionis nullum in libris reperio vestigium: sed *manu* legitur in Edd. P. A. B. S. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Rob. Steph. Junt. orto sine dubio errore ex veteri codicum scriptione INMANUSUMIT. Quod si igitur Turnebus dixit se reperisse in libris vulgatis *in manu sumi*, id vel calami errore vel typothetae negligentia in libros Adversariorum irrepsit, cum voluerit scribere legisse se *in manu sumit*, quod verum esse vidimus. Gud. 2. habet *si quos latinos:* errore ex prava pronuntiatione orto. *Mr.*

ii soli legunt] „Scr. *legant*. Sic MS. Guelf." *Ern.* Nissen. ad seqq. *Id commendari — decere* addit: „non eorum solum, qui ea probent. Quare paullo ante vulgatum *legunt* bene habet, nec in *legant* mutari ab Ernesto debuit." Ernesto assentiunt Codd. Vind. 1. Aug.: ratio non item. Pro *recte* est *recta* in Gud. 2. et uno Ox.; *putent* pro *putant* in Vind. 1. 2. et uno Ox. *Mr.*

id commendari omnium eruditorum lectioni decere] Cod. Aug. *et* pro *id*. Pergit Marb. *commune dari*, egregia correctoris emendatione: cui non multum praestat, quod recepit Dav. in Ed. 2. *commodari*, in ann. nihil addens, quam: „vulgo: *commendari:*"

omnium eruditorum lectioni decere: nec, si id ipsi minus consequi possumus, iccirco minus id ita faciendum esse sentimus. Itaque mihi semper Peripateticorum Academiaeque 9. consuetudo de omnibus rebus in contrarias partes disserendi, non ob eam causam solum placuit, quod aliter non posset, quid in quaque re veri simile esset, inveniri; sed

---

nulla plane vel librorum auctoritate vel sententiae et rationis necessitate. Unus Ox. *omni* pro *omnium*, neglecto ultimae syllabae compendio. Pro *lectioni*, quod sōlum verum est, habent *lectione* quatuor Oxx. Mon. 1. 2. Edd. P. A. B. S. C. V. M. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. (haec in marg. MS. *i*) Car. et Rob. Steph. HWolf. (in marg. *f*) Boul. Ald. Lambb. Goth. Leod. Sturm. et omnes a Reiskio collatae. Gebhardus ad h. l. „*lectioni decere*, ait; ita Turnebus Adv. II. 8., cui assentiuntur Fabr. MSS. Suffridi Pal. quart. vulgo *lectione*. Vet. Cod. *debere*, ut est quoque in Pith. Pal. quint. in primo a manu prima *docere*. tert. quart. *dicere*." Dav. in ed. 2. „Vel *debere*, ait, quod Lambino placuit exhibentque plures MSSti." „Hic, ait Ern., non sequor Davisium legentem *debere* [videlicet in Ed. I.]: quod etsi non esset reprehendendum, si scripsisset licere; tamen *decere* aptius videtur. Sensus est: convenire, consentaneum esse." *Debere* ut coniectura in marg. Lambb. commendatur, et esse dicitur ab Or. in Man. Edd. postremis. Ex nostris quidem libris MSS. et editis nullus assentit. Et merito. Defendit etiam *decere* Wopkensius p. 51. p. 72. ed. Hand. *Mr.*

Si id *ipsi minus*] Vulgo secundam voculam nesciunt, quam nos Reg. Med. Balliol. et Eliens. tert. acceptam referimus. *D.*

nec si id ipsi minus consequi possumus,] sc. ut scripta nostra omnibus probentur, ut recte explicat Kühnerus. Abesse malebat *id* Goerenzius ad Cic. Acadd. II. 10. 32. p. 64; vindicat Stuerenburg. ad Or. pro Arch. p. 59. Mihi vero recipiendum visum est ex quatuor Oxx. Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Duisb. Gud. Vind. I. Edd. V. Rob. Steph. HWolf. Leod. Sturm. Dav. FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. Unus Ox. omittit utrumque vocabulum. Marb. habet *sibi ipsi*. Rehd. omittit *ipsi*. Vind. 1. habet *ipsum*. Duisb. *minus ipsi*. Goth. in margine alios, nescio quos, habere *munus* ait pro *minus*. Rehd. habet *possimus*, elegantius scilicet. Gud. post *iccirco* addit *quo*. Duisb. habet *id minus*, inverso ordine. Unus Ox. omittit *id*. Gud. habet *faciendum sit*. *Mr.*

Itaque mihi semper Peripateticorum etc.] „Bene de hoc loco Meiners in Allgem. Gesch. der Ethik T. I. p. 246. 247. cum notis." *Schuck*. Add. Facciolati Institutt. Logicae Peripatet. (Venet. 1729.) p. 165. Kühner. de Cic. in Philos. meritis p. 71 sqq. Codd. Rehd. et Gud. omittunt *semper*. Mox Vind. 1. mutato verborum ordine: *in contrarias partes de omnibus rebus disserendi*. Unus Ox. habet *et de*. Amat noster hanc locutionem: sic de Or. I. 34. 158: *disputandumque de omni re in contrarias partes*: ib. II. 53. 215: *omnium rerum in contrarias partes facultatem ex iisdem suppeditari locis*. Cod. Duisb. habet *solam causam*, superscripto *u* syllabae—*lam*. Post *posset* unus Ox. quod. *Mr.*

In quaque *re*] Vulgo *unaquaque*, cum quibus faciunt nonnulli codices. At nos eam recepimus lectionem, quam Victorii praestat editio; quamque firmant Reg. Med. Eliens. sec. tert. Balliol. et Petrens. *D.*

in quaque re veri simile esset,] Habent *quaque* Codd. Reg. Gud. 1. Aug. Bern. Rehd. Duisb. Gud. Vind. 2. Edd. V. M. Rob.

etiam quod esset ea maxima dicendi exercitatio: qua princeps usus est Aristoteles, deinde, eum qui secuti sunt. Nostra autem memoria Philo, quem nos frequenter audivimus, instituit alio tempore rhetorum praecepta tradere, alio philosophorum. Ad quam nos consuetudinem a familiaribus nostris adducti, in Tusculano, quod datum est temporis nobis, in eo consumpsimus. Itaque, quum ante meridiem dictioni operam dedissemus, sicut pridie feceramus, post meridiem in Academiam descendimus. In qua disputatio-

---

Steph. Ald. Leod. Dav. FAWolf. Schz. Or. Reliqui *una quaque.* Illud probabat etiam Goerenz. ad Cic. de Finn. V. 2. 5. p. 535. Cod. Rehd. habet *simile veri.* Vind. 1. *foret veri simile.* Reg. et Gud. 1. *invenire.* Gud. 2. *inveniret.* In seqq. *ea* post *esset* abest ab uno Cod. Ox. qua voce carere non potest locus, cum singularem hic habeat et primarium sonum. Male item duo Oxx. *maximae* pro *maxima.* Mox Rehd. *est usus.* Ad sententiam vid. Cic. de Or. III, 19, 71. 21, 80. de Finn. V. 4. 10. de Nat. Deorr. I. 5. ubi vid. ed. nostr. et Cr. maj. p. 22 sq. Intelligere Ciceronem ait FAWolf. in scholis ἐπιδείξεις, quas posteriores Academici aeque ac Peripatetici ad Aristotelem auctorem retulerunt. Pro *eum qui* Codd. Gud. et Rehd. *qui eum. Mr.*

Nostra autem memoria Philo, quem] Unus Ox. *philosophiae quam* pro *Philo, quem.* „M. Tullius se totum tradidit Philoni, Academiae principi, ut ipse in Bruto testatur, admirabili quodam ad Philosophiam studio concitatus, cum ille in bello Mithridatico domo profugisset Romamque venisset. Antiochus discipulus contra Philonem doctorem suum librum edidit, disserens contra Academicos, cui operam quoque M. Tullius se dedisse refert." *Beroaldus.* Vid. de Philone Schützii Lex. Cic. T. I. p. 314. Plutarch. in Vit. Cic. 3. *Mr.*

rhetorum praecepta] i. e. rhetorica. „Hoc ab Aristotele Peripateticorum principe factitatum est, qui tempus matutinum dabat exercendis acroamaticis (ita enim vocantur commentationes Aristotelicae, in quibus philosophia remotior subtiliorque agitabatur:) vespertinum vero tempus dabat rhetoricis meditationibus, quae exoterica, id est extraria nominabat. Matutinam exercitationem appellat ἐιοδινὸν περίπατον i. e. dilucularium ambulationem: alteram vespertinam, δειλινόν i. e. pomeridianam: utroque enim tempore ambulans disserebat. "*Beroaldus.* Post *tradere* unus Ox. et Cod. Rehd. pergunt *et alio.* Post *quam* unus Ox. omittit *nos.* Ad verba *quod datum est temporis* Kühnerus confert Cic. de Sen. 19. *quod cuique temporis ad vivendum datur:* de Off. I. 6. 19: *quod — operae curaeque.* Add. Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 138. ed. 3. — Duo Oxx. *tantum* pro *datum.* Vind. 1. omittit *nobis.* Duisb. habet *nobis temporis. Mr.*

in eo consumpsimus] In ed. 2. recepit Dav. Bentleianam emendationem *in ea:* sed et ipse in tertia ad vulgatam rediit, et praeter eum neminem, quod sciam, obsequentem nactus est Bentleius. Merito. Nam *in eo* referendum est ad id, quod se facere solere dixit cum familiaribus, nimirum ut et rhetorum praecepta traderet et philosophorum. Prius idem est, quod mox dicit *dictioni operam dare,* quod alibi etiam dicitur *declamare,* v. c. de Finn. II. 2. nimirum exercitationis causa. Pro *sicut* unus Ox. *sic.* Aug. *sicuti.* Post *meridiem* Gud. 1. omittit *in,* absorptum ab ultima praecedentis vocabuli *titera.* Gud. 2. a pr. m. habet *descendamus. Mr.*

in Academiam] Fuit haec pars Tusculani Ciceroniani, ab ipso

nem habitam non quasi narrantes exponimus, sed eisdem fere verbis, ut actum disputatumque est.

Est igitur ambulantibus ad hunc modum sermo ille nobis institutus; et a tali quodam ductus exordio. A. Dici non potest, quam sim hesterna disputatione tua delectatus, vel potius adiutus. Etsi enim mihi sum conscius, numquam 4 10. p. 177 a.

Cicerone sic appellata et disputationibus philosophis destinata. Cf. infr. III. 3. 7, ubi simillimus nostro est locus: *Ut enim in Academiam nostram descendimus, inclinato iam in pomeridianum tempus die, poposci eorum aliquem, qui aderant, causam disserendi.* — Mox Cod. Marb. *disputatione.* Ad v. *non quasi narrantes* cf. supra I. 4. 8. *sic eas* (disputationes) *exponam, quasi agatur res, non quasi narretur.* Hoc ipso videtur motus loco Bouhierius, ut *exponemus* nostro loco scribi vellet: contra quem disputans Nissen. l. c. p. 43. nescio quam enallagen satis frequentem h. l. esse contendit. Utrumque recte scribitur: sed a libris standum, neque magis correctori Codicis Duisb. obsequendum, qui Ciceronem scribere iussit *exposuimus.* Vocem *quasi* omittit Cod. Gud. 2. Pro *actum* Mon. 1. habet *aptum.* Post verba *disputatumque est* in Cod. Aug. legitur: *Finito prologo Cicero procedit ad probleuma* (sic). *Mr.*

c. 4. *Est igitur ambulantibus*] Duo Oxx. *ambulantis,* Unus addit *nobis.* Pergit Cod. Marb. cum uno Ox. *in hunc modum.* Quod cave praeferas vulgato. Vid. modo et hanc et similes formulas in Handii Tursellin. I. p. 109 sq. Pro *institutus* duo Oxx. et MS. in marg. Verb. *constitutus.* De Dativo cum Passivo v. Otto in Excurs. ad Cic. de Finn. p. 374. *Mr.*

et a tali quodam ductus exordio] „Non omnino damnem *inductus*: dicitur enim bene *sermo induci.* Sed hic tamen malim *ductus. in* potuit nasci a finali in *quodam,* ut saepe factum constat.“ *Ern.* Ex hac Ernesti annot. coniicias, *ductus* esse eius coniecturam. Et est fortasse: nam parum vir doctissimus inspexit Edd. vett. quas habebat plurimas. Est autem *ductus* in contextis Ed. Crat. (marg. habet vulgatam), in marg. Lambb. Goth. Verb. receptumque a FAWolfio, Schz. Or. Quod vero ait Ern. ferri posse *inductus,* quia dicatur sermo *induci,* id ita verum est, ut hoc alia plane sententia legatur in Or. pro Domo 34, 92: *et homo facetus inducis etiam sermonem urbanum ac venustum: me dicere solere, esse me Jovem* etc. *Sermonem ab exordio* quodam *inducere,* pro *ducere,* (vel pro *ordiri sermonem*) Ciceronem nunquam dicturum fuisse credo, hac quidem sententia, quae hic obtinet. *Tali quodam exordio* dicitur pro *tali fere exordio.* Probavit etiam *ductus* Goerenzius ad Cic. Acadd. II. 12. 38. p. 75. Locos complures, quibus *in* perperam sequenti verbo adhaesit ex praecedente *m* vid. in Seebodii N. Arch. 1829. 33. p. 131. collectos a Ludovico Tross. *Mr.*

Dici non potest, quam sim] Cod. Mon. 2. *externa,* ex prava pronuntiatione, pro *hesterna.* Rehd. Ciceroni suo opem laturus addit *die.* Duisb. habet *tua disputatione.* Gud. 2. omittit *tua.* — *Adiutus* est i. q. animo confirmatus. Ad locutionem *quam sim — delectatus* vid. Stuerenburg. ad Or. pr. Arch. p. 21; cf. infr. 12, 28. V. 12. 35. *Mr.*

Etsi enim mihi sum conscius] Unus Ox. *Et* pro *etsi.* Duisb. omittit *enim.* Habent *conscius sum* Edd. vett. ante Grut. omnes: sed inde ab hac sequuti sunt editores libros MSS. in quibus ea verba inverso scribuntur ordine. Pro *me* est *meae* in tribus Codd. Oxx. Aug. et Ed. S.; *mei* in Gud. 2. Pro *nimis* in Cod. Duisb. et, ex

me nimis vitae cupidum fuisse; tamen interdum obiiciebatur animo metus quidam et dolor, cogitanti fore aliquando finem huius lucis et amissionem omnium vitae commodorum. Hoc genere molestiae sic, mihi crede, sum liberatus, ut ni-
11 hil minus curandum putem. M. Minime mirum id quidem: nam efficit hoc philosophia: medetur animis, inanes sollicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores. Sed haec eius vis non idem potest apud omnes: tum valet mul-

---

corr., in Reg. est *minus*. Tum nostro ordine, *vitae cupidum fuisse* habent Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Vind. 1. Marb. Rehd. Gud. Mon. 1. 2. Edd. Dav. Or. Tbn. Reliqui scripti et editi *cupidum fuisse vitae*. Ad sententiam cf. Senecae Epist. 26. *Una est catena, quae nos alligatos tenet, amor vitae: qui ut non est abiiciendus, ita minuendus est: ut, si quando res exiget, nihil nos detineat, quo minus parati simus, quod quandoque faciendum est, statim facere. Mr.*

tamen interdum obiiciebatur animo metus quidam] Hic est verborum ordo Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. Marb. Edd. Dav. Or. Tbn. Reliqui libri habent *obiiciebatur interdum*. Ed. Fr. Fabr. habet *motus* pro *metus*. *Mr.*

cogitanti] Dav. in Ed. 1. *cogitantis*: idque ex suis Codd. eum fecisse ait Lallemannus: idem accedere ei refert tres regios, eodemque alludere quartum, mendose exhibentem *cogitationis*. Habent item *cogitantis* tres Codd. Gebhardi, unus Ox. Rehd. Gud. Bern. (a pr. m.) Gud. 1. 2. FAWolf. in Ed. 1. Bill. Et hic quidem *cogitantis* non esse peius ait quam *cogitanti*: ille autem Genitivum ad Grammaticam rationem praestare ait in scholis, comparans Graecam locutionem ἡ ψυχή μου ἐνθυμουμένου: *animus mei cogitantis*. Sed *cogitanti* ita defendi posse ait, ut Ciceronem *animo* pro *mihi* posuisse dicatur. Et in hoc quidem, in tanto optimorum librorum consensu, acquiescendum videtur. Est genus quoddam συνέσεως, cum ita pergat, quasi supra *mihi* scripserit. In Edd. Junt. Ven. nostr. Asc. 2. et uno Ox. est *cogitandi*: in alio Ox. *cogitans*. Ceterum ad locutionem paullo rariorem *obiiciebatur metus* confert Kühnerus Or. pro Sext. Amer. XIV. 40: *quae res — tantum istum furorem Sex. Roscio obiecit?* ubi est i. q. iniecit. Nostro loco ait dici pro *offerri*, sed verbo multo graviore. Accommodatius contulisset Academm. II. 15. 48. ubi nostro loco convenientissime dicitur *rem terribilem obiicere*: nisi quod nostro effectus ponitur pro causa: figura consueta. *Mr.*

mihi crede] Vid. quae de hac formula monui supra ad I. 31. 75. Gud. habet *crede mihi*. Unus Ox. omittit. Pergit Gud. *sum deliberatus*. *Deliberare* autem pro *liberare* (unde Gallorum *delivrer*) dictum non est ante medium aevum; vid. Car. Dufresn. Glossar. med. et inf. Latinit. v. *liberare*. Quod sequitur *ut* omittit unus Ox. In seqq. Duisb. habet: *minime quidem id mirum*. Unus Ox. habet *ad quid* pro *id quidem*: idem mox pro *hoc* cum Mon. 2. *haec*. In seqq. *medetur animis — pellit timores* duplex est χιαστόν, de quo elocutionis schemate v. G. Jo. Vossii Inst. Oratorr. T. II. p. 405. ed. Lugd. Bat. 1643. 4. *Mr.*

Sed haec eius vis non idem potest] Cod. Aug. *sed hoc vis eius n. i. p.* Gud. 2. omittit *eius*. *Mr.*

Tamen valet multum] „Sic edd. pr. non *tum*, quod est a Corrado.“ *Ern.* — *Tum* esse ait Reisk. in Edd. Ald. et Steph. Ego reperi in Codd. Reg. Gud. 2. Aug. Marb. Rehd. Vind. 1. Oxonn. omnibus, Edd. praeterea Rob. et Car. Steph. Lamb. Goth. Brut. Boul.

tum, quum est idoneam complexa naturam. *Fortes* enim non modo *fortuna adiuvat*, ut est in vetere proverbio, sed multo magis ratio, quae quibusdam quasi praeceptis confirmat vim fortitudinis. Te natura excelsum quendam vide-

---

Sturm. Leod. HWolf. Grut. Verb. Oliv. Or. Sola, ut videtur, Ed. Alteri habet *tunc*. Commendat *tum* etiam Kühnerus in ann. crit. In annotatione exegetica idem explicat *tamen*, quasi probans. *Tum* opponitur sequenti *quum*, et optime se habet. Commode monet FA. Wolfius in Scholis ad v. *idoneam* de diversa adiectivorum *idoneus* et *aptus* significatione, quorum illud habeat passivam, hoc activam. Solus Cod. Aug. habet *est ad idoneam*. *Mr.*

Fortes — fortuna adiuvat] „Terentianum est ex Phormione [I, 4, 25.] *Tanto magis te advigilare aequom'st: fortes fortuna adiuvat:* ubi exposuit Donatus *παροιμιακὸν* esse, hoc est proverbiale. Virgilius pro *fortes* dixit *audentes*, illo hemistichio: [Aen. X. 284.]

Audentes fortuna iuvat.

Tibullus quoque, ut amasius poëta, dat Veneri, quod Fortunae est; sic enim decenter inquit [I. 2. 16.]:

Audendum est: fortes adiuvat ipsa Venus.

Livius [VIII. 29. 5.]: *eventus docuit, fortes fortunam iuvare.*" *Beroaldus.* Add. Liv. XXXIV, 37. 4: *bene sperare iubentes, fortes fortunam adiuvare aiebant.* Ennii Annall. VII. 59:

Fortibus est fortuna viris data —.

Ovid. Fastor. II. 782:

Exitus in dubio est: audebimus ultima, dixit.
Viderit, audentes Forsne Deusne iuvet.

Ovid. Metamorph. X. 586:

Audentes deus ipse iuvat. —

Sallust. Historr. Fragmm. I. 17. p. 33. ed. Havercamp.; *Fortuna meliores sequitur.* — Philetae Coi hanc esse sententiam ait Fabricius ad Virgilii locum laud. Sed eum eius mihi reliquiae, a Kaysero olim nostro colleetae, ad manum non sint, eam reperire non contigit. Similis iam est sententia apud Homerum Od. VII. 51: θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων ἔργοισιν τελέθει. Menandr. Frgmm. inc. 27. p. 206. ed. Cleric. τόλμη δικαίᾳ καὶ θεὸς συλλαμβάνει. et 84: οὐκ ἔστι τόλμης ἐφόδιον μεῖζον βίῳ 85. οὐκ ἔστι τόλμης ἐπιφανεστέρα θεά. Euripid. Bellerophonte ap. Stob. Serm. VII. p. 86. θάρσος δὲ πρὸς τὰς συμφορὰς μέγα σθένει. Laudat item Fulv. Ursinus ad locum Virgilii laud. Lesbonactis locum ἐν Προτρεπτικῷ· τὸ θαρρεῖν πλεῖστον φέρεται εἰς τὸ νικᾶν. *Mr.*

ut est in vetere proverbio] Gud. omittit *est* et habet cum Aug. *veteri.* — *Rationem* explicat FAWolfius in scholis *animum philosophia excultum.* Ad formulam *quibusdam quasi* Kühnerus monet alias fere voculam *quasi* praemitti pronomini *quidam*, laudatque Beierum ad de Offic. I. 9. 30. p. 67. Goerenz. ad Acadd. I. 6. 24. p. 41. Ad quae monet Or. ad scholas Wolfii nequaquam inde regulam esse faciendam, quasi inverso ordine haec formula scripta reprobanda esse videatur. Neque hoc, opinor, faciet, qui viderit librorum nostro loco consensum omnium, itemque supra I. 12. 27. *mortem — esse — quandam quasi migrationem.* Cf. Gernh. ad Cic. Lael. 13. p. 105. ad eund. locum C. Beier. p. 77. Censorem quendam Halensem 1826. 196. p. 744. — Unus Ox. *confirmat* pro *confirmat. Mr.*

Te natura excelsum quendam] Wolfius in scholis ait *quendam* poni simpliciter pro nomine substantivo, probante Orellio: alii pronomini addito vim quandam *αὐξητικὴν* tribuunt, sive in bonam par-

licet et altum et humana despicientem genuit: itaque facile in animo forti contra mortem habita insedit oratio. Sed haec eadem num censes apud eos ipsos valere, nisi admodum paucos, a quibus inventa, disputata, conscripta sunt! Quotus enim quisque philosophorum invenitur, qui sit ita moratus, ita animo ac vita constitutus, ut ratio postulat!

---

tem, sive in malam. Et hoc quidem loco cum illis facio. Ubi vero substantivum est additum, intentionem quandam pronomini inesse, in universum minime negaversim. Vid. Beier. ad Cic. Lael. 9, 29. p. 49. Seebod. Krit. Bibl. 1830. 44 sq. p. 171. nos ad Cic. de Legg. I. 7. p. 549. ad Cic. de Rep. I. 8. p. 38 sq. II. 19. p. 261 sq. I. 29. p. 121. ad de Div. I. 1. p. 3 sq. I. 49. p. 242. ibiq. laudd. Ad v. *excelsus* eiusque significationem v. Doederlein. Lat. Synon. u. Etym. II. p. 93 sq. De significatione v. *videlicet*, quam esse vult *manifesto*, v. Rosenheyn. in Jahn. Annall. 1826. II. p. 46. — Unus Ox. habet *videbis* pro *videlicet*. Aug. pergit *in altum*. Rehd. omittit *et altum*. Pergit Aug. *et humanam*. *Mr.*

et humana despicientem] Laudat Beroaldus ad sententiam Statium [Lib. II. Silv. 2, 125. 131 sq.] *Spemque metumque domas, vitio sublimior omni — — — — — celsa tu mentis ab arce Despicis errantes, humanaque gaudia rides.* Conf. Borgers. ad Cic. Paradoxa p. 54. 69 sq. *Mr.*

contra mortem habita insedit oratio] „Cum Pal. primo amandem illud *habita* in Charonium.“ *Gebhard.* Merito vir χριτικώτατος neminem obsequentem habuit. Pro *insedit* Vind. 1. habet *consedit*. Amat hanc locutionem Cicero. Vid. Or. pro Corn. Balb. 1, 4: *in animis omnium penitus insedit oratio*: ad Att. I. 11: *habet quiddam profecto, quod magis in animo eius insederit*: et saepius. Pro *oratio* unus Gud. habet *ratio*, frequentissima permutatione. V. nos ad Cic. de N. D. I. 37. p. 167. ed. Cr. et nostr. maj. ad III. 1. p. 495. ibid. Wyttenbach. p. 803; nos ad Cic. de Legg. I. 28. 48. p. 116; ad de Divinat. II. 26. p. 389. *Mr.*

Sed haec eadem num censes] Cod. Aug. habet *hoc* pro *haec*: idem cum Gud. 2. Marb. omittit *eadem*. Gud. 2. Rehd. et unus Ox. habent *non* pro *num*; prior *censeas*. Duisb. *numquid censes*. — *Disputata* est h. l. fere idem, quod *defensa*. Pro *conscripta* unus Ox. habet *concepta*, alius *et conscripta*: utrumque minus bene. *Mr.*

Quotus enim quisque philosophorum invenitur. Utitur hoc Ciceronis loco Lactantius Div. Inst. III. 15. p. 226. ed. Dufresn. ad criminandos philosophos eorumque vitam cum praeceptis ipsorum parum convenientem. De formula *quotus quisque*, quae respondet graeco πολλοστός, vide loquentem Ochsnerum ad Cic. Eclogg. p. 393. ed. 3. — Pro *quotus* Codd. Aug. Gud. *quotiens*. Mon. 2. omittit *enim*, sed cum signo lacunae. *Mr.*

qui sit ita moratus] Laudat hunc locum Jo. Valensis, quem multos Ciceronis locos libris suis inseruisse supra diximus, in Compendiloquio p. 228. b. Ibi vero scriptum est: *qui moratus ita est animo ac vita constitutus*. Utitur nostro loco Goerenzius ad defendendam lectionem *ita moratus* apud Cic. Acadd. I. 9. p. 53. Pergit Rehd. *ita vita ac animo institutus*. Male. Unus Ox. habet *in animo* pro *ita animo*. — *Institutus* habet etiam marg. Crat. Pro vera lectione laudat Orell. Or. pro Sext. 65: *bene natura constituti viri*. Lael. 13: *animi bene constituti*. Mox unus Ox. *ostentatione*. Commode huc advocat Ochsn. l. c. Corn. Nep. Attic. 17. extr. *philosophorum ita percepta habuit praecepta, ut iis ad vitam agendam, non*

qui disciplinam suam non ostentationem scientiae, sed legem vitae putet? qui obtemperet ipse sibi, et decretis suis pareat? Videre licet alios tanta levitate et iactatione, iis ut fuerit non didicisse melius; alios pecuniae cupidos, gloriae nonnullos, multos libidinum servos; ut cum eorum vita mi- 12

---

ad ostentationem uteretur. Quod sequitur *sed* omittit Ed. P. Seneca in Epist. 94: *quid autem*, ait, *philosophia, nisi vitae lex est?* — Cod. Marb. omittit *putet. Mr.*

qui obtemperet ipse sibi,] Scribitur *Et qui* in Cod. Mon. 1., *quisque* in Edd. Junt. B; *quique* in Edd. Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Reiskii, P. A. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Male habent *ipsi sibi* duo Oxx. Edd. P. A. B. S. Ven. nostr. Asc. I. Aldina Reiskii, Sturm. Junt. praeterea Codd. Marb. Gud. 1. Aug. Duisb. (hic omittit sequens *et*) Mon. 2. Solus Rehd. *ipsi legi*, ubi agnoscis manum correctoris. Bouhierius, qui in duobus Codd. Leid. reperisset *ipse sibi*, id merito quidem praefert, sed ita loquitur, quasi ubique legatur *ipsi*: quod secus est. Duo Oxx. habent *ipsi* omisso *sibi*. Gud. 2. *sibi ipsi*. Ad v. *decretis* Beroaldus „Quae Graeci, ait, δόγματα vocant, nostri modo *decreta*, modo *scita*, modo *placita* appellant, ut Seneca, Apuleius, Cicero prodiderunt.“ *Mr.*

Videre licet] Jo. Valensis l. c. *Est videre nonnullos pecuniae cupidos et gloriae, multos libidinum servos, ut cum qualitate vitae pugnet oratio.* Unde vides eum hunc locum ex memoria laudasse et in sui seculi Latinitatem convertisse. Cod. Duisb. habet *liceat. Mr.*

alios tanta levitate et iactatione] Cod. Rehd. *aliquos.* Pro *tanta* Kühnerus in lemmate annotationis invitus, ut videtur, scripsit *inani*, cuius in libris nullum est vestigium, et, si esset, reprehendendum esset. Ad v. *levitate et iactatione* vid. Beier. ad Cic. Lael. 9. 29. p. 49. ubi noster locus (perperam laudatus ex cap. 5.) in exemplis figurae ἓν διὰ δυοῖν ponitur. Mihi non tam dictum videtur pro *levi iactatione*, sed *iactatione* additum videtur ad augendum *levitatis* crimen, ut ad levitatem accedere etiam videatur iactationis culpa et vanitas. Mon. 1. habet *ac iactantia. Mr.*

iis ut fuerit non didicisse melius] Ita scripsi cum Edd. plurimis ex marg. MS. Asc. 2. et octo Codd. Oxx. omnibusque, ut videtur, Gebhardi; verborum ordine paullo rariore, sed Ciceroni minime inusitato. Vid. modo de Div. I. 3. 6. p. 20. ed. nostr. et quos alios laudat locos Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 394. Beier. ad Lael. 23. 87. p. 135. infr. III. 17. 38. Quare mirum non est obliteratum esse in multis libris hunc verborum ordinem. Et habent *ut iis* Cod. Reg. (a pr. m.) Gud. 1. Mon. 2. Ed. Tbner.; *ut his* Vind. 2. Reg. (a 2. m.) Aug. Gud. 2. Mon. 1.; *uti iis* Rehd.; *ut hiis* Gud. Duisb.; *ut eis* Vind. 2.; *uti his* dedit Dav. in Ed. 2., et sic Vind. 2. *ut his* in Ed. 1.; *his ut* habent Edd. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Junt. P. A. B. C. V. — Unus Ox. habet *ita ut.* Pergit Rehd. *alios gloriae cupidos, pecuniae nonnullos.* Verb. in marg. ex MS. nescio quo, *alios gloriae, multos lib. serv. Mr.*

ut cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio] „Videtur sic potius legendum: *ut eorum cum vita mir. pugnet oratio.* Veruntamen nihil ausim mutare sine librorum veterum testimonio, praesertim cum haec usu recepta ferri possit.“ *Lambinus.*

ut cum eorum vita et vitiis] „Apud Lactantium III. 15. ubi hic locus citatur, additur *et vitiis*, quod aliunde fortassis irrepsit: quamquam in antiquo eius libro etiam reperitur.“ *Fr. Fabr.* „Ultimam verborum bigam [*et vitiis*] ex MS. Norvic. reposuimus, eaque com-

rabiliter pugnet oratio: quod quidem mihi videtur esse
b. turpissimum. Ut enim, si grammaticum se professus quispiam barbare loquatur, aut si absurde canat is, qui se ha-

---

parent in multis Lactantii membranis, qui haec laudat Div. Inst. 3, 15. Sed nuperi editores illum quoque patrem ad vulgata Ciceronis exemplaria refinxerunt. Modestius autem se gesserant, si modo ἓν διὰ δυοῖν esse meminissent. *Vita et vitia* sunt *vita vitiosa*. Sallustius Catil. 3. *fama atque invidia vexabant*, quod idem valet atque *invidiosa fama*: Caesar B. G. VII. 26. *Quos ad capiendam fugam natura et virium infirmitas impediret*. Minuc. Felix Octav. 1. *ex tenebrarum profundo in lucem sapientiae* et *veritatis emergerem*. Virg. Georg. II. 192: *pateris libamus et auro*: ubi Servius hunc in modum: *pateris aureis*: ἓν διὰ δυοῖν· ut *molemque et montes*; qui locus exstat Aen. I. 61. Plura J. Fr. Gronovius ad Livii I. 32. Quae vero iam protulimus, satis ostendunt Fr. Fabricium aliosque hasce voces glossematis perperam damnasse." *Davisius* in Ed. 1. — „Dav. e Cod. Norv. addit *et vitiis*, quas voces ignorant regii, et quidem recte." *Lallemannus*. Manifesta fit glossa ex lectione Cod. Reg. Lactantiani *ut cum eorum vitiis*, et Cod. Colb. *ut cum eorum vita vitiis*, quas lectiones enotavit Lenglet du Fresnoy. Gud. 2. habet *ut est eorum*, ex perperam lecto compendio *c*. Unus Ox. habet *miserabiliter*. *Mr.*

Ut cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio] Lambinus transpositis vocibus legere mavult, *ut eorum cum vita mirabiliter pugnet oratio*. Sed ordinem verborum, quem praebent Mssti, praestat Lactantius Div. Inst. lib. III. cap. 15. ex quo patet, novam non esse de philosophorum vitiis querelam. Idem multis ex locis veterum probari queat. Diodorus in Excerpt. Peiresc. pag. 234. Τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων τοὺς πλείστους ἰδεῖν ἔστι λέγοντας μὲν τὰ κάλλιστα, πράττοντας δὲ τὰ χείριστα, καὶ τὴν ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις αὐτῶν σεμνότητα καὶ σύνεσιν διὰ τῆς πείρας ἐλεγχομένην. Quinctilianus Inst. Orat. lib. I. Prooem. *Non enim virtute ac studiis, ut haberentur philosophi, laborabant; sed vultum et tristitiam, et dissentientem a céteris habitum pessimis moribus praetendebant*. In eandem mentem passim Seneca. Vide sis Epist. XX aliosque locos, quos indicat V. C. Joan. Clericus Proleg. ad Hist. Eccles. Sect. II. cap. VII, 13. quibus adde Lucianum cum alibi, tum Rev. Tom. I. pag. 407. seqq. et in Icaromenippo Tom. II. pag. 202, 208, 209. *D.*

pugnet oratio] Commode confert Kühnerus Cic. de Finn. II. 25. extr. *Ita enim vivunt, ut eorum vita refellatur oratio*. — Gud. 2. omittit *pugnet*. Verb. in marg. ex MS., nescio quo, *repugnet*. Unus Ox. *ratio*; alius omittit *quod*. Gud. 2. pergit *quod videtur mihi quidem*. Omittit Gud. *videtur*, Rehd. *esse*, cum uno Ox. *Mr.*

ut enim, si grammaticum se professus quispiam] Cod. Marb. *Et*, superscripto *ut*. Unus Ox. omittit *si*, cuius loco Mon. 1. habet *se*, eamque voculam omittit ante *professus*. Duisb. exhibet *se quispiam grammaticum professus*. Jo. Valensis omittit *quispiam*: idem post *barbare loquatur* pergit: aut, *qui vult se musicum haberi, absurde canat; sic turpior fit, qui in officio, cuius vult esse magister, labitur, artemque vitae professus declinat in vita*. Post haec de suo addit: „Reprehensibile ergo fuit apud philosophos profiteri vitam philosophicam et non vivere secundum eam." Unus Ox. habet *sese* pro *se*. Vind. 1. *loquitur* pro *loquatur*. Unus Ox. *ab urbe* pro *absurde*. *Absurde* proprie de sono dici monet Bremius ad Cic. de Fato 3. p. 17. (unharmonisch.) Unus Ox. Gud. 2. et Rehd. omittunt *is*. *Mr.*

qui se haberi velit musicum] Eadem constructio est supra 3, 7:

beri velit musicum, hoc turpior sit, quod in eo ipso peccet, cuius profitetur scientiam: sic philosophus in vitae ratione peccans, hoc turpior est; quod in officio, cuius magister esse vult, labitur, artemque vitae professus delinquit in vita.

A. Nonne verendum est igitur, si est ita ut dicis, ne philosophiam falsa gloria exornes? Quod est enim maius argumentum, nihil eam prodesse, quam quosdam perfectos

---

qui se philosophos appellari volunt; quam propriam ait esse orationis pedestris Latinae FAWolfius in scholis: si vero quis scribat *volo haberi musicus*, eum Graecorum potius more scribere. Ceterum mox ipse Cicero: *cuius magister esse vult*, non: *cuius se magistrum esse vult*. — Gud. habet: *qui haberi velit se*. Reisk. ex Edd. Ven. 1. 2. Med. 1. 2. enotavit: *qui se velit habere musicum*, et sic Ven. nostr. P. A. B. C.; ex Junt. Scur. Petit. (i. e. Asc. 1.) *qui se velit haberi mus.* et sic E. Asc. 1. 2. HWolf.; ex Ald. Steph. *qui se haberi musicum velit*. *Mr.*

hoc turpior sit] Billerb. in utraque Ed., nescio unde, *fit*, ut perperam scripsisse Jo. Valensem diximus. Unus Ox. habet *fiat*, Rehd. *est*. Post *eo* duo Oxx. omittunt *ipso*. Ad v. *cuius profitetur scientiam*, Ernestus: „Rectius sit *profiteatur*:“ ipseque suam emendationem recepit, quod post eum fecerunt Bip. Schz. Nobb. librorum auctoritatem parum curantes. Pro *scientiam* Cod. Rehd. cum uno Ox. male *sapientiam*; peius etiam Cod. nescio qui, in marg. Verb. et *sententiam*. Cod. Marb. *sicut* pro *sic*. *Mr.*

in vitae ratione] Ita Codd. Bentleii, Reg. Vind. 1. Marb. Gud. 1. 2. Aug. Duisb. Gud. Edd. Dav. Or. Tbn. Reliqui *in ratione vitae*. Post *peccans* Cod. Gud. omittit *hoc*. Gud. 2. habet *turpior fit*. Unus Ox. omittit *est*. In fine capitis unus Ox. *dereliquit* pro *delinquit*. *Mr.*

c. 5. *Nonne verendum est igitur*,] Plurimae Edd. vett. omittunt *est*: recepi vero verbum cum Dav., FAWolfio, Koel. Schz. Or. ex Codd. Reg. omnibus Bentl. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Duisb. Gud. Bern. Vind. 1. Marb. et quinque Oxx. Quod *igitur* h. l. quarto loco sit positum, id raro fieri monet Wolfius in scholis. Cui Or. tertium hunc esse locum respondet, quia *verendum 'st* a veteribus enunciatum idque pro uno vocabulo habitum sit. Re vera autem quinto loco ponitur supra I. 34. 82. *Ne in animo quidem igitur*: ubi vid. annot. nostr. In seqq. scribitur *si est ista* in Cod. Aug.; *ita* omittitur in Cod. Gud. Unus Ox. habet *ut* pro *ne*. Alius omittit verba *Quod est — vivere?* Cod. Marb. habet *quod enim maius est*; Gud. 1. *est* nonnisi supra lineam habet. De sede vocis *enim* vid. Otto in Excursu I. ad Cic. Cat. maj. p. 222 — 224. Gud. 2. habet *falsam* pro *falsa*. Agnoscis emendatorem. *Mr.*

quam quosdam perfectos philosophos] „Ohe, si *perfecti* et τέλειοι, certe non ita offendunt, ut turpitudine vitae nobiles fiant publice. Stultitiam huius orationis exigit MS. Pal. sec. redhibendo *professos*. *Professi philosophi*, qui Afranio *philosopha sententia, ignava opera* dicti: apud Gellium item alteri *Mortualia glossaria* [Gell. 18, 7: *vos philosophi mera estis, ut M. Cato ait, mortuaria glossaria*:], cum quorum vita mirabiliter pugnat oratio, ut modo Cicero dixit, qui et eisdem iactationem, levitatem, ostentationem exprobrat. Apuleius Floridis: *disciplinae regulam tam ad bene dicendum, quam ad bene vivendum repertam male dicendo et similiter vivendo contamina-*

13 philosophos turpiter vivere? M. Nullum vero id quidem argumentum est. Nam ut agri non omnes frugiferi sunt, qui coluntur, falsumque illud Attii,

---

rent. Seneca lib. II. de Benef. c. 29: *vide quam iniqui sint divinorum munerum aestimatores etiam quidam professi sapientiam. Gebhard.* in Crepund. III. 3. p. 469. In ann. ad h. l. idem sentit Gebhardus, „sed, ait, quia nullus praeterea testis succederet, timidus fui hoc in lectionem ducere." „Multis Gebhardi *professos* oppugnat Bentleius in Emendationibus [q. v. ad calcem operis] et tuetur vulgatum *perfectos.* Nil mallem, quam aliquem codicem reperiri, qui nobis exhiberet *professos philosophiam.* Id esset certe optimum." *Verburg.* Recte Verburgius: sed eam lectionem nullus exhibet liber. Gud. omittit omnia: *quam quosdam — argumentum est.* Marb. omittit *perfectos,* facillima certe medela: qua opus non est; Aug. et duo Oxx. cum Pal. sec. habent *professos.* In Bentleii sane sententia acquiescendum. Unus Cod. Ox. omittit *philosophos. Mr.*

Nullum vero id quidem argumentum est] De ea quae hic obtinet significatione v. *nullum* v. Doederlein: Lat. Synon. u. Etymol. I. p. 56. *Vero* ponitur pro *re vera, sane, profecto,* ut saepius apud Ciceronem in responsis; vid. quae monuimus ad I. 11. 24. In Codd. Gud. 2. Marb. est: *Nullum quidem vero id.* Rehd. omittit *quidem.* Duo Oxx. omittunt *id;* mox alius *ut* et *non;* Gud. 2. habet: *agri ut non.* Aug. *omnes frugiferi non sunt:* pergunt tres Codd. *qui incoluntur,* unus *qui incolunt. Mr.*

falsumque illud ac improbe Etsi in] „Prior versus constare non poterit, nisi efficiatur hiatus in primo pede: quin etiam *suapte* accipiendum est ut disyllabum." *Comm. Anonym. ap. Leod. a Qu.* „Videtur legendum: *Etsi segetem sunt in deteriorem datae Fruges* — alioqui versus claudicabit." *Lambinus.* „Etsi non me fugit minime hoc Ciceroni usitatum, ut copulam *ac* praeponat vocibus a vocali incipientibus, ac duriuscule id usurpari; movet me tamen librorum MSS. auctoritas, quibuscum consentiunt vulgati omnes, Aldi, Victor. Manut. in quibus ita scriptum invenitur. Lambinus: *falsoque illud et improbe.*" *Brutus.* „Latere hic aliquid vitii primum ostendit prior versus, qui vix satis numeris suis constat, nisi aut ultima vocalis in *etsi* non elidatur, aut ita legamus: *Etsi segetem sunt in deteriorem datae,* quomodo olim, auctore me, edidit Manutius et post eum alii. Sed postea ipsi mihi diligentius cogitanti visa est mutatio illa vitium occultasse potius, quam sustulisse. Neque enim satis cohaerent haec *Falsum et improbe.* Itaque alii ediderunt: *Falsoque illud et improbe.* Ego autem falsam quidem esse sententiam illam video, improbitatis nullam in ea significationem reperire possum. In vetere libro, quem habeo, ita legitur: *Falsumque illud at improbae.* Ex qua depravata scriptura coniecturam feci, ita legendum esse: *Falsumque illud Attii,*

Probae etsi in segetem sunt deteriorem datae
Fruges, tamen ipsae suapte natura enitent:

ut Cicero et poetam nominaverit, qui id dixerat, et praecepta philosophiae non simpliciter cum seminibus, sed cum probis et lectis seminibus compararit." *Muretus* V. L. XVI, 20. p. 408 sq. Lambinianam scriptionem habet etiam Schottus in Nodis Ciceron. I. 8. p. 286: qui ibi *segetem* poni ait pro *agro* et *campo.* Gebhardus se nihil ausum esse ait mutare sine libris: laudat tamen Lambinianum *et* et Mureti emendationem. Davisius in Ed. I. in versu priore Lambinianum ver-

Probae etsi in segetem sunt deteriorem datae

n ordinem recepit. Bouhierius Mureti emendationem unice pro-
Mr.

Falsumque illud ac improbe, Etsi in segetem] Sic Mssti. quod cum male Latine diceretur, Lambinus emendandum putavit *falsoque illud ac improbe.* Sed gravius latet mendum, feliciter, ut opinor, a Mureto sublatum; nam cum liber eius daret *falsumque illud at improbae,* vir ille doctissimus Var. Lect. lib. XVI. cap. 20. reponit *falsumque illud Attii,* vel *Accii,*

Probae etsi in segetem etc.

Haec autem correctio, licet elegans et acuta videatur, nihilo tamen minus nonnullis habetur reiicula; nam qui sequuntur versiculi non Accium patrem, sed Euripidem vindicant, si modo scopum tetigit Hier. Columna Frag. Enn. pag. 248. illos ex hisce Euripideis Hec. vs. 592. versos existimans:

— *Οὔκουν δεινόν, εἰ γῆ μὲν κακή,*
Τυχοῦσα καιροῦ θεόθεν, εὖ στάχυν φέρει.

Hominem nobilissimum sequitur eruditissimus G. J. Vossius ad fragm. Tragic. pag. 31. At, ne versuum Euripideorum mentem prorsus esse contrariam memorem, omnia sunt incerta. Demus enim Hecubes esse verba: Hecuben etiam Accii Tragoediam laudat Priscianus lib. VI. col. 716. et quamvis ex Euripide non esset translata nec ipsa discreparet immane quantum sententia; facile tamen fieri potuit, ut Accio eandem fabulam tractanti similis obversaretur *ἔννοια.* Non igitur exsibilandam puto Mureti coniecturam. *D.*

Falsumque illud Accii, Probae etsi etc.] „Ita ingeniose Muretus e vestigiis libri veteris, in quo, ut et in duobus regiis, scribitur *falsumque illud ac improbae, etsi* etc. nullo sensu.“ *Lallemannus.* „Eleganter Bentleius correxit: *Falsumque illud Accii*: nam improbi hic nihil est.“ *Ernestus.* Ex qua egregia scilicet annotatione discere licet, primum, Ernestum Bentleii annotationem, qui Mureto eam emendationem tribuit, non accurate inspexisse, deinde eum dimidium tantum emendationis excerpsisse, reliquum neglexisse. Nissenio l. c. p. 43 sq. Accius nec falsus esse nec Marco repugnare visus est. „Nam, ait, uti fruges probae, etsi in deteriorem agrum datae sint, sua natura enitent; sic philosophia, quamvis turpiter philosophi vivant, sua natura illustratur ac nobilitatur. Quare an legendum sit *salsumque,* doctiores iudicent.“ Fere ego insulsam dixerim hanc coniecturam: quid enim salsi in Attii verbis? Ceterum nec nostri libri a reliquorum Codicum scriptione discedunt in re primaria: in secundariis aliquid varietatis est. Unus Ox. habet *falsum,* omisso *que*: HWolf. *falsoque; ac improbe* habent Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Gud. Duisb. omnes Oxx. Mon. 1. 2. Bern. Edd. vett. omnes. Margo Lamb. *falsoque illud atque improbe.* Cod. Rehd. et Ed. vet. Bouhierii *improbum.* Post *etsi* in Cod. Duisb. inseritur *non.* Fr. Fabric. refert in posterioribus P. Manutii Edd. *in* repositum esse post *sunt.* Unus Ox. habet *sicut* pro *sunt.* Solus Vind. 1. habet locum interpolatum: *falsumque est et improbe dictum,* ubi agnoscis irritum emendandi periculum. Duisb. habet *deteriorem sunt:* et ita etiam Rehd. in quo est *dati* pro *datae,* et in versu seq. *suapte ipsae.* Gud. 2. omittit *natura.* Pergit Aug. *emittent,* et MS. in marg. Verb. *nituntur* pro *enitent.* Mureti emendationem post Dav. primus recepit FAWolf. eumque secuti sunt Editores insequentes. *Mr.*

In segetem] Seges ipsam terram hic denotat. Tibullus lib. I. Eleg. III, 61.

Fruges, tamen ipsae sudpte natura énitent:
sic animi non omnes culti fructum ferunt. Atque, ut in eodem simili verser, ut ager, quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest; sic sine doctrina animus: ita est utraque res sine altera debilis. Cultura autem animi

---

Fert cassiam non culta seges —
Virgilius Georg. I, 47.
Illa seges *demum votis respondet avari*
Agricolae, bis quae solem, bis frigora sensit.
Ibi vide Servium, ut et ad Aen. III, 142. VII, 526. Festus: *Seges dicitur — aliquando etiam solum ipsum, quod nec aratum est nec consitum.* Hoc ex allatis patet, quibus adde quae congessit Cl. Salmasius Exerc. Plin. pag. 366. ed. Paris. *D.*

suapte natura enitent:] Quintil. in II. sic refert: *Terrae nullam fertilitatem habenti nihil optimus agricola profuerit: e terra ubere aliquid etiam nullo colente nascetur: at in solo fecundo plus cultor, quam ipsa per se bonitas soli efficiet.* — *Segetem* dici ait Varro *quod aratum, sed necdum satum est.* Prisci deam colebant Segetiam, ut laetas faceret segetes." *Beroaldus.* „*Suapte natura enitent* i. e. sua vi crescunt, etiamsi non iuventur solo." *Leodegar.* Cod. Reg. habet *fructu.* Verba *sic animi — ferunt* in Ed. HWolfii et Mureti Varr. Lectt. l. c. ut versus expressa sunt. Unus Ox. habet *autem* pro *animi.* Pro *ferunt* Ed. Junt. *ferent.* Cod. Gud. 2. *ferunt* nonnisi ex correctione additum habet. *Mr.*

Atque ut in eodem simili verser] Unus Ox. *atqui* pro *atque*: alius cum Ed. P. omittit *ut.* Nomen *simile* Substantivi vices gerit, ut vides ex addito *eodem*: est i. q. ὁμοίωσις, ut de Or. II. 78. 316: *eos ipsos, unde hoc simile ducat.* De Finn. III. 16. 54: *atque etiam ab his — hoc simile ponitur.* Quem vero laudat recentissimus editor locum c. 2, 5: *oratorum laus ducta ab humili venit ad summum,* eius paullo alia est ratio. *Mr.*

sic sine doctrina animus] „Legendum arbitror libris omnibus invitis *si nec sine doctrina animi.*" *Lambinus.* Ita scriptum est in Ed. Lamb. Argentorat. 1580. Sed in Ed. Goth. dicitur Lambinum correxisse: *sicut nec sine doctrina animus,* alios: *si nec sine doctrina animus.* Fr. Fabr., sine dubio contra Lambinum disputans, „In verbis, ait, *sic sine doctrina animus,* quum sit intelligendum *fructuosus esse non potest,* cur *nec* addatur, nulla causa est. In recentissima denique Lambinianarum emendationum editione e Kleinio curata (Confluent. 1830. 8.) p. 465: scribitur Lambinum emendasse *sic nec sine doctrina animi:* et reprehenditur ibidem Gothofredi falsa de Lambini emendatione relatio. Orellius *nec* post *sic* addi refert in emendationibus a Lambino, lectionem *animi* omisit. Et haec quidem tota emendatio, quamquam necessaria non est, Lambiniana tamen elegantia non destituitur. Verb. lectionem *sic nec* Codici MS., nescio cui, tribuit. Perperam ille, sine dubio, ut haud pauca. *Mr.*

Ita est utraque res una sine altera debilis] „Sic Horat. Epist. ad Pison. [411.] de natura et arte: *alterius sic Altera poscit opem res, et coniurat amice.* Non est autem celandus lector, vocem *una* nullo in libro MS. e nostris multis comparere: quo fit, ut putem esse delendam. Et vero supervacanea est." *Lambinus.* „In Gryphii libro vox *una* abest, minime illa quidem hoc loco necessaria: quemadmodum abest etiam in Victorii editione; ut mecum agi praeclare putem, qui in exemplar inciderim, ubique fere semper iudicio doctissimi hominis congruens, cui in scriptis Ciceronis emendandis, praeter ingenium,

philosophia est: haec extrahit vitia radicitus, et praeparat animos ad satus accipiendos, eaque mandat iis, et, ut ita dicam, serit, quae adulta fructus uberrimos ferant. Agamus igitur, ut coepimus. Dic, si vis, de quo disputari velis. A. Dolorem existimo maximum malorum omnium. M. 14 Etiamne maius, quam dedecus? A. Non audeo id dicere quidem, et me pudet tam cito de sententia esse deiectum.

---

quod habet a natura acerrimum, optima exemplaria et antiquissima a studio et sollertia suppeditentur." *Brutus.* Codd. Gud. Duisb. *itaque:* posterior *res utraque. Mr.*

Utraque res sine altera] „Eieci illud *una* ante [voluit *post*] *res* consensu vett. Codd. Pall. pr. tert. quart. quint. Pith. Fab. denique ex edit. Victorii. Vatic." *Gebhard.* Omittunt *una* Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. quinque Oxx. Bern. Edd. C. V. Rob. Steph. Brut. Leod. Sylb. et omnes post Gebh. Merito. Additum est videlicet *una* a glossatore, qui non recte intelligeret vocem *utraque*, et *utraque res* nihil aliud esse existimaret quam *ambae res. Mr.*

Cultura autem animi philosophia est] „Infra III. 3. 6: *Est profecto animi medicina philosophia.* Plutarch. T. II. p. 1000. C: *οὐ γὰρ σώματος ἡ Σωκράτους ἰατρεία, ψυχῆς δὲ ἦν ὑπούλου καὶ διεφθαρμένης καθαρμός.* ad quem locum v. Wyttenbach. in Bibl. Crit. III. 1. p. 29." *Schuck.*

Haec extrahit vitia radicitus] Pro *haec* est *quae* in Edd. vett. idque habere dicunt etiam Lambinum Olivetus et Orellius. Sed in marg. Goth. et Lambb. ille habere dicitur *haec.* Ex nostris prima habet *haec* Ed. Gebh. ubi haec est annotatio: „Ita *Lambinus* faventibus Fab. MSS. Suffrid. Vatic. Ulrich. Pall. quart. quint.; tres priores *haec autem extrahit:* vulgo: *quae extrahit.*" Nullus Cod. MS. habet *quae*, omnes, qui ad manum sunt, *haec. Autem* addunt Codd. Mon. 1. 2. Aug. et tres Oxx. Habet etiam *haec* Jo. Valensis l. c. p. 175. a. ubi hic locus ita scribitur: *Haec extrahit vitia radicitus et praeparat ad fructus suscipiendos, atque, ut ita dicam, serit, quae adulta uberrimos fructus ferent.* — De significatione v. *satus*, quae pro ipso *semine* ponitur vel pro *sementi*, loquitur Menken. in Obss. L. L. p. 194. Codd. Rehd. Vind. 1. (hic ex corr.) unus Ox. *sata accipienda*; unus Ox. *satus recipiendos. Mr.*

eaque mandat iis,] Septem Codd. Gebh. Gud. 1. 2. Aug. *mundat*; Duisb. *hiis mundat*; Gud. et unus Ox. *inundat.* Commode laudat Billerb. Columellam I. 7. extr. *mandare semen terrae.* Proxime *ita* omittit Cod. Mon. 1. Unus Ox. pro *adulta* habet *ad culta.* Pro *iis* Cod. Aug. *vitiis.* Pro *ferant* duo Oxx. et Mon. 1. 2. *ferunt.* Verba *Agamus — coepimus* in uno Ox. et Edd. S. E. Auditori adscribuntur. Unus Ox. post *Dic* additum habet *quaeso.* Post *si vis* Gud. 2. pergit *ūn* (*unde*) pro *de quo.* Quatuor Oxx. et Vind. 1. habent *disputare.* Mox duo Oxx. *ego existimo*; unus *aestimo:* alius *etiam* pro *etiamne.* Gud. 2. *dolorum* pro *malorum*, sed *ma* supra lineam. Aug. *maius est.* Gud. 2. *etiam nec maius.* Gud. 1. *quam decus:* quae scriptio orta est ex DEcvs i. e. *dedecus.* Verba *tam cito — si in* desunt in Cod. Gud. Ad v. *de sententia esse deiectum* recte ait Bill. formulam esse gladiatoriam, qui, si suo loco se sustinere non poterant contra adversarios, *de gradu* v. *de statu deiecti* dicebantur: cf. Orat. 37. Or. pro Caecin. 15. Add. ad Att. XVI. 15. de Off. I. 23. 80. Ruhnk. ad Rut. Lup. p. 168. Cod. Gud. 2. *de sent. tam cito esse deiectum. Mr.*

Magis esset pudendum] De constructione vid. Gernhard. ad Cic.

M. Magis esset pudendum, si in sententia permaneres. Quid enim minus est dignum, quam tibi peius quicquam videri dedecore, flagitio, turpitudine? quae ut effugias, quis est non modo recusandus, sed non ultro appetendus, subeundus,

---

Lael. VII. 25. p. 62. Cod. Ox. unus et Mon. I. habent *Magis etiam esset;* non male, sed ex glossa. Gud. I. *esse.* Glossam habet etiam ed. P. haud absurdam: *in ea sententia. Mr.*

Quid enim minus est dignum] Dedit Lamb. et post eum Fr. Fabr. *est te dignum*: nimirum ne persona desit, qua aliquid indignum esse dicatur. Contra quem Wopkensius l. c. p. 57. [80. Hand.] „absque causa, ait, Lambinus, ut ego arbitror, pronomen *te* inculcat, quum sic absolute aliquando veniat nomen *dignum*: ut e. g. Seneca de Ira I. c. 12: *illud pulcrum dignumque, parentibus prodire — defensorem.* Sic lib. II. 13. et alibi. Plaut. Mil. III. 1. 128: *Huic homini dignum est divitias esse et diu vitam dari*: ubi *dignum est* iure merito exposuit Pareus *fas est.* Vid. quoque in Merc. I. 2. 22.“ Ad quae Handius: „De usu absoluto verbi *dignus* vid. Bentlej. ad Horat. Serm. II. 1. 85. Gierig. ad Ovid. Fast. I. 401.“ Add. J. F. Gronov. ad Cic. Philipp. III. 9. cuius sententiae adstipulatur Schützius in Lex. Cic. II. 2. p. 103—105. Ad nostrum vero locum tenendum, negativâ formâ generis neutrius, saepissime ab optimis scriptoribus ipsoque Cicerone dici, *esse aliquid indignum*, neque addi hominem vel rem, quo quave indignum sit. Scribitur igitur hoc loco: *Quid minus est dignum* pro *quid magis est indignum* v. *quid indignius!* Omittitur *quicquam* in uno Ox. Inverso ordine ponitur *quidquam peius* in Edd. vett. fere omnibus: nostro in Codd. omnibus et Edd. V. Rob. Steph. Leod. Gebh. et sequentibus. Mox Cod. Gud. *et flagitio et turpitudine*, quod πολυσύνδετον ab hoc loco est alienum. *Mr.*

non modo recusandus, sed non ultro] „Haec collocatio alterius negationis est quoque in manu scripto, quam vulgati sic habent: *non modo non recusandus sed ultro appetendus.*“ *Fr. Fabric.* „Legendum ex antiquo: *sed etiam non ultro appetendus* [nimirum praecedente *non modo non rec.*] Petrus tamen Ciacconus: *quivis est non modo non rec.* putat legendum, sine interrogationis nota.“ *Ursinus.* „Lambino placuit: [*non modo non recusandus,*] *sed non ultro appetendus*, firmantque Pithoeanus, quinque Pall. mss. Suffridi. Vulgo *non* neglexerant.“ *Gebhard.* Ita Lambinum habere scriptum est quoque in marg. Lambb. et Goth. Sed non attenderunt hi Lambinum *non* omisisse ante *recusandus*, quod diserte referunt Oliv. et Orell. Cum Gebhardo ter posuerunt *non* Edd. Gron. Oliv. Verb. Ern. Alt. Nobb. Tbn. *Mr.*

Non modo recusandus] Vulgo, *non modo* non *recusandus*, contra quam iubent Mssti. Eorum sane fidem sequi non dubitavimus, cum posteriorem particulam negantem non raro praetermitti constet. Noster supra lib. I. cap. 36. *Mortuorum autem* non modo *vitae commodis, sed ne vita quidem ipsa quisquam caret.* Iustinus lib. XI. cap. 8. *Interclusa voce,* non *spes* modo *remedii, sed nec dilatio periculi inveniretur.* Hirtius lib. VIII. B. G. cap. 33. *Effugere* non modo *equitatum, sed ne legiones quidem possint*: ubi D. Vossius frustra reposuit *non modo* non *equitatum*, prout ibi multis ostendimus. Vide et M. A. Muretum Var. Lect. lib. X. cap. 7. Porro verba, quae his adhaerent, laudat Charisius lib. II. col. 189. Sed huiusce Grammatici Codices e nostro sunt emendandi. *D.*

Non modo non recusandus] „Ita unus Cod. Leid. Altera negatio abest a duobus reliquis et a mea veteri editione.“ *Bouhier.* „Al-

excipiendus dolor? A. Ita prorsus existimo. Quare ne sit sane summum malum dolor; malum certe est. M. Videsne igitur, quantum, breviter admonitus, de doloris terrore de- p. 178. a.

terum *non* in MSS. non reperit Dav. nec est in Guelf. itaque delevit. Exempla ab ipso prolata non sunt huic similia, in quibus omnibus sequitur *ne quidem*; cuiusmodi v. et in Clav. sunt et alia. Sed huic simile nondum reperi. igitur *non* hic relinquendum puto." *Ernestus.* Habent lectionem, quam vulgatam appellat Dav., Gebhardus eiusque, quos dixi, sectatores. *Non modo non recus. sed ultro app.* est in Edd. P. A. B. S. E. C. V. M. nostrisque et Reiskii vett. omnibus exceptis Brut. et Sylb. quae habent, ut edidit Gebh., Fr. Fabr. quae cum Lamb. facit, et Asc. 1. quae post *ultro* addit *non*. Lallemannus cum vett. plurimis facit. Sex Oxx. omittunt *non* post *modo*, tres alii non habent *non* post *sed*, unus cum Asc. 1. *non* positum habet post *ultro*. Cum Dav. habent *non modo rec. sed non ultro* Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Bern. Edd. FAWolf. Koel. Schz. Or. In Codd. Duisb. Marb. Vind. 2. Mon. 1. 2. est ut edidit Gebh. In Cod. Rehd. est ut in Asc. 1.; Gud. omittit *ultro*; Vind. 1. habet *sed etiam non* (cum Cod. Urs.) Aug. omittit *est* post *quis*. Idem habet *excipiendusque dolor*, Gud. 2. *Excipiendus iam dolor*; unus Ox. *accipiendus*. De constructione *non modo — sed non* (quae ponitur h. l. pro *non modo non — sed adeo non*) vid. Stallb. ad Ruddim. II. p. 361. nos ad de N. D. p. 631 sq. supra ad I. 36, 87. Add. Ramshorn. Lat. Gramm. p. 535. qui hanc ipsam nostro loco lectionem probat, et quae in medium contulit Rosenheyn. in Seebodii Archiv. II. 2. p. 86. Meyer. ad Cic. Orat. 2. 5. p. 4. *Mr.*

Quare ne sit sane summum malum dolor] Scribitur *M. Quare non sit* in uno Ox. Rehd. Edd. P. A. B. C. Ven. nostr. Junt. Asc. 1. 2. (sed haec in marg. MS. habet *ne*) ex Reiskianis Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Videlicet non intellexerunt librarii *ne sit* poni pro *fac non esse, concedo non esse, etiamsi non sit:* de quo usu vid. Doeleckii Deutsch. Lat. Gramm. p. 283. Ramshorn. Lat. Gramm. p. 596. coll. p. 416. Ducker. ad Liv. XXXI. 7. p. 451 sq. ed. Drakenb. Stuttg. T. IX. p. 451. Exemplum e Cicerone habes Orat. 29. 101: *Nemo is, inquies, unquam fuerit. Ne fuerit. Ego enim* etc. Neque oblitus est huius constructionis Tursellinus de Particulis p. 501. ed. Schwarz. Non magis, quam illi homines, intellexit structuram loci Bouhierius, qui pro *quare* requirebat *tamen*, vel, si emendare nolis, ex duobus Codd. ita correctum volebat locum, ut verba *Quare ne — dolor* Marco tribuantur, sequentia, *malum certe est*, Auditori. Sed per totum hoc caput in personarum distributione varie turbarunt librarii, quos nunc non moramur: unum tamen Ox. laudabo, qui, postquam Auditor dixit *Ita prorsus existimo*, Marcum interpellantem facere velle videtur eius orationem, interrogando *Quare?* cui Auditor: *ne sit sane summum malum dolor*. Vocem *sane* omittit Cod. Duisb. cum duobus Oxx. Cod. Gud. habet *summum malorum;* idem omittit *certe*. Gud. 2. habet *certe malum est*, Rehd. *malum est certe*, et sic Edd. P. A. B. C. M. L. et nostrae omnes vett. exceptis HWolf. et Leod. *Mr.*

Videsne igitur, quantum — deieceris] Unus Cod. Aug. *quam* pro *quantum*, ex perperam lecto compendio. Pro *terrore* habent *te terrore* Edd. A. S. Ven. nostr. et MS. in marg. Asc. 2; *terrore te* Ed. E. Et est hoc *te* additamentum librariorum, qui hunc verbi *deieceris* usum non recte intelligerent. Gebhardus in Crepund. III. 2. p. 468. „*Deieceris*, ait, id est *deiectus fueris*. Frustra est, qui aliter capit." Egregie scilicet. Optime FAWolfius in scholis: est paullo

15 ieceris? A. Videó plane: sed plus desidero. M. Experiar equidem: sed magna res est, animoque mihi opus est non repugnante. A. Habebis id quidem. Ut enim heri feci, sic nunc rationem, quo ea me cunque ducet, sequar.

6 M. Primum igitur de imbecillitate multorum et de variis

---

gravius dictum, quam si dixisset *detraxeris, deminueris.* Confert Orell. locum L. I. 8. 15: *Ecquid ergo intelligis, quantum mali de humana conditione deieceris?* Add. IV. 37. 80: *quum* (Socrates) *illa sibi* (vitia) *insita, sed ratione a se deiecta diceret:* et, qui plures laudantur, loci in Ed. Forcellini Germ. T. II. p. 31. a. *Mr.*

Experiar equidem] Unus Ox., a correctore, sine dubio, *id quidem.* In seqq. Rehd. omittit *opus.* Pro *habebis* Cod. Vind. 2. *habes.* Pergit Mon. 1. *ut quidem.* Duo Oxx. et Rehd. omittunt *enim.* Gud. 2. eius loco habet *mihi.* Duisb. in seqq. *rationem nunc.* Marg. Crat. *orationem* pro *rationem. Mr.*

quo ea me cunque ducet] Cod. Mon. 1. habet *quo ea me quocunque ducet:* sed prius *quo* punctis, quasi delendum sit, notatum est. In marg. Asc. nostrae 2. adscriptum est: „Nota τριῶν pronominis." Laudat Or. ad Wolfii scholas Or. pro Sext. 31. 68: *quod iudicium cunque.* Add. nos ad Cic. de Div. II. 3. 7. p. 302. et nunc Kritz. ad Sall. Cat. 5. 3. p. 28. O. M. Müller. in Cur. Sec. ad Or. pro Sest. p. 76. *Mr.*

c. 6. *Primum igitur* etc.] Verba *primum — loquar* desunt in Cod. Gud. 2. *Mr.*

Et e variis] Vulgo *et* de *variis.* Sed perplacet emendatio Bentleiana, quam recepi. *D.*

de imbecillitate multorum et de variis disciplinis philosophorum] „Non vult loqui Cicero de multitudinis opinionibus, quas plane contemnebat; quare v. *multorum* alieno mihi loco posita ita reponenda videtur: *de imbecillitate et de variis disciplinis multorum philosophorum loquar.*" *Bouhierius.* „Inepte Bouh. cum sic aut *variis* aut *multorum* redundet. De multorum imbecillitate agitur a §. 19." *Nissen.* „Bentleius malebat *et e variis disc.* quod recepit Davisius. Sed vulgata sic intelligenda: de imbecillitate multorum philosophorum eorumque variis disciplinis." *Schützius.* FAWolfius *multorum* et *disciplinis* distinxit, ut sit sententia (*quam in vulgata nullam esse* ait in scholis): *multorum philosophorum, et qui variarum quidem sunt sectarum sectatores:* videlicet eadem sententia, quam emendatione volebat efficere Bentleius. Idque factum probabat fecitque, eodem modo distinguens, Or. Sensus est, ait, *de imbecillitate philosophorum multorum, qui praeterea variis disciplinis addicti erant.* Contra quem Kühnerus Schützii explicationem praefert, vel potius, ut suam, profert, addens: Orellii Wolfiique ratio probari mihi non potest ideo, quod tum *de* bis positum diversam sententiam haberet. Or. vero recte, ut mihi quidem videtur, contra Schützii explicationem illud monet, et parum aptam esse sententiam, si ita balbutiat Cicero, ut primum se de imbecillitate philosophorum deinde de eorum systematis locuturum profiteatur, et revera eum de his quidem non loqui, sed de multorum philosophorum, et quidem *de* (i. e. *e*) variis disciplinis, imbecillitate: *multos et varios* esse dictum ut Graecorum πολλοὶ καὶ παντοῖοι, pro *multos eosque varios,* vel potius *multos et de variis disciplinis philosophos* pro: *multos eosque variarum disciplinarum philosophos.* Additum igitur illud *et* ita esse latinum, ut, *si* scriptum esset: *de imbecillitate multorum de variis disciplinis philosophorum.*

disciplinis philosophorum loquar: quorum princeps et auctoritate et antiquitate Socraticus Aristippus non dubitavit summum malum dolorem dicere. Deinde ad hanc enervatam muliebremque sententiam satis docilem se Epicurus praebuit. Hunc post Rhodius Hieronymus, vacare dolore summum bonum dixit: tantum in dolore duxit mali. Ceteri, praeter Zenonem, Aristonem, Pyrrhonem, idem fere, quod

---

quo nemo fortasse offensus fuisset, nisi qui ambiguitatem duplicis particulae *de* usus non ferret, facillime ferendam ut, inquam, omisso *et* minus latina esse videretur. Cum qua ego sententia ita facio, ut Wolfianam tamen distinctionem recipiendam non censuerim. ***Disciplinae*** h. l. sunt quas Graeci dicunt *αἱρέσεις*. De quibus accuratius disputat ad h. l. Camerarius, cuius annotationem paullo longiorem in Excursum ad h. l. reiecimus, cui adiungere visum est, quod de philosophis, qui proxime nominantur, monere lectores voluimus. Ceterum scribitur in Cod. Duisb. ***philosophorum disciplinis***, Vind. 1. habet ***loquar philosophorum:*** utriusque libri corrector verborum ordinem ei sententiae accommodare studuit, quam loco inesse existimabat. *Mr.*

et auctoritate et antiquitate] Codd. Duisb. (in quo est etiam ***Ariet. Socr.***) Gud. Rehd. ***et antiquitate et auctoritate.*** Gud. 2. ***quorum princeps Aristippus Socraticus et auctorit. et antiq. non dubitavit.*** Cod. Aug. ***socraticus et Aristippus.*** Gud. 1. ***Aristiphus.*** Mox Edd. vett. plurimae ***dolorem summum malum.*** Sed Codd. nostrum habent ordinem, itemque Man. Lamb. Fr. Fabr. Ald. Sylb. Leod. Sturm. Boul. Brut. Car. Steph. Gebh. sqq. Pro ***deinde*** legitur ***dehinc*** in vett. Edd. fere omnibus: sed illud habent Codd. exceptis Vind. 2. uno Ox. et uno Pal., Edd. Man. Lamb. Fr. Fabr. Gebh. seqq. Pergunt ***enervatam ad hanc*** Edd. P. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. ex Reiskianis Ven. 1. 2. Med. 1. 2. praeter laudatas. *Mr.*

docilem se Epicurus praebuit] Cod. Marb. ***Epicurus se.*** Mon. 1. ***Epicureus.*** Pro ***Hunc post*** Lamb. ***post hunc.*** Sed Codd. tuentur illum ordinem, itemque Edd. vett. nisi quod Fr. Fabr. pro suo instituto Lambinum secutus est. Defendit nostrum ordinem eiusque plura exempla collegit Beierus ad Cic. Fragmm. Or. pro Tullio 43. p. 57. Conf. Jahn. Annall. Philoll. et Paedagogg. 1829. II. 4. p. 393. Laudat praeterea Orellius Gronov. Obss. III. 19. p. 458. Lips. [p. 605. ed. Lugd. Bat. 1662.] Ruhnk. ad Vellej. p. 374. Ceterum non admodum placebat haec praepositionis transpositio FAWolfio in scholis. Illud certum est, eam esse frequentiorem post pronomen relativum, itemque apud poëtas: sed satis firma est nostro loco librorum auctoritate et exemplis laudatis. *Mr.*

vacare dolore] Ita scripsi cum Dav. et Or. ex Cod. Reg. Reliqui habent ***dolore vacare***, nisi quod unus Ox. omittit ***dolore*** et Marb. habet ***dolorem vocare.*** Post ***bonum*** Ed. Junt. ***duxit***: duo Oxx. pro ***bonum*** habent ***malum***, unus ***dicit*** pro ***dixit.*** Mon. 1. post ***tantum*** inserit ***enim.*** Rehd. habet ***in dolorem.*** Pro ***duxit*** unus Ox. ***induxit***, alius ***duxerit***; duo ***malum*** pro ***mali***, quod est correctoris. Ad ***duxit*** intellige ***inesse.*** Pro ***Aristonem*** unus Ox. ***Haristonem***, Gud. 2. ***Aristotenem.*** Cogitabat monachus de Aristotele, sed, ad ultimam syllabam libro inspecto, religiose procudit nomen nihili. *Mr.*

Zenonem, Aristonem, Pyrrhonem] Zeno cum Stoicis eius discipulis nihil bonum nisi honestum putavit, adeoque nihil praeter vitia malum. De Pyrrhonis et Aristonis sententia dicemus ad lib. V. cap. 30. *D.*

16 modo tu: malum illud quidem, sed alia peiora. Ergo, id quod natura ipsa et quaedam generosa virtus statim respuit, ne dolorem summum malum diceres, oppositoque dedecore

---

idem fere,] Has duas voces omittit Cod. Gud. Pergunt duo Oxx. Mon. 1. Edd. a Reiskio collatae Ven. 1. 2. Med. 1. 2. J. Junt. Asc. 1. 2. Ven. nostr. P. A. B. E. C. V.: *A. Quomodo tu? M. malum illud quidem.* Habent praeterea *quomodo tu* duo Oxx. Marb. Vind. 1. Mon. 2. Gud. 1. 2. Aug. Gebhardiani. Causam erroris facile est intelligere. Gud. 2. ante *tu* addit *et.* Duo Oxx. habent *id* pro *illud.* Rehd. eam vocem plane omittit. De elegantia, quae inest in eius pronominis usu ante *quidem*, non est, quod loquar; vid. modo nos ad Cic. de Rep. II. 11. p. 239. ibiq. laud. Beier. ad Cic. de Off. II. 6. 22. p. 44. *Mr.*

Ergo, id quod natura etc.] Cod. Marb. *erga.* Gud. *ego.* Duisb. omittit *id.* Vides correctorem, qui, cum videret nullum esse verbum, quo *id* referatur (nimirum si scribas *id, quod* —), corrigere malebat Ciceronem, quam ferre orationem *ἀναχόλουθον.* Alia indidem nata sunt emendandi pericula. Bentleianum vide ad calcem huius Ed., idque recepit Dav. in Ed. 2. Contra eum Wopkensius l. c. p. 57. (p. 80 sq. Handii) quamvis, ait, sic tollatur nescio quid illud soloecismi, duriuscule tamen dicitur id, quod a natura et virtute respuatur, permanere in magistra vitae philosophia: neque etiam illud esse inusitatum, ut suspendatur orationis constructio, exitumque analogiae congruum non reperiat. Ad quae verissime monet Handius, haud infrequentem quidem esse usum pronominis demonstrativi *ἀναχολουθον* sive mutata oratione. Nostro vero loco nihil esse *ἀναχολουθίας*, si pro *Ergo id, quod* scribas *Ergo, id quod* —, ut *id quod* ponatur pro simplici *quod.* Hoc si verum est, neque opus erit Bouhierii emendatione corrigentis: *Ergo, si quod — in eo* etc. *Mr.*

quaedam generosa virtus] Voce *quaedam* excusat adiectivum *generosa*, ut fecit ad Lael. IX. 29. in verbis: *generosum, ut ita dicam, ortum amicitiae:* ad quem locum v. Gernhard. p. 71. Ceterum in Codd. Aug. Vind. 1. est *generosa quaedam*, in Gud. et Mon. 1. *quaedam gloriosa.* Male. *Mr.*

Ne dolorem] Cum Eliens. sec. *esse dolorem* daret; prim. autem, tert. Reg. Med. et Bak. *ne se dolorem;* facili coniectura reponimus, *ne* esse *dolorem. D.*

ne dolorem summum malum diceres] Ita Edd. vett. fere omnes, itemque recc., excepta Dav. 2., in qua receptum est Bentleianum *ne scilicet dolorem* (cuius v. annot.) quamquam eadem, quae in tertia ed., subiecta est contextis Davisii annotatio. In prima autem Ed. haec est: „Ven. 1491. Erasm. ac plurimi MSSti *ne dolorem summum malum dicere, oppositoque dedecore sententia depellere.* Cantab. *desine dolorem.* Norvic. unus: *esse dolorem s. m. diceres, opp. ded. sententia depellitur.* alter, *ne se dol. s. m. dicere* etc. unde legendum arbitror: *ne esse dolorem s. m. diceres, opp. ded. sent. depellerere.*“ Gebhardus haec: „Pall. pr. tert. quart. quint. Pith. Ulr. *dicere* et *depellere*. primus *sententiam depellere.* Ulr. *repellere.* Lallemannus: „tres e regiis scribunt: *ne sc. dolorem* i. e. *ne scilicet dolorem.*“ Vulgatam, praeter Edd., tuentur Codd. duo Oxx. Vind. 2. Duisb.; *ne* omittunt Aug. et duo Oxx.; *se* post *ne* addunt quinque Oxx. Mon. 1. 2. Reg. Gud. 1. 2. Gud.; *non se* habet Marb.; *non si* Rehd.; Gud. habet *summum malum dolorem.* Scribitur *dicere* in quinque Oxx. Reg. Gud. 1. Aug. Mon. 1. 2. Marb. Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Crat. in iisdemque etiam *depellere*, praeter hos etiam

sententia depellerere; in eo magistra vitae philosophia tot saecula permanet? Quod huic officium, quae laus, quod decus erit tanti, quod adipisci cum dolore corporis velit, qui dolorem summum malum sibi esse persuaserit? Quam porro quis ignominiam, quam turpitudinem non pertulerit, ut effugiat dolorem, si id summum malum esse decreverit?

---

in Gud. 2. In Vind. 1. est *diceret.* Duo Oxx. omittunt *depellere.* unus habet *depelleret.* Ego, ut fatear quod est, plures etiam Edd. ab Or. collatas habere credo *dicere — depellere,* itemque Reiskianas: quamquam neuter quidquam monuit. Unus Ox. habet *de dedecore*; unus *sententiâm*; unus *sententiaque.* Ed. Fr. Fabr. *depellerer.* — *Opposito* FAWolfius in scholis explicat *comparato.* Ego dixerim Ablativos absolutos ita explicandos esse: *adeoque cum dedecus tibi opponeretur,* vel *oppositum esset.* — De forma *depellere* vid. Gahbler. in Jahnii Annall. Philoll. et Paedagg. 1829. II. p. 390. *Depellere de sententia* dixit Cic. Or. pro Ligario 9. *Mr.*

in eo magistra vitae philosophia tot saecula permanet?] In Ed. 2. Davisius ex Bentleii sententia (q. v.) deleverat *eo,* in tertia restituit. De anacolutho, quod huic loco inesse visum est, iam supra locuti sumus. Vocem *philosophia* post *permanet* (cuius loco scribitur *permaneret* in uno Ox. Cod. Mon. 1. Reiskianis Ven. 1. 2. Med. 1. 2. P. A. B. S. E. C. Junt, Asc. 1. 2. Junt.) repositam habent libri editi omnes, quos in parenthesi laudavimus, praeterea Edd. ante Gebh. Sed Codd. nobiscum faciunt. Verb. in marg. esse ait in Cod. MS. *permanat.* Post *permanet* ego cum Fr. Fabr. Vict. Rob. Steph. HWolf. et Dav. interrogandi signum posui, quod non factum esse ab Edd. improbat Fabricius. Olivetus in suam Ed. hanc Bouhierii annotationem recepit: „Totam hanc ὀῆσιν sic refingit vir magnus, qui mox honoris causa nominabitur: *Ergo, si quod natura ipsa et quaedam generosa virtus statim respuit, ne dolorem summum malum diceres... in eo magistra vitae philosophia permanet: quod huic officium* etc." Hanc suam esse sententiam ait Bouh. in Commentario gallica lingua conscripto totiusque loci hanc esse ait sententiam: „*Hé quoi! Si toute la Philosophie, qui se pique de nous enseigner l'art de bien vivre, s'accorde sur ce principe, qui révolte la nature même, et toute ame vertueuse, Que la douleur est un plus grand mal, que l'infamie; qui est-ce qui fera desormais assez de cas de l'honneur, et de la louange, pour les acheter au prix de quelques souffrances corporelles?*" *Mr.*

Quod huic officium etc.] Duo Oxx. Marb. Rehd. Aug. unus Pal. his verbis praemittunt: *Sed quaeso:* ubi agnoscis glossatorem. In Aug. est: *sed quaeso quod huic erit officium.* Gud. 2. pro *decus* habet *dedecus.* Pergit Gud. *tanti erit.* Unus Ox. *summum mali:* alius Ox. et Rehd. omittunt *sibi.* Edd. Lamb. Car. Steph. Leod. habent *esse sibi.* Gud. 2. *sibi persu. esse. Mr.*

Quam porro quis ignominiam] Rursus a glossemate incipiunt complures Codd. hanc quaestionem: est enim *contraque quam* in duobus Leidd. sex Oxx. tribus Pall. Mon. 1. 2. Marb. itemque in Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Asc. 1. 2. Reiskianis Ven. 1. 2. Med. 1. 2. nec vero *contra quam,* ut est in ann. Or. Sola Ven. nostr. habet *Contraque porro,* omisso *quam.* In uno Ox. omittuntur omnia inde a *quam* usque ad *decreverit;* alius habet *pertulit.* Rehd. *fugiat.* Vind. 1. *dolorem effugiat;* unus Ox. *non effugiat,* alius *non fugiat. Mr.*

si id summum malum esse decreverit] Duisb. omittit *esse.* Gud. habet *decrevit esse.* FAWolfius in scholis *decreverit* explicat *sibi persuaserit.* Addit Or.: *si id quasi decretum statuerit.* Recte: *de-*

Quis autem non miser, non modo tunc, quum premetur summis doloribus, si in iis est summum malum, sed etiam quum sciet id sibi posse evenire? Et quis est, cui non
17 possit? Ita fit, ut omnino nemo esse possit beatus. Metro-
b. dorus quidem perfecte eum beatum putat, *cui corpus bene*

---

cretum enim proprie dicitur de eo, quod philosophis placet, probatur. Acadd. II. 9, 27: *de suis decretis, quae philosophi vocant δόγματα.* Add. Plexiaci Lex. Philosoph. p. 228. v. *Dogma.* — Verba *quis autem — malum* desunt in uno Ox. Duo Oxx. Vind. 1. 2. habent *premitur* pro *premetur.* Unus Ox. *si nihil est.* Multi scripti et editi *in his est:* qua de re nihil addam post ea, quae posuit E. Wunder. in Jahnii Annall. V. 2. 1827. p. 141. Pergit unus Ox. *sed et,* alius *sed iam* pro *sed etiam.* Mox Duisb. *sibi id posse. Mr.*

Et quis est,] Quatuor Oxx. Gud. 1. 2. Mon. 1. Gud. *et si quis est.* Marb. *ut quis est.* Ad sententiam cf. L. Ann. Senecae et P. Syri Mimi Sententt. 144: *'Cuivis potest accidere, quod cuiquam potest':* ad quem versum vid. quae congessit J. Gruter. in notis postumis p. 124. sq. (Ed. Lugd. Bat. 1708. 8.) In Ed. Lünemanni est v. 151. Minus bene Graece vertit hanc sententiam Jos. Scaliger in Ed. Grut. laud. p. 531. (Poemat. Graec. Lugd. Bat. 1615. 12. p. 118. Paris. 1605. 8. p. 101.) *Συμβὰν ἑκάστῳ, παντὶ συμβαίη ποτέ.* — Formulae *ita fit* plura exstant exempla apud Cic.; veluti infra III. 1. 1. de Finn. II. 33. 108. de N. D. I. 31. 88. ubi perperam nonnulli dederunt *ita sit.* Recte ad h. l. Jentzen. in Censura Insignn. Locorr. in Cic. de N. D. L. I. p. 57: „Ubi enim, ait, dicitur *ita fit,* non tantum valet ad rem veram confirmandam sed etiam ad falsam refellendam, ut idem sit, quod *ita fieret.*" *Nemo* omissum est in Cod. Aug. Scribitur inverso ordine *possit esse* in Edd. omnibus ante Gebh. itemque in Codd. Marb. Mon. 1. 2. Gud. Sed reliqui omnes nobiscum faciunt. *Mr.*

Metrodorus] „Huius et alibi meminit Cicero. Fuit de praecipuis sectatoribus atque amicis Epicuri; cuius memoriam coli, cum sua, testamento iussit. Hic Atheniensis, non ille posterior Scepsius, fuit praestanti memoria, cuius mentio fit in I. Tusc. Fuit et alius Metrodorus Stratonicensis, desertor Epicuri, itemque alius vetustior, magister Anaxarchi. Sententiam autem Metrodori hanc in II. Finn. [28, 92.] ita retulit: *Metrodorus pene aliter quam Epicurus* [leg. *paene alter Epicurus*] *beatum esse describit his fere verbis: Cum corpus bene constitutum sit, et sit exploratum ita futurum.*" *Camerarius.* — Ad v. *quidem* post nomina propria ita additam, ut significetur, exemplo uti scriptorem, vid. quae monuimus supra ad I. §. 116. ad v. *Alcidamas quidem.* Pro *quidem* est *quippe* in Edd. Ven. Alteri et nostra, Asc. 1. 2. Junt. et Reiskianis omnibus, exceptis Ald. et Steph. praeterea P. A. B. S. E. C. sed postrema in marg. habet *quidem* et sic etiam marg. Ven. Alteri. *Mr.*

perfecte eum beatum putat] Ita dedi cum Dav. Or. ex Codd. omnibus Bentleii, nostris Gud. 1. 2. Aug. Marb. Mon. 1. 2. Rehd. Gud. Duisb. In tribus Oxx. omittitur *eum.* Reliqui omnes, et scripti et editi, *eum perfecte putat beatum;* nisi quod Vind. 1. habet *beatum putavit cuius corpus. Mr.*

Cui corpus bene constitutum sit] Sic noster de Offic. lib. III. cap. 33. *Vita omnis beata corporis firma constitutione, eiusque constitutionis spe explorata, ut a Metrodoro scriptum est, continetur.* Idem Fin. lib. II. cap. 28. *Metrodorus, paene alter Epicurus, beatum esse describit his fere verbis:* cum corpus bene constitutum sit, et sit

constitutum sit, et exploratum ità semper fore. Quis autem est iste, cui id exploratum possit esse? Epicurus vero ea 7
dicit, ut mihi quidem risus captare videatur. Affirmat enim quodam loco, *Si uratur Sapiens, si crucietur* — exspectas fortasse dum dicat, Patietur, perferet, non succumbet; magna mehercule laus et eo ipso, per quem iuravi,

---

exploratum ita futurum. Ipsius Graeca dat Clemens Alexandrinus Strom. II. pag. 498. *Ἀγαθὸν ψυχῆς τί ἄλλο ἢ τὸ σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα καὶ τὸ περὶ ταύτης πιστὸν ἔλπισμα*; Vide et Plutarchum Tom. II. pagg. 1087, 1089. ac Ciceronem Tusc. lib. V. cap. 9. At Agellius N. A. lib. IX. cap. 5. *Epicurus voluptatem summum bonum esse ponit; eam tamen ita definit, σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα.* Cleomedes *Κυκλικῆς Θεωρ* lib. II. pag. 240. ed. Basil. Epicūrus *σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα ἡγάπα καὶ τὸ περὶ ταύτην* (Leg. *ταύτης*) *πιστὸν ἔλπισμα.* Adi sis et pag. 250. Haec sane fuit vulgaris Epicureorum sententia, quod patet ex Origene contra Celsum lib. III. pag. 159. *D.*

cui corpus bene constitutum sit etc.] Ad sententiam vid. quae contulit Beierus ad Cic. de Off. III. 33. 117. p. 407 sq. In Cod. Aug. scribitur *cum corpus:* idem mox habet *cuius exploratum.* Vocem *bene* omittit Cod. Gud. Pergit unus Ox.: *B. quis,* alius: *A. quis.* Uterque in seqq.: *T. Epicurus,* et: *M. Epicurus.* Vides hos Codices verba *quis — esse* Auditori tribuere. Unus Ox. omittit *id. Mr.*

c. 7. *Epicurus vero ea dicit*] Unus Ox. *T. Epicurus,* alius *M. Epicurus.* Pro *risum captare* noster de Or. II. 58. 235. *velle risum movere.* — *Captare* dixit de variis rebus; simillime nostro loco: *plausus captare* Or. in Pison. 25, 60. Incipere a verbo *Affirmat* periodum *ἀνακόλουθον,* post *crucietur* constructione interrupta, nemo, opinor, est quin videat. Cum enim post interiectas aliquot sententias pergendum esset: *imo, in Phalaridis tauro si sit, dicturum: quam* etc.; quasi denuo incipiens neglexit periodi principium ab *affirmat* factum. *Mr.*

exspectas fortasse dum dicat] Exquisitius hoc dictum esse pro *exspectas* (exspectes) *eum dicturum esse,* contendunt FAWolfius in scholis et Kühnerus: recte; sed neuter neque rationem rei, neque exempla attulit. Ratio est, quia in verbo *exspectandi* temporis notio inest, quae item inest in particula *dum. Exspectare dum aliquid fiat* optimis scriptoribus tritum. Ita notissimo illo loco Horatius Epp. I. 2. 42: *rusticus exspectat, dum defluat amnis:* ipse Cicero ad Att. VII. 1: *Exspecta, amabo te, dum Atticum conveniam.* Qui vero *exspectat dum aliquid fiat,* etiam *exspectat hoc factum iri:* Unde factum est, ut illa etiam constructio nonnunquam adhiberetur, ubi hanc posteriorem, exspectes. Ita Cicero et nostro loco locutus est, et ad Att. I. 1: *De Aufidio et de Palicano non puto te expectare, dum scribam,* i. e. tu, opinor, non exspectabis me de Aufidio et de Palicano scripturum. Et hoc quidem loco ea mutandae constructionis apparet causa, quod, si perrexisset, ut coeperat, duo sese excepissent Accusativi cum Inf., *te exspectare me scripturum.* Pro *dicat* Cod. Rehd. *dicit* et supra lin. *al. dicat;* unus Ox. *expectat.* Cod. Aug. et Ed. C. *patiatur.* Pergunt duo Oxx. *perfert,* Marb. *perferret;* illi duo etiam *succumbit* pro *succumbet.* Vides hunc vel illum librarium ignorasse usum philosophorum Stoicorum constantem, qui, quae ut facienda vel vitanda praecipere vellent, sapientem vel facturum dicerent vel facturum negarent. *Mr.*

Magna mehercule laus] In Cod. Aug. h. l. et lin. seq. scribitur *hercle — Hercle.* Rehd. habet *Herculem digna.* Beroaldus ad h. l.:

Hercule digna: sed Epicuro, homini aspero et duro, non est hoc satis: *In Phalaridis tauro si erit, dicet, Quam suave est! quam hoc non curo!* Suave etiam? an parum est, si non amarum? At id quidem illi ipsi, qui dolorem malum esse negant, non solent dicere, cuiquam suave esse cruciari:

„Per Herculem iuravit, qui aerumnas animo invicto exantlavit, magisque vicit labores, quam a laboribus vinceretur. Cicero in Oratore [47, 157.] magis *me* probat *hercule*, quam *me hercules*.“ Quibus de formis vid. nos ad Cic. de Legg. III. 14. extr. p. 444. Add. Garaton. ad Cic. pro Planc. 26. p. 153. ed. Orell. ib. p. 60; nos ad Cic. de Rep. I. 9. p. 43. Beier. ad Cic. Lael. XI. 37. p. 61. Quae mox de Epicuro dicuntur εἰρωνικῶς esse intelligenda certatim monuerunt interpretes, quamvis vix quisquam aliter intellexerit. *Mr.*

In Phalaridis tauro si erit, dicet] De Phalaridis tauro, saepius in exemplum a philosophis adhibito, vid. quos laudat Creuzerus ad Plotinum I. 4. 13. p. 37. D. Add. Fr. Junii Catalogum Artificum p. 148—150: ubi plurimos veterum locos collectos habes. Silligius an aliquid vel correxerit vel addiderit, nescio, cum eius Catalogo Artificum uti non liceat: non enim hic loci alios, quam meos, libros adire licet. De constructione *si erit, dicet* adi Ellendtium De Formis Enunciatorum Conditionalium Linguae Latinae p. 21 sq. Solus Gud. 2. pro *tauro* habet *tanto*. *Mr.* „Cic. Or. in Pisonem [18. 42.] *Sed dicunt isti ipsi, qui mala dolore, bona voluptate definiunt, sapientem, etiamsi in Phalaridis tauro inclusus succensis ignibus torreatur, dicturum tamen suave illud esse seque ne tantulum quidem commoveri.*“ *Fr. Fabricius.* — Pro *Phalaridis* Cod. Gud. h. l. et paullo inferius habet *Phalaris*. De anacolutho constructionis vid. Otto ad Cic. de Finn. p. 394. *Mr.*

In Phalaridis tauro si erit, dicet, quam suave est] Vulgo *hoc* adnectunt: contra quam vult Eliens. tert. Seneca Epist. LXVI. *Epicurus ait, Sapientem, si in Phalaridis tauro peruratur, exclamaturum*, Dulce est, et ad me nil pertinet. Vide Laërtium X, 118. nostrum Tusc. lib. V. capp. 10, 26. aliosque, quos laudat Pet. Gassendus Oper. Tom. V. pag. 96. *D.*

Quam suave est!] Edd. praeter Dav., quod sciam, omnes habent: *quam suave est hoc.* Sed cum illud *hoc* ignorent Codd. Bentleii omnes, unus Davisii, quatuor Oxx. Gud. 1. 2. Aug. Duisb., et sine dubio etiam Reg., quamquam nihil inde in collatione adnotatum est; omittere malui vocem, quae facillime cogitari potest, et statim recurrit. In Cod. Rehd. hanc habes lectionem correctoris et glossatoris egregiam: *quam suave est, quam delectabile. hoc non curo.* Eleganter item correxit Ciceronem scriptor Cod. Aug. in quo est: *quoniam hoc non curo. Mr.*

an parum est, si non amarum?] Duo Oxx. et Marb. *cui parum est.* Ad ὁμοιόπτωτον *parum — amarum* vid. quae eius usus apud veteres exempla congessit et quos laudavit Beierus ad Cic. Lael. 23, 87. p. 137. nec nostri loci oblitus. Verbum *est* omittit unus Ox. Contra *est* addunt Edd. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. et Alteri (sed in hac calamo additum est) Asc. 2. post *non. Mr.*

At id quidem illi ipsi] Habent *ad* pro *at* Codd. Reg. (teste Verburg.) Gud. 1. 2. unus Ox. Edd. Vict. Rob. Steph. Verb. et unus Gebhardi. Unus eiusdem et Vind. 2. *atqui id quidem*, unus Leid. *atqui iidem illi*; marg. Verb. *atqui illi.* Sequens *qui* omittit unus Ox. Mox Duisb. inverso ordine *esse malum.* Idem in seqq. *is qui* pro *hic qui. Mr.*

asperum, difficile, odiosum, contra naturam, dicunt; nec tamen malum. Hic, qui solum hoc malum dicit, et malorum omnium extremum, sapientem censet id suave dicturum. Ego a te non postulo, ut dolorem eisdem verbis 18
afficias, quibus Epicurus voluptatem, homo, ut scis, volupta-

---

Qui non *solum hoc malum dicit*, sed *malorum omnium extremum*] Est ex acutissimi Bentleii coniectura. Vulgo, *qui solum hoc malum dicit*, et *malorum* etc. nec aliam lectionem prae se ferunt Codices. *D.*

Hic, qui solum hoc malum dicit, et malorum] „Ad haec Wopkensius p. 81 sq." Absonum quidpiam in his videre visus est cl. Bentl. Si prius *solum*, inquit, quomodo dein *extremum?* Et me quidem sollicitum ista ratio haberet, si legeremus, *qui non modo solum hoc malum dicit, sed etiam malorum omnium extremum:* quem enim non offenderet tam inepta orationis degradatio? Iam vero sic modo interpretare, ut Epicurus dolorem aliquando malum unicum, aliquando extremum dixerit. Haecce orationis degradatio facillime concoqui posse videtur, cum saepius ita deficiant auctores, ubi rerum describendarum magnitudine sufflaminantur. [Ad haec Handius: Etiam Orellius interpretatur: *qui modo solum, modo extremum hoc malorum dicit.* Sed vellem docuisset id exprimi posse per simplicem copulam *et*, quae tantum diversas sententias coniungit. Atque hoc sufficit.] Non igitur est, cur legendum arbitremur *non solum — sed* — cum praesertim, omisso Adiectivo *solum* sermonis efficacia, quae quidem in hoc loco maxima requiritur, nimium enervabitur, quando quidem dolorem non tantum malorum extremum, sed etiam malum unicum loquebatur Epicurus lib. V. c. 10: *qui vel summum vel solum malum dolorem esse dicat*: vid. c. 9. et 26. Plura non adferam cur locum omnino sincerum esse putem." Bquhierius Bentleii coniecturam ita probat, ut eam tamen nolit a Davisio in Contexta receptam. Ern. in annot. probavit eam coniecturam eamque recepit, in quo eum secuti sunt Bip. Schz. et Nobb. Nissenius vero l. c. ad lectionem ab Ern. receptam „Si ita, ait, Cicero dedisset, bene. Sed libri omnes exhibent: *qui solum hoc — et.* Contra quae Ern. Epicurus, inquit, non solum dolorem malum esse dixit. Perperam. Infra V, 9, 26. de Epicuro: *Sed hoc isne dixit qui cum dolorem non modo maximum malum, sed solum malum etiam dixerit* cet. quare vulgatum servandum videtur. Servavi et ego cum Or. et Tbn., cum Codices optimi in eo conspirent Reg. Bern. Gud. Oxx. Rehd. Gud. Duisb. Marb. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. Edd. praeter eas, quas diximus, omnes, exceptis FAWolf. Koel. Bill. qui ex Wolfii correctione habent *aut* pro *et*: ad quam recte Or. requiri certe ait *vel* pro *aut*, si quid esset mutandum. Laudat idem *de Finn.* V. 10. (volebat, opinor, *Tusc.*) et ad v. hoc recte intelligit *dolere.* Cod. Aug. habet: *Hoc dicit et malorum* omissis verbis *hic qui solum — malum.* Omittit item verba *Hic qui solum hoc malum* Cod. Gud. 2. Probat etiam Handius in Turscllino p. 549. *et* ab Orellio restitutum, et cum eo contra Wolfium docet, non *aut* scribendum fuisse, si disiunctionem voluisset, sed *vel.* Nam, ait, distinctio fieret de opinione, nec constituenda esset res, sed sententia. *Mr.*

sapientem censet id suave dicturum] Cod. Duisb. *id censet* Aug. *illud* pro *id.* Gud. 2. *hic suave.* Pergunt duo Oxx. Mon. 2. *Ego autem a te.* Marb. *A. Ego a te.* Mon. 1. *Ego a te autem.* Vind. 2. omittit *a te.* Gud. habet *hiis verbis afficias eisdem.* Rehd. *iisdem verbis efficias.* Habent *efficias* etiam Codd. Rehd. Marb. et unus Ox. In Gud. 2. deest vox *verbis. Mr.*

quibus Epicurus voluptatem] „Dum censet Epicurus, sapientem

rius. Ille dixerit sane idem in Phalaridis tauro, quod, si esset in lectulo: ego tantam vim non tribuo sapientiae con-

---

in tauro Phalaridis dicturum id suave esse: idem tribuere videtur dolori, quod voluptati. Hoc enim voluptatis proprium est, ut suavis dicatur, ut in voluptate positi dicamus, quam suave est!" *Beroaldus.*

quibus Epicurus voluptatem] Ultimam vocem uncinis cinximus, quippe quae delenda est: ut Cl. Bentleius optime monuit. *D.*

quibus Epicurus voluptatem] „Minus bene cessit summo Bentleio haec emendatio, qua deletum vult *voluptatem*. Non enim vult Marcus, Epicurum dolorem, aeque ac voluptatem, summum dixisse bonum; sed postquam irrisit Epicurum, qui se in Phalaridis tauro dicturum esse contenderat: *quam hoc suave est!* ab auditore se hoc non postulare ait, ut in dolore iisdem verbis utatur, et de eo similiter ac de voluptate (ut, merito irrisus, Epicurus) eiusque sensu loquatur." *Bouhierius.* Reiskius „*voluptatem*, ait, procul dubio est delendum." Dav. uncinis inclusit eam vocem. Delevit FAWolfius in Ed. 1. eumque secuti Sch. Bill. Tbn. Uncinis item inclusit *voluptatem* Or. hac addita annotatione: „Est omnino falsum glossema, ut, praeter ipsum sententiarum nexum, equidem ego colligo etiam e v. *afficias*: quod nescio quam habet significationem, id fieri contra naturam. Uncis liberavit v. suspectum Wolfius in Ed. sec. [et tert.] Nescio cur." Ego vero, omnibus ponderatis, locum iam a Beroaldo recte intellectum, a Bouhierio recte explicatum existimo, vereque dicere Kühnerum: „In eo erravit Bentleius, quod putavit verba *quibus Epicurus voluptatem afficit* hanc habere vim, ut significent, sicuti voluptatem omnium bonorum finem ab Epicuro dictam esse, sic h. l. dolorem omnium bonorum finem dixisse. At nihil aliud dicere voluisse videtur Cicero, nisi hoc: „Non postulo a te, ut cum Epicuro de dolore idem exclames, quod de voluptate, sc. *quam suave est hoc.* (cf. infra V. 10. 31.) Nam Epicuri oratio vehementer secum pugnat. Etenim qui alias de voluptate, qua perfundatur, exclamat, *quam suave est hoc!* quomodo idem nunc dolorem iisdem verbis afficere potest?" Et in hoc quidem acquiescendum videtur, cum et Codd. ad unum omnes et Edd. vett. illud vocabulum tueantur. *Mr.*

homo, ut scis, voluptarius] Codd. Gud. 1. Rehd. Gud. Duisb. (hic a pr. m.) *ut sis:* ex prava pronunciatione. Tum Duisb. *voluptuarius.* Ultimam vocem explicat FAWolfius in scholis: qui semper in ἡδονῇ et cum ea versatur, vel de ea loquitur. Pergit Rehd. *ille sane idem dixerit.* Gud. omittit *si* post *quod.* Gud. 2. habet *in lectu. Mr.*

Ego tantam vim non tribuo sapientiae contra dolorem] „Corrige *sapienti.*" *P. Manutius.* „*Sapienti* habent libri nostri aliquot MSS. non, ut vulgati, *sapientiae* etc. ac multis iam annis ante admonuerat P. Manutius, se in quodam antiquo libro ita scriptum reperisse." *Lambinus.* „Pervicit auctoritas Lambini, ut *sapienti* ederem, asseclam habens Manutium Nep. et Pal. primum, in quo *sapienti et contra.*" *Gebhard.* „Ea tamen scriptura clare ducit ad τὸ *sapientiae contra*, quod exhibet Victorius." *Gronov.* „*Sapientiae* habent Codd. Reg. duo Leidenses, ed. vet. nostra, Aldina et omnes fere ante Lambinum. Aliquot Codd. Gruteri et unus Leid. *sapienti et contra*, quod item ducit ad probam lectionem *sapientiae.* Loquitur enim de vi ac virtute, quam in sapientem confert philosophia." *Bouhierius.* „Non bene se habet *sapientiae.* Sapientia enim non potest opponi *officio.*" *Nissen.* Vult non commode dici: *Sit fortis sapientia in perferendo, officio satis est.* Sed hoc nihili est. Ciceronianum plane est ex nomine abstracto, quale h. l. est *sapientiae*, ad sequentia intelligere concretum,

tra dolorem. Sit fortis in perferendo, officio satis est: ut laetetur etiam, non postulo. Tristis enim res est sine dubio, aspera, amara, inimica naturae, ad patiendum tolerandumque difficilis. Adspice Philoctetam: cui concedendum est 19

quod dicunt, *sapientem* nimirum: ut recte vidit Bill. Probavit etiam abstractum Kühnerus. Et habent *sapientiae* quinque Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Bern. Marb. Gud. Duisb. Edd. Vict. Rob. Steph. marg. Crat. Car. Steph. Boul. Leod. Sturm. HWolf. FAWolf. in Ed. 1. Koel. Scribitur *sapienti et* in Codd. Mon. 1. 2. Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. ex Reiskianis Ven. I. 2. Med. 1. 2. *Mr.*

Sit fortis *in perferendo*] Cum nonnulli Codices *si forte*, alii *se forte* repraesentarent, Lambinus rescribendum coniecit *esse fortem*, nec aliter edidit. Siquidem vero non desunt Mssti qui receptam lectionem diserte praestant, eaque prorsus est commoda; nihil incertis hariolationibus opus esse constat. *D.*

Esse fortem in perferendo] „Sic nunc edendum curavi, olim autem sic: *sit fortis in perferendo* [Ed. 1566.], quod ita scriptum esset in Cod. Huraltino, longe melius, quam *si fortis*: adscripseram tamen me legi malle *Esse fortem in perferendo, officio satis est*, si quis vetus Codex adiuvaret. Nunc igitur cum omnes fere Codd. antiqui habeant partim ut vulgati *Si forte*, etc. partim *sit fortis* etc. ut olim edidimus, partim *se forte in perferendo*: ex hac postrema, quamvis mendosa, scriptura hanc pudenter et sine vi elicio: *Esse fortem in perferendo existimo.*" *Lambinus* (in curis secundis). Gothofr. in marg. ait *Esse fortem* legi in vet. cod. Quod falsum existimo. Fr. Fabr. ad h. l. „Lamb. ex Cod. Huraltino edidit: *sit fortis — officio satis est*: Manutius in post. habet: *Sit fortis — officii satis est.*" *Sit fortis* habent Cod. Vind. 2. Edd. Lamb. 1566. HWolf. (in parenthesi autem *esse fortem*) Gebh. (ex Pal. quinto) et seqq. *Sit* est in quinque Oxx. Gud. 1. Rehd. (sed in marg.; in contextis: *si fortem in prof.*) Duisb. Gud. *Fortis* habent sex Oxx. Mon. 1. 2. Marb. Aug. Edd. Brut. Ald. Sylb. Fr. Fabric. Reliqui *si* et *forte*. Scribitur *officii* in Reiskianis Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Junt., in P. A. B. E. Ven. nostr. Asc. 1. 2.; itemque in Codd. Mon. 1. 2. Vind. 1. Rehd. (a 2. manu) et quatuor Oxx. Sola ed. S. habet *officiis*. — *Satis est* explicat Bill. *satisfactum est*. Consimilis locus est Oratore 63, 215: *Animo istuc satis est, auribus non satis.* — Mox unus Ox. *ut laetetur, non postulo etiam*. Gud. *est res* pro *res est*. Aug. *arma* pro *amara*. *Mr.*

inimica naturae — difficilis] Refert Or. ad scholas FAWolfii, C. Beierum in schedis ad h. l. reliquisse coniecturam *inimica naturae ad patiendum tolerandumque difficili*: nimirum ut ipsa natura dicatur difficilis ad patiendum tolerandumque. Agnosco Beierum: Ciceronem non agnosco. *Mr.*

Adspice Philoctetam:] Mon. 1. *Aspiet* (sic). Marb. *Accipe*. Unus Ox. *Philoletam*. Duisb. *Philoctetem*, supra lin. *am.* „Petrus Victorius lib. Variar. Lectt. II. c. 15. a vero dissentire Ciceronem memoriaque lapsum putat [in eadem sententia sunt Leodegar. a Quercu et Gothofredus; quamquam ille etiam vitium librariorum in culpa esse posse concedit,] quod hic Philoctetem ab Hercule sagittas accepisse scripserit: Poeantem enim fuisse putat ipsius patrem. Peccavit igitur cum M. Tullio Diodorus Siculus [v. Dav. ann.] Calaber 10. [176 sqq.] Homeri scholiastes Iliad. γ., Seneca in Hercule Oetaeo. Lactantium, Servium Aeneid. 3. atque alios sexcentos commemorare operae pretium non est: quos quidem recte sentire mihi facile persuadeo. Nam Philoctetes iam grandis natu sub Agamemnone militavit et ipsius

gementi: ipsum enim Herculem viderat in Oeta magnitudine dolorum eiulantem. Nihil igitur hunc virum sagittae, quas ab Hercule acceperat, tum consolabantur, quum

---

quoque Herculis filius Thepolemus, ut tradit Homerus in Boeotia. Quare quis non videt fieri potuisse, quod etiam re vera contigit, ut Philoctetes adolescens cum Hercule senio confecto viveret, eique morienti adesset? Quod quia omnibus exploratum est, pluribus argumentis confirmandum non arbitror." *Brodaeus* Miscell. I. 5.

Cui concedendum est gementi] Scribitur *credendum est* in Edd. a Reiskio collatis Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Orellianis P. A. B. S. nostris Ven. 1. Asc. 1. Est haec correctio hominum, qui non intelligerent Graecismum *gementi* pro *gemere*, quod est Attractionis genus. *Mr.*

Ipsum enim Herculem] Labitur Pet. Victorius Var. Lect. lib. II. cap. 15. dum Ciceronem memoria lapsum statuit: quamvis enim nonnulli scriptores id Poeanti tribuant, quod Philoctetae Tullius; hic tamen nullatenus est culpandus, quia plures eodem modo rem narrant, ut testimoniis ostendemus. Diodorus Siculus Bibl. lib. IV. pag. 243. Ὁ μὲν Ἡρακλῆς ἀπογνοὺς τὰ καθ' ἑαυτόν, καὶ παρελθὼν εἰς τὴν πυράν, παρεκάλει τὸν ἀεί προσιόντα ὑφάψαι τὴν πυράν· οὐδενὸς δὲ τολμῶντος ὑπακοῦσαι, μόνος Φιλοκτήτης ἐπείσθη· λαβὼν δέ, τῆς ὑπουργίας χάριν, τὴν τῶν τόξων δωρεάν, ἦψε πυράν. Ovidius Metam. IX, 231.

Inque pyram structis, arcus pharetramque capacem,
Regnaque visuras iterum Troiana sagittas
Ferre iubet Poeante satum, quo flamma ministro
Subdita.

Pari modo Lactantius lib. I. cap. 9. et Hyginus Fab. XXXVI. ut dubium non sit, quin immerito Ciceronem redarguerit egregius ille Criticus. *D.*

Ipsum enim Herculem viderat] Praeter Brodaeum, cuius annotationem ad h. l. exhibuimus, Davisio etiam in eadem praeivit sententia Fr. Fabricius. Vocem *enim* omittunt duo Codd. Oxx.; unus Ox. habet *videat*. Pergit Duisb. et unus Ox. *in tanta*, Marb. *in ea*. Rehd. *in epta*, et supra lin. *hoeta*. Cod. Aug. *magnitudinem*. Tres Codd. Gebh. et Ed. Dav. habent *heiulantem*. Marb. ridicule *baiulantem*. Unus Ox. *doloris* pro *dolorum*. *Mr.*

Nihil igitur hunc virum] Codd. Mon. 1. Gud. 2. *nihil enim*. Mon. 2. *virum hunc*. Cod. Duisb. *tunc* pro *tum*. In Ven. Alteri post *tum* in marg. additum est *eum*, et sic habent Edd. A. et Ven. nostr. Qui sequuntur senarii laudantur etiam a Cic. de Finn. II. 29. 94. ubi non incipiunt ab *E*, sed a *Cui*. Dav. nostro loco versum a *cum* incipit. *Mr.*

Tum consolabantur] Ita vulgo dant, sed tum demum paullo post legendum *cierent*, ut edidere Pet. Victorius et D. Lambinus; qua tamen ratione versus non stabit. Hoc ut vitetur incommodum, reponas oportet *consolantur*, uti nos exhibendum curavimus. *D.*

consolabantur] Bentleianam emendationem *consolantur* probavit Bouhierius, receperunt post Davisium Ern. Bip. FAWolf. in ed. 2. Schz. Orell. Nobb. Tbn. Et videtur certe requirere iusta temporum consecutio Praesens, cum sequantur duo praesentia, in versu *cient* (quod non mutare licet per metrum in *cierent*, ut factum esse in aliquot libris post videbimus) et statim *exclamat*. Ego vero restitui lectionem Codd. MSS. et Edd. ante Dav. omnium. Narrat enim, non *consolatas esse* eum Herculis sagittas, in qua relatione Praesenti historico locus non est, neque dicit Philoctetae nihil solatii *praebere in tragoedia* Herculis sagittas, vel *quotiescunque* eam sive legas tragoe-

E viperino mórsu venae víscerum
Veneno imbutae tétros cruciatus cient.
Itaque exclamat auxilium expetens, mori cupiens:
Heu! quis falsis fluctibus mandet
Me ex súblimo vertice saxi?

---

diam sive agi videas: sed quasi factum id refert, et quasi perrecturus *quum — cierent:* servat tamen metrum, ne versum destruat, ut nos quoque facimus, quum constructionem aliquam exorsi poetae alicuius locum integrum addimus, non priori eum structurae accommodantes. Est quasi oratio ἀναχόλουθος: incipit enim: *Nihil enim hunc virum sagittae — tum consolabantur* — perrecturus: cum doloribus vulneris intolerabilibus cruciaretur; sed statim in mentem veniunt versus, quos recitans ab incepta structura abire vel transire in aliam quasi cogitur. Quod vero pergit *exclamat*, id necessario fit: pergit enim iam in eo, quod fit in tragoedia, quodque, quotiescunque eam inspexeris, semper praesens est. Kühnero quoque Imperfectum non visum est sollicitandum, quamquam is sui iudicii rationes non exposuit. Versus sunt ex Attii Philocteta. Solus Gud. habet *consolabuntur*. *Mr.*

E viperino] Codd. Duisb. et Fabr. *Ei viperino:* quod est correctoris, qui recordaretur eiusdem loci in libris de Finn. II. 29. laudati, ubi legitur *cui viperino*. In Cod. Marb. legitur *e vituperino viperino:* sed prior vox, perperam scripta, punctis subscriptis notata est. Cod. Duisb. omittit *viscerum*. Ante eam vocem Gud. insertum habet vocabulum, quod accurate legere non licet, videtur scriptum *nipicum* vel *nisicum*. Ed. Alteri sola, operarum, ut videtur, errore: *venae miserum*. Recte vituperat versionem novissimam Orellius, in qua est der Eingeweide Adern. Nam dicitur pro simplici *venae* poetice *venae viscerum*; viscera enim sunt omnia quae cute teguntur, ossibus exceptis et sanguine. *Veneno* omittit unus Ox., alius habet *imbuto*, ut solent librarii verba accommodare proximis. Pro *cient* est *cierent* in tribus Oxx. Aug. Vind. 1. Mon. 1. Edd. A. B. S. C. V. M. L. Rob. Steph. Ven. nostr. et Alt. (sed haec in marg. ex corr. *cient*) Asc. 1. 2. (sed haec in marg. MS. *cient*) Car. Steph. Brut. Goth. Sylb. HWolf. Leod. Ald. Fr. Fabr. Boul. Oliv.; *scient* habet unus Ox., alius *cierunt*: reliqui libri omnes, iique optimi, octo etiam Gebhardi habent *cient*. Reiskius h. l. Edd. suas non videtur inspexisse, quarum sine dubio una alterave habent *cierent*, quod nunc ipse, ut suam coniecturam, proposuit. *Mr.*

Itaque exclamat auxilium expetens] Codd. Reg. et Mon. 1. *expectens*, ut aliquis voluisse videatur *expectans*. Pro *heu! qui* Dav. in Ed. 2. recepit Bentleianum *Ecqui*. Scribitur *heu qui* in Codd. Rehd. Gud. Duisb. Gud. 1. (hic eraso *s*.) Ed. P. et duo Oxx.; unus *quam*. Pergunt duo Oxx. Marb. (hic a pr. m.) Edd. Goth. et HWolf. *falsis*. Laudat nostrum locum G. Hermannus in Comm. de Aeschyli Philocteta p. 15. (Opusce. T. III. p. 127.) ibique scripsit *hei quis* etc. Laudat Billerb. Sophoclis Philoctetam v. 797 sqq. 1002. 1212. 1348. ubi non facile nostrum agnoscas locum. *Mr.*

Me ex sublimi] Ex Msstis Balliol. et Vatic. legendum videtur *sublimo*. Sic enim loqui solent veteres. Vide modo Nonium in *sublima*. *D.*

Me ex sublimo vertice saxi?] *Me* omittunt unus Ox. et Gud. 2. Scripsi *sublimo* cum Or. FAWolf. Schz. Nobb. Tbn. ex Codd. Dav. quibus accedit unus Leid. et praestantissimus Gud. 1. Facilius autem

p. 179. a. *Iam iam absumor: conficit animam*
Vis vólneris, ulcĕris aéstus.

Difficile dictu videtur, eum non in malo esse, et magno quidem, qui ita clamare cogatur.

8 20. Sed videamus Herculem ipsum, qui tum dolore fran-

---

haec forma insolentior a librariis obliterata est, quam vice versa obsoletior loco consuetae inducta. Ed. Junt. habet *sublime*. Duo Oxx. omittunt *saxi*. Eius loco Gud. 2. habet *montis*, sed supra lin. *l* (i. e. vel) *saxi*. Mox unus Ox. *asumor*, alius *absumor*. Ad v. *salsis fluctibus* FAWolf. comparat Graecum ἁλμυρὸν ὕδωρ. *Mr.*

Vis *vulneris*] G. J. Vossius et Jac. Gronovius metri gratia reponunt *virus vulneris*; quae non inelegans coniectura videri possit: omnes enim norunt Philoctetae vulnus gravem odorem emisisse; quam ob causam a Graecis Lemni fuit relictus. Omnino tamen retinenda est vulgata lectio. Tacitus Hist. I, 79. *Ibi saevitia hiemis et* vi vulnerum *absumti*. Amm. Marcellinus XXV, 3. *Vi vulneris interiit*. Nec fuit cur propterea ruina versui metueretur: nam in sententiae clausula Anapaestus Catalecticus locum habet. Vide praestantissimi viri Ric. Bentleii Epistolam Malelae subnexam pag. 27. Is versus παροιμιακὸς dicebatur. Adi sis Aristophanem in Pluto vs. 618. et eius Scholiasten ad vs. 598. *D.*

Vis volneris, ulceris aestus] Non moramur eos, qui optimum versum paroemiacum in anapaestici dimetri formam redigere voluerunt. Quare valeat etiam Bouh., qui ex sua vet. ed. ut optimam lectionem et saluberrimam metri medelam protulit *vis vulneris et ulceris aestus*. Unus Ox. egregie: *vis mulieris, ulceris aetas*. Duisb. *ulceris atri*: Aug. *vim vuln. et ulc. aestus*. Mon. 1. *aestus ulceris*. *Mr.*

Difficile dictu videtur] Cod. Mon. 2. *videtur dictu*. In Gud. 2. absunt inde a v. *eum* omnia usque ad finem capitis. Duisb. habet *in malo non esse*. Vocem *dictu* omittit unus Ox. Post *et* omissum *in* ex consuetudine Ciceronis est. Pro *qui* est *quia* in Ox. uno. Pergit Aug. *ita exclamare videtur*. Pro *cogatur* est *cogitur* in sola ed. Grut. iisque, qui eum, sive Gebhardum, sequuntur, Gron. Verb. Alt. Mr.

Cap. 8. *Sed* videamus *Herculem*] Forsan, *sed* audiamus *Herculem*. Hae certe voces alibi confunduntur. *D.*

Sed videamus Herculem ipsum] Merito neminem Dav. obedientem habuit, recteque monet FAWolf. in scholis, non minus bene dici de *vocibus* editis *videamus*, quam §. 19. *viderat eiulantem*. Supra etiam dixit *Adspice Philoctetam*. Quod vero ait Sch. in ann., Davisium scripsisse *Herculem ipsam* ex Cod. Cantabr.; id scripsit aberrante oculo: nam Herculem quidem in mulierem transformare Dav. noluit, sed pro vulgato *immortalitatem ipsa morte quaerebat*, correxit *immortalitatem ipsam*. Ad. h. l. Beroaldus: „Apud Ovidium, ait, et Senecam inducitur Hercules eiulans, furens, gemens ex dolore ac cruciatu, quem faciebat tunica interula ab uxore per Lycam puerum missa:

Qua trahitur, trahit illa cutem, foedumque relatu
Aut haeret membris frustra tentata revelli,
Aut laceros artus et grandia detegit ossa.“

Scribitur *cum* pro *tum* in uno Cod. Ox., alius plane omittit eam vocem, et pro *qui* exhibet *quia*. Post *frangebatur* Duisb. pergit *qui immortalitatem*. *Mr.*

gebatur, quum immortalitatem ipsa morte quaerebat. Quas hic voces apud Sophoclem in Trachiniis edit! cui cum Deianira sanguine Centauri tinctam tunicam induisset, inhaesissetque ea visceribus, ait ille:

O multa dictu grávia, perpessu áspera,

Immortalitatem ipsa *morte*] Sic plures Codices. At omnino rescribendum *ipsam*, ut ad *immortalitatem* referatur: ac ita diserte Ms. Cantabr. *D.*

Immortalitatem ipsa morte] Restitui *ipsa*, quo aegre caret vox *morte*, quoque demto, iudice Wolfio in scholis, plane fit languida, ex optimis plurimisque Codd. Cum Davisiano faciunt nonnisi quatuor Oxx., quorum duo sunt pessimae notae, in Gud. pro *Ipsa* est *adeo*. Unus Ox., ut huic voci praecedentem accommodet, exhibet *immortalitate*. Gud., ut sequens ad *ipsam* respiciat, dedit *mortem*. Idem mox *quas is*. Unus Ox. *notes* pro *voces*. *Mr.*

Apud Sophoclem in Trachiniis] Vers. 1063 seqq. *D.*

Apud Sophoclem in Trachiniis] Locus est in Ed. Hermanni v. 1035 sqq. qui post Bothium primum versum correxit: ὦ πολλὰ δὴ καὶ θεμὰ κοὐ λόγῳ κακά (pro *καί*), recteque vituperat Clarkium, qui ex Cicerone corrigi, vel corrumpi potius, volebat versum, scribendo: ὦ πολλὰ δὴ τ' ἔργῳ τε καὶ λόγῳ κακά. In Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. et duobus 2. Oxx. scribitur *Trachinis*, unus *ersi*, Aug. *edidit* pro *edit*. Ad locum hunc Janus Pagninus haec: „Sanguine tincta fuit tunica Nessi centauri, quem abrepta Deianira iisdem, quibus postea Philoctetam donavit sagittis Hercules confecerat. Fabulam lege apud Ovidium et Sophoclem in Trachiniis, cuius locum totum eleganter hic latinum reddidit Cicero, quemadmodum mox etiam Aeschyli locum ex Prometheo *λυομένῳ*, quae tragoedia non exstat hodie." Ovidii locus est Metamorph. IX. 119 sqq. Fabulae fontes vide qui laudantur ab interpretibus Hygini ad Fab. 31. p. 91. et Fab. 34. p. 94 sq. ed. Staveren. Pro *Centauri* Cod. Marb. *thauri*. Mon. 1. omittit *tunicam*, ad quam vocem Beroaldus haec: „Hinc scitum est illud Valeriae in epistola ad Ruffinum: *Deianira quem debuit vestire interula, vestivit interitu.*" Voculam *ea* omittit Cod. Mon. 1., in Marb. est *inesissetque*. Respondet haec locutio verbis Sophocleis Trach. 764 sq. ed. Herm. προσπτύσσετο πλευραῖσιν. Pro *ait* duo Oxx. et Gud. 1. exhibent *at*. Qui sequuntur versus e Sophocle conversi Attio tribuuntur a FAWolfio in Scholis, itemque a Scaligero ad Varronem T. II. p. 230. Bip. et Spengelio in Seebodii N. Archiv. III. 8. p. 96; iam pridem etiam ab H. Stephano eosdem versus Attio tributos ait Kühnerus, nullo tamen eius loco laudato. Ego vero in Stephani Ciceroniano Lexico hos versus Ciceroni tribui video p. 113. ed. Paris. Bouhierius ap. Olivetum contra illam sententiam haec: „Qui hos versus Accii esse, non Ciceronis, putant H. Stephanus in Trachin. Sophoclis, et G. J. Vossius in Fragmm. vett. tragg. [p. 147 sq.] nihil afferunt, quo dictum confirment; et eo refelluntur, quod Cicero, ubi alienos describit versus, non solet nisi pauculos et qui ad rem faciant. Locum hunc totum expressit Ovidius Met. IX. 165. et seq." Add. J. Nicol. Loensis Miscellann. Epiphyllid. VIII, 1. in Gruteri Lampad. Crit. Tom. V. Supplem. p. 573 — 577. *Mr.*

O multa dictu gravia etc.] „Sunt versus a Cicerone luculente translati, omissis quidem aliquot." *Camerarius*. Wesselingius quoque ad Herodot. II. 106. p. 332. ed. Schwgh. T. V. 1. Ciceroni tribuit hanc versionem, qui ibidem etiam improbat Davisii coniecturam *καὶ*

Quae córpore exancláta atque animo pértuli!

νόοισι pro καὶ νώτοισι, liberius vertisse Ciceronem hosce versus merito statuens. Accedunt Bouhierius, Kühnerus et Orellius, quorum posterior cum Bouhierio statuit, nunquam a Cicerone tot latinorum poetarum versus libris suis immiscere: longissimum autem Attii locum esse de N. D. II. 35. qui est duodecim versuum. *Multa dicta* habet unus Ox., alius *perpessu que*. Pro *quae* Wolfio in Ed. I. placebat *qui*, utpote cum Graecis magis congruens: ὦ μοχθήσας ἐγώ. Sed hoc plane nihil valet contra tantum librorum consensum. Explicat W. in scholis *ego qui*. Assentit Cod. Bern. Sed frustra. *Mr.*

quae corpore exánclata] „Vetus est verbum *exanclare*, quod perficere et veluti ministerio quodam exsequi cumque difficultate peragere significat. Simili in significatione ἐξαντλεῖν Graeci dicunt, ut Eurip. Cyclope usus est. Item Medea πρὶν τόδ' ἐξηντληκέναι: ducta translatione ab opere aquarum hauriendarum, sive de puteis, seu cum carinae exhauriuntur. Virg. interpretatus Graecum Aen. IV. [14.] *quae bella exhausta canebat*. Verum *exanclare* latinum est verbum, nec ab illo Graeco *exantlare*, ut aliqui falso tradidere." *Camerarius.*

Quae corpore exantlavi] „Sic habent aliquot nostri libri veteres, alii partim *exantlato* partim *exanclato*, plane, opinor, mendose. Videtur enim legendum vel *exantlavi*, ut a nobis editum est, quod valet exhausi, vel *exanclavi*, id est, subii, toleravi, vel *exantlata* i. e. exhausta. Quod autem quidam vulgatam lectionem *exanclato* tuentur, ut *exanclatum corpus* sit fatigatum, exhaustum, non admodum placet." *Lambinus* [Ita nimirum explicant Gothofredus et Turnebus.]

Corpore exanclata *atque animo pertuli*] Vulgo *exanclato*. Nos Reg. Eliens. tert. ac tres Gebhardianos sequimur. Graece: *Καὶ χερσὶ καὶ νώτοισι μοχθήσας ἐγώ*. Legisse videtur Cicero, *ΝΩΟΙΣΙ*, vel *νόεσσι, μοχθήσας ἐγώ*. Nam, quod hanc vocem plurali carere iactitant, plane falsum est. Porphyrius Epist. ad Anebonem pag. 2. *Εἰ δὲ θεοὺς μὲν λέγωμεν, ὥς τινες, ΝΟΑΣ εἶναι καθαρούς* etc. Vide Sallustium de Diis et mundo capp. 3, 12. ac Synesium Dione pag. 60. D. et de Insomn. pag. 133. C. *D.*

exantlavi] „In vetustis Codd. scribitur *corpore exantlato*, estque controversia *exanclarene* dicere oporteat an *exantlare*. Certe apud Nonium semper legitur *exantlare*. Qui *exantlare* tuentur, deducunt a Graeco verbo ἀντλάω i. e. haurio." *Comm. Anonym.* ap. Leod. a Qu. Longa est H. Stephani de hoc verbo disputatio ad hunc locum, cui, (quamquam non possum accedere) quia est docta et paullo rarior, in Excursu locum dedi, additis iis, quae nobis praeterea de eo verba addenda sunt visa. Hoc loco nihil addimus, nisi quod ad lectionem loci facit. *Gebhardus* autem ita: „*Exanclato* Victorius cum omnibus libris nostris. Lamb. tamen *exantlavi* ex aliquot libb. vett., probat etiam aliorum partim *exanclata*, ut est in Ulrich partim exantlata. Ut verum fatear, in solo Palat. tertio super *to* erat scriptum *al. ta.* habentque *exanclata* Fab. et Pith. Codd." *Mr.*

exanclata] „Recte Dav., et sic plures MSS. in his Regius et nostra ed. vet. Ceterum neque cum HStephano facio, *exantlato* defendente, neque cum Davisio, ex Ciceronis versione, paullo liberiore, Sophoclem corrigente." *Bouhierius.* „*Exanclata* regii Codd. constanter, ut voluit Bentleius. Vulgo, *quae corpore exanclato*, nullo sensu, vel *exanclavi* minus recte." *Lallemannus.* — *Exantlato*: Quid est *corpus exantlatum?* Hinc Bentleius correxit *exanclata*: Ego malim

Nec mihi Iunonis terror implacabilis,
Nec tantum invexit tristis Eurystheus mali,
Quantum una vecors Oenei partu edita.

---

exantlavi. MS. Guelf. *exantlavit*, quod firmat correctionem nostram.“ *Ernestus.* Recepi ego cum Or. probantibus Herm et iis, quos dixi, *exanclata*: ut sit sententia: *quae pertuli exanclata corpore atque animo.* Quod mihi quidem solum probatur: et consentiunt praeter libros laudatos tres Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Gud. Duisb. Edd C. M Dav. Or. Tbn. In Cod. Bernensi Edd. FAWolf. Schz. Alt. est *exanclavi*, in Brut. Sylb. Sturm. *exantlato*, in Edd. HWolf. E. C. Oliv. Ern. Nobb. *exantlavi*; in reliquis est *exanclato*, nisi quod Aug. habet *exanclavit*; solus Cod. Marb. habet *exhaustato*. In Ed. Tbn. male post *exanclata* distinguitur. Quod vero FAWolf, qui legit *exanclavi*, in scholis contendit *exanclare* corporis, *perferre* animi esse, id ita verum est, ut Cicero in poesi utroque verbo de utroque patiendi genere suo iure uti potuerit. *Mr.*

Iunonis terror implacabilis] „Quis unquam *terrorem* dixit *implacabilem?* De odio et ira Iunonis sermo est; quare corrigo fidenter *fervor.* Hor. Od. 1. 16. *me quoque pectoris tentavit fervor.* Od. 1. 13. *meum ferens — bile tumet iecur.*“ *Bouhierius.* „*Iunonis terror* dixit pro *Iunone terribili.* Quamquam haec vox nec Buherio nec mihi satis probatur. Placet illi *fervor*, mihi *furor.*“ *Nissen.* Recte FAWolf. *terrorem* ait dici Iunonis iram, qua Herculi terrorem incutit. Bene idem monet vocem *tantum*, quae est in versu sequente, ad hunc quoque pertinere; ut intelligendum sit: *Nec mihi tantum Iunonis terror.* Quod vero ait Bouh. neminem dicere *terrorem implacabilem*, ad id respondendum est, quamquam *terror* explicari possit: *ira terrorem incutiens*, quam iram certe non minus *implacabilem* dicere potest Cicero Poeta, quam Virgilius Aen. I. 4: *saevae memorem Iunonis ob iram*; haud tamen incommode, cum h. l. *terror* ponatur, locum explicari ita, ut intelligamus *Iunonis implacabilis terrorem*, Iunonem vero *implacabilem* dici haud peius, quam ab aliis poetis *immitis* et *saeva*. — *Tristem* explicat Nissen. *severum, ferum*; FAWolfius *insisum.* Est Sophocleum σύγγνός. Nomen *Eurysthei* in Cod. Reg. scribitur *Euristeus. Mr.*

Vecors *Oenei partu edita*] Quae nostro *vecors*, ea Sophocli vs. 1067. est δολῶπις. Apposite Festus: Vecors *est turbati et mali cordis.* Vide et eundem in *vegrande.* Andr. quidem Dacerius perperam, *sine corde; particula minuit*; non enim privationem, sed malitiam seu pravitatem ibi denotat, quemadmodum etiam in *Veiove*, licet eam vocem aliter interpretetur Agellius N. A. V, 12. Notandum superest, Oeneum fuisse Deïanirae patrem, unde liquet *partum* hic de masculo dici, quae rarissima est eius significatio. Vide Quinctilianum Inst. Orat. VIII, 6. et Nonium in *parere.* Graecis tamen τόκος hoc modo frequenter usurpatur. Sophocles Oedip. Colon. vs. 1379. *Οἰνέως ΤΟΚΟΣ Τυδεύς.* Et in Philoct. vs. 632. *Λαέρτου τόκος* Ulysses. Iterum vs. 1242.

Νέον μὲν οὐδὲν· τῷ δὲ Πολιάτου ΤΟΚΩι

Similiter Aeschylus et Euripides. Philo apud Eusebium Praep. Evang. lib. IX. cap. 24. *Ἰακὼβ σύντεκνοι ΤΟΚΟΣ Ἰωσήφ.* Adi sis et Chrysostomum Homil. IV. in Matthaeum Tom. II. pag. 24. ed. Eton. *D.*

Quantum una vecors Oenei partu edita] „Phavorinus: *Τίκτειν χυρίως ἐπὶ γυναικός. — Ὅμηρος δὲ τῷ τίκτειν καὶ ἐπὶ ἀνδρὸς χρῆται· ὡς ἔχει τὸ· ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς.* Euripides Iphig. in Aulid. 473:

Haec me irretivit véste furiali inscium,
Quae látere inhaerens mórsu lacerat viscera,
Urgénsque graviter púlmonum haurit spíritus:
Iam décolorem sánguinem omnem exsórbuit.

Πίλοπα κατόμνυμ', ὃς πατὴρ τοῦμοῦ πατρός τοῦ σοῦ τ' ἐκλήθη, τὸν τιχόντα τ' Ἀτρέα. Adi etiam v. 639." *Dav. in Ed. 1.* „Quin et Plato lib. VI. de Rep. p. 65. 66. ed. Cantab. *τὸν τόκον τοῦ ἀγαθοῦ* dixit." *Dav. in Ed. 2.* Laudat Bouhierius, contra Bentleii coniecturam *patre* pro *partu*, Miscellaneas Observationes Vol. I. p. 407 sq. — „Est Deianira. Sed num patri partus tribui potest? nempe ex Graecorum more, qui *τόκον* de patre dicunt, ut ad h. l. docuit Dav. Quamquam paullo aliter Graeci, qui *πατρὸς τόκον* dicunt filium, sed non cum tali verbo, quale hic est *edita*. Bentleius corrigebat *patre*: sed et *edita* patri non satis convenit. itaque melius est vulgatam servare." *Ernestus.* Wolfius in scholis *partu* defendit, *satu* vero proprietati sermonis magis convenire dicit. Kühnero probabilis videtur Bentleii correctio: mihi vero ideo parum probabilis, quia, si *patre* scripsisset Cicero, vix in omnibus libris tam plana et facilis lectio insolentiori et difficiliori locum fecisset. — Unus Ox. exhibet *quam* pro *quantum*, alius cum Gud. 2. omittit *una*; hic habet *partus*. Nissen. conj. *Oeneo*. *Mr.*

Haec me irretivit] Unus Ox. *nec* pro *haec*, idem *funali* pro *furiali*. Rehd. omittit *me*, Gud. 2. hunc et sequentem versum. Marb. habet *irrecivit*. Codd. Aug. ed. Gud. habent *funerali*. Versus Graecus est: *καθῆψεν ὤμοις τοῖς ἐμοῖς Ἐρινῦων ὑφαντὸν ἀμφίβληστρον, ᾧ διόλλυμαι*. *Mr.*

Quae latere] Sic Reg. et Eliens. tert. Vulgo *lateri*. *D.*

Quae latere inhaerens] *Inhaerere aliquo loco* cum exquisitior videatur structura, quam *alicui loco*, recepi eum Dav. lectionem optimorum Codd., Wolfio quoque probatam, Regii, Gud. 1. Nec improbavit eam Kühnerus. Ed. Junt. habet *quem* pro *quae*. Vind. 1. *inhaerens lateri*. Mon. 1. *morta* pro *morsu*. Unus Ox. *lacera*. *Mr.*

pulmonum haurit spiritus] Unus Ox. *pulmone*, Duisb. et duo Oxx. *pulmonem*. Vind. 1. *pulmonis haurit spiritum*: Vind. 2. *pulmo hauritque spiritum*: in marg. recentiore manu *pulmonum*; Mon. 1. *pulmo haurit*, Gud. *pulmo auritque spiritum*. Unus Ox. in fine versus *spem*, ex perperam lecto compendio, pro *spiritu*: in quibus omnibus agnoscis manum vel interpretis vel correctoris. Beroaldus ad h. l. haec: „Veteres pluraliter tantum *pulmones* dicebant, sicut et *cervices*. Plautus in Curculione: *Pulmones distrahuntur, cruciatur iecur*. Libro tamen IV. Rhetoricorum, per figuram intellectus, unum a pluribus intelligi demonstrat, cum sic dicitur: *Atrox calamitas pectora maerore pulsabat; anhelans ex imis pulmonibus prae cura spiritus ducebatur. — Hic enim unus pulmo et unum pectus intelligitur.*" Locus Plautinus est Curcul. II. 1. 22. Locus in Rhetor. ad Herenn. IV. 33. 45. *Mr.*

Iam decolorem] [Vid. Jo. Nicol. Loens. Miscellann. Epiphyllid. VIII. 10. in Gruteri Lampad. Crit. T. V. Suppl. p. 594 sq. *Mr.*] Charisius lib. II. col. 178. Decolorem *sine colore*. Cicero *Tusculanarum secundo, cum Herculem dicat ingemiscentem*, Iam decolorem sanguinem omnem exsorbuit. Sophocli *χλωρὸν αἷμα* dicitur. Diomedes lib. I. col. 363. Cicero *in Tusculanarum secundo*, sanguinem omnem sorbui. Leg. *exsorbuit*. *Decolor* autem non est *sine colore*, sed cui vitiatus est color. *D.*

Sic córpus clade horribili absumptum extdbuit;
Ipse illigatus péste interimor téxtili.
Hos nón hostilis déxtra, non terra édita
Molés Gigantum, nón biformato impetu

Iam decolorem sanguinem] „Χλωρὸν Scholiastes interpretatur νέον ἢ νεκρόν. Cicero *decolorem* vertit. Male. *Vivum* sanguinem dicit.“ *G. Hermann.* ad Sophocl. Trach. 1044. — In Cod. Reg. scribitur *exorbuit*. In v. seq. Cod. Aug. omittit *corpus:* idem cum Marb. habet *assumptum*, sed posterior supra lineam scripto *b;* unus Ox. *sumptum*. Monet Bill. cum in Graecis sit *διέφθαρμαι*, exspectari posse *extabui* pro *extabuit*: et illud si legas, *corpus* esse Accusativum absolutum. Sed nihil de mutanda lectione cogitandum: Hercules enim eo, quod versu seq. ponit *ipse*, se quasi opponit *corpori*. Ad h. l. cf. III. 12; 26: *corpus macie extabuit*. *Mr.*

Ipse illigatus peste interimor textili] G. J. Vossius in Fragmm. Vett. Tragg. p. 147. exhibet, nescio unde, *alligatus*, sed in annot. p. 188: „in optimis, ait, quibusque Codd. legas *illigatus*, et rectius. Nam respicit poëta *pestem textilem*, uti hic vocat, hoc est tunicam Centauri sanguine tinctam, quam induerat Hercules.“ Ad v. *peste — textili* i. e. veneno letifero, quod tunica textili continetur, confert Beroaldus Lucretii versum [V. 1349.] *Nexilis ante fuit vestis, quam textile tegmen*. — Verb. ex Cod., nescio quo, pro *peste* profert languidum glossema *veste*. *Pestis* saepe de variis rebus ponitur, quae quempiam interimunt: cuius usus exempla cum Lexica suppeditent, nolo in probando eo immorari. Quod eam vero *pestem* paullo audacius appellat *textilem*, id fecit, ut exprimeret, quod paullo ante, v. 6., omisit, φαντὸν ἀμφίβλητρον. In Cod. Vind. 2. ridicule scriptum est *reptili*, sed in marg. *testili*, ut scriptam eam vocem habet Gud. Unus Ox. exhibet *ligatus*. *Mr.*

Hoc non hostilis dextra etc.] Cod. Gud. *hos inde:* pro altero *non* Cod. Reg. habet nonnisi *n*. MS. in marg. Verb. incipit hunc versum *Non vos*. Cum hic locus cum Graecis Sophoclis parum conveniat (κοὐ ταῦτα λόγχη πεδιὰς, οὔθ' ὁ γηγενὴς —), Bouh. corrigere volebat versum scribens: *λόγχη τε δαΐς τε* vertitque: *non hasta neque fax*, vel, si malis, *non hasta neque proelium*. Nec vero prospere cessit viro doctissimo sive emendatio sive interpretatio. Voce *moles* paullo audacius redditur Graeca στρατός. Vind. 1. habet *Gigantum moles, non ἰsiformi cum impetu*. Reg. Gud. et Duisb. *Gigantium*. — *Molem* Turn. Adv. II. 8. p. 46. explicat *multitudinem*. *Mr.*

Non biformato impetu Centaurus] Sophocles vs. 1076. Οὔτε θήρειος βία, ubi Scholiastes: Λέοντος, ὕδρας, Κερβέρου καὶ λοιπῶν. Sed rectius intellexit Cicero; nam Centauri θῆρες aliquando nominantur. Sic infra vs. 1111. Λιφυῇ τ' ἄμικτον ἱπποβάμονα στρατὸν ΘΗΡΩΝ. Homerus Jl. A, 267. de Lapithis:

Κάρτιστοι μὲν ἔσαν καὶ καρτίστοις ἐμάχοντο
ΦΗΡΣΙΝ ὀρεσκώοισι

Centauros ibi significat, ut recte veteres. Rursus Jliad. B, 743.

Ἤματι τῷ ὅτε ΦΗΡΑΣ ἐτίσατο λαχνήεντας.

Λέγει δὲ τοὺς Κενταύρους, inquit Didymus. Ita Pindarus Pyth. III, 8. Chironem, centaurum vocat φῆρ' ἀγρότερον. Nec aliter in eo loco, quem profert Athenaeus lib. XI. pag. 476. B. Vide et Palaephatum de Incred. cap. 1. *D.*

non biformato impetu] „Locis a Davisio laudatis adde Pindar. Pyth. IV. 211. et Verheyk. ad Antonin. Liberal. p. 17. ed. Teucher.“

Centaúrus, ictus córpori inflixit meo:
Non Gráia vis, non bárbara ulla immánitas,
Non saéva terris géns relegata últimis,
Quas péragrans, undique ómnem hic feritatem éxpuli:

Schuch. „*Biformato impetu:* Eadem figura, quae poetis familiaris, dixit Horatius *crines* Paridis *adulteros:* Cicero ipse *barbara immanitas,* id est *barbarorum.*“ *Bouhier.* Unus Ox. habet *ibi formato,* alius *biformata.* „*Centaurus* dixit *ἑνικῶς* i. e. singulariter pro *Centauri,* quod elocutionis genus ornat orationem, ut ait Quintilianus, estque oratoribus ac poetis frequens. T. Livius saepe sic dixit: *Romanus proelio victor,* cum Romanos vicisse significat. Virgilius: — *medioque ex hoste recepi.*“ *Beroaldus.* [Aen. VI. 111.] Unus Ox. *in specu* pro *impetu.* Solus Cod. Aug. *letum* pro *ictus. Mr.*

ictus corpori infixit meo] „Libenter scripserim *corpori inflixit meo,* etsi vix *infixit* summovere audeo.“ *Turneb.* Adv. II. 8. „*Inflixit* est in Pal. 1.“ *Gebhard.* „Confirmat unus Cod. Leid. lectionem *inflixit*: sed non est necessarium mutare vulgatam: et si vir doctus Anglus [Bentleium dicit] neminem dixisse ait *infigere ictus,* immemor fuit versus Virgiliani Aen. IV. 689:

Infixum stridit sub pectore vulnus.“ *Bouhier.*

„Bentleius correxit *inflixit*. bene.“ *Ernestus.* Vides Ernestum parum curare primum emendationis auctorem. Recepi autem cum Lamb. Dav. FAWolf. Schz. Nobb. Lall. Oliv. Verb. Bip. *inflixit* ex Codd. aliquot Oxx. uno Pal. uno Leid. nostro Aug. Dicit etiam Wolfius in scholis: male vulgo *infixit*. ictus non figuntur.“ Idque ipsum facit, ut Bouhierii defensio vulgatae mihi non satisfaciat: nam ut recte dixit Virgilius *infixum — vulnus,* ita *ictum infigere corpori* dici negaverim, ita ut *ictus infigere* ne cogitari quidem posse videatur, si ad veram vocis *ictus* significationem respicias, quae multum distat a *vulneris* significatione. Certe eodem iure, quo *ictum infigere* dicas, dixeris etiam *colaphum* vel *alapam infigere,* quod nemo, opinor dixerit, nisi qui risum movere velit. Accedit Ciceronis auctoritas, qui *vulnus infligere* dixit Philippic. II. 21., in Vatin. 8, 20, (ibid. *plagam inflixisses*), in Pison. 32. — Gud. habet *corporis,* Gud. 2. *meo inflixit.* Disputat etiam de nostro loco Maranta Lucullian. Quaestion. p. 400. *Mr.*

Ictus corpori inflixit *meo*] Vulgo *infixit.* Lectionem, quam recepi, praestat Pal. pr. eamque merito probarunt Turnebus, Lambinus et Bentleius. Vide Senecam de Ira III, 28. [*Aut corpori vulnus infligas.*] *D.*

Non Graia vis etc.] In hoc versu duo Oxx. habent *illa* pro *ulla,* et sic Cod. G. In Vind. 2. ea vox omittitur. Versu seq. Mon. 1. *sceva,* Gud. *terris gens saeva gens.* Respicit (ait Wolf. in Scholis) Gaditanam regionem: vel (addit Or.) Libyam; cf. Trachin. 1090. ubi *ἐπ' ἐσχάτοις τόποις* dicitur de Libya. In fine versus Codd. Vind. 2. Gud. 2. et Mon. I. habent *religata. Mr.*

Omnem hic *feritatem*] Vulgo *hinc,* contra quam volunt nostri fere Codices. *D.*

omnem hic feritatem expuli] Ita legit etiam G. Herm. hunc locum ad Trachin. 1049. qui Ciceronem apertius et plenius haec dicere ait, quam Sophoclem verbis *οὐθ' Ἑλλὰς, οὔτ' ἄγλωσσος* [*non Graeca vis, non barbara ulla immanitas*] *οὔθ' ὅσην ἐγὼ γαῖαν* [i. e. *οὔτις τις εἰς ὅσην ἐγὼ γαῖαν —*] *καθαίρων ἐκόμην ἑδρασέ πω*: neque Graecus nec barbarus, neque, quidquid terrarum adii, quisquam. „Parum apte (ait Herm.) si non esset *τις* intelligendum, ad ipsam terram haec

Sed féminea vir, féminea interimór manu.

verba referrentur, eiusque loca aditu periculosa, ut ignivomos montes, rapida flumina, et quae sunt alia huius generis.“ Existimabat Bouh. Ciceronem h. l. apud Sophoclem legisse καθαιρῶν pro καθαίρων: hanc tamen scriptionem praefert, laudato v. 1034. [1008. Herm.] πολλὰ μὲν ἐν πόντῳ, κατά τε δρία πάντα καθαίρων· [Sed nihil impedit quo minus Ciceronem idem, quod nos, legisse statuamus]. Denique improbat Davisii lectionem *hic* pro vulgato *hinc*, plurimorum MSS. auctoritate firmato. Sed *hic* habent praeter Davisianos omnes, Codd. Reg. Gud. 1. (*ic*) 2. Bern. Duisb. Edd. Ven. nostr. A. S. Dav. FAWolf. Or. Koel. Schz. Tbn. In Marb. est *sic*, in Gud. *hīc*, et sic etiam in Asc. 1. Reliqui habent *hinc*, quod, nisi obstaret optimorum librorum auctoritas, non esset reprobandum. Certe *hic* est Adverbium, nec vero, quod Wolfio visum est in scholis, Pronomen, pro *ego* positum vel pro ἐγὼ τοιοῦτος ὤν. *Hic* est *ibi*, sc. εἰς ὅσην γαῖαν ἱκόμην. Pro *expuli* est *expulit* in Codd. tribus Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Duisb. Marb. Quod cum probari nequeat, quamvis sit in libris optimis, librariis tribuendum est, qui *hic* Pronomen esse et nonnisi tertiae personae convenire existimarent. Nissen. coniecit *hanc*. Male. *Mr.*

Sed feminea vir, *feminea interimor manu*] Vulgo, *Sed feminea* vi, *feminea* etc. At, ne veteres editos memorem, Reg. Eliens. tert. et Cantabr. nostram firmant lectionem. *D.*

sed feminea vir, feminea] „Admodum variant Codd. In aliis est *vis*, in aliis *vi*, in paucis *vir*. Davisius mediam scriptionem amplexus est in Ed. 1; in altera legit *Sed feminae vir, feminae interimor manu* [quam vides esse in annot. huic operi subiecta, Bentleii emendationem alteram:] In tertia denique Ed. correxit *sed femineâ vir, femineâ* etc. Et hanc ego praefero lectionem. Non enim de violentia hic sermo est et de vi Herculi a Deianira illata, sed de fraude. Accedit quod modo dixit: *Non Graia vis*. Sed in Graecis, quae admodum languent [γυνὴ δὲ, θῆλυς οὖσα, κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν] praesertim si cum Scholiasta intelligas ἔχουσα (quod Camerario et H. Stephano placuisse mireris), quo facto nihil aliud dicit, quam feminam non habere viri naturam, quamquam ipse Sophocles multis locis virilem fere animum ei tribuit, vv. 734. 738. 739. 903 sq.; in Graecis, inquam, legendum existimo: κοὐκ ἀνδρὸς φύσις, locutione poetica, ut dicitur πέτρου φύσις pro *petra*, et in Oedipo 342. ἀνδρὸς φύσις. [De lectione loci Sophoclei iam vid. disputantem, et vulgatam defendentem G. Hermannum.] Hoc igitur vult Hercules: acerbissimum illud mihi accidit, quod meae uxoris dolo pereo, et feminae manu, non viri. Quare ego etiam aliquid gratiae accessurum existimo verbis Ciceronianis, si legeretur: *Sed femineâ, vae! femineâ interimor manu. Bouhierius.* G. J. Vossius l. c. p. 147. exhibet *vi*; in marg. addens: al. *vir*: inepte. Gebhardus: „*Vi* eleganter Victorius pr. tert. quint. Pall. At vulgo *vir*, a nasutulo interpolatum, quia erat in MSS. quibusdam *vis*.“ Lallemannus: „*Vir* cum Lambino tres e regiis Codd. Quartus cum vulgatis *vi*.“ Ego vero recepi *vir* cum Dav. FAWolf. Or. Schz. Tbn. ex libris optimis Reg. Bern. Gud. 1. 2. Duisb. quatuor Oxx. Edd. M. L. Leod. Boul. Brut. Ald. Goth. Sylb. Car. Steph. Lall. In tribus Oxx. est *vis*, in Rehd. *vix*, in Aug. *Sed vi feminea interimor manu*. Habet etiam *vi feminea* Cod. Vind. 1.; Gud. 1. et Reg. *interemor*. Nec vero cum Bouh. Ciceronem corrigere placuit, neque cum FAWolfio de eo dubitandum videtur, utrum Latine repetatur adiectivum sine substantivo. *Mr.*

9 b. *O nate, vere hoc nomen usurpa patri!*
Ne me occidentem matris superet caritas.
Huc arripe ad me manibus abstractam piis.

Sed feminea vir, feminea interimor manu] Seneca Trag. Herc. Oet. IV. 1177 sqq.

O turpe fatum! femina Herculeae necis
Auctor feretur: — — — —
Invicta si me cadere feminea manu
Voluere fata; cadere potuissem, hei mihi,
Iunonis odio: feminae caderem minis,
Sed caelum habentis. — Mr.

O nate, vere hoc etc.] „Miror hoc loco neminem esse offensum, cum *patri* orationis structuram perturbet. Videtur Cic. scripsisse:

O nate, vere hoc nomen usurpa; patre
Neve occidente matris superet caritas.“

Bouhier. Reisk. coniiciebat *hoc si nomen usurpas.* Illum sequebatur Wolf. in Ed. 1. In 2. dedit *usurpa patris; neve occidentem* etc. Et sic Schz. Primam secutus est Koel. Nos cum Dav. ad Codd. et Edd. vett. rediimus. Dativus est Dat. commodi, recte explicatus ab Or.: *usurpa hoc gnati nomen in patris ultionem.* Filium intelligi *Hyllum* notum est. Commode respondent Graeca: *ὦ παῖ, γενοῦ μοι παῖς ἐτήτυμος γεγώς, καὶ μὴ τὸ μητρὸς ὄνομα πρεσβεύσῃς πλέον.* — Pro *vere* est *verum* in Cod. Marb., *usurpas* habet unus Ox. Ed. Ven. Alt. *vere si hoc nomen usurpas*: sed *si* ex corr. additum. Gud. habet *usurpans.* Habent praeterea *usurpas* Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Venn. Reisk. et nostr. Asc. 1. 2. Med. 1. 2. — Ceterum ad h. l. obiter moneo per totum hunc locum Sophoclis a Cicerone conversum Wakefieldium ad Sophoclis Trach. l. c. nonnulla mutasse, quae vides in huius Tragoediae editione Erfurdtiana maiore p. 338 — 340. Vs. 5. *Oeneo.* 6. *hac.* 7. *lateri.* 8. *spiritum.* 10. *extabui.* 11. *ita* pro *ipse.* 14. *centaurea.* 17. *expulit* (*hic* pro *ego*) 18. cum Bentl. *Mr.*

Ne *me occidentem*] Sic Reg. et Med. Vulgo *nec. D.*

Nec me occidentem matris superet caritas] „Ita vulgo et Turnebus. Contra Victorius, quinque Pall. Fab. Pith. *ne me.*“ *Gebhard.* Turnebi sententiam vides in Adverss. II. 8. p. 46. Wakefield ad hunc Sophoclis locum coniecit: *nec te hoc videntem,* ut respiciat v. 1057 sq. *ὁρῶν λωβητὸν εἶδος.* Wolfii et Bouhierii emendationes non magis firmant Codd. quam hanc. *Ne* habent septem Oxx. (unus et Bern. *Nemo* pro *ne me*) Reg. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Gud. Duisb. Vind. 1. Mon. 1. 2. Marb. Edd. vett. ante Grut. exceptis Lambb. Goth. Post Gebh. habent *nec* Ern. Verb. Grön. Oliv. Bip. Pro *superet* Mon. 1. *superat*; pro *caritas* Vind. 1. *pietas*: quod videtur correctoris vel glossatoris. Sententia non est obscura, ita a Kühnero explicata: ne maiore caritate matrem, quam me nunc morientem habeas. Graeca tamen sunt planiora, si *πρεσβεύσῃς* intelligas, ut debes, *τιμήσῃς.* FA. Wolfius in Scholis simpliciter explicat: ne matrem cariorem me habeas. *Mr.*

Huc *arripe ad me*] Vulgo *heu.* Male contraque Msstorum fidem. *D.*

Huc arripe ad me — piis] „Bene Dav. quod *huc* restituit ex Codd. et Edd. ante Grut. Idque habet etiam ed vet. quae penes me est. Sed miror viros criticos tulisse *piis.* Hoc neque Hercules poterat dicere, neque Sophocles dixit verbis: *δός μοι χεροῖν σαῖν αὐτὸς ἐξ οἴκου λαβὼν κ. τ. λ.* Legendum manifesto *tuis.*“ *Bouhierius.* — Habent *huc* Codd. et Edd. vett. omnes, nisi quod Rehd. exhibet *hanc.*

Iam cernam, mene an illum potiorem putes.
Perge, aude, nate! illacrima patris pestibus! 21
Miserere! Gentes nostras flebunt miserias.
Heu! virginalem me ore ploratum edere:

---

et Duisb. *eo*. *Heu* reperio nonnisi in Edd. Grut. Gron. Verb. Bip. Nobb. Tbn. Pro *ad me* unus Ox. *a me*, alius *a*. Spengelius in Seebod. N. Arch. III. (1828) 4. p. 96. cum Bouhierio sentit dicens: „ineptum illud *pius*, et qui ad patrem referant caecutiunt; sed falsa est lectio, nec veram auctoris, qui Attius, non ut quidam volunt, Cicero est, manum praestat (Vid. Scalig. ad Varron. p. 230 sq. Bip.). Repone *tuis*. *Pius* et *tuus* in novellis Codd. vix discerni possunt; itaque frequenter confunduntur, vid. Doering. ad Catull. LXXIII. 2. etiam LXXV. 6. pro *pio* e nostris quidam *tuo*. Conf. var. lect. Ov. Amor. III. 9. 66. Metam. X. 451." Sed ego cum Or. facio, qui et languere ait *tuis*, et in *piis* esse Oxymoron contendit ita intelligendum: manibus in matrem quidem impiis, in patrem vero vel maxime piis. Kühnerus postquam *manibus piis* explicavit: manibus, quibus ulcisceretur patrem; commode confert Or. pro Rosc. Am. 24: *Videtisne, quos nobis poetae tradiderunt, patris ulciscendi causa supplicium de matre sumpsisse, tamen ut eos agitent furiae — quod ne pii quidem sine scelere esse potuerunt. Mr.*

Mene an illam potiorem putes] „Graeca hoc loco συνέτως. ut mox copiosiora sunt Latina, quam Graeca: πολλοῖσιν οἰκτρόν: *gentes nostras flebunt miserias*. Qui enim sunt πολλοί? toti certe populi." *Camerarius*. Pro *mene* Codd. Vind. 1. et Gud. *me*. In v. sq. unus Ox. habet *lacryma*. Rehd. *illa crimina* pro *illacrima*. — *Pestibus* explicat FAWolf. in scholis: *calamitatibus, miseriis*. Ego dixerim *pestes* esse *interitum*, collato Cic. de Rep. I. 3. p. 19: *Marii clades — vel eorum multorum pestes, quae paullo post secutae sunt*. Or. Post redit. in Sen. 7, 16: *tune ausus es cum Gabinio consociare consilia pestis meae?* Or. in Catil. I. 13. 33: *cum tua peste ac pernicie — proficiscere*. Vid. Doederlein: Lat. Synon. u. Etym. II. p. 61. et 63. Pro *miserere* scribitur *misere* in Codd. Marb. et Aug. sine dubio ortum ex scriptione MISERE, quod in peius delabens scriptor Cod. Vind. 1. mutavit in *Miserae gentes*. Iste autem homo, ut ex multis locis videre licet, de metro ne somniabat quidem. In fine versus unus Ox. *miseras*. *Mr.*

Heu virginalem me ore ploratum edere,] „Non editur ploratus ore, sed oculis, quamquam excusatio aliqua huic akyrologiae quaeri posset, verum nihil necesse est: sed potius in mendosae lectionis locum reponenda vera fuerit. Quaenam igitur est illa? Quam hic scribam (si tamen non fallor): *Heu virginali more ploratum edere*. falli autem me qui dicet, is dicat etiam, quid ista verba significent: ὥστε παρθένος, si hoc non significant." *H. Stephanus* Castigg. in Cic. p. 37 sq. Receperunt Stephani correctionem Lambinus et Fr. Fabr. ille nulla annot. addita, nisi quod in marg. Graeca conferuntur: hic idem facit in ann. Bentleii emendationem vid. infra. Stephanianam amplexi sunt FAWolf. Schz. quorum primus in scholis primum item confert Sophoclis verba, tum ad *ploratum edere* intelligere iubet *eum*. Bouhierius quoque, cum *more* reperisset in uno Leid., ad Stephani partes se applicuit. Sed verissime contendit Or. in hac constructione interrogativa vel exclamatione per Accus. c. Inf. aegre desiderari *me*: praeterea *ore edere* antiqua copia dici, ut *voce vocare, ore locuta'st*, rectiusque v. *ploratum* habere ἐπίθετον. In Ed. 2. Dav.

Quem vidit nemo ulli ingemiscentem malo!
Sic feminata virtus afflicta occidit.

recepit Bentleianum *men' virginali more*, quamquam in ann. eodem, quo in tertia, modo vulgatum defendit. *Mr.*

Heu virginalem me ore *ploratum edere*] Ita Codices: similique modo *virginalem verecundiam* dixere noster pro Quintio cap. XI. et Hieronymus ad Eustochium Epist. XIX. pag. 136. D. autem Lambinus et Fr. Fabricius reponunt, *heu* virginali more *ploratum edere*; quia Sophocles vs. 1088. habet ὅστις, ὥστε παρθένος, *Βέβρυχα χλαίων*. Miror equidem doctos illos viros hac de causa lectionem vulgatam mutasse, cum cuivis pateat, eum, qui, ὥστε παρθένος, *βέβρυχε χλαίων*, *virginalem ploratum* edidisse. Henr. tamen Stephanus Castig. in Cicer. pag. 37. hanc παραδιόρθωσιν est amplexus, additque ploratum non *ore*, sed *oculis* edi. Et sane Servius ad Aen. VI, 427. ploratum *lacrimarum tantum esse* confirmat. Sed rectius idem Grammaticus ad Aen. XI, 211. plorare, *cum voce flere* explicat. Noster infra cap. XV. *Videmus ex acie efferri saepe saucios, et quidem rudem illum et inexercitatum, quamvis levi ictu*, ploratus *turpissimos* edere. Livius lib. XXII. c. 14. *Strepunt aures* clamoribus plorantium *sociorum*. Idem XXIII. 42. *Quum* ploratum *prope coniugum et liberorum nostrorum* exaudire — *posses*. Seneca Epist. LXIII. *Lacrimandum est, non plorandum*. Hinc apud veteres *inclamandi* significationem obtinuit, quod docebit Festus. *D.*

virginalem me ore] Unus Ox. *virginalem more*, alius *virginem me ore*, Gud. 2. *virginalem meo more*. Haec lectio sine dubio ex scriptione *me* o *more* orta est, qua prava correctoris alicuius scriptio *more* a prudentiore aliquo erat correcta, qui syllabae *mo* superscriberet *o*, quod posterior quidam, religiose scilicet, in contexta recepit. Idem Cod. aliam aeque probabilem habet correctionem *ederem*. Reliqui omnes vulgatam firmant. Ex Codd. Oxonn. erroribus Wakefieldius non absurde, sed propius ad Graeca verba effectum iri censebat: *heu! virginis me more*. — Frustra, iudice Erfurdtio. Quod autem post *miserias* distinctionem minorem poni volebat Bouh., videlicet ut significet poeta hoc versu, quasnam *miserias* gentes essent deploraturae, nimirum, quod Hercules, ut puella, ploratus edat; in idem commentum incidit quoque Bill., dicens *edere ploratum* esse appositionem vocis *miserias*. Quod refutare non videtur necessarium. *Mr.*

ulli ingemiscentem malo] Cod. Vind. 1. *ullo*, quod est correctoris, qui Dativum non concoqueret. Codd. Gud. 1. et Aug. *ingemescentem*. *Mr.*

Sic *feminata*] Sophocles vs. 1092.

Νῦν Δ' ἐκ τοιούτου θῆλυς εὕρημαι τάλας.

Igitur lege, *sed feminata* etc. *D.*

Sic feminata virtus afflicta occidit] „In aliis Codd. *effeminata*. Nostra tamen lectio est probabilior.“ *Comm. Anon.* ap. Leod. a Quercu. „Cum sic duo habeat epitheta *virtus*, Ciceronem scripsisse arbitror *afflicto*, praesertim cum sic melius cum Graecis conveniat: θῆλυς εὕρημαι τάλας. Dav. etiam *sic* mutatum vult in *sed*: quod non displicet; quamquam *sic* intelligi potest, quasi scriptum sit *adeo*.“ *Bouhier.* *Sed* scripsit etiam Wakefield. pro *sic*. Sed recte Bouh. in fine annot. Scribitur *effeminata* in Codd. duobus Oxx. Marb. Aug. Vind. 1. Rehd. Edd. Ven. Alteri (haec ex corr.) C. Ven. nostr. Asc. 2. (haec omisso *sic*), recepto glossemate vocis ἅπαξ λεγομένης. *Mr.*

Accéde, nate, assiste, miserandum ádspice
Eviscerátum córpus laceratúm patris!
Vidéte, cuncti! túque caelestám sator,

---

afflicta] „Edd. pr. habent *afflictu* [sc. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Junt. Asc. 1. 2. praeterea quinque Reiskianae] i. e. *πληγῇ*. bene. mallem iam etiam *femineo*, si versus pateretur. Sed id non respondet Graeco, in quo se *θῆλυν* vocat; quod convenit *feminatae virtuti.*" *Ern.* „Recte *afflictu*, *πληγῇ*. Sic *afflictu*, plaga, vulnere a femina illato, *effeminata* (ut habet ed. Scur.) occidit." *Reisk.* Bouhierii coniecturam recepit FAWolf. eumque secutus Koel. Ille ad *afflicto* intelligit *mihi*: recte certe, si illud probandum esset. Sed vere monet epithetorum cumulationem neminem offensuram esse qui reputet, *afflicta occidit* quasi in unum esse iungenda. Ridicule Neidius scripsit *afflicto accidit*, explicans: „mihi afflicto accidit (i. e. accessit, contigit) feminata virtus (i. e. flere, plorare, eiulare, quod facere mulieres in miseriis solent.)" Solus, ut videtur, Cod. Aug. habet *afflicto*; nullus *afflictu*, omnes *afflicta*. *Mr.*

Accede, nate, assiste] Gud. 2. *ante* pro *nate*. Unus Ox. *absiste* pro *assiste*. Quod initio versus seq. Dav. in Ed. 2. recepit probante Bouhierio *Eviscerati*, Bentleii est, nec vero Codicum, idque recepit FAWolf. eumque secuti Schz. Or. Nobb. Neque magis habent Codd. *lacerati* (praeter duos, ut videtur, Oxx.) quamquam habent Edd. vett. omnes, itemque Grut. Ern. Bip. Nobb. Quare cum probare non potuerim Edd. vett. lectionem. *Eviscerátum corpus laceráti patris*, Bentleianaque, quamquam per se probabilis et magis poetica (*Eviscerati corpus laceratum patris*) auctoritate librorum plane destituatur; restitui cum Dav. in Ed. 3. et Tbn. utrumque Accusativum, probante etiam Kühnero, quamquam hic vir, calami opinor, errore, dixit omnes Codd. habere *lacerati*: defendit enim duos Accusativos *ἀσυνδέτους* his exemplis: §. 22. *Tartarea tenebrica plaga*; c. 10, 25: *vetusta saeclis glomerata horridis, Luctifica clades*; c. 17, 39: *nostram acrem aciem inclinatam*; quorum tamen exemplorum, pace viri doctissimi dixerim, medium tantum huc facere videtur, sed optime. Tria enim uterque locus habet unius Substantivi epitheta eaque interrupta. Illo loco dicitur *clades vetusta, saeclis glomerata horridis, luctifica*: nostro dicitur *corpus patris miserandum, eviscerátum, laceratum*. Solus Cod. Mon. 1. habet *corpus elaceratum*. Ad seqq. Comm. Anon. „Cicero, ait, h. l. omisit septem versus Sophoclis, hac, ut opinor, de causa, quia illic quidam sunt affectus positi in interiectionibus, quae interiectiones commode reddi non poterant latine." *Mr.*

Laceratum *patris*] Vulgo *lacerati patris*. Alteram vero lectionem praestant Codices: et veteribus poetis non inusitata sunt haec *ἀσύνδετα*. *D.* [v. ann. praeced.]

Videte, cuncti!] Post *cuncti* habent glossam *dii* Codd. Duisb. Aug. Edd. P. A. B. S. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. HWolf. praeterea Reiskianae Ven. 1. 2. Med. 1. 2. male probante Reiskio, metri, ut videtur, plane ignaro; nam probavit idem etiam *caelestium* repertum in iisdem, quodque habent etiam Codd. Gud. Duisb. Mon. 1. Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Unde Bouh. corrigi posse ait: *Tu Caelestium sator*, quamquam ferri posse concedit vulgatam. Et debet certe. Quod vero idem vir doctus ait nihil esse omissum, ergo nec quatuor Sophoclis versus, quod vulgo dicant interpretes: corrigendum potius esse ex Cicerone versuum Sophocleorum ordinem perturbatum, id, ne longius a proposito discedamus, iam in medio relinquimus.

Iace, obsecro, in me vim coruscam fulminis!

Addam tamen Bouhierii ordinem, cum eius commentarii sint paullo rariores. Wakefieldium, qui teste Erfurdtio scripsit: *caelestis sator, ige obsecro in me vim coruscam fulminis*, non moramur. Ita igitur Bouhierius scribit vult apud Sophoclem:

ὦ ναξ Ἄιδη, δέξαι μ᾽
ὦ Διὸς ἀκτὶς παῖσον.
ἔνσεισον, ὦ ναξ, ἐγκατάσκηψον βέλος,
πάτερ, κεραυνοῦ. δαίνυται γὰρ αὖ πάλιν,
ἔθαλψεν ἄτης σπασμὸς ἀρτίως· ὅδ᾽ αὖ
διῆξε πλευρῶν, οὐδ᾽ ἀγύμναστον μ᾽ ἐᾷν
ἔοικεν ἡ τάλαινα διάβορος νόσος,
ἥνθηκεν, ἐξώρμηκεν — — —

Addit se secutum esse in distinctione tertii versus (πάτερ,) sententiam H. Stephani. Primum versum sibi ita ut Jambicum legendum videri:

ὦ ναξ Ἄιδη, δέξαι μ᾽, ὦ Διὸς ἀκτὶς πέσῃ. *Mr.*

Iace, obsecro, in me] Codd. Vind. 1. Aug. *Iace in me, obsecro:* unus Ox. *curruscam*. Versum seq. omittit Cod. Gud. In eo habent Edd. P. Lambb. Goth. Boul. Brut. Ald. Sylb. *dolorem*. In Cod. Rehd. est *polorum et axiferi*. Cod. Ulr. ap. Gebh. *dolorum et anxiferi*. Vind. 1. *dolorum vi anxiferi torquentur*. Unus Ox. *dolorum vice ansiferi*; alius *dolore axiferi*. Aug. *me dolorem auxiferi*. Gud. 2. *dolorum axiferi*. Ut h. l. ait *anxiferi vertices*, ita de Div. I. 13. [nec vero ad Div. ut ait Bill.] *anxiferas curas*. FAWolf. in scholis *vertices* explicat ἀχμαί. Cod. Aug. *sarpit* pro *serpit*. Totus hic versus, excepto vocabulo *manus*, abest a Codic. Marb.: aberravit nimirum oculus librarii a *vertices* ad *ulcerices*. Interiectionem omittunt Codd. Duisb. et unus Ox. Ad v. *serpit* Bouhierius languere ait hoc verbum, cum de summo dolore loquatur Hercules, cui nihil possit addi: sibi quidem videri legendum *saevit*. Sed ex iis, quae sequuntur, videre licet eum de mutanda lectione ne cogitaturum quidem fuisse, nisi lectione quadam variante, eo inductus esset; reperisse enim se ait in uno Leid. *sepit*. Eiusmodi esse originem plurimarum coniecturarum norunt, qui in veterum libris edendis versantur. Unus Ox. habet *cortrices*. Wakefieldius quoque tentavit huno locum, non felicius tentans Latina, quam Graeca. Ita autem ille: „*Serpit ardor* absonum est, tum contra acceptum dicendi morem, tum loco Sophocleo prorsus contrarium: morbus enim *serpens* is est, qui non subito, sed tarde grassetur et per gradus: Virg. Georg. 3, 468:

Continuo culpam ferro compesce, priusquam
Dira per incautum serpant contagia vulgus

reponas igitur: *Nunc surgit ardor:* i. e. uno verbo ἐξώρμηκεν (sic enim legi vult v. 1091. pro ἐξώρμηκεν.) Ita Seneca Thyest. 943:

— — — *quid flere iubes,*
nulla surgens dolor ex causa?“

Non videtur necessarium refellere errorem, quem commisit W. in explicanda verbi *serpendi* significatione. Doloris ardor, qui quovis temporis momento longius grassatur, et novam quandam corporis partem adhuc intactam contingit, optime quidem dicitur *serpere*. An forte serpentum motus, qui a serpendo nomen ducunt, *tardus* dici potest? Quid? quod ipse Cicero serpendi verbo saepe non de tarde progrediendo utitur, sed de eo, quod continuo, non intermisso, cursu ad finem tendit. Cuius usus exempla vel Lexica suppeditant: quare ab iis congerendis abstineo. *Mr.*

Nunc, nunc dolorum anxiferi torquent vértices:
Nunc sérpit ardor. O ánte victrícis manus,
O péctora, o terga, ó lacertórum tori! 22.
Vestróne pressu quóndam Nemeaéus leo
Frendéns efflavit gráviter extremum hálitum?
Haec déxtra Lernam, tétra mactata éxcetra,

O lacertorum tori!] Cod. Aug. *laceratorum*: egregia emendatione. Pro *tori* unus Ox. *torti*, alius *corti*. Ad h. v. Beroaldus: „Seneca in Hercule Oetaeo [751.]: *Membra et Herculeos toros urit lues nescio quae.* Toros appellamus pulpam carnis musculosam, in qua inest robur et valentia, unde *torosus* ducitur. Scribit Columella [de R. R. VI. 20.] parandos esse boves novellos cervice longa et torosa. Tori quoque in herbis esse dicuntur per decoram translationem, a Plinio [H. N. XIX. 29.] *inula torosior* dicta, qui toros identidem nominat in plantis." Conf. etiam Lex. Rusticum in Vol. IV. Ed. Bip. Scriptorum Rei Rusticae. — Sequitur in duobus Oxx. Mon. 2. Edd. P. A. B. S. E. C. ex Reiskk. Ven. 1. 2. Med. 1. 2. nostris Junt. Ven. Asc. 1. 2. *nostrone* pro *vestrone*, quod ortum est ex antiqua scriptione *vostrone*, quam habet HWolf. quaeque esset restituenda, ut paullo superius *vortices*, si vel Attium horum versuum esse scriptorem, vel Ciceronem consulto antiquiores formas captasse statueres. Perperam scribi *Nemeus* et *Nemaeus* in multis libris, ultro exspectabis. Et habent ita duo Oxx. Vind. I. 2. Mon. 1. 2. Marb. Duisb. Gud. 1. 2. Aug. Edd. Asc. 1. 2. Junt. Sturm. Ald. Brut. Sylb. Duo Codd. Ox. habet *nemus*, unus *gemens*. Et haec quidem lectio ita orta esse possit videri, ut in versu sequente voci *graviter* superscripserit aliquis glossator *gemens*, quod in superiorem versum irrepserit extruso nomine proprio. *Mr.*

Frendens efflavit graviter extremum halitum.] *Graviter* i. e. *δεινὸν* iungi iubet cum *frendens* FAWolf. in scholis. Pro *efflavit* Cod. Mon. 1. *afflavit*; quatuor Oxx. et Ed. Fr. Fabr. *offlavit*. Wakef. male post *frendens* distinxit. Ceterum hoc versu donavit Sophoclem Cicero, quod iam observavit Garaton. ad Cic. pro Mil. 28. p. 226. ed. Orell. Ultimum versus verbum in Cod. Aug. scribitur *habitum*, in Rehd. *hanelitum* i. e. *anhelitum*. Versu seq. duo Oxx. *Larnam*, unus *Lerna*. *Mr.*

Lernam, tetra mactata excetra, Placavit] Sic Reg. Med. et Eliens. pr. Vulgo *Lernam tetram*. Male ut vidit Cl. Bentleius. Forsan etiam legendum *pacavint*, ut apud Virgilium Aen. VI, 803. Pari modo *pacatum mare* de Oceano praedonibus non infesto dixit Horatius lib. IV. Od. 5. *D.*

tetra mactata excetra, pacavit] „Hydram Latini excetram vocant, quod uno caeso capite tria excrescebant. — Graeco vocabulo dicitur *echidna*, quod et apud Latinos usitatum est. Illud habet Plautus in Persa: *cum excetra — deluctare malo, quum cum amore: hoc* Ovidius: *Pars cauda Lerneae serpens erit unus Echidnae.* — — Plato, quod annotatu dignum est, asserit in Euthydemo, Hydram fuisse callidissimam sophistriam, cui propter sapientiam pro uno sermonis capite amputato multa repullulabant. *Beroaldus.* „*Lernam terram* [ita Cod. Rehd. Edd. P. A. B. C. M. Ven. nostr. Junt. Asc. I. 2. Wolf. Ald. Brut. Leod. Sylb.] „vel pro *Lernaeam terram* possuit, vel scribendum est *Lernae terram*; prius fuerit tale, quale est *urbem Romam*: posterius, ut *urbem Patavi*." *Camerar.* Vides tum meliores Codd. nondum fuisse collatos. *Tetram* habent Codd. Bern. Aug.

Pacávit: haec bicórporem afflixit manum:
Erymánthiam haec vastificam abiecit béluam:
Haec é Tartarea ténebrica abstractúm plaga
Tricipitem eduxit Hydra generatúm canem:

Gud. 1. 2. Col. [probantibus A. Turnebo in Advv. II. 8. p. 46. et Fr. Fabricio] Marb. Edd. S. E. mC. V. Boul. Car. Steph. Sturm. Lambb. Goth. Gebh. Verb. Ern. Nobb. Tbn. In Cod. Rehd. est *mactata extenta iacuit*; in Gud. *trā etrā macerata excetra*; Aug. *mactatam ydram excepit*. unus Ox. *in mactata*, alius *mactatam*; alius *excedra*, alius *excerta*, alius *excedera*, alius *exertam*. Lambinus primus correxit locum, ut eum nos exhibemus, sed, ut in plurimis fecit, nulla addita sive librorum auctoritate, sive ratione. Secutus est eum G. J. Vossius in Fragm. Tragg. Roúm. l. c. quamquam neuter verbum *placavit* correxit. Bentleius deinde in eandem, in quam Lambinus, suspicionem incidit. Reperit eam lectionem Dav. in tribus Codd. addiditque egregiam emendationem *pacavit*. Quid enim erat quod *placaret* regionem, non iratam neque infensam? sed *pacanda* erat regio, hydrâ illa infesta et turbata. Probavit (vel potius correxit ipse) *tetrâ* Turnebus l. c. quamquam Accusativum ferri posse concessit. Probavit utramque, Bentleii et Davisii, emendationem Bouhierius, priorem Ernestus, Lallemannus Schz.; utramque FAWolf. Or. Kühnerus, Wakefield. Koel. De etymo Wolfius Servianam vocis *excetra* explicationem (ad Aen. 6, 287: essé eam sic dictam, quod uno caeso tria capita excrescebant) falsam et plane nihili esse recte contendit, additque videre sibi *excetram* ita corruptum ex Graeco *ἔχιδνα*, ut *catamitum* ex *Ganymede*. Pro lectione *pacavit* confert locutionem *mare pacare* i. e. a piratis purgare. Or. vero laudat Senec. Herc. fur. 442: *pacatum manu* [Herculis] *quodcunque Titan — videt*. Add. Horat. Od. IV. 5. 19. *Mr.*

haec bicorporem afflixit manum] „Centauros, qui bicorpores biformesque fuerunt, sua se dextra mactasse significat.“ *Beroaldus*. In Cod. Vind. 1. est *bicorporem Centhaurum afflixit manus*. Habet *manus* etiam Cod Aug. et marg. Asc. 2. Mon. 2. Eam vocem plane omittit Mon. 1. In Duisb. est — *us* et supra lin. *um*. Pergit Cod. Marb. *herimanchiam*. *Abiicere* Bill. explicat *affligere*. Certe *abiectum animum* possis explicare *animum afflictum*. Sed rectius explicat Forcellin. *prosternere*, ut saepe est apud Cic. *se abiicere* pro *se prosternere* v. c. Or. I. 7; et de Legg. I. 9. scripsit Cicero: *Natura ceteras animantes abiecit ad pastum, solum hominem erexit*. *Mr.*

Haec e Tartarea tenebrica abstractum plaga]. Habent *e* Codd. MS. in marg. Asc. 2. Reg. Bern. Duisb. Gud. 1. 2. Mon. 1. unus Ox. Edd. S. E. V. Rob. Steph. HWolf. Leod. Dav. FAWolf. Koel. Or. Tbn. *Et* habent Codd. Rehd. Gud. Edd. P. quatuor Reiskk. A. B. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt.; omittunt *e* Codd. Aug. Marb. Vind. 1. duo Oxx. In reliquis est *a*. Adiectiva praecedentis et huius versus, *vastificus*, *tenebricus*, sunt apud Ciceronem *ἅπαξ λεγόμενα*. Observat FAWolfius in scholis, solutae orationis scriptores dicere *tenebricosus*, poetas *tenebrosus*. Ceterum apud Catullum habes III. 11. *iter tenebricosum*. Solus Cod. Vind. 1. habet *tartareum*. Aug. *tenebra* cum duobus Oxx., unus *tenebrea*. Versu seq. habent *triplicem* Cod. Rehd. Edd. S. E., unus Ox. *tricipem*. Plane ut Cicero Cerberum circumscripsit Sophocles *τριφανον σκύλακα*. Ante *Hydra* inserit *ex* Codex Vind. 1. *Mr.*

Hydra generatum canem] Gud. 2. *ichyra genitum*. „*Echidnam* vertit *Hydram* Cicero, cum Hyginus scribat e *Typhone* et *Echidna* Hy-

Haec interemit tortu multiplicabili
Draconem, auriferam obtutu observantem arborem.

dram natam fuisse. Ante *Hydram* appellarat *excetram.*" *Turnebus* Adversarr. l. c. p. 46. „Sophocles dicit δεινῆς Ἐχίδνης θρέμμα, et sic Mythologi omnes: Hesiod. θεογ. 304. Ovid. Metam. VII. 408. Q. Calaber VI. 261. Hygin. Fab. 151. etc. Haud facile igitur credas Ciceronem, qui ante oculos haberet poetam Graecum, Cerberum Hydra natum dixisse. Solus Ovidius, metri fortasse necessitate coactus, nonnunquam hydram Lerneam Echidnae nomine significavit (Metam. IX. 69. 158.). Nihil vero Ciceronem, ut idem faceret, coögit. Quare suspicor eum scripsisse: *eduxit Echidna generatum canem.* Illud nomen cum ignorarent librarii, notius substituerunt." *Bouhierius.* Favere videatur huic coniecturae cum scriptio Cod. Gud. 2. *ichyra*, sub qua stribligine latere possit *echidna:* tum illud, quod etiam pro nomine non minus ignoto *excetra* in Aug. Cod. est *hydra*. Nec tamen id eo dico, quasi cum Bouh. faciendum existimem. Recte enim Or. Ovidium ait l. c. cum Lernaeam hydram dixerit Echidnam, Hesiodi quidem Echidnam videri confundere cum illa [ἥμισυ μὲν νύμφην ἐλικώπιδα, καλλιπάρῃον, ἥμισυ δ' αὖτε πέλωρον ὄφιν]: nostro loco Ciceronem vice versa: sed inde facilem esse coniecturam, veteres iam Latinos Echidnam cum Hydra confudisse. *Mr.*

Haec interemit tortu multiplicabili] Cod. Vind. 1. *haec pressit*, sed in marg. *al. interemit.* Cod. Aug. *peremit.* Unus Ox. *coitu* pro *tortu.* Sequens vocabulum rursus vocibus ἅπαξ λεγομέναις addendum, us monuit N. Susius in Lima Ciceroniana p. 100. (Antw. 1620.) Neque alibi reperitur adiectivum *multiplicabilis.* De Dracone Hesperidum poma custodiente vid. Klopferi Lex. Myth. v. *Hesperius Draco* T. I. p. 864. ibiq. laudd. Salmas. ad Solin. p. 264. Cod. Aug. habet *Draconem aptutu observantem auriferam arborem.* Vind. 1. *Dr. obtutu servantem aurif. arb.* tres Oxx. *obtuitu* cum Marb. Mon. 1. 2. tres Edd. Reisk. in Gud. 1. est *obtutum* ut in Vat.: in Gud. 2. *optatum.* Pro *observantem* habent *asservantem* v. *adservantem* quinque Codd. Oxx. quatuor Gebhardi Marb. Mon. 1. 2. Duisb. Gud. 1. 2. Vind. 2. marg. Ven. Alteri MS. Edd. Asc. 2. C. V. Rob. Steph. Junt. idque, cum Bentleiani quoque Codd. omnes exhibeant idem, recepit in Ed. 2. Davisius; in prima et tertia vulgatam secutus est, et in illa quidem haec adnotavit: „MSS. Norv. Petr. aliique multi repraesentant *adservantem*, quam quidem scripturam ex Glossa natam arbitror. Porcius Latro Declam. in Catil. c. 32. *Quid est, quod illum observatum dicas in perpetua custodia — ?* Eumenius Paneg. VII. 4. 2: *Tum demum — portas reliquerunt, quum fessi observare non possent.* Caesar. III. B. C. 28. *qui eam partem orae maritimae observabant;* sic recte Edd. vett. cum vulgo legatur *asservabant.* Eadem vox nobilissimo scriptori I. B. C. 21. est reddenda. Vid. Pet. Fabrum Semestrium I. 20." Vid. etiam de hac verbi *obs.* significatione disputantem Menckenium Obss. L. L. p. 678. Ego vero, ut fatear, quod est, neutrum compositum h. l. plane probo, sed utrumque vel errori librariorum vel consilio tribuo, profectumque a Cicerone existimo *servantem*, ut habet Vind. 1. idemque nunc video Wakefieldium restituisse probante Erfurdtio, qui laudat (ad nostrum Sophoclis locum) Wakef. ad Eurip. Herc. Fur. 51. coll. Virg. Aen. VII. 52. ubi est: *Sola domum et tantas servabat filia sedes. Mr.*

Obtutu observantem] Multi Codices *adservantem*, quod ex Glossemate natum videtur. Vide quae diximus ad Caesaris lib. III. B. C. cap. 28. *D.*

Multa ália victrix nóstra lustravit manus,
Nec quisquam e nostris spólia cepit laúdibus.

Possumusne nos contemnere dolorem, quum ipsum Herculem tam intoleranter dolere videamus?

10 Veniat Aeschylus, non poeta solum, sed etiam Pythago-
23. reus: sic enim accepimus. Quomodo fert apud eum Prometheus dolorem, quem excipit ob furtum Lemnium,

---

victrix nostra] Vind. 2. *nostra victrix*. Aug. *manus lustravit*. „Wakef. pro *lustravit* dedit *gustavit*, nescio an vere: Sophoclis ἐγευσάμην v. 1103. allato Lucret. V. 180: *qui nunquam vero vitae gustavit amorem*, et Prudentio Psychomach. 430: *Lascivae vitae illecebras gustatus amarae Mortis et horrifico sapor ultimus asperet haustu.*“ *Erfurdt.* Mox Duisb. *ex nostris*. Mon. 1. *est nostris*. Sch. in ann. ad h. l. ait: *olim noninulli a nostris*. Ad quae Or. „nullus meorum: sed *a nostris* err. typogr. est in lemmate Bouhierii.“ Recte. Est hic unus ex infinitis illius viri erroribus, qui festinabundus libros inspicere nollet. Cum non plane conveniat Graecis (*κοὐδεὶς τρόπαι' ἔστησε τῶν ἐμῶν χερῶν*), Bouhierius corrigebat *cladibus:* sed merito neminem obsequentem habuit. Ern. explicat: nec quisquam nos vicit et superavit.“ Melius Nissen.: „de laude nostra detraxit aliquid:“ i. e. de rebus laudabiliter gestis. Bouhierio magis, quam debebat, assensus est FAW. in scholis. Non melius cessit Bouhierio correctio *continere dolorem* pro *contemnere dol.* ex Charisio p. 196. Putsch. Ven. nostr. *e nostra*. Pro *cepit* Gud. 1. *coepit*, unus Ox. *accepit:* adhaerente ultima antecedentis vocis litera sequenti. Cod. Aug. habet *possumus nec*. Pro *intoleranter*, quod solum verum est, Codd. Aug. et unus Ox. cum uno Leid. habent *intolerabiliter;* alius Leid. exhibet *intoleranter vitae*, unde Bouh. se aliquando coniecisse ait *intolerantem vitae*, cuius eum postea coniecturae merito poenituit. *Mr.*

intoleranter dolere videamus] Unus Ox. et Aug. *dolere:* alius Ox. *vidimus*. „Profert hunc locum Charisius in voc. *toleranter:* ex quo licet intelligere *tolerabiliter* et *intolerabiliter dolere* seu *ferre dolorem, morbos* etc. quod alibi in vulg. lib. reperitur, mendosum esse, ut alias admonui.“ *Lambinus.*

c. 9. *Veniat Aeschylus* etc.] „Aeschylus poeta, studiosus philosophiae Pythagoricae, ut Euripides Anaxagoreae. Locus autem est de Prometheo, ut apparet, *λυομένῳ* Aeschyli: quae fabula nunc non exstat. Scripsit idem et *πυρφόρον Προμηθέα*. Ad nos *δεσμότης* tantummodo, eaque mendosa pervenit.“ *Camerarius.* Laudat Kühnerus Welckeri librum, qui inscribitur: Nachtrag zu der Schrift über die Aeschylische Trilogie p. 36 sqq. — In Cod. Marb. est *Veniat escinelus*; in Gud. 1. *escylus*. Pergunt Edd. P. A. B. S. E. C. L. Ven. nostr. Aso. 1. 2. Can. Steph. Junt. HWolf. Sturm. Sylb. Boul. Brut. Lambb. Goth. Reiskianae *non poeta tantum:* reliquae et Codd. nobiscum faciunt. Post *sed* omittunt *etiam* Edd. Ven. nostr. Junt. Aso. 1. 2. Sturm. HWolf. P. A. B. S. E. C. et Codd. Rehd. Aug.; *et* habet Duisb. Cod. Aug. habet *Pytagoricus*. De Aeschylo philosopho vid. A. Schott. Nodorr. Ciceronn. II. 15. p. 329: in primis vero Athenaeum Deipnoseph. VIII. p. 347. e. T. III. p. 281. Schwgh. *φιλόσοφος δὲ ἦν τῶν πάνυ ὁ Αἰσχύλος*, ad quem locum hunc ipsum Ciceronianum excitavit Schweigh. Animadvv. Tom. IV. p. 585. — In Cod. Marb. bis scribitur *Promecheus*. Ad h. l. et versus seqq. Jambicos senarios vid. G. Hermanni Diss. de Aeschyli Prometheo Soluto p. 18 sq. in ej. Opuscc. IV. p. 269—271. *Mr.*

quem excipit] Ita Codd. et plurimi et optimi: quare servavi

Unde ignis cluet mortálibus clam
Divisus: eum dictús Prometheus
Clepsisse dolo, poenásque Iovi p. 180. a.
Fato éxpendisse suprémo.

Has igitur poenas pendens, affixus ad Caucasum, dicit haec:

Praesens, quamvis Perfectum in propositione hac relativa quod ad sententiam et ad grammaticam rationem praeferendum videatur, neque satisfaciat ratio ab Or. viro amicissimo pro Praesente allata. Et habent *excepit* duo Oxx. Rehd. Gud. Marb. Mon. 1. Edd. P. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Sturm. Reiskianae Ven. 1. 2. Med. 1. 2. et MS. in marg. Asc. nostrae, praeterea Edd. FAWolf. G. Hermann. Koel. Alter. Solus Cod. Vind. 1. *coepit*. *Mr.*

ob furtum Lemnium] Duo Oxx. *futurum*, unus *Luminum*, alius cum Marb. et Gud. 2. *Lennium*. „Ob ignem furto subductum, quem poetice *furtum Lemnium* appellat, quoniam in Lemno insula colitur Vulcanus Deus ignis: unde et *Lemnius ardor* dicitur a poetis. A. Lemno teterrima quaeque facinora apud Graecos Lemnia appellantur: ex facinore, quod memorat Herodotus, et ex scelere feminarum, quae viros suos interemerunt. Sapientiam quoque Vulcani subripuit cum igne." *Beroaldus*. De his verbis ad Welckeri sententiam supra laudatam vid. quae monuit G. Hermannus in censura Lipsiensi (Lpz. L. Z. 1827. 14.) p. 105 sq. Laudat Billerb. Hom. Odyss. 1. 575—580. Lucret. III. 997. sqq. Virg. Aen. VI. 595—600. Hesiod. [Theog. 521—579.] Hygin. Fabb. 54. 142. 144. Ovid. Metam. I. 82. Horat. Carmm. I. 3. 27 sq. Sed loci Hom. Luon. et Virg. de Tityo agunt, non de Prometheo. De eo vide quos laudat Klopfer. in Lex. Mythol. s. v. — Qui sequuntur versus quatuor ita diversis modis leguntur in libris, ita tentati varie et vexati sunt ab interpretibus, ut, quae vel alii, praeter Dav. in Ed. 3. et Bentleium, de iis statuerunt vel nobis statuenda videntur, in Excursum conjicere necessarium duxerimus. *Mr.*

Unde ignis lucet mortalibus clam divisus, eum *doctus — fato expendisse supremo*] Hi procul dubio sunt versus, et eorum quidem principium sic exstat apud Varronem lib. VII. L. L. pag. 67. *Unde ignes cluet mortalibus Divis*. Jos. quidem Scaliger Castig. pag. 103. ad Anapaesticos hoc modo reducit:

— Unde ignes mortalibus
Divisse cluet doctu' Prometheus,
Clepsisse dolo, poenaeque Iovi
Fato expendisse supremo.

Hunc Heroem sequitur D. Lambinus. Octav. autem Pantagathus miros ex iis lambos facit:

Dolorem quem percipit ob furtum Lemnium
Unde ignis lucet mortalibu' clam dititus:
Eum Prometheus clepsisse est dictus dolo,
Poenasque Iovi fato expendisse pessimo.

Haec ratio longe longeque Scaligerana deterior est; attamen infeliciore, si fieri potest, conatu rem aggreditur Hadr. Turnebus Advers. lib. III. cap. 8. Mihi cum primis arridet elegantissima viri summi Ric. Bentleii coniectura, qui reponit:

Unde ignes cluet immortalibus
Clam Divis doctu' Prometheus
Clepsisse dolo, poenasque Iovi
Furti expendisse supremo.

Vide sis Epist. Malelae subiectam pag. 27. *D.*

affixus ad Caucasum] Duo Oxx. *confixus*. Unus omittit *ad* et

Titánum suboles, sócia nostri sánguinis,
Generáta Caelo, adspícite religatum ásperis
Vinctúmque saxis: návem ut horrisonó freto

---

haec. Scripsi autem cum Dav. *dicit haec*, pro *haec dicit*, ex Codd. omnibus Bentleii, nostris Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Duisb. Gud. Marb. Mon. 1. Qui sequuntur versus Germanice versi sunt in Wielandi Museo Attico III. 3. p. 350. nec vero metro antiquis versibus conveniente: neque melius cessit, quod ad formam metricam, versio Germanica iis duumviris, qui nuperrime hasce Tusculanas Germanice vertendas sibi sumpserunt, sive consulto a metro senario abstinuerunt, quod minime probandum, sive commodiorem Jambicorum quinariorum formam operosi laboris compendium existimarunt. *Mr.*

Titanum ſubolcs, socia nostri sanguinis:] „Qui sequitur locus ex tragoedia deperdita, quae inscribitur *Προμηθεὺς λυόμενος* ab Attio Latine facta, depromtus est. Hinc etiam liquet, cur hic res in Caucaso monte geratur, quum scena Promethei vincti sit in Scythia. Notandum enim, Prometheum bis in rupe vinculis constrictum esse, primum in rupe Scythica, deinde in Caucasi iugo, et eadem hac altera vice a Jovis aquila iecur ei dilaniabatur. V. Schützii Comm. ad Aeschyli Prom. Vinct. p. 10. 11." *Neidius.* V. Klopferi Lex. Mythol. II. p. 495. in annot. Titanas consanguineos appellat, quia ipse Prometheus Japeti filius est Titanis, qui fuerunt Caelo (*Οὐρανῷ*) et Terra (*Γῇ*) generati. „*Suboles*, ait Lambinus, legendum et scribendum est, non *soboles*: quamvis reclamet indoctorum et ineptorum turba." Vid. Noltenii Lex. Antibarb. p. 171. Aldi Manut. Orthogr. Ratio (Antw. 1564. 12.) p. 84. Cellarii Orthogr. ed. Harles. p. 356. Grotefend. Orthogr. §. 127. — „Edidit Vossius hosce versus ut ex Attii Prometheo sumptos. Alii idem sentiunt fulti auctoritate Nonii Marcelli, qui Attii nomine addito aliquot horum versuum laudavit. Sed cum ipse Cicero capite insequente dicat se eos ex Graecis Aeschyli convertisse, de eo dubitare non licet: quare Nonium vel memoria lapsum esse existimandum est, ut arbitratur Davisius, vel Ciceronem aliquot Attii versus ascivisse, ut iudicavit ad eum Nonii locum Jos. Mercerius [p. 647.]. Ceterum cum Aeschyli fabula, unde haec hausta sunt, interciderit, iudicare non licet utrum hi versus aeque accurate atque eleganter sint conversi." *Bouhierius.* G. J. Vossius ad Fragmm. Tragg. Romm. p. 142: „Dissimulat auctorem Tullius. Ex Aeschylo tamen translatos hosce versus constat, et quidem ab Attio, sub cuius nomine Nonius [v. *adulatio*] locum ex his producit, meminitque praeterea Attianae huius fabulae in v. *gelus*, subscribente Prisciano." In Cod. Vind. 1. scribitur *O Titanum.* — *Soboles* habent praeter Edd. Lamb. Dav. Or. FAWolf. omnes. *Socia* omittitur in Edd. Ven. 1. Reiskii et P. Cod. G. habet *sociata*. *Mr.*

Generata Caelo,] Cod. Mon. 1. *grata*, errore ex compendio orto. Scribitur *aspice* in Codd. Aug. Vind. 1. Rehd. Gud. quatuor Oxx. In Vind. 2. est *aspicis*; idem omittit *religatum asperis* aberrante librarii oculo ab *aspicis* ad *asperis*. Marb. habet *relegatum*, et sic Ed. Fr. Fabr. sed in marg. *al. religatum*. Unus Ox. habet *relictum*. *Mr.*

Vinctumque saxis:] Unus Ox. *invictumque*, alius *victumque:* unus *vinctum*, omisso *que*: et sic Edd. Reiskk. Vind. 1. 2. Med. b. 2. praeterea P. A. B. S. Asc. 1. 2. (sed MS. in marg. *vinctumque*) Ven. nostr. Junt. Plene distinxit Dav. post *saxis*, ut sibi respondeant *navem ut* — et *Saturnius me sic* —: nam post *navitae* colon posuit. Sed melius Orellius verba *navem ut* — antecedentibus annecti ait, ut nova periodus a *Saturnius* incipiat. Ad hunc vero locum Turnebus (Adversarr.

Noctém paventes timidi adnectunt návitae,
Satúrnius me sic infixit Iúppiter,
Iovísque numen Múlcibri adscivit manus.

II. 9. p. 46 sq.) plane ut Davisius distingui vult dicens: „Versus transtulit Cicero e Prometheo Aeschyli, ut reor, *λυομένῳ*, sane quam eleganter et diserte, ut hominem facundiae latinae unicum et singulare prope exemplum dicebat [leg. *decebat*]: nonnusquam tamen est cur in eis haereas, quod partim ab interpunctionibus laborant, partim temporum iniuriam senserunt; nam: *navem ut — navitae*: *Saturnius me sic — Jupiter, Jovisque — manus*. ut una circumductione comprehensum et una similitudine comparatum, sic et interpunctionibus notandum arbitror, secus quam in Editionibus extat.“ Cui ego dudum assentiendum esse existimavi, et nunc in eadem sententia video esse C. Beierum ad Cic. Lael. 25, 94. p. 151. — Pro *horrisono* Cod. Vind. 2. *horrifero sono*. *Mr.*

Noctem paventes timidi adnectunt navitae] Vind. 1. et duo Oxx. *nocte*. Aug. *noctem paventem*. Unus Ox. *patientes*; duo illi *timida*: scilicet ut cum *nocte* conveniat. Pro *navitae* est *nautae* in quatuor Oxx. Aug. Marb. Rehd. Gud. Mon. 1. 2. Edd. P. A. B. Ven. nostr. Asc. 1. 2. (in marg. MS. *návitae*) Junt. Sequitur *Saturnus* in Codd. Marb. et uno Ox. In Vind. 1. scribitur: *sic Jupiter Saturnius me infixit*. in Aug. *infixit sic*. Mox unus Qx. *numine*. Gud. et Rehd. *sic me*. *Mr.*

Mulcibri] „Cod. Reg. et unus Leid. *Mulciberi*, alius Leid. *Mulcebri*. Sed Prisciano auctore (v. p. 696. ed. Putsch.) scribendum *Mulcibris*. Ita enim ille: *Mulciber, Mulciberis* et *Mulcibris, ut Caesellius in Stromateo docet*. Ovidius De Art. II. 562. dixit *Mulciberis capti*. Eodem modo in loco quodam Martiani Capellae (p. 189. ed. Grot.) ubi legitur *Mulcibero* corrigendum *Mulcibere*.“ *Bouhierius*. Contra eum recte Or. scriptione *Mulciberis* monet metrum turbari. *Mr.*

Iovisque numen Mulcebri ascivit *manus*] Lambinus ad suae editionis oram adlevit, *forsan* arcivit. Quid vero in mentem fuerit viro doctissimo, me plane fugit, nisi forsan huic verbo *ciendi* vel *arcessendi* vim tribuit. Utcunque sit, movenda non est lectio recepta. Certe quamvis huic muneri solum Mercurium praeficiant Hyginus Fab. CXLIV. Servius ad Eclog. VI, 42. aliique; has tamen partes egisse cum Vulcano Mercurium patet vel ex Luciani Prom. Tom. I. pag. 173, 174. *D.*

Mulcibri adscivit manus] Habent Codd. Bentl., nostri Reg. Gud. 1. 2. Aug. Marb. et unus Ox. *Mulcebri*, Gud. Rehd. Vind. 1. unus Ox. *Mulciberi*, alius Ox. *Mulciber*. Primam scriptionem nemo praeter Dav. recepit. *Mulciber* dicitur Vulcanus etiam in inscriptionibus. Laudat Or. suam Inscriptionum Collectionem N. 1382. Pro *adscivit* cum Lambino Hermannum praeferre ait Orellius *arcivit*. Unus Ox. habet *ascium*: alius *Nos* pro *hos*; duo *inferens* pro *inserens*, idque exhibere Davisium ait Verb. Quod si est, in Ed. 1. id fecit; habentque idem Codd. Marb. Vind. 1. Valckenarius vero ad Herodot. p. 627. [sic Ern.; Orell. cum Schz. p. 267. Est ad L. VIII. 22. Ed. Schwgh. T. VI. 2. p. 96.] „Scribi, ait, potuit a tragico apud Cic. Tusc. II. 9. [10.]: *fabrica crudeli insecans*: vulgatum *inserens* nec ad vicina neque respondet Aeschyli grandiloquentiae.“ Fecit Valckenaerii nomen, ut huius coniecturae mentionem facerem: ut reciperem eam, librorum optimorum vix efficeret auctoritas, ac ne vix quidem. Pro *crudeli* habent *fideli* Edd. P. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt.

Hos ille cuneos fábrica crudeli insereus,
Perrúpit artus: quá miser sollértia
Transvérberatus cástrum hoc Furiarúm incolo.
24. *Iam tértio mē quóque funestó die,*
Tristi ádvolatu, adúncis lacerans únguibus,
Iovis satelles pástu dilaniat fero.
Tum iécore opimo fárta et satiata áffatim
Clangórem fundit vástum, et sublime ávolans

---

et ita scriptum est etiam in Turnebi Adversarr. IX. 14. p. 286. ubi laudatur hic locus. *Mr.*

Perrupit artus] Cod. Rehd. *prorupit:* unus Ox. *perrumpit:* alius *arctus*, alius *artes* pro *artus*. Versu seq. unus Ox. *castra haec*, alius *feriarum*. Castra furiarum appellat Caucasum, quasi locum Tartaro similem. Versu sq. duo Oxx. *nequicquam* pro *quoque;* tum Rehd. *die funesto*. V. sq. *advolatus* est ἅπαξ λεγόμενον. In nova Ed. Forcellini operarum errore scribitur loco nostro ad illam vocem *advocatu*. Pergit Marb. *adunctis*. Ad v. *Iovis satelles* etc. vid. G. Erhardi Symbolas ad Petronium p. 773. (Ed. Frcf. Wechel. 1621. 8.) qui alibi *vulturem* significari in hac Promethei poena monet, nostro loco et apud Servium in Eclog. 6. [Virg. Ecl. VI. 42. p. 99 sq. ed. Burmann.] *aquilam*. Pro *pastu* unus Ox. *pastis*, Mon. 1. *fero* pro *ferro*. *Mr.*

Tum iecore opimo farta et satiata] Laudat Priscianus lib. X. col. 907. *D.*

Tum iecore opimo etc.] De artificio in sono horum versuum loquitur, quem non semel laudavi, Maranta Lucullian. Quaestt. Lib. I. p. 73 sq. Scribitur *iecure* in duobus Codd. Pall. Marb. In Gud. 1. est *iecor*, in Aug. *iecur*. Unus Ox. *fartus et satiatus*. Ad v. *affatim*, media correpta, Wolfius in Scholis eo usu ait firmari sententiam Anniani ap. Gellium N. A. VII. 7: *Is affatim, ut admodum, prima acuta, non media, pronuntiabat*. De eo vocabulo vid. disputantem Handium in Tursellino I. p. 199—203. In Cod. Aug. est *affatum*. De quantitate monet etiam Beroaldus: „media correpta pronunciatur. Ita veteres loquuti sunt: ita Probus Grammaticus hunc versum Plauti legere solitus erat: — *Aliorum est affatim, qui faciant.*“ Idem ad v. *Clangorem*: „Sonorem: est vox tubarum, anserum et rerum quoque aliarum constrepentium.“ Duo Oxx. et Vind. 1. *effundit* pro *fundit*. *Mr.*

Sublime advolans] Hadr. Turnebus Advers. lib. II. c. 9. D. Lambinus et Fr. Fabricius reponunt, *sublime avolans*: sed mutatione non est opus, cum *sublime advolans* idem valeat ac ad sublime, seu sublimem locum, volans. Sane Prometheus non summo, sed medio Caucaso fuit adfixus. Vide Lucianum Prom. Tom. I. pag. 173. Claudianus de III. Cons. Honorii vs. 165.

— *Et Veneris clementes* advolat auras.

Idem in Probini et Olybrii Cons. vs. 174.

— *Velox iam nuntius* advolat urbem.

Amm. Marcellinus XVI, 9. *Perduelles advolaret assiduos*. Multa sunt huiusmodi. Vide sis Salmasium ad Tertullianum de Pallio pag. 401. Porro Nonius in *adulatio* hosce versus Accii Prometheo acceptos refert. Is Accianae huius fabulae meminit etiam in *Gelus*, subscribente Prisciano lib. VI. col. 685. quapropter Ciceronem dissimulati scriptoris incusat Pet. Scriverius Fr. Trag. pag. 142. At Tullius huiusce libri cap. X. se hunc locum de Graeco vertisse confirmat: nec tam inops erat, vel tam perfrictae frontis, ut aliena sibi adscriberet. Memoria igitur lapsus est Marcellus, nec tamen Prometheum Accii fuisse

Pinnáta cauda nóstrum adulat sánguinem.

fabulam negarim: nam *Προμηθέα δεσμώτην, λυόμενον* et *πυρκαΐα* sive *πυρφόρον* scripsit Aeschylus; quorum *δρωμάτων* primum forsan Accius in linguam Latinam transtulit; noster, hanc secundi particulam. *D.*

et sublime advolans] „Hoc in vitio est, nisi me transversum amentia rapit in errorem: puto enim, cum aquilae advolatum ante scripserit, avolatum nunc eius narrandum esse. Ergo nulla tot editionum et mysticorum librorum verecundia ductus veluti perfricta fronte *sublime avolans* legendum esse adseverabo." *Turnebus* l. c. II. 9. p. 47. Assentiunt Lamb. et Fr. Fabr. „Locus Accii apud Cic. II. Tusc., quamvis eos versus indicat ipse a se versos ex Aeschylo: sed intexuit, quae invenit expressa a veteribus tragicis. Libri nostri habent *tui mei volans*, ut videatur fuisse *sublime avolans*." *Mercerius* ad Non. Marcell. p. 647. „Bene Bentleius *avolans*: quod rès postulat: sic *aversari* saepe mutatum est in *adversari*." *Ernestus*. In annot. nihil monet Bentleius. Sed *avolans* edidit Dav. in Ed. 2. in qua Bentleianas ab eo emendationes esse receptas constat. In Ed. 1. postquam emendationis *avolans* mentionem fecit, addit: „Ipse paullo propius ad receptam lectionem correxerim *sublime abvolans*. Sed parum refert." In secunda Ed. quamquam edidit *avolans*, defendit *advolans* eodem fere modo, quo in tertia, aliis vero locis adhibitis: „sic, ait, paullo post: *Saxa assidue instillant*, stillant assidue in saxa. Et lib. V. c. 23. *Animum adverti columellam*, animum verti ad columellam. Lucretius I. 117: *an pecudès aliàs divinitus insinuet se*: hoc est, sinuet se in pecudes: et v. 327: *An mare quae impendent — —* pendent in mare. Infinita sunt loca, quae hoc modo resolvi debent, quibus colligendis tempus non consumam." Lallemannus Turnebo assentit; receperunt item *avolans* post Ernestum F. A. Wolf. Schz. Bip. Or. Nobb. Tbn. Neque ego Davisii vel rationibus vel exemplis aliquid tribuendum duxi. Habent *avolans* Codd. Rehd. Duisb. Errare autem Davisium locis allatis vulgatam defendentem, nemo dubitabit, qui reputaverit, *sublime advolans* non esse i. q. ad sublime volans, cum *sublimè* sit adverbium, et *sublime avolare* plane ita dicatur, ut supra I. 17. est: *animos — sublime ferri*. *Mr.*

Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem] *Pennata* habent unus Ox., Rehd. Aug. Vind. 1. In Mon. 1. est *pamata*. Pergit Marb. *cantu* cum duobus Oxx. Ad verba convenit locus de Div. I. 47. 106: (iterum laudat Billerb. Epistolas ad Diversos) ubi aquila dicitur *Iovis pinnata satelles*. Pergit Gud. *adulo nostrorum*, Duisb. *nostrum adimat*, Aug. et quatuor Ox. *advolat*, unus *adullat*. Goth. ad v. *adulat* haec: „*Adulare* hic est lambere, expetere, aut sane adulantis modo cauda pennisque attingere" „Hic versus Graeciam olet: ut enim *κολακεύω* et *θωπεύω* cum accusationis declinatu Graii iungunt, sic et Latine fecit, secutus auctorem Attium, cuius hunc versum e Prometheo mutuatus est. Tragici igitur audaciam non est veritus aemulari. Sed quo tandem sensu hic *adulat* dicitur? Et audivi, qui *adulare* per deminutionem pro *adorare* dictum crederet, et interpretaretur, sanguinem expetit eique caudae motu blanditur. Non deest qui *lambit* exponat. Ego tamen aliter interpretor. Cum enim blandimentum caudae *adulatio* sit, et avolans aquila soleret tractu caudae sanguinolenta Promethei vulnera perstringere cruorisque aliquid detergere, eleganter et venuste tactum caudae attingentis et tanquam palpantis sanguinem, *adulationem* esse appellatam censeo, quod *adulari* proprie caudae sit." *Turnebus* l. c. p. 47. „Mihi quidem, ait Bouh., errare videtur Turnebus: nam neque veri est simile caudâ aquilae detersum esse cruo-

Quum véro adesum inflátu renovatum ést iecur,
Tum rúrsum taetros ávida se ad pastús refert.

---

rem, et, si hoc fuisset factum, certe de eo, ut cruciatu, non potuisset conqueri Prometheus. Accedit, quod ne fieri quidem id potuit, postquam aquila praedâ satiata ab eo discessit avolatura. Videtur igitur hic versus suo loco motus, reponendus post duodecimum [*Iovis satelles* etc.]; pro *cauda* vero legendum *cruda* i. e. crudelis, inexorabilis. Tum quidem [puncto post *fero* deleto] *pinnata* referetur ad *Jovis satelles*, plane ut est apud Ciceronem in Mario, de Divin. I. 47. Lego igitur: *Iovis satelles pastu dilaniat fero*

Pennata, cruda et nostrum adulat sanguinem."

Ad Turnebi fere sententiam locum in scholis explicat FAWolfius: cauda quasi demulcet. Billerbeckius: „caudam more canum adulantium aliarumque ferarum iactando prodit voluptatem, quam ex desiderio sitique sanguinis expleta modo hausit. Kühnerus: „Verbum *adulare* h. l. primam et antiquissimam notationem habet, ut sit *tergere, stringere* (nostrum streicheln). Avolans aquila caudae pinnatae motu sanguinem deterget. Hinc nomen *adulandi* proprie dicitur de bestiis, apprime canibus, qui caudae motu gaudia et blandimenta exprimere student." Conf. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. II. p. 174 — 178. Et nobis quidem satisfacit haec Kühneri explicatio. Addam tamen, ne quid huic disputationi deesse videatur, coniecturam, quam fecit Baumgarten-Crusius ad Sueton. Octav. c. 9. legendum esse suspicans *stillat*: „Ex *st*, ait, factum *ad*, ex *ill ull*, levissima mutatione." Sed vix crediderim hanc lectionem, tam facilem intellectu, si a Cicerone profecta esset, futurum fuisse qui in aliam mutaret, insolitam plane et ita difficilem, ut homo Grammaticus, Nonius, eam in exemplo rarioris dictionis poneret. Nam quod est Lucret. V. 1069:

Longe alio pacto gannitu vocis adulant —

id multo facilius est: sed *sanguinem alicuius adulare* qui dixerit, repertus est, opinor, nemo. Et tamen haec constans est librorum scriptio: ideoque, cum explicari tamen possit, retinenda. Convenit aliquantum Rufi Festi Avieni Descr. Orb. Terr. v. 337 sq. — *utque Syenen* [Nilus]

Caerulus accedens diti loca flumine adulat.

In nova Ed. Forcellini bene commendatur s. v. *adulo* lectio *avolans* minus bene F. *adulat sanguinem* explicat: laetatur nostro sanguine. Iam v. etiam Arusianum Messum in Lindemanni Corp. Gramm. Lat. I. p. 216: ubi est: „Cic. in Pisonem [41.] *adulantem omnes*. Idem Tusc. II. *nostrum adulat sanguinem*." Jo. Nicol. Loensis Miscellann. Epiphyllid. VIII. 6. in Gruteri Lampad. Crit. T. V. Supplem. p. 586 sq. *Mr.*

Quum vero adesum inflatu renovatum est iecur] Marb. habet *tum*. Cod. Gud. omittit *vero*. Cod. Marb. habet *ad esum*; Mon. 2. Ed. Fr. Fabr. *ad aesum* et sic etiam MS. in marg. Asc. 2. In duobus Oxx. deest *inflatu*; duo habent *inflatum*, Vind. 1. *flatu*; Edd. Asc. 1. 2. (sed MS. in marg. *inflatu*) Ven. nostr. Junt. Reiskianae Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Vocem *inflatu* recte explicat Kühnerus: *quum inflatur, intumescit*, add. *denuo*, i. e. quasi inflatione renovatur. Commode affert Or. Dion. Chrysost. Orat. VIII. ed. Baguet. p. 9: οἰδοῦντος αὐτῷ καὶ αὔξοντος τοῦ ἥπατος. ubi vid. Baguet p. 128. *Est* omittunt duo Oxx. *Mr.*

Tum rursum etc.] *Tum* omittit unus Ox.; *rursus* habent sex Oxx. Vind. 2. Rehd. Gud. Duisb. Gud. 2. Edd. P. A. B. C. V. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. 2. (sed marg. MS. *rursum*) Junt. et reliquae omnes,

Sic hunc custodem maesti cruciatus alo;
Qui me perenni vivom foedat miseria.
Namque, ut videtis, vinclis constrictus Iovis,
Arcere nequeo dirum volucrem a pectore.
Sic me ipse viduus pestes excipio anxias, 25.

exceptis HWolf. FAWolf. Dav. Koel. Schz. Sed hae et Codd. meliores *rursus* tuentur. Ad v. *taetros ad pastus* Beroaldus haec: „i. e. ad pastus iocineris mei, quae taetra est res, id est foeda polluta et crudelis. Verbum vetus est *taetrare*, quod significat foedare et polluere. *Mr.*

Sic hanc *custodem* — Quae *me perenni*] Vulgo *hunc* — *qui*. Sed emendatio Cl. Bentleii mihi probatur, quod in hac re *genus femininum* prius adhibuit. *D.*

hunc custodem — *qui me*] Receperunt, post Davisium, coniecturam Bentleianam Ern. Bip. Nobb. Assentiunt Or. et Hermann. Sed nullus liber assentit, nisi quod unus Ox. habet *hunc* — *quae*, quem ego miram errorem reperio in Edd. Alter. Schz. Tbpr. — Cod. Gud. habet *si hnc* (sic). Duisb. *cruciantē solo*. Pro *alo*, *qui* Rehd. habet *alloqui*, Gud. *ac loqui*. Pro *perenni* unus Ox. *peremi*: multi *peremni*; duo Oxx. *fodiat*, unus *edat*; Gud. 2. omittit *vivom*. Unus Ox. habet *nam* pro *namque*. Duisb. omittit *ut*; Vind. 1. habet *abstrictus*; unus Ox. *videns* pro *videtis*. Post *Iovis* in omnibus Edd. distinguitur, ut iungamus *vinclis* — *Iovis*: solus Bill. delet distinctionem iungique iubet: *Jovis* — *diram volucrem*: sed etiamsi non incommode haec iungerentur, versus tamen structura et orationis tenor suadere videtur, ut servetur illa distinctio. Scribitur in Cod. Vind. 1. versu, ut saepissime, turbato: *a pectore diram volucrem*. Duo postrema vocabula ita scribuntur etiam in Cod. Gud. 2; in Gud. 1. est *volucre*. *Mr.*

Sic me ipse viduus pestes excipio anxias] „i. e. ait Beroaldus, privatus viduatusque meinet ipso; utpote constrictus vinculis, propter quae erat veluti mancus aut truncus." Bouhierius: „Videtur mihi, ait, legendum *me ipso viduus* i. e. me ipso, meis ipsius viribus, destitutus, neque me liberare valens. Similiter Horatius Od. I. 10. [12.] *viduus pharetrâ risit Apollo* [v. ad h. l. Lambinum, et Od. II. 9. 8.] *et foliis viduantur orni*.] Praeterea mihi plane nihil significari videtur verbis *pestes anxias*, ideoque legendum esse: *pestes excipio, anxius amore mortis*. — *Anxius* non minus desiderium significat, quam timorem. Vid. Burmann. ad Ovid. Heroid. XII. 198." Prior emendatio (*ipso*) admodum placet mihi: Nissenio altera, mihi non item; non enim reputasse videtur, quae sequuntur proxime. Priorem versus partem recte, quamquam de lectione subdubitans, explicat FAWolf. in scholis: viduatus a me i. e. inops: posteriorem Bill. dicens: quasi hospitem alendum illam pestiferam alitem anxius excipio. Unde coniicias eum legi velle *pestes excipio anxius*. Sed de eo nihil monet; *anxias pestes* intellige *anxiferas*. Sic *anxius* active ponitur a Plinio H. N. XII. 12. 18: *accessu propter aculeos anxio*. Bene Bill. verba *me ipse viduus* explicat: non meus, dum non sum in mea potestate. Nec vero consentire possumus cum novissimo editore, qui ita hunc versum explicat: „*sic ipse, meo privatus auxilio excipio me tanquam pestes anxias*. Ipse mihi paro pestem, meum ipsius iecur tanquam pabulum offerens aquilae." Libri aliquantum variant. Duo Oxx. Mon. 2. *in me*, unus omittit *ipse*. Gud. 2. habet *ne ipse*, Aug. *ne me ipse*. Vind. 1. *et ipse*; solus Mon. 1. quod nobis cum Bouh. placet *me ipso*. Pro *viduus* unus Ox. *nudus*, alius

Amóre mortis términum anquirens mali:
Sed lónge a leto número aspellór Iovis.
Atque haéc vetusta saéclis glomerata hórridis,
Luctífica clades nóstro infixa est córpori,

---

videtis, duo *vivus*. Pro *pestes* refert G. J. Vossius habere Scaligerum, Comm. in Diras *noctes*: videlicet in P. Virg. Mar. Appendice cum Comm. J. Scaligeri (Lugd. 1572. 8.) p. 446. *Mr.*

Amore mortis terminum anquirens mali] Unus Ox. *amare*. Bene explicat Bill. mortem tanquam miseriarum finem mihi exoptans. *Anquirens* primus dedit Vict. post eum Rob. Steph. et Leod.; restituit Gebh. in Crepund. p. 470. ex Pal. tert. et in Ed. Grut. ex tribus aliis; eamque scriptionem post eum receperunt seqq. cum priores exhibeant *inquirens*. Habent autem *anquirens* Codd. quinque Oxx. Vind. 2. Reg. Gud. 1. In Palat. quarto, Gud. est *acquirens*, in Gud. 2. et Duisb. *adquirens*. De verbis *anquirere* et *inquirere* vid. Dav. ad Cic. de N. D. II. 38. p. 360. ed. Cr. et nostr. maj.; nos ad de N. D. I. 17. p. 79. ed. maj. Gernhard. ad Cic. Lael. 21. p. 167. 23. p. 176. 24. p. 178. Beier. ad Lael. 21. p. 127; nos ad Cic. de Legg. I. 1. p. 8. ed. nostr. et Cr. *Mr.*

Sed longe a leto numine aspellor Iovis] Perperam scribitur *laeto* in Cod. Pal. pr. Gebhardi, Edd. Vict. Rob. et Car. Steph. Ven. nostr. Sturm. HWolf. sed haec in marg. habet *leto*. Illam in marg. habet et improbat G. J. Vossius. Mox Cod. Marb. *appellor*, Vind. 1. *expellor*. De v. *aspellor* v. Doederlein: Lat. Synon. u. Etymol. p. 179. Forcellinus in Lex. s. v. *abspello* ita scribi in quibusdam Ciceronis Codd. ait; ex nostris certe habet nullus. *Mr.*

Atque haec vetusta etc.] „Scribit enim Aeschylus Promethea triginta annorum millibus ad Caucasum fuisse religatum.“ *Comm. Anon.* ap. Leod. a Quercu. Ad verba cum posteriore versus parte convenit Cic. de Div. I. 12. *glomerans — annus*, ubi v. nostr. ann. p. 56. De tempore varie tradito laudat Boul. Hyginum Fab. 54. 144. Aeschyli Prom. 94. ibiq. Schol. *Glomerata* FAWolf. in scholis explicat: aucta, intenta. *Mr.*

vetusta saeclis glomerata horridis] Cod. Vind. 2. *vetustis*. Aug. Rehd. Gud. *vetustas*, adhaerente prima proximi vocabuli syllaba. Variari in scriptione v. *saeclis* nemo mirabitur. Versu seq. Vind. 1. *est infixa corpori*. Vind. 2. *corpori est*. *Mr.*

Ex quo *liquitae*] Hasce voces temporis longitudinem denotare perperam iudicavit Joach. Camerarius; ad ipsum enim Promethei corpus respiciunt. Adi sis Hadr. Turnebum Advers. II, 9. *D.*

Ex quo etc.] „Temporis longitudinem maximam significat, quod metitur a prima mundi origine, ex quo vel pluvia Caucasus irrigetur. nam et pluvia liquescentes quaedam stillae sunt, a solis lumine, vel ex quo solis aestu nives liquefiant Caucasi.“ *Camerarius.* „Mihi aliorum sententiam nec reprehendere nec approbare animus est, sed, quid mihi videatur, in medium afferre. Puto enim dici e Promethei visceribus laniatis et solis ardore tepefactis et tabefactis saniosas delabi in Caucasi cautes guttas: idque eo audacius affirmo, quod sciam auctores Graecos ex ea sanie oriri tradere herbam medicatam et veneficiis aptam, qua unctum a Medea Jasonem flamma taurorum aeripedum nihil fuisse laesum, nec satis Hydri dentibus terrigenarum ferro violatum. Meminit et Seneca in Medea, ita scribens [708 sq.]

Quae fert operibus hyeme perpetua iugis
Sparsus cruore Caucasus Promethei.

E quo liquatae solis ardore excidunt
Guttae, quae saxa adsidue instillant Caucasi. b.

Vix igitur posse videmur ita affectum non miserum dicere; 11
et si hunc miserum, certe dolorem malum.

A. Tu quidem adhuc meam causam agis. Sed hoc mox 26.
videro. Interea unde isti versus? non enim agnosco. M. Dicam hercle! etenim recte requiris. Videsne abundare me otio? A. Quid tum? M. Fuisti saepe, credo, quum Athenis esses, in scholis philosophorum. A. Vero, ac libenter qui-

---

Ex quo igitur ad corpus censeo referendum non ad tempus." *Turnebus* Adversarr. II. 9. p. 47.

Ex quo liquatae] „Hoc Camerarius ad *tempus*, Turnebus ad *corpus Promethei* refert: cuius interpretationem, quia certis rationibus nititur, docti merito probant." *Fr. Hortensius.* (Camerarius verum vidit.) Haec in parenthesi addita sunt in Ed. Or. peculiari. Quae si est sententia Orellii, mutavit eam, quam in ann. Ed. posuit. *Mr.*

E quo] Amplector sententiam Turnebi, lectionem Bentleii, quam receperat in Ed. 2. Dav. et habent Codd. Reg. Gud. 2. Aug. Rehd. Gud. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. Marb. Edd. Grut. Verh. Ern. Lall. Bip. Schz. Or. Nobb. Tbn. Pro *liquatae* est *liquefactae* in Codd. Vind. 1. (a pr. m.) et Aug. Pro *excidunt*, unus Ox. *excludunt*. Gud. 2. *solis* post *ardore* repetit. Pro *assidue* Vind. 1. rursus habet glossam *assiduo rore*. Lamb. habet *assiduae*, itemque Sturm. et Car. Steph. *Instillant saxa* esse i. q. *stillant in saxa* monet FAWolf. in scholis. *Mr.*

c. 11. *Vix igitur posse videmur*] Cod. Mon. 1. *Vir* pro *vix*. Gud. *videmur posse*. Mon. 2. *videntur*. *Ita* omittit unus Ox. Ante *et si* est *Atti.* in tribus Oxx., *A.* in Cod. Mon. 1. Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Ad *hunc miserum* neminem non intellecturum esse arbitror *dicere debemus*. Mox Vind. 1. *certe malum dolere*. Quae sequuntur in multis libris scriptis et editis *Marco* tribuuntur: universe per totum fere caput in personis turbatur. Pro *et si* unus Ox. *sed si*. In seqq. Cod. Gud. *meam causam agis adhuc*. Gud. 2. omittit *hoc*. Unus Ox. habet *hoc hoc video*. Ad v. *videro* Leod. „saepe, ait, futurum coniunctivi [exactum] pro futuro indicativi usurpat, eleganter Cicero." Laudat Kühnerus Tusc. V. 7. 20. de Or. III. 10. 37. Acadd. II. 24. 76. ib. 44. 135. de Finn. I. 10. 35. Add. nostram annot. ad Cic. de Rep. I. 13. p. 59: ubi similiter dixit *libenter tibi — concessero*. Ibi laudatis add. Zumpt. Gr. Lat. §. 511. p. 412. ed 6. et quae monuimus de constructione *si — potuero* ad de Rep. I. 43. p. 171. et in Indice p. 616. quibus add. Heinrich. ad Cic. de Rep. p. 48 sqq. — De auctore horum versuum, quem per hasce ambages Cicero se ipsum fert, iam supra diximus. Verba *non enim agnosco* omittunt duo Oxx. *Interea* omittit Gud. 2. In Rehd. est *enim id agnosco*. Recte monet Kühn. *videsne* poni pro *nonne vides*, laudato §. 27. et de Sen. 10. Vid. Zumpt. l. c. p. 304 sq. In Cod. Marb. est *vides me habundare*, in Vind. 1. *videsne me habundare*; Mon. 1. omittit *me*: Gud. contra habet *vides me habundare ma otio*. *Mr.*

Quid tum?] Cod. Marb. *Qui tum*. Ad h. l. Nissen.: „i. e. *Quid illud otium huc pertinet?* Pergit Cod. Duisb. *Fuisti credo, quum esses Athenis, saepe*. Gud. habet *in scholis esses*: pessime. Duo Oxx. omittunt *credo* et MS. in marg. Verb. Hoc loco non ironice, sed urbane, dicitur *credo*: de quo usu vid. nos ad Cic. de Div. I. 40. p. 195. cf. ib. ad I. 5. p. 25. ad Cic. de Rep. I. 3. p. 19. *Mr.*

dem. M. Animadvertebas igitur, etsi tum nemo erat admodum copiosus, verum tamen versus ab iis admisceri orationi. A. Ac multos quidem a Dionysio Stoico. M. Probe dicis. Sed is quasi dictata, nullo dilectu, nulla elegantia: Philo

---

Vero, ac libenter quidem.] Rehd. *Verum hoc.* Unus Ox. *Vere*; alii duo *Ego vero.* „Olim ediderам: *Fui vero, ac libenter*, librum unum MS. secutus, in quo hoc verbum erat adscriptum. Sed postea comperi hoc verbum esse alienum, neque Ciceronis. abest enim ab aliis omnibus. et *vero* facile intelligi potest.“ *Lambinus.* „*Fui* neque in aliis impressis, praeter Lamb., neque in Gryph. libro legitur.“ *Brutus.* *Vero* omnes MSS. Lambinus praeponit *fui*: sed ipse postea reiecit. Sic Cic. de Div. I. 46: *vero, mea puella, tibi concedo meas sedes.* et alias frequenter. Victorius omittit *quidem.*“ *Gebhardus.* De hoc usu Ciceroniano vid. nos ad Cic. de Rep. I. 37. p. 150. I. 43. p. 173. ad Cic. de Legg. I. 24. extr. p. 151. ed. nostr. et Cr.; ad Cic. de Div. I. 46. p. 228. ed. nostr. Add. Doslekii Dtsch. Lat. Gr. p. 154. Herzog. ad Sall. Catil. 20. p. 102. Heinrich. ad Cic. de Rep. p. 200. Neque ego cum Madvigio ad Cic. de Legg. l. c. *vere* scripserim. — Omittunt *quidem* Edd. Ven. nostr. Asc. 2. A. B. S. E. C. V. Rob. Steph. Jünt. Unus Ox. bis habet eam vocem. Marb. *si* pro *etsi*, cum Gud. 2. Omittitur *tum* in uno Ox., *erat* in Gud. 2. In uno Ox. est *erat tamen* Rehd. omittit *admodum.* — *Copiosus* plane ut nostro loco ponitur de Off. II. 5: *Dicaearchus Peripateticus magnus et copiosus*; ubi vid. Beier. p. 34. Cum explicatione dicitur Or. pro Caecin. 23: *homo copiosus ad dicendum.* Add. de Or. II. 18. 75: *locutus esse dicitur homo copiosus.* O. M. Müller. *Mr.*

versus ab iis admisceri orationi] De hoc usu loquitur N. Susius in Lima Ciceroniana p. 96. (Antw. 1620. 8.) Recepi *iis* pro vulgato *his* ex Rehd. Gud. Duisb. Edd. S. E. eam rationem secutus, quam non semel exposui. Assentit Kühnerus. Verba *ab iis* omittit Mon. 2. Platonem ait et Aristotelem Or. eiusmodi pannos purpurebs non assuere solitos esse suis libris, nisi ad confirmandam vel refutandam aliquam sententiam: posteriores vero id quavis fere occasione arrepta factitasse, ut gratiam atque iucunditatem quandam suis libris conciliarent. *Mr.*

Ac multos quidem a Dionysio Stoico.] Cod. Rehd. *ac multi quidem ad Dionysium Stoicum.* Habet etiam *multi* Cod. Gud. In Gud. 1. est *hac* pro *ac.* Magnesia oriundus dicitur hic Diogenes a Jano Pagnino ex Brut. [91.] Sed distinguitur hic Rhetor a Stoico in Schützii Lex. Cic. I. p. 172: collato Diog. Laert. VI. 43. — In seqq. pro *is* duo Oxx. *hi*, unus cum Rehd. *his*, unus *iis.* Cod. Aug. habet *Ista quasi dicta.* Est etiam *dicta* in Vind. 1. „*Dictata* dici veluti themata atque praescripta voluerunt, quae magister ludi pueris praebere consuevit: quae non solum de literis dicuntur, sed de aliis quoque rebus, ut dictata gladiatorum, lanistarum. Juvenal. *donec peragat dictata magistri Omnia.*“ *Beroaldus.* Add. E. Lubinum ad Persium p. 628. (Hanov. Wechel. 1619. 8.) Ernesti Clav. Cic. s. v. et nostras Symbolas Critt. ad Cic. I. p. 10. — Bene ad h. l. Kühn. „Dionysius, ait, versus quidem admiscebat orationi, sed eos non distinguebat proprio quodam numero a dictatis, h. e. versus eodem, quo artis decreta, sono recitabat.“ In uno Ox. est *dictata nullo ordine*; duo postrema vocabula adduntur etiam in Cod. Vind. 1. Unus Ox. habet *delectata.* *Mr.*

nullo dilectu] „Sic habent aliquot libri MSS. pro eo, quod est in vulgatis *nullo delectu*: quod magis probo, a verbo *dilego.*“ *Lam-*

bi-

noster et proprium numerum et lecta poemata, et loco

binus. Cf. eund. ad Cic. de Or. II. 9. p. 42. ad Epp. Fsnm. XI. 3. p. 368. ed. Klein. „*Dilectu* Gryphii liber, ut semper Lamb. ex Festi auctoritate." *Brutus*. Vid. Festum p. L. ed. Scalig. (Santandr. 1693. 8.) et ad h. l. Anton. Augustinum p. XIV. — „*Dilectu* cum Lambino Pall. pr. tert. quart. Vatic. Vulgo *delectu*." *Gebhard*. Scripsi ego quoque *dilectu* cum Gebh. Verb. Gron. Dav. ex Codd. Gud. 1. 2. et distinxi *dilectum* a *delectu* ad Cic. de Rep. I. 34. p. 141. coll. ib. II. 12. p. 243. cf. nos ad Cic. de Div. I. 45. p. 223. Sententiam bene explicat Kühnerus: „nec poëmatum delectum [dilectum] habebat h. e. poemata apta ineptis miscebat, nec denique versus cum elegantia h. e. apto loco adiungebat." In Cod. D. scribitur *nulla elegantia, nullo delectu*. *Mr.*

Philo noster etc.] Cod. Marb. *Philo proprium noster*. Gud. 1. *Ph. et proprium nr̃t et lecta*. Gud. 2. *Ph. et proprius nr. et lecta*, Reg. *Ph. et proprium noster et lecto*. Aug. *Ph. et proprius nostram et electa*. Rehd. et Gud. *Ph. n. et propria et electa*. Mon. 2. *Ph. noster et lecta*. Mon. 1. ut Rehd. et Gud. Unus Ox. *et propria numerum et electa*. Quatuor ut Mon. 2. cum Vind. 1. 2.; unus ut Reg., unus habet *lectum* omisso *poemata*. — *Noster* omittunt Edd. vett. omnes praeter nostram Ven. eamque vocem Ven. Alteri in marg. habet. Recepit deinde Lamb. ex vet. cod. et post eum Gebh. ex Pall. pr. quint. Fab. In Pal. tert. est ut in Reg., in sec. *Philo etiam proprius noster*. MS. in marg. Asc. 2. HWolf. *Ph. etiam et proprium numerum*, et sic Edd. E. S. *lecta* habent septem Oxx. quatuor Gebhardi, Gryph. Col. et multi nostri, Edd. S. E. Brut. Gebh. seqq. *Mr.*

Et proprium numerum] Uncinis cinximus hasce voces, quas omnino nesciunt Med. et Bak. Turbant etiam alii Codices, qui fere dant, *Philo et proprium noster et lecta poemata* etc. *D.*

et proprium numerum] „Haec vocabula parum mihi habere videntur elegantiae, neque reperiuntur in Codd. Leid. et Ed. mea veteri. Quare nec sufficit uncinis ea includere, quod fecit Dav.: radicitus sunt exstirpanda. Unus Cod. Leid. habet *electa*." *Bouhierius*. „Has voces Dav. uncinis cinxit, veluti spurias et amputandas. Est tamen sine illis manca et parum concinna oratio. Si quid habet caliginis, conabor depellere. Duos Cicero philosophos, Dionysium Stoicum et Philonem Academicum, quos Athenis audiverat, eorumque stylum et explicandae publicis dictionibus philosophiae rationem comparat. Uterque admiscebat versus orationi: *Sed is quasi dictata*. Phrasis per ellipsin mutila, sed quam facile supplet, qui scit, qua de re agatur. *Dictata* hoc loco sic intelligi decet, quemadmodum in istis de Finn. I. 4: *iisdem de rebus semper quasi dictata decantare*. De Nat. Deorr. I. 26: *Ista tamen a vobis tanquam dictata redduntur*. Hoc itaque dicit Cicero: Dionysius, ut Stoicus, nullum sequens florem oratibnis, ita dicebat, *quasi dictata* redderet; nullum adhibebat delectum, nullam elegantiam aspergebat. Philo adiungebat verbis et versibus *proprium numerum*; seligebat poemata, e quibus versus excerperet, et excerptos collocabat eleganter *loco* idoneo. Dionysius non adiungebat *proprium numerum*, quoniam *quasi dictata* reddebat." *Anonymus* ap. Olivetum. — *Proprium numerum* quid sit, nemo intelligat, nec quisquam explicavit. abest autem a mss. plerisque. MS. Guelf. *et propius nostra*. assentior viris doctis, qui delendum putant;" *Ernestus*. „In istis verbis quidquid lateat, ego non deleverim. Nam quemadmodum lecta poemata iis, quae nullo dilectu proferuntur item, quae loco adiunguntur, iis, quae nulla elegantia funduntur, opposita sunt; sic dictata quoque, quibus opponuntur, requirunt,

adiungebat. Itaque postquam adamavi hanc quasi senilem

quibus aptius nihil opponi invenias, quam *propria*. Nullus igitur dubito, quin legendum sit *et propria innumera*, quae quomodo depravata sint e compendio *propria innumer.* facile intelligitur." *Nissen.* FAWolfius in scholis, vix explicari posse verba *proprium numerum* ait; esse qui inepte de *numero oratorio* explicent: posse etiam commodum versuum numerum (Zahl) intelligi; *proprium* enim esse *idoneum, aptum.* sibi quidem, cum illa absint verba a bonis nonnullis MSS., non displiciturum significat, si eiicerentur. Optime vero defendit lectionem vulgatam, quae nequaquam librorum MSS. auctoritate destituitur, (habent enim eam omnes ii Codd. quos supra non indicavimus variare: nihil autem facilius fuit, quam errare in compendiis simillimis *nr̄*, *noster*, et *nr̄u*, *numerum*) optime, inquam, ita Schützius in Opusce. p. 210 sq: Hoc loco si tria membra comparationis admittamus, non deest commodae horum verborum interpretationi locus. Etenim si Cicero hoc dicere voluit, Dionysium Stoicum versus admiscuisse orationi, *primum* quasi dictata, *deinde* nullo dilectu, *postremo* nulla elegantia, necesse est tribus his in Dionysio vituperatis tria item alia, quae in Philone laudentur, opponi. Adeoque recte procederet oratio: *Philo noster et proprium numerum, et lecta poemata, et loco adiungebat.* Quaerendum igitur, quomodo illa inter se opponantur tanquam contraria, versus quasi dictata pronuntiare *et* proprium numerum versibus adiungere. Atqui hoc explicare non adeo difficile est. Qui versus tanquam dictata pronuntiat, is non curat, ut pronuntiatio versiculorum argumento accommodetur; dictantis enim animus a celeritate scribentis suspensus id solum agit, ut omnia verba clare satis et distincte efferantur, ne sit, quod scribentis vel aurem lateat, vel calamum effugiat. Contra qui *proprium numerum verbis adiungit*, is curat, ut singulos pro cuiusque argumento vel altius vel inferius pronuntiet, ut attollatur concitatis affectibus, ut compositis descendat, denique ut aliter sententiose dicta eloquatur, aliter ea proferat, in quibus alacritas quaedam sensuum aut animorum perturbatio regnet. Fieri igitur potuit, ut Cicero Philonis consuetudinem in versibus poetarum orationi immiscendis hasce tres ob causas commendare vellet; primum quod eos non quasi dictata recitaret, sed apte pronuntiaret, adeoque *proprium* iis *numerum adiungeret;* deinde quod non promiscue omnibus, sed lectis tantum poematibus uteretur; postremo, quod non omnes ubique versiculos inferciret, sed eos loco adhiberet, curaretque ne alibunde potius in orationem traducti, quam ex ipsius sermone nati esse viderentur. His igitur rationibus hoc saltem effici tur, nisi alia argumenta accesserint, nondum satis in iis, quae allata sunt a Criticis, praesidii esse, ut spuria esse illa verba putemus." *Mr.* „Ego explico: locos istos poetarum, quos Dionysius saepe prosam in orationem solvebat, vel ut prosam orationem negligenter dictabat, Philo suis cum numeris recitabat." Scripsi hoc antequam Schützii adnotationem inspexissem. Is similiter explicavit: „Philo versiculos apte pronuntiavit, nec neglexit proprium illis numerum, non ut Dionysius facere solebat, qui quasi dictata recitabat." *Orell.* in schedis.

proprium numerum] „i. e. proprium versuum numerum vel ῥυθμὸν pronuntiatione exprimere studebat. V. Schützii Lex. Cic. s. v. p. 55." *Kühner.* Ad sententiam cf. Wyttenbachii Animadvv. in Plut. Consol. ad Apollon. p. 606. p. 25. ed. Lips. T. II. Nos cum Or. et Tbn. illa verba uncinis liberavimus. De lectione iam monuimus, quod ad Codd. MSS. attinet. Pro *lecta* habent *electa* Edd. P. A. B. C. V. M. L. [Lambinum habere *lecta* scribitur in marg. Lambb.

declamationem, studiose equidem utor nostris poetis: sed, si-cubi illi defecerunt, verti multa de Graecis, ne quo orna-

et Goth. atque in ann. Gebh. Sed Oliv. et Orr. ex eo *electa* enotarunt] et omnes vett. ante Gebh. exceptis iis, quas diximus. Unus Gebhardi habet *laeta*. Pro *loco* Rehd. et Duisb. *loca*, in Edd. C. Junt. et Asc. 2. est *locos*; haec vero in marg. MS. *loco* habet. De usu v. *loco*, ut sit i. q. iusto, apto, idoneo loco, vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. IV. 1. 2. p. 422; nos ad Cic. de Legg. III. 18. p. 457. Creuzer. ad eundem librum c. 4. p. 711. ed. nostr. et Cr. Ochsner. ad Ciceron. Eclogg. p. 357. ed. 3. — Cod. Aug. habet *adiungebant*. *Mr.*

hanc quasi senilem declamationem] Unus Ox. *hac*. Rehd. omittit *quasi*. Ad sententiam cf. supra I. 4. 7: *ut — antea declamitabam causas —: sic haec nunc mihi senilis est declamatio. — Declamatio* sunt h. l. disputationes philosophicae. *Seniles* dicitur, ait Kühn., quia eodem nomine dicebatur exercitatio illa, qua pueris in ludis ficta quaedam themata praescribi solebant, quibus ad eloquentiam viam sibi muniebant. Pergit Rehd. *studiose utor equidem poetis nostris*. Duisb. omittit cum uno Ox. *sed sic*, et habet nonnisi *ubi*. *Mr.*

Verti enim multa de Graecis] „Lectionis huius custos Victorii editio, quam adstruunt Pall. tert. quart. quint. sed reliqui duo *certe* pro vulgato *ipse*." *Gebhard.* „*Enim* habent Cod. Reg. duo Leidenses et mea Ed. vet. Tertius Leidensis habet *certe*, quod placet." *Bouhier.* „*Sed, sicubi illi defecerunt.* [Ita videlicet Ern. cum Gebh. Verb. plane distinguentes post *defecerunt*.] „Clarum est hic deesse verbum, quod pendeat e *Sed*. nempe excidit *externis*, in fine." *Ernestus.* Ei merito nemo obsecutus est. *Mr.*

Verti ipse] Vulgo *verti enim*. Sed veteres editos sequor, quos Gebhardus male deseruit. *D.*

„Si legas cum Victorio et Grutero: *nostris poetis, sed sicubi illi defecerunt. Verti enim multa* etc. [Gr. post *poetis* punctum habet.] hoc voluisse censendus est Cicero: uti se studiose quidem latinis poetis; sed tunc tantum, cum e Graecis nihil suppetat. Multa enim a se versa esse de Graecis, quae ornandae adhibeat Latinae orationi. Pro Davisiana, quam recepimus, lectione stant Manutius et Lambinus, ex qua elicitur sensus item commodus et apertus." *Olivet.* „Haud cunctanter lego: *defecerunt, verti etiam multa. Etiam* cum *enim* saepe confusum, ut Finn. II. 12. 38. Postea Davisium et Bipp. ex Edd. antiquis edidisse *verti ipse*, Buherium quoque e MS. *verti vero* [voluit *certe*] malle vidi. Qua varietate facile adductus sum, ut veram lectionem putarem: *verti multa de Graecis.*" *Nissen.* Reiskius post *defecerunt* deesse existimabat *meis*. Quod non melius est Ernestiano *externis*. *Mr.*

verti multa de Graecis] Placet quidem *ipse*: sed cum nullus plane liber MS. habeat *ipse*, reliqui fluctuent inter *enim* (Reg. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Gud. Vind. 2. Bern. quatuor Oxx.) et *certe* (Mon. 1. 2.), alii neutrum habeant, ut Duisb. Vind. 1. MS. in marg. Asc. 2., facile adductus sum, ut particulam spuriam existimarem eamque, suadente Nissenio, cum FAWolf. Koel. Or. Tbn. delerem, quod factum probat etiam Goerenz. ad Cic. Acad. II. 14. 43. p. 82. Idque iam pridem fecerunt Edd. E. Aldina Reiskii, Sturm. HWolf. In Ven. nostr. Ald. 1. 2. Junt. Venn. et Medd. Reiskii est *enim*, in reliquis *ipse*: nimirum in vett. Nam *enim* habent Gebh. Ern. Verb. Pro *de* Duisb. habet *e*. De illis conf. Ellendt. de Enunt. Condit. p. 18. *Mr.*

ne quo ornamento] Ad sententiam cf. Kühneri librum de Cic.

mento in hoc genere disputationis careret Latina oratio.
27. Sed videsne, poetae quid mali afferant! lamentantes inducunt fortissimos viros: molliunt animos nostros: ita sunt deinde dulces, ut non legantur modo, sed etiam ediscantur. Sic ad malam domesticam disciplinam vitamque umbratilem et delicatam quum accesserunt etiam poetae, nervos omnis virtutis elidunt. Recte igitur a Platone educuntur ex ea

---

in Philos. meritis p. 85 sq. Pro *quo* Gud. habet *equo*. Voluisse videtur librarius *aequo*, sed frustra. Mon. Vind. 1. *Latina careret*. Tum unus Ox. *videre* pro *videsne*. Marb. *efferant* pro *afferant*. *Mr.*

Lamentantes inducunt fortissimos viros] „Addendum videtur *cum*." *Ern.* Idem sentiebat Reiskius. Volebant nimirum haec iungi cum antecedentibus, ut scribamus: *poëtae quid mali afferant, quum lamentantes inducunt fortissimos viros*. Sed nulla plane mutatione opus est. Rehd. et Duisb. habent *viros fortissimos*. Pergit Marb. *molliunt*. Similiter locutus est infra V. 27. 78: *nos — animum — mollivimus opinionibus maloque more delinitum*. *Mr.*

ita sunt deinde dulces] Cod. Aug. *sunt ac deinde*. Gud. 2. *sunt denique*. Mox Duisb. *etiam a dediscantur*. In seqq. Vind. 1. *domesticamque*. Ad v. *vitamque umbratilem* Beroaldus: „quae in umbra et otio domestico degitur. Ita homo *umbraticus* a Plauto dictus trapezita, qui in umbra sub tecto vitam degit otiosam. Artes quoque et negotia umbratica ab eruditis nominantur, in quibus per desidiam in umbra elanguescimus. Studiosi vitam umbratilem colunt, *quos libri docent in umbra et otio*, ut inquit M. Tullius in Or. pro Corn. Balbo: item pro Murena *Cedat*, inquit, *stilus gladio, umbra soli*." Locus in Or. pro Mur. est c. 14. Add. Cic. Orat. 19. de Orat. I. 34. 157. Seriores tantum scriptores ait Wolfius in scholis pro *umbratilis* dixisse *umbraticus*. Sed hoc iam habet Plautus, v. c. Curcul. IV. 3. 24. Sequitur in Cod. Vind. 1. *ac* pro *et*. Unus Ox. omittit *quum*, alius habet *et* pro *etiam*. Gud. 2. omittit *poetae*. *Mr.*

nervos omnes virtutis elidunt] Post *omnes* Aug. addis *eius* et habet *edidit*. Cod. Vind. 2. *omnes nervos*. Variare libros in scriptione *omnes* (sic diserte Gud. 1. Aug.), *omneis* (Lambb. Goth. HWolf. Ald. Leod.) et *omnis*, non referrem, nisi essent, qui, cum scribitur *omnis*, eam formam Genitivum esse vellent: quod ipsi accidit FAWolfio in Scholis, cum quo non magis facere possum, quam Orellius. Verbo *elidendi* similiter utitur Cicero infra III. 34. 83: *stirpes aegritudinis elidere*, V. 6. 16: aliter, hominem videlicet dicit *elidi aegritudine*. Pro *elidere* dixit Acadd. I. 10. 35. *incidere nervos virtutis*. Conf. Gronov. ad Liv. VII. 39. 6. Schotti Nodorr. Ciceronn. III. 11. p. 355. Jo. Valensis in Compendiloquio p. 226. locum ex memoria, ut videtur, laudans, scribit: *quo quum accedunt poetae, nervos virtutis elidunt*. *Mr.*

Recte igitur a Platone etc.] Cod. Rehd. *a Platone igitur*. Unus Ox. *recte igitur appellatione*. Ad v. *educere*. vid. Muncker. ad Antonin. Liberal. p. 150 sq. ed. Teucher. [p. 231 sq. ed. Verheyk. Lugd. B. 1774.] Ad rem Meinecke ad Menandri Reliquias p. 293. n. 427. *Schuch.* Adde potissimum C. Morgensternii Commentatt. de Platonis Rep. p. 237—255. p. 296—301. *Mr.*

Educuntur *ex ea civitate*] Eliens. sec. et Bak. *eiiciuntur*, quod quidem verbum est vehementius; *quia eiici est inde expelli unde invitus recedas*, prout recte Seneca Epist. LIV. Ita loquuntur et alii scriptores, ubi Platonis hoc memorant facinus. Augustinus C. D. II,

civitate, quam finxit ille, cum optimos mores, et optimum rei publicae statum exquireret. At vero nos, docti scilicet a Graecia, haec et a pueritia legimus et discimus: hanc eruditionem liberalem et doctrinam putamus.

---

14. *An forte Platoni Graeco potius palma danda est, qui cum ratione formaret, qualis esse civitas debeat, tanquam adversarios civitatis, Poetas censuit urbe* pellendos? Minucius Felix Octav. cap. XXII. *Plato ideo praeclare Homerum — de civitate, quam in sermone instituebat, eiecit.* Athenaeus lib. V. pag. 187. Ὅμως τοιαῦτα γράφοντες τὸν Ὅμηρον ΕΚΒΑΛΛΟΥΣΙ ΤΩΝ ΠΟΛΕΩΝ. Et lib. XI. p. 505. Ἐν μὲν τῇ Πολιτείᾳ Ὅμηρον ΕΚΒΑΛΛΩΝ καὶ τὴν μιμητικὴν ποίησιν. Origenes contra Celsum lib. IV. pag. 186. Οὓς εὐλόγως ΕΚΒΑΛΛΕΙ τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας Πλάτων ὡς ἐπιτρίβοντας τοὺς νέους. Sic iterum pag. 198. quocirca magnis auctoritatibus se tueatur ista vox. Sed tamen ipse Plato de Rep. lib. III. pag. 437. mitiorem φράσιν ἀποπέμπειν adhibet [est ibi: ἀποπέμποιμέν τε ἂν εἰς ἄλλην πόλιν μύρον κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχέαντες, καὶ ἐρίῳ στέψαντες.]; quod facit etiam Maximus Tyrius Diss. XXIII, 3. ut temere movenda non sit recepta lectio. *D. educuntur ex ea civitate,*] Vid. Plat. de Rep. III. passim. — „Nihil muto: illud moneo, tres Codd. Leidd. habere *ducuntur* cum Ed. Ald.; editionem autem Rob. Stephani meamque veterem habere cum Cod. Reg. *expulsi dicuntur.*“ *Bouhier.* In nostra quidem codicis regii collatione expressis verbis scriptum est eum habere *a platone ducuntur*, quod inde credibile fit, quia Gud. 1., qui proxime ad eum accedit, habet *dicuntur*, supra scripto *u*. Lectio autem *ducuntur* orta est ex eo, quod ultima vocis antecedentis litera *e* absorpta est a sequente eadem vel vice versa, si scriptum esset: PLATONEDVCVNTVR. Et habent *ducuntur* praeter eos, quos diximus, tres Oxx. Gud. (qui habet *ad Platōes* pro *a Platone*) Mon. 2. Edd. A. B. V. Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Reiskii, Ven. nostr. Junt. Sturm. Ven. Alteri (sed haec in marg. *educuntur*. Scribitur *expulsi dicuntur* in Edd. S. E. HWolfii et marg. MS. Asc. nostrae 2. Unus Ox. habet *dicuntur eiecti*; Gud. 2: *docentur*, simpliciter *dicuntur* est in Cod. Marb. Edd. P. C.; *deiciuntur* habent Codd. Rehd. et Aug. — Vind. 1. pro *ex* habet *ab*. Habet hunc locum etiam Jo. Valensis in Compendiloquio p. 226. ubi ita scriptus est: *recte a Platone dicuntur expelli ex ea civitate, quam finxit, cum mores optimos et optimum rei publicae statum requireret.* Pro *optimos mores* multi, in primis editi, habent *mores optimos*. Sed illum ordinem habent cum Bentleii Codicibus et Davisio Codd. Gud. 1. 2. Aug. Duisb. Gud. Marb. Mon. 1. 2. Pro *exquireret* unus Ox., ut Jo. Valensis, *requireret*. *Mr.*

At vero nos, docti scilicet a Graecia] Duo Oxx. *ac* pro *at*; alius *docta sicut* pro *docti scilicet*. Quod dicit *a Graecia* pro *a Graecis*; id non semel fecit Cicero in aliis quoque locis, v. c. de Div. I. 41. 92: *Etruria — animadvertit. Mr.*

Haec et a pueritia legimus et discimus] Ne quis *et* post *pueritia* positum velit, verbo moneo, *a pueritia legimus* iungendum esse, neque ad sequens quoque verbum necessario repetendum esse *a pueritia*. Cod. Vind. 1. inverso ordine habet *discimus et legimus*. Ed. Vind. 2. *et dicimus*; Edd. Goth. Lambb. Ald. Brut. Boul. Sylb. *didicimus*; quod ortum videri potest ex correctione pravae lectionis *dicimus*, vel ab homine, qui propter *a pueritia* Ciceronem Perfecto donandum existimaret. Unus Ox. *condiscimus*. Or. coniecit *ediscimus*, ut modo dixit Cic. *ut non legantur modo, sed etiam ediscantur*; et III. 2. 3: *accedunt — poetae, qui — audiuntur, leguntur, ediscuntur*. Pla-

12 28. p. 181 a. Sed quid poëtis irascimur? Virtutis magistri, philosophi, inventi sunt, qui summum malum dolorem dicerent. At tu, adolescens, quum id tibi paullo ante dixisses videri; rogatus a me, Etiamne maius quam dedecus, verbo de sententia destitisti. Rogo hoc idem Epicurum; maius dicet esse ma-

---

cet quidem ea coniectura, sed nolui eam recipere, ne Ciceronem corrigere viderer. Accedit Ed. Ven. Alt. in qua expressum est *discimus*, calamo correctum *ediscimus*. G. G. Oederus in Diss. inaug. quae inscribitur: Chronologia Grammatica (4. Gotting. 1743.) p. 24: „Cic. Tusc. 2, 27. habet duo praesentia perfecta pro infectis: *legimus et didicimus*, neque enim moror Lambini *discimus*.“ Sed illud *discimus* non est Lambini, sed Codicum, et significat id quod fieri solet, non, quod factum est. Gud. 2. omittit *et discimus*. *Mr.*

hanc eruditionem liberalem et doctrinam putamus.] Cod. Gud. *et hanc*. Goerenz. ad Cic. Acadd. I. 6. 23. hunc locum ita scribendum esse ait: *At vero nos* (docti scilicet a Graecia, haec et a pueritia legimus et discimus:) *hanc et* [hoc addi vult ex duobus suis optimis] *eruditionem liberalem et doctrinam putamus*. Respondet Or. tum quidem incommode positum fore *liberalem*. Pro *putamus*, si recte lego collationem Cod. Reg., in hoc est *putant*, sed legi etiam potest *putam*, ut figura 9, i. e. *us*, excidisse videatur. *Mr.*

c. 12. *Sed quid poëtis irascimur?*] Solus Grut., operarum, ut videtur, errore, dedit *pueris*, graviter castigatus a Gronovio, qui consulto id factum esse a Grutero existimavit. Propagatus est tamen ille error per tres Edd. Gruterum temere sequentes, Leidensem, Londinensem, Basiliensem. Unus Ox. habet *siquidem* pro *sed quid*; alius *irascemur*. Unus omittit *malum* post *summum*. Duisb. post *dolorem* addit glossam *esse*. *Mr.*

At tu, adolescens,] „Hic locus manifesto confutat Lactantium scribentem his Dialogis Ciceronem cum Attico loqui. Solebat enim cum adolescentibus Romanis de philosophia disputare: igitur adolescens pudore impudentiam Epicuri confutat.“ *Comm. Anonym.* ap. Leodeg. a Quercu. V. supra ad init. c. 5. L. I. — Duo Oxx. habent *ac* pro *at*. Gud. habet *paulo* post *quum*. Duisb. *quum tu id*. Verba *paullo ante* respiciunt ad c. 5, 14. Pro *dixisses* Cod. nescio qui in marg. Verb. *dixisti*. Habet Cod. Aug. *a me ne manis quam decus*. In Cod. Gud. 2. ita aberravit librarii oculus a priore *dedecus* ad alterum, ut omnia haec *verbo de — quo dedecus*, exciderint. *Mr.*

verbo de sententia destitisti] De Off. III. 3. extr. dixit *desistere sententia*. Respicit ad c. 5. ubi dixit Auditor vel Adolescens: *me pudet tam cito de sententia esse deiectum*. Nostrum locum explicat Ern. in Clav. v. *verbum*: *paucis monitus facile cessisti*. Post *quam dedecus* Cod. Mon. 1. habet *in ipso enim dedecore verbo de sententia*. *Mr.*

Rogo hoc idem Epicurum] Scribitur *roga* in Edd. M. L. Fr. Fabr. Car. Steph. Sylb. Boul. Brat. Lambb. Goth. Sturm. Ald. HWolf. Idemque, quasi a nemine adhuc excogitatum, coniecit Ernestus. Sed recte Schz. sensus est, ait, si rogo hoc idem Epicurum, ut modo te rogavi. Commode confert Kühnerus de N. D. I. 21: *Roges me, qualem deorum naturam esse dicam; nihil fortasse respondeam. Quaeras, putemne talem esse, qualis modo a te sit exposita; nihil dicam mihi videri minus*. Secuti tamen sunt Ernestum Bipontini, contra quos recte Nissen. „Imperativus, ait, vulgato *rogo* mihi multo videtur inferior. Nam ante erat: *rogatus a me*. *Rogo* autem est pro *quando rogo*, ut *roga* pro *quando rogas*.“ Pro *dicet* unus Ox. *dicit*; idem omittit in seqq. *dolorem* post *mediocrem*,

lum mediocrem dolorem, quam maximum dedecus: in ipso enim dedecore mali nihil esse, nisi sequantur dolores. Quis igitur Epicurum sequitur dolor, quum hoc ipsum dicit, summum malum esse dolorem? quo dedecus maius a philosopho nullum exspecto. Quare satis mihi dedisti, cum respondisti, Maius tibi videri malum, dedecus, quam dolorem. Hoc ipsum enim si tenebis, intelliges, quam sit obsistendum dolori: nec tam quaerendum est, dolor malumne sit, quam firmandus animus ad dolorem ferendum. Concludunt ratiunculas Stoici, cur non sit ma- 29.

---

et *malum* post *summum*; alius pro *esse* post *dicat* habet *ipse*. Cod. Gud. habet *dolorem mediocrem dicere*. Gud. 1. *qua maxumum*. Tum Gud. *nihil mali esse*. *Mr.*

Quis igitur Epicurum sequitur dolor,] Commode explicat sententiam paullo obscuriorem Kühnerus: Dolor quidem Epicurum, quum dicit, summum malum esse dolorem, sequitur nullus, at dedecus maximum. Ergo ex Epicuri ratione licet maximum sibi contrahere dedecus, nec tamen in eo est malum, nisi dolores sequantur. Similiter Or.: eo, quod Epicurus maius illud suscipit dedecus, ut dolorem summum malum esse contendat, dolor quidem corporis eum non sequitur: pro suis igitur praeceptis illud dedecus subire potest Epicurus, a quo tu, nobilioris nimirum indolis, adolescens, refugis. Post *summum* Cod. Rehd. Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Car. Steph. Ald. Leod. Sylb. *esse malum*. Reliqui omnes nostrum habent ordinem. *Mr.*

quo dedecus maius a philosopho nullum exspecto.] Verba *esse dolorem? quo — nullum* omissa sunt in uno Ox. Duo Codd., Reg. et Mon. 1. a pr. m. habent *quod*, sed correctum est *quo*. Et legi *quod* etiam in aliis Codd. refert Comm. Anonym. ap. Leodeg. a Quercu. *Mr.*

Quare satis mihi dedisti,] Codd. Mon. 1. 2. *mihi satis* prava correctione. *Dandi* verbo, ut sit i. q. concedere, alibi etiam usus est Cicero, v. c. de Finn. V. 23: *prima si dederis, danda sunt omnia*. In seqq. Codd. Mon. 2. et Duisb. *malum videri*. Tum Aug. Duisb. Gud. *hoc enim ipsum*. Mox unus Ox. *abstinendum* pro *obstendum*. Gud. *dolorne malum*: perperam, corrupta quaestionis sententia. Pro *firmandus*, Aug. et unus Ox. *formandus*, alius *formidandus*. Tum Vind. 2. *ad ferendum dolorem*. *Mr.*

Concludunt ratiunculis] „Pall. sec. tert. quart. Fabr. *ratiunculas*, quemadmodum Ulrichianus." *Gebhard.* Verb. ex Ed. Dav. enotavit *ratiuncula*: quod si alicubi legitur, in Davisiana prima est. In sequentibus enim accusativum habet. *Mr.*

Concludunt ratiunculas] Sic Cl. Bentleius; et sic, prater Gebhardianos quinque, Reg. Elens. duo, Petrens. Bak. et Balliol. nec aliter interdum loquitur Cicero. Vulgo *ratiunculis*: cui lectioni solus e nostris favet Med. *D.*

Concludunt ratiunculas Stoici] „Recte Dav. in Edd. post primam recepit *ratiunculas*. Ita habet unus Leidensis et ed. mea vetus; ita etiam recte et saepius dicitur pro ratiocinari: sic de Div. I. 32: *Crantippus solet rationem concludere hoc modo*." *Bouhierius.* Add. Cic. Orator. 35, 122: *argumentationes concludere*: ib. 40, 137: *argumentum ratione concludere*. Et hoc quidem, quod ultimo loci posui, exemplum pro utraque lectione afferri possit. In marg. Goth. est alios habere *interrogatiunculis*, quod ego in nullo libro reperio: sed ortum est ex locis de Finn. IV. 3: *pungunt, quasi aculeis, interrogati-*

tam: quasi de verbo, non de re laboretur. Quid me decipis, Zeno? Nam quum id, quod mihi horribile videtur, tu omnino malum negas esse, capior: et scire cupio, quo modo id, quod ego miserrimum existimem, ne malum quidem sit. Nihil est, inquit, malum, nisi quod turpe atque vitiosum est.

---

unculis angustis. Parad. prooem. 1: *Cato, perfectus — Stoicus — minutis interrogatiunculis, quasi punctis, quae proposuit, efficit*. Davisium secutus est Ern. qui item accusativum reperit in Cod. Guelf., neque quisquam post eum ablativum reduxit; in eo *ταυτολογίαν* inesse contendit Bill. Habent autem *rativunculas* duo Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Rehd. Duisb. Gud. Vind. 1. 2; Cod. Mon. 2. mire *rationunculis*. *Mr.*

quasi de verbo, non de re laboretur.] De hac constructione accurate praecipit Hand. in Tursellino I. p. 474 sq. Unus Ox. habet, ante *non*, glossam *sed*. Non necessarium esse scribere *sed non* vel *ac non* monet etiam Orell. ad Wolfii scholas, similem oppositionem laudans ex libro I. de N. D. 8. 20: *cuius principium aliquod sit, nihil sit extremum*: ad quem locum v. nos in Ed. min. p. 17. Quare nec nos cum Matthia facimus *ac non* coniiciente. *Mr.*

Quid me decipis, Zeno?] Codd. Reg. Gud. 1. *decepis*. Rehd. *deceptas*. Duisb. *Zenon*: quam scriptionem non esse probandam docet K. L. Schneider Ausf. Lat. Sprachl. II. 1. Formenl. I. p. 275 sq. Eius nominis loco Cod. Marb. habet *etono*. *Zenonem* nominans omnes Stoicos significat, monente Wolfio in scholis. In seqq. unus Ox. *tamen* pro *tu*. Gud. 2. *animo* pro *omnino*; idem cum Vind. 1. *negas malum esse*, Duisb. *negas esse malum*. Scripsi autem cum Dav. *malum negas esse* ex Codd. Gud. 1. [suspicor inde etiam Regium sic habere] Aug. Mon. 1. 2. Marb. Cum Duisb. faciunt Edd. S. E.; solae Asc. 1. et Sturm. exhibent *malum esse neges*; reliquae *malum esse negas*. *Mr.*

capior] „Non statim apparet, quid sibi velit *capior*. Agit hic Cicero partes hominis, qui amet persuaderi sibi, in dolore malum non esse. Itaque *capior* perinde valet atque *ineptior*." *Passeratius.* „Davisius primum explicavit *delector*: postea hanc explicationem silentio pressit; reputans sine dubio hoc non convenire homini, cui dolor res tristis atque terribilis videretur. *Capior* igitur explico *perturbor* (vous m'embarrassez)." *Bouhier.* Melius utroque Kühnerus: allicior, rei novitate afficior. *Mr.*

quod ego miserrimum existimem] Duo Ox. omittunt *quod*, Gud. 2. et Vind. 1. *ego*: posterior habet *existimo*, quod est correctoris, qui Coniunctivi rationem non caperet. Unus Ox. *estimem*. Cod. Aug. *nec malum* pro *ne malum*. *Mr.*

Nihil est, inquit, malum etc.] Disputantur haec fusius in primo Paradoxorum. De lectione miratur Bouh. a nemine adhuc animadversum, esse legendum h. l. *inquis*, et, paucis interiectis, iterum: *nunquam quicquam, inquis*. Adstipulatur ei Nissen. l. c. p. 49: „*inquit*, dicens, pro *inquis* dici, nondum satis exploratum est mihi. Neglectum tamen personarum esse discrimen crediderim et hic et infra 19, 44. et Cic. pro Rosc. Am. 18, 52. et multis aliis locis." Sed neque usquam *inquit* dicitur pro *inquis*, neque personarum discrimen ita negligitur, ut existimasse videtur Nissen. Ubicunque pro *inquit* expectes *inquis*, non ipsum adversarium alloquitur dicens, sed, quasi ad unum vel plures auditores conversus, quid respondeat ille vel respondere possit, significat. Vid. Creuzer. ad Cic. de N. D. I. 36. p. 163 sq. ed. Cr. et nostr. maj.; nos ad eundem locum fusius in Ed. min. p. 64 sq. ibiq. laudd. Ad marg. huius loci in Edd. Lambb. et Goth. scriptum est, sic exhibere omnes Codd. vett. Quod quale sit,

Ad ineptias redis: illud enim, quod me angebat, non eximis. Scio dolorem non esse nequitiam. Desine id me docere: hoc doce, doleam, necne doleam, nihil interesse. Numquam quicquam, inquit, ad beate quidem vivendum, quod

non intelligis, nisi in annot. Bruti legeris *malum* non habere Manutium et nonnullos illum secutos. Abest ea vox a sola nostra Aldina. *Mr.*

nisi quod turpe atque vitiosum est.] Cod. unus Ox. *nisi quidem turpe.* Pergit Cod. Vind. 1. *et,* et ita Edd. M. L. Car. Steph. Leod. Sylb. Lambb. Goth. Ald. Boul. Brut.; *aut* habent Cod. Rehd. Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. et Reiskianae 1. 2. Med. 1. 2. Asc. 1. 2. Junt. Sturm. HWolf. Solus Gud. *ac,* quod accedit ad reliquorum *atque.* In Aug. omittitur *est. Mr.*

Ad ineptias redis: illud enim etc.] Auditori tribuuntur haec in Codd. duobus Oxx. et aliquot Edd. vett. Sed respondet Marcus ei, quem sibi obloquentem in proxime antecedentibus finxerat. Quod ex uno Davisii Codice corrigi volebat Bentl. *autem* pro *enim,* habet etiam noster Cod. Aug. Sed ne in secunda quidem Ed. recepit Dav. et recte. Quod enim ait B. „non enim, quia non eximebat, *ideo* ad ineptias redibat:" id in errore versatur. Ait enim Marcus nihil aliud, quam hoc: *ad ineptias redis:* ego autem iure te ad ineptias redire arguo, *quia* eo, quod dicis, mihi non eximis quod angebat. Duo Oxx. habent *angebas,* Gud. 2. *agebat.* Mox Aug. inutili addita glossa *scio satis, dolorem.* — Pergit unus Ox. *nihil interesse* pro *non esse.* Idem omittit *nequitiam* usque ad repetitum *interesse. Mr.*

Desine id me docere:] „In Ed. 1. ediderat Dav. ex uno Cod. *Desine nunc etiam id me docere:* quod in seqq. merito retractavit." *Bouh.* Scribitur *me id* in Codd. Mon. 1. 2. Aug. Omittitur *hoc doce* in Cod. uno Ox. Est *hoc docendo nec ne* in Gud. 2. Duisb. habet: *doleamne an doleam.* Vind. 2. *an non* pro *nec ne,* ex puerili glossemate, quod est etiam in uno Leid. Quod vero alterum *doleam* post *nec ne* abiectum volebat Bouh., id non ita mirandum est, quam re vera hoc factum esse ab Ernesto, additumque ab eodem, nunquam in hac forma verbum repetere Ciceronem. Vid. nos ad Cic. de N. Deorr. III. 7. 17. p. 189. ed. min. p. 514. ed. maj. ad de Fato 12. p. 618. sq. Add. Ramshorn. in Jahnii Annall. Philol. et Paedagg. 1827. II. 1. p. 40. Handii Tursellin. I. p. 340 sq. ibiq. laudd. Poppo in A. S. Z. 1831. II. 33. p. 1064. *Mr.*

Numquam quidquam] „Sic omnes quidem habent, quos vidi, libri, et manuscr. et typis impressi. Sed malim legi: *nihil quidquam, inquit.*" *Lambinus.*

Numquam *quicquam, inquit, ad beate quidem vivendum*] D. Lambinus contra Mss. fidem reponit *nihil quidquam.* Male. Plautus Amph. Act. I. Sc. I, 92. Numquam *etiam* quicquam *adhuc verborum est prolocutus perperam.* Idem Asin. Act. I. Sc. III, 44. *Nam si ea, durarent mihi, Mulier mitteretur ad te;* numquam quicquam *poscerem.* Et Rudent. Act. II. Sc. VII, 23. *Tibi ego* nunquam quicquam *credam nisi accepto pignore.* Terentius Eun. Act. V. Sc. VII, 1. Numquam *aedepol* quicquam *iamdiu, quod magis vellem evenire, Mi evenit.* Vide sis et Adelph. Act. I. Sc. II, 18. et Act. IV. Sc. I, 12. *D.*

nunquam quidquam] „Sc. interest, facit." *RAWolf.* In seqq. Gud. *ad beate vivendum quidem.* Vind. 1. omittit *quidem.* Unde noli, ad modum Beieri, spuriam iudicare particulam *quidem,* quae h. l. necessaria est, et i. q. *certe* significat, ut sexcenties apud Ciceronem. *Mr.*

est in una virtute positum: sed est tamen reiiciendum. Cur? Asperum est, contra naturam, difficile perpessu, triste, durum.

13 30. Haec est copia verborum, quod omnes uno verbo malum appellamus, id tot modis posse dicere. Definis tu mihi, non tollis dolorem, quum dicis asperum, contra naturam, vix quod ferri tolerarique possit: nec mentiris: sed re succumbere non oportebat, verbis gloriantem, dum nihil bonum,

---

sed est tamen reiiciendum] „Stoici morbum, egestatem, dolorem non appellant mala, sed reiectanea. Aristoteles reliquique Platonis alumni omnia, qua contra naturam sunt, appellant mala. Itaque Zeno et Stoici cum Aristotele et illis re consentiunt, verbis discrepant. Nam quid aliud sunt reiectanea, quam mala, ex eo dicta, quod reiiciantur repellanturque tanquam noxia? et consequenter Latini mala modo reiectanea, modo reiecta appellant, quae Stoici Graece dicunt *ἀπροηγμένα*." *Beroaldus.* Utitur Cic. de eadem re de Finn. III. 15. 51: verbo illo graeco, significans Latinam linguam carere vocabulo commodo; capite tamen 16. et *προηγμένα* et *ἀπροηγμένα* latine reddere conatur non uno modo: *producta, praeposita, praecipua; reiecta.* — Cod. Duisb. habet *sed etiam tamen*, ex perperam lecto compendio. Omittunt *tamen* unus Ox. et Vind. 1. Habent *tamen est* Edd. vett. fere omnes: sed Codd. et Edd. Vict, Rob. Steph. Leod. Gebh. et seqq. nobiscum faciunt. Pro *cur* habent *cum* unus Ox. et Aug. Scribitur *reiiciendum* in Codd. Gud. 1. et Marb. *Mr.*

c. 13. *Haec est copia verborum*] Cod. Vind. 1. *Sed haec est.* Edd. vett. (exceptis Vict. Rob. Steph. Leod.) *haec copia verborum est.* Inde a Gebhardo restituta est Codicum scriptio. De hoc verborum ordine vid. Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 24. 78. p. 143. In seqq. Aug. *verbo uno.* Duisb. addit *te* ante *posse.* Pro *definis* legitur *diffinis*, consueto medii aevi errore, in Codd. Gud. 2. Aug. Duisb. In Marb. et uno Ox. scribitur *desinis.* Ceterum Marcum hoc loco alloqui Zenonem patet. *Mr.*

vix quod ferri tolerarique possit,] Duisb. *ut vix*, correctione plane inutili. Augetur vis vocis, quae pronomen antecedit, consulto. Similiter supra II. 4. 12. *iis ut fuerit* — ubi v. annot. nostr. Unus Ox. habet *quoque* pro *quod*; alius *ferre* pro *ferri*, Mon. 2. *possint* pro *possit. Mr.*

sed re succumbere non oportebat] Unus Ox. *sed te succ.* Aug. *sed te rei succ.* Jan. Pagninus ad h. l. „*Re*, ait, legendum, non *Te*." Ergo videtur in aliquot Edd. vett. lectum esse *te*, cuius ego lectionis nonnisi in lemmate annot. Beroaldinae apud Leod. vestigium reperio. *Re succumbere* eum ait Nissenius eo, quod dolorem vix tolerandum dicat. Ceterum nota est constructio Ciceroniana, et optimi cuiusque scriptoris, qua Imperfectum Indicativi pro Plusquamperfecto Coniunctivi, quod nos certe exspectabamus, poni solet. Vid. Gernhard. Comm. Gramm. III. p. 3. (Vimar. 1824. 4.) Nos ad Cic. de Div. II. 43. 91. p. 457. In seqq. pro *gloriantem* Cod. Aug. *glorianter.* Goth. in marg. habet alios legere *gloria item nihil* etc. sed hoc operarum vitium esse puto. *Mr.*

dum nihil bonum, nisi etc.] „Vel particula *dum* delenda est, ut inanis et aliena; vel aliquid subintelligendum, verbi gratia tale quiddam: *dicis* seu *doces*: vel legendum: *verbis gloriantem, docentem, nihil bonum* etc. Iudicet lector eruditus." *Lambinus.* „Ita Codices (*dum* etc.) Nondum conspecta Cl. Bentleii recensione [est in Dav. 2.

nisi quod honestum, nihil malum, nisi quod turpe. Optare b.
hoc quidem est, non docere. Illud et melius et verius: om-

---

ex B. sententia: — *verbis gloriantem dudum. Nihil bonum*, etc.] haec sunt commentatus: lego *dicis enim nihil bonum.* Festinantes etc." Dav. in Ed. 2.

Gloriantem, dum *nihil bonum*] Lego *gloriantem:* dicis enim *nihil bonum.* Festinantes sane Librarii *dicis n.* non difficulter in *dum* possunt mutare, praesertim si, quod saepe contigit, literae parum distincte sint scriptae. Si displicet haec ratio, secunda vox est cum Lambino delenda; nam supervacua prorsus et inanis videtur. *D.*

dum nihil bonum etc.] „*Dum* sine dubio vitiosum est. Bentleius correxit *dudum*, ut ad *gloriantem* referatur, melius delebitur simpliciter." *Ern.* „Malim: *dudum audio: nihil bonum.*" *Reiskius.* „Mihi placet: *dici nihil bonum, nisi quod honestum, nihil malum, nisi quod turpe, oportere.* Vox, quam addidi (*oportere*). a vicina (*optare*) obrui potuit. Sed hoc in medio relinquo." *Nissen.* „Bene habet vulgata. Intellige *dicis:* [hanc re vera glossam Duish. in contextis habet:] est ellipsis sermonis familiaris paullo negligentior: quare immerito deletum volebat *dum* Lambinus." Ita Schz. Or. FA. Wolf. Kühnerus, recte statuentes, *dicis* intelligi posse ex superioribus: *quum dicis asperum.* In sola Ed. Fr. Fabr. est *gloriantem nihil bonum esse, nisi* etc. Post *turpe* Cod. Rehd. addit *doceres. Mr.*

Optare hoc quidem est, non docere.] „Petrus Faber Tolosanus, vir doctissimus, putat hoc loco legendum: *captare hoc quidem est* etc. neque obstant eius coniecturae similia loquendi genera, unum in Lucullo [p. Lambin. 33, 46. nobis II, Acadd. c. 38, §. 121.] *somnia censet haec esse Democriti, non docentis, sed optantis*, alterum libro de Fato [p. 309. 12. c. 20. §. 46. extr.] *optare hoc quidem est, non disputare.* Illa enim dicuntur in Democritum et Epicurum, qui quasi provincias atomis dabant: haec in Zenonem, qui conclusiunculis spinosis et argutis *captabat.* Itaque dixit supra non longe [p. 140, 49. nobis c. 12. §. 29.]. *Quid me decipis, Zeno?*" *Lambinus.* Gothofredus locis ex Acadd. et de Fato laudatis aliquid tribuit ad defendendam vulgatam. Lambino adstipulatur Fr. Fabricius, vel potius P. Fabro. „Coniecturam Fabri, quam tantopere laudat Lambinus, nullibi inveni. est autem *ea captare.*" *Gebh.* [voluit *captare.*] „Satis mirari non possum, vocem *optare* ab interpretibus silentio praetermissam esse. Dicas, velim, quid in hoc *optantis* sit? An, ut dolor ferri possit? At hoc est inferre sensum, non elicere. Scribe mea fide *captare*, nempe animum lectoris. Ipse paulo ante dixit *capior*, in eadem re sensu eodem." *Nissen.* Satis sunt refutata haec commenta a Davisio, cuius rationibus nihil videtur addendum nisi, quem locum Or. laudat, de N. D. I. 8. 19: *quae talia sunt, ut optata magis, quam inventa, videantur:* ubi vid. nos in ed. min. p. 17. Vid. praeterea Schütz. Lex. Cic. s. v. *optare* p. 121. Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 38. 121. p. 218. Turneb. ad Cic. de Fato 20, 46. p. 685. ed. nostr.; nos p. 648. ad eundem locum. De significatione v. *hoc quidem*, ut valeat: *si quid aliud, profecto hoc*, vid. Beier. ad Cic. de Off. I. 10. 33. p. 78. — God. Aug. habet *id quidem:* unus Or. *non dolere. Mr.*

Optare *hoc quidem est, non docere*] Petr. Fabro legendum placet *captare*, eumque viro illo docto facit D. Lambinus; quod equidem miror, siquidem loquendi modum, quem repraesentant omnes libri, Tullio non insuetum esse probe sciret. Sic Acad. II, 38. *Somnia censet haec esse Democriti, non docentis, sed optantis.* Ac de Fato

nia, quae natura aspernetur, in malis esse: quae adsciscat, in bonis. Hoc posito, et verborum concertatione sublata, tantum tamen excellet illud, quod recte amplexantur isti, quod ho-

---

cap. 20. Optare *hoc quidem est, non* disputare. Eodem modo Hieronymus adv. Pelagium ad Ctesiph. pag. 546. *Hoc est enim hominem ex homine tollere — et optare potius quam docere.* Pariter Graeci. Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypot. lib. III. cap. 25. *ΕΥ'ΧΟΜΕ'ΝΩΝ μᾶλλον ἢ τἀληθῆ λεγόντων.* Vult autem noster Zenonem rem tantum non *ἀδύνατον* ponere; sed id quod ponit non omnino demonstrare. Sic Plato de Rep. lib. V. pag. 340. ed. Cantab. *Οὐκ ἄρα ἀδύνατά γε, οὐδὲ ΕΥ'ΧΑΙΣ ὅμοια ἐνομοθετοῦμεν.* Et lib. VI. pag. 44. *Οὕτω γὰρ ἂν ἡμεῖς δικαίως καταγελώμεθα, ὡς ἄλλως ΕΥ'ΧΑΙ'Σ ὄμοια λέγοντες.* Eodem sensu *περὶ τῆς πόλεως ΕΥ'ΧΑ'Σ εἰρηκέναι* dicit lib. VII. p. 152. Lucianus de mercede Conduct. Tom. I. pag. 450. *Εὐχῇ γὰρ ἐοικότα εἴη ταῦτά γε.* Ubi Scholiastes Regius, *αἱ γὰρ εὐχαὶ ἐπίπαν τὰ ἀδύνατα προβάλλονται.* Vide sis eundem in Hermotimo pag. 559. *D.*

Illud et melius et verius:] „Ex Aristotelis et Platonis sententia.“ *Jan. Pagninus.* — Ed. Fr. Fabr. sola, ut videtur, *illud est melius.* Mox unus Ox. *omnia, quod. Mr.*

Aspernetur — adsciscat] Vulgo, *aspernatur — adsciscit.* Sed *adsciscat* est a Reg. aliisque Codicibus; ut necessario mutanda fuerit vox prima. *D.*

aspernetur — adsciscat] Prius, quod post Dav. receperunt Ern. Bip. FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn., habent Codd. Gud. et Rehd.; posterius multi, etiam plurimi editi: est enim in Codd. Reg. Gud. 1. Aug. Marb. (*adsiscat*) Duisb. Mon. 1. 2. Oxx. omnibus, Vind. 1. 2. Bern. *Adsciscit* habent nonnisi Edd. M. L. Car. Steph. Lambb. Goth. Boul. Brut. Ald. Sylb. Leod. In Cod. Mon. 1. est *adiseat* (sic), in Gud. 2. *aspernat — addiscat.* Perperam Kühn. refert *aspernetur* esse in Cod. Reg., cum sit coniectura Davisii. *Mr.*

Hoc posito, et verborum concertatione sublata] Cod. Marb. *hoc proposito.* Ad seqq. Beroaldus: „*verbi controversia*, ut ait alibi M. Tullius [de Or. I. 11.], *iam diu torquet homines Graeculos, contentionis cupidiores, quam veritatis.*“ Cod. Vind. 2. *consertione*: sed in marg. ut ceteri. Conf. de Finn. 2. 8. 28. In seqq. Cod. Mon. 1. *ne* pro *tamen.* Vind. 1. Gud. Edd. E. S. HWolf. *excellit*, cum marg. MSS. Asc. 2. pro *excellet*: scripsit etiam Wopkensius l. c. p. 58. (Hand. p. 82.) *excellit*, sed fortasse invitus: nam nihil monet. Cod. Aug. *excellat.* Omittit *tamen* Cod. Marb., quod inde factum est, quia compendia verborum *tamen* et *tantum* (quod praecedit) ita saepe similia sunt, ut scriptor codicis Marb. idem redire vocabulum (*διττογραφίαν* esse) existimare posset. Pergit Gud. 2. *recte quod*, fortasse ex correctione hominis, cui modo (capitis principio) *vix quod* positum placuisset. *Amplectantur* est in Edd. A. B. Ven., nostr. Junt. pro *amplexantur.* Hoc verbo utitur Cicero etiam de Finn. IV. 14. 36. Acadd. I. 9. 33. Laudat Or. ad v. *excellet* Diomedem Lib. I. p. 371. Putsch. *Mr.*

quod recte amplexantur isti,] „Unus Leid. *isti, qui virtutem scilicet solam, aut summum bonum dicunt, quod honestum* etc., mea vet. Ed.: *isti, qui dicunt virtutem solum aut summum bonum, quod honestum.* Unde conicio Ciceronem scripsisse: *Quod recte amplexantur isti, qui summum bonum dicunt, quod honestum* etc. reliqua mihi glossam redolere videntur. Deerat autem aliquid lectioni vulgatae. Non enim Stoici soli virtutem bonum esse dicebant: eo tantum ab aliis differebant, quod eam summum bonum esse

nestum, quod rectum, quod decorum appellamus, quod idem interdum virtutis nomine amplectimur, ut omnia praeterea, quae bona corporis et fortunae putantur, perexigua et perminuta videantur: ne malum quidem ullum, nec, si in unum locum

---

contenderent." ***Bouhierius.*** „Quae Bouh. reperit in suis libris, ea ut aspexi, inscito alicui glossatori tribuenda putavi, qui, quo Stoici et Peripatetici a Cicerone alibi designantur, epitheton solis his accomodaret. Bouhierius tamen, tanquam e falsis veri quid facturus, voluit: *qui* etc. Sed *isti* est pro *isti noti*." ***Nissen.*** Cum Bouhierii Leidensi faciunt duo Oxx. nisi quod hi habent *solum*. cum eiusdem Ed. vet. convenit marg. MS. Asc. 2. In Codd. Aug. et Rehd. est: *isti, qui virtutem s. solum aut* (Aug. *et*) *summum bonum dicunt, quod* etc. Manifesta glossemata. „*Isti*, ait Beroaldus, sunt Stoici. *Decorum* graece *πρέπον* dicitur; cuius vis ea est, ut ab honesto non queat separari. nam et quod decet, honestum est, et quod honestum est, decet. Decorum ait M. Tullius de Officiis scribens [I. 27.] id esse, quod consentaneum sit hominis excellentiae: quod ad prudentiam, ad fortitudinem, ad iustitiam, ad temperantiam pertinet, et in omni honestate versatur. Est et decorum, quod et poetae sequuntur, cum id, quod quaque persona dignum est, et fit et dicitur. Ambrosius libros Officiorum a decoro auspicatur." Ad v. *amplectimur* eiusque significationem vid. quae affert Mencken. Obss. L. Lat. p. 50 sq. Verb. in marg. ex MS. nescio quo *nomen* pro *nomine*. Cod. Aug. *amplectitur*, tum *ne* pro *ut*. Unus Ox. *amplectantur*, alius *amplectemur*. Pro *praeterea* sola ed. P. *praeterita*. HWolf. in parenthesi iuxta posuit quasi coniecturam suam *prae ea*, sc. prae virtute. Non male; sic Cicero de Finn. IV. 26. 73: *sed neque magnum bonum* [divitiae], *et prae rectis honestisque contemnendum*: qui locus fortasse Wolfio obversabatur. ***Mr.***

perexigua et minuta] „Non male Pal. pr. *perexigua et perminuta*." ***Gebhard.*** „Cum MSS. nonnulli, quibus accedit Cod. Reg. [nostra collatio nihil monet] et Ed. mea vetus habeant *perminuta*; haec lectio servanda videtur." ***Bouhierius.*** Recepi et ego *perminuta*, cum facile obliterari soleant *ἅπαξ λεγόμενα*, et tueantur hanc scriptionem Codd. duo Oxx. Mon. 1. 2. Bern. (ex corr.) Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Reiskianae Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Ven, nostr. Asc. 1. 2. HWolf. FAWolf. Schz. Nobb. Legerunt item ita Gesnerus et Forcellinus in Lexicis. Laudat Or. Cic. de Rep. I. 12. *perlucundus et pergratus*; de N. D. I. 1. 1: *perdifficilis et perobscura quaestio*; de Finn. III. 11. 36. *perfacilis et perexpedita defensio*, ubi videmus, Goerenzio quoque nostro loco placuisse *perminuta*. Addit Or. eandem difficultatem esse in Epp. ad Att. XIV. 12. 2: *perhonorifice et amice*, ubi Cratandrina sola in marg. habet *peramice*. ***Mr.***

ne malum quidem ullum etc.] „Libri non variant, nisi quod in nonnullis Codd. sit *nec malum quidem ullum*. Menda tamen subest; non enim bene procedit oratio. Hoc vidit D. Lambinus, quare legit: *ne malum quidem ullum — comparandum*. Sed scopum tetigisse non videtur. Ipse lubens rescriberem: *nec malum quidem ullum, nec vel in unum locum collata omnia, sint cum turpitudinis malo comparanda*. Tum demum loco fiet medicina." ***Dav.*** Ed. 2. Ad v. *Nec* [sic] *malum quidem ullum* Wopkensius l. c. p. 59. (p. 82 sq. Hand.) „subaudi, ait, *ἀπὸ κοινοῦ*: *cum turpitudinis malo videatur comparandum*. quae quidem ellipsis non ita dura est, ut orationis cursum bene fluere negaremus cum viris illis, quorum alter coniicit: *ne malum quidem ullum — — comparandum* (Lambinus): alter *nec m. q. u. nec vel* —

31. collata omnia sint, cum turpitudinis malo comparanda. Quare si, ut initio concessisti, turpitudo peius est quam dolor, nihil est plane dolor. Nam dum tibi turpe nec dignum viro

---

omnia, sint — comparanda (Davisius)." Ad quae Hand. in ann.: *Ne malum quidem* non sine librorum auctoritate scripsit Lambinus. Illud *nec* ipsum reprehendi non poterit, si totius sententiae partes oppositas censebimus pari ratione. Vid. Gernhard. ad Cic. Cat. M. 9, 27. [sed hoc ipsum recte fieri vix probaveris: accedit, quod *nec* optimorum librorum auctoritate destituitur.] Bouhierium, qui ex sua ed. vet. receptum volebat *nec*, in reliquis autem contra Wopk. disputavit, missum faciamus, cum eum ne intellexerit quidem. Gebhardus quatuor suorum Codd. cum Lamb. refert habere *ne*: et ita Codd., exceptis Mon. 1. Vind. 1. et uno Ox., omnes, quos inspicere licuit. Habent idem Edd. post Gebh. omnes, et ante eum Sturm. Brut. Fr. Fabr. Sylb. In marg. Verb. nescio qui Cod. habere dicitur *nec etiam malum*. Sola Ed. Fr. Fabr. habet *nullam* pro *ullum*. Nissen. ad h. l. parum probabiliter: „In his, ait, cum *nec malum* esse debuisse putarem, in constructione autem aliqua macula inesse videretur, et vulgati *sunt* praestarent; factum, ut legendum censerem: *videantur*. *Ne malum q. u. — in unum locum collata, omnia sunt cum turp. malo comparanda.*" *Mr.*

Nec si in unum locum collata omnia sint,] „*In unum locum* Victorius et quatuor Pall. priores. Fabr. Pith. Vulgo *unum in locum.*" *Gebh.* Ita etiam Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Duisb. Vind. 1. (sed hic post *si* inserit *etiam*) Mon. 1. 2. Oxx. Vind. 2. Bern. Edd. praeter Victorianam S. E. Ven. nostr. HWolf. et post Gebh. recentiores. *In* omittunt Edd. P. A. ex Reiskianis Ven. 1. 2. Med. 1. Cod. Marb. habet *si in ullum*. Gud. *nec super unum*. Scribitur *omnia collocata* in Vind. 1. et Gud.; *collocata omnia* in quatuor Oxx. Duisb. Mon. 1. Recepi autem *sint* cum Ern. et seqq. grammatica ratione postulante, pro vulgato *sunt*. Illud habent Rehd. Duisb. unus Gebhardi, MS. in marg. Asc. 2. Edd. B. E. L. Asc. 1. Sturm. Boul. Brut. Leod. HWolf. Sylb. Car. Steph. Goth. Lambb. Dav. 2. Scribitur *omnia collata sunt* in Cod. Aug. *sunt omnia* in Edd. Verb. Oliv. Cod. Gud. 2.; *sint omnia* in Ed. Dav. 1. De verborum collocatione vid. Wopkensii Lectt. Tull. p. 339. (251.) ibiq. annot. Handii. *Mr.*

cum turpitudinis malo comparanda.] Gud. omittit *cum*. Unus Ox. *comperanda*. Fr. Fabr. cum Lamb. edidit *comparandum* addens: „*comparanda*, quod in aliis editionibus legitur, perspicue falsum est." Eum, oredo, satis refutavit Wopk., quem supra audivimus. Solus Cod. Vind. 1. addit *sunt*, quod intelligi potest. Pergit unus Ox. *Quaeritur* pro *Quare*. Mox. Mon. 1. *ab initio*; Gud. Edd. P. A. B. Ven. nostr. *in initio*; de qua scriptione vid. Spalding. ad Quintil. IV. prooem. 5. p. 9. ibiq. laudd. Drakenb. ad Liv. IV. 7. 11. Oudendorp. ad Suetonii Caesarem c. 4. Pergit Marb. *concepisti*. *Mr.*

turpitudo peius est, quam dolor] Pro *peius* esse ait *potius* in MS. nescio quo Verburg. in margine. Noster Duisb. habet *pocius est malum, quam*. Est autem *peior* in Vind. 1. et duobus Oxx. quod est correctoris, qui non perspiceret *peius* poni pro *peius quid*, cui respondet in seq. *nihil*, ut recte monuit Ern. *Mr.*

nihil est plane dolor] „Proverbiali figura: id est futile, leve, nullius momenti. Eurip. Androm. Τὸ δὲ οὐδὲν εἶ. Item: *Nihil prae ut futurum dicis*. et similia. Item Milite: *Illud quidem nihil est.*" *Camerarius.* Falso hoc contendi a Marco ait Bouh. Rectius Bill. ὑπερβολὴν esse ait, ex animi commotione ortam. Cod. noster Gud. 1.

videbitur gemere, eiulare, lamentari, frangi, debilitari dolore, dum honestas, dum dignitas, dum decus aderit, tuque in ea intuens, te continebis; cedet profecto virtuti dolor, et

---

haec quatuor verba nonnisi in marg. sed ab eadem manu addita habet. Pergit Gud. *nam tibi dum turpe*. Rehd. *nam dum turpe tibi*. Habent *viro dignum* Codd. Vind. 1. Aug. Edd. P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Tres Oxx. habent *videtur*. Ed. Ven. Alteri in marg. *anhelare*. Gud. *eiulare, gemere*. Unus Ox. et Aug. *eiulari*. Gud. 2. *evigilare*. Gud. 1. 2. *lamentare*. *Mr.*

frangi, debilitari, dolore] „Sic malo, quam *debilitari, dolere*. non enim *dolere* diversum quiddam habet a *frangi* et *debilitari*. Atque etiam de Finn. II. [29.] coniungo: *Debilitari dolore, frangi, succumbere*, Sic *dolor me debilitat* in Or. pro Rab. Post. *Debilitor lacrymis* in Ep. ad Terentiam [ad Famm. XIV. 3. extr.] *P. Manutius*. Add. Tusc. V. 27. 76: *dolor — patientiam ne debilitaturum minatur*. II. 27. 66: *dolore — frangi*. „Vulgatum *debilitari, dolere* ineptum est." *Ernestus*. Recte. *Dolere* enim post tot verba gravissima plane otiosum esset et languidum, eoque sententia non augeretur, sed decresceret. Accedunt Codd. Gud. 1. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. unus Ox. Edd. Ven. nostr. ante Manutium, A. B. C. et cum Dav. et Ern. seqq. Vid. etiam M. Weber. in Symbb. ad Gramm. et Crit. (Lips. 1828. 8.) p. 203. *Mr.*

Frangi, debilitari dolore] Vulgo *debilitari*, dolere. Sed omnino legendum, prout edidimus, quod recte vidit Manucius. Adi lib. II. de Fin. cap. 29. et huiusce libri cap. 26. *D.* [cap. 27, 66.]

tum honestas, tum dignitas, tum decus] „Sic omnino legendum est, ut nunc edidi, et ita olim a P. Victorio editum est. Nam sic omnes libri manuscr. hoc primum: deinde, ita saepe alibi, vel haec quia solet coniunctim ponere, honestatem, dignitatem, decus: vel haec, honestatem, dignitatem, laudem." *Lambinus*. „Ita Gryph. ut olim Victorius edidit. ita infra [20, 46.] *nihil quod magis expetat, quam honestatem, quam laudem, quam dignitatem, quam decus*." *Brutus*.

Tum dignitas, tum decus aderit,] „Quid si *dum* pro *tum* utrobique reponatur?" *P. Manutius*. Utrobique ait, quia ab ipsius Ed. et aliis primum *tum* cum v. *honestas* abest, veluti Lamb. 1566. Asc. 1. Goth. Ald. Boul. Sturm. Car. Steph. In Ed. Brut. *tum* ante *dignitas* excidit: operarum fortasse errore. *Mr.*

Dum *honestas — continebis*] Vulgo, tum *honestas*, tum *dignitas*, tum *decus aderit, tuque in ea* intueberis, *te continebis*. At *intuens* est a Reg. et Elicns. Reliqua, Cl. Bentleii coniecturam secutus, emendavi. *D.*

dum — dum — dum — aderit] i. e. *nam dum — te continebis, cedet profecto virtuti dolor*. Nissenius, *tum* ter loco particulae *dum* positum defendens, post *dolore* apodosin incipit, incommode, ut recte monet Bill. Bentleii coniectura firmatur egregio Cod. Bern. *Mr.*

tuque in ea intueberis] „Ant. Augustinus *tuque in eam* legit: at *ea* sunt *honestas, dignitas, decus*." *Ursinus*. Lambinus scripsit *dumque in ea intueberis*. Est etiam *cumque* in duobus Codd. Pall. Marb. Rehd. Edd. Ven. Ern. post Nobb. Lall. Lallemannus ad h. l.: „*quumque in ea intueberis*: Ita plures MSS. et quidem tres e regiis; quartus cum vulgatis *tuque in ea intueberis*." Ernestus: „MSS. quidam apud Gruterum et Edd. vett. habent *cumque — intueberis*, alii apud Dav. *cumque in ea intuens*. quod cum ipso recepi [non habet *cumque* Dav., sed *tuque*.] Malim tamen *tuque in ea intuens*, ut habet

animi inductione languescet. Aut enim nulla virtus est, aut **contemnendus omnis dolor.** ***Prudentiamne*** **vis esse, sine** qua **ne intelligi quidem ulla virtus potest! Quid ergo! ea patie-**

---

et MS. Guelf." ***Tumque*** est in uno Gebhardi, duobus Oxx. Bern. Duisb. Edd. FAWolf. Koel. Bill.; ***dumque — intuens*** FAWolf. Edd. 2. 3. Schz. Unus Ox. habet ***cum quae***, Gud. ***cum in ea***. Recepi *tuque* ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Edd. P. A. B. S. E. C. V. M. omnibusque nostris, exceptis, quas diximus. ***Intuens*** denique recepi cum Dav. Ern. seqq. ex Eliens. Aug. Vind. 1. uno Ox. Quod ait Dav. Regium habere ***intuens***, fallitur: in eo enim est ***intueris***, ut in duob. Gebh. Duisb. Gud. 1. et uno Ox. quod ex ***intuens*** ortum esse potest. Unus Gud. 2. habet ***in ea moveris***: et Vind. 1. Aug., omisso *te*, habent ***contineberis***. De constructione verbi ***intueri*** vid. Ruddimann. Inst. L. L. II. p. 156. not. 7. Lamb. ante ***te*** addit ***et***. ***Mr.***

animi inductione languescet] Recte explicat Forcellinus in Lexico verba ***animi inductione***: persuasione, qua quis in animum inducit, aliquid facere. Ernestus in Clav. Cic. deliberata voluntas: commode allato loco Cic. ad Qu. Fr. I. 1: ***hoc non est positum in labore aliquo, sed in quadam inductione animi atque voluntate.*** ad Famm. I. 9. ***tantum animi inductio, et me hercule amor erga Pompeium apud me valet.*** Unus Ox. habet ***et cum animi***. ***Mr.***

Aut enim nulla virtus est] De constructione vid. Handium in Tursellino I. p. 557: ubi tangitur etiam, quod sequitur §. 32: ***aut mittenda igitur fortitudo est, aut sepeliendus dolor.*** Habent in seqq. Edd. Reiskianae Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Asc. 1. 2. Junt. Ven. nostr. HWolf. P. A. B. S. E. C. ***contemnendus est dolor omnis***, unus Ox. Mon. 1. Edd. Ald. Sturm. Sylb. Boul. Brut. E. M. ***contemnendus est omnis dolor***. Aug. ***cont. omnis est dolor***. Gud. omittit ***omnis***. Ei voci superscriptum habet Cod. Rehd. ***oīo*** i. e. ***omnino***. Agnoscis correctorem. ***Mr.***

Prudentiamne vis esse] Quae hic recensentur quatuor virtutes, Graecis esse eas constat *φρόνησιν, σωφροσύνην, δικαιοσύνην, ἀνδρείαν*. Explicat haec verba perperam Nissen., intelligens ***in te***, visne te esse prudentem? neque recte addit: „***esse*** commodius absit." Respicit Marcus ad ea, quae praecedunt: ***aut enim nulla virtus est.*** Rectius Ernestus intelligit: ***prudentiamne vis esse virtutem?*** — Scribitur ***nec intelligi quidem*** in Codd. Rehd. Gud. 2.; ***nec intelligi***, omisso ***quidem***, in Cod. MS. in marg. Asc. nostrae 2. et in Ed. HWolf.; ***ne intelligi***, omisso ***quidem*** in Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. P. A. B. S. C. et omnibus, quas contulit Reisk. excepta Car. Steph. Coniiciat inde aliquis, amplectendam esse mediam lectionem ***nec intelligi***, quod dictum esse possit pro ***ne intelligi quidem***: de qua constructione v. Goerenz. ad Cic. de Finn. I. 7. 23. II. 4. 13. III. 8. 26. II. 22. 71. V. 10. 29. Sed in optimorum plurimorumque Codicum consensu nihil mutandum. ***Mr.***

Quid ergo?] Victorius, quinque Pall. Gebhardum permoverunt, ut sequens *an* ad quaestionem traheret scriberetque: ***Quid ergo ea? patieturne*** etc. in quo etiam praeeuntes habuit Edd. Asc. 2. Rob. Steph. HWolf., obsequentes Verb. Ern. Bip. Oliv. Gud. 2. ***quid igitur?*** Ad sententiam laudat Kühnerus Tusc. II. 24. 57. III. 28. prc. III 32. 77. Et inspiciendi sane videntur ii loci, ne quis cum Neidio plane aberret a vero. ***Mr.***

ea patieturne te plane] Unus Ox. omittit *te*. Duisb. habet ***patietur nec est plane***. Idem omittit ***nihil*** cum uno Ox.; Mon. 1. ***nisi prospicientem***. Posterius verbum habent etiam Edd. a Reiskio col-

turne te quicquam facere nihil proficientem, et laborantem? An *Temperantia* sinet te immoderate facere quicquam? An coli *Iustitia* poterit ab homine propter vim doloris enuntiante commissa, prodente conscios, multa officia relinquente? Quid? *Fortitudini* comitibusque eius, magnitudini animi, 32.
gravitati, patientiae, rerum humanarum despicientiae, quo modo respondebis? Afflictusne et iacens et lamentabili voce

---

latae Ven. 1. 2. Med. 1. 2. praeterea Asc. 1. 2. HWolf. Ven. nostr. P. A. B. S. E.; Cod. Gud. *perficientem*. *Mr.*

et laborantem?] „Legendum fortasse est *et frustra laborantem*. Quin plane vocem *frustra*, aut aliam aliquam parem et idem valentem, deesse existimo." *Lambinus*. „Ego locum sic interpretor: Prudentiane permittet, ut quicquam facias, in quo quum labores et molestias sustineas, nihil tamen emolumenti aut fructus inde assequaris?" *Franc. Fabric.* „Offendunt verba *et laborantem*. Bentleius igitur (q. v.) post Lambinum *frustra* interponendum censuit. Fieri tamen potest, ut transpositione curetur locus, videlicet si scribas: *laborantem et nihil proficientem*; quod item in mentem venerat Bentleio. Unus Leid. habet *elaborantem*." *Bouhier*. „Si sic Cicero dedit, sensus est: cum nihil proficias etsi labores, cum tamen labores." *Ernestus*. FAWolf. correxit *et laborantem tamen*, eiusque additamentum receperunt Koel. et Schs. Recte autem Or. ingeniosam esse ait Wolfii coniecturam, necessariam non item: quamquam *tamen* post syllabam *tem* facile excidere potuerit. *Mr.*

An Temperantia sinet te immoderate] Unus Ox. omittit *immoderate*. Duisb. habet *quidquam facere immoderatum*. Gud. *imm. quidquam facere*. Vind. 1. *quicquam agere*. *Mr.*

enuntiante commissa?] Unus Ox. et Marb. *enuntiantem*: uterque etiam *prodentem*, pro quo Vind. 2. in marg. habet *manifestante*, Vind. 1. *socios* pro *conscios*. Ox. ille Gud. 2. et Marb. in proximis *relinquentem*; pro quo in marg. Lambb. Goth. Verb. alii habere dicuntur *negligente*: cuius ego glossematis in nostris libris nullum vestigium reperio. Post *quid* non distinguitur in Edd. vett. Comma tamen ponitur in Car. Steph. Ald. Brut. Sylb. Interrogandi signum primus posuit Lamb. eumque secuti sunt Leod. Fr. Fabr. Gebh. seqq. In Junt. est: *magnitudini, animi gravitati*, prava distinctione. Mon. 1. omittit *gravitati*; pro eo Gud. 1. habet *gravitate*. Junt. pro *quomodo* habet *quo*, errore ex compendio orto. Ad v. *respondebis* monet Or. esse tropum a milite, qui imperatori respondet, sumtum: Liv. 7, 4. Confer Schütz. Lex. Cic. s. v. n. 3. Dixerim saepe Ciceronem respondendi verbo uti pro *satisfacere*: cuius usus exempla colligere non opus est, cum ea vel Lexica suppeditent. *Mr.*

Afflictusne et iacens etc.] „In Baliol. est *aflictusne tacens*. Lege *afflictusne iacens* Vid. lib. IV. c. 16." *Dav.* Ed. 2. [est ibi: *afflictus, debilitatus, iacens*.] Contra eum Wopkens. l. c. p. 59. [83. Hand.] „Haud facile ex profligata codicis lectione rescripserim *afflictusne iacens*: saepius enim participium *iacens*, τῷ *afflictus* tantum non ἰσοδύναμον, adiectivi vicem praestat. de Amic. 16. *ut amici iacentem animum excitet*. de Har. Resp. 24. *Videtisne — hominem — iam pridem afflictum ac iacentem*. post Red. in Sen. 9. *qui mihi primus afflicto et iacenti — fidem dextramque porrexit*. Lactant. Inst. V. 2. 2: *duo extiterunt, qui iacenti atque abiectae veritati insultarent*. Claudian. de Raptu Proserp. I. 96: *an forte iacentes ignavosque putas*? Quemadmodum igitur in loco proposito, sic quoque nihil arbitror

deplorans, audies, O virum fortem? te vero ita affectum ne virum quidem quisquam dixerit. Amittenda igitur fortitudo est, aut sepeliendus dolor.

---

mutandum in illo infra IV. 16: *Quid autem est deformius, quam aegritudine quis afflictus, debilitatus, iacens?*" Addit Handius Tusc. II. 23. 54: *abiiciunt se atque ita afflicti et exanimati iacent.* Conf. Burmann. ad Propert. I. 6. 25. Probat Bouh. Wopkensii defensionem. Neque ipse Dav. in Ed. 3. in sua sententia perstitit. In Cod. Gud. est *affectusne*, in uno Ox. ut in Ball. *tacens*, omisso *et*, in alio, item omisso *et*, *adiacens*, in Marb. *et adiacens*. Ad voc. *iacens*. vid. O. M. Müller. Cur. Sec. ad Or. pro Sext. p. 81. *Mr.*

lamentabili voce deplorans] „Videtur legendum *plorans*." *Ern.* „An *te* [pro *et*] *lamentabili voce deplorans?*" *Nissen.* Male uterque, iudice Or. Certe si alterutrum in aliquo libro legeretur, correctori tribuendum esset. *Deplorare* poni a Cicerone etiam pro simplici *plorare* vides ex omnibus iis locis, quibus dixit *deplorare de aliqua re:* qui sunt sat multi. Vid. modo Forcellin. T. II. p. 46. Ed. Germ. In Cod. Gud. 2. est *lamentali*. Conf. ad h. l. Elmsley ad Sophocl. Oed. Tyr. 1222. p. 96. *Mr.*

Audieris] Vulgo *audies*. Reg. *audiens*. Legendum *audieris*, ut habet Eliens. *D.*

audies] Habere alios *audieris* legitur iam in marg. Lambb. et Goth. et habere ita Codicem Gryph. refert Brut. *Audis* habent Edd. P. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Reiskianae Ven. 1. 2. Med. 1. 2. *Audieris* est in Cod. Aug., *audiens* in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Merito improbat Bouh. receptam a Dav. *audieris*. Recte explicat Kühnerus: quum ita affectus eris, quisquamne te virum fortem esse dicet? Cod. Aug. habet: *O fortem virum*. *Mr.*

Te vero ita affectum] Cod. Mon. 1. *ista* pro *ita*. Aug. *effectum*. „Nescio quid in mentem venerit Victorio ita exhibenti hunc locum: *te vero ita affectumne verum quidem*. vitiose." *Gebhard.* Habet eundem errorem sola nostra Ed. Rob. Steph. quae Victorium sequitur. In seqq. dedimus cum Dav. *quisquam dixerit*, pro *dixerit quisquam*, ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. Marb. Edd. Sturm. Leod. Solus Cod. Vind. 1. *quisquam quidem dixerit*. Fr. Fabr. omittit *quidem*. *Mr.*

Aut mittenda] Vulgo *amittenda*, omissa prima vocula. Nos Eliens. sec. paruimus. *Mittenda* valet idem quod omittenda, deponenda. Vide Virgilium Aen. I, 207. Horatium lib. I. Od. 38. Senecam Thyeste vs. 954. et Nonium in *mittere*. *D.*

Aut mittenda] „Locis a Davisio collectis adde Terent. Andr. V. 4. 1. *mitte orare*. Hec. V. 2. 14. *quin mittimus ambages*. Livius XXXIV. 58. *mitte male loqui*. *Schuch.*

Amittenda igitur] In marg. Lambb. Goth. est „fort. *aut amittenda*," et ita est in Cod. Bern. Cod. Rehd. habet *aut omittenda* (sic): Gud. et Duisb. cum Davisio faciunt. Contra eum Bouhierius. „Ii, ait, qui *amittenda* mutatum volunt in *aut mittenda*, non reputaverunt verbum *amitto* mox bis eodem sensu redire." Ernestus: „Male Davisius. Ciceroni usitatissimum est *amittere* pro *dimittere*, *mittere*." Davisium tamen secuti sunt Lallemannus, qui eius lectionem in duobus Codd. Regiis reperit, FAWolf. Schz. Nobb. Defendunt vulgatam tuenturque Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. Marb. Edd. vett. omnes. *Igitur* omittunt unus Ox. Vind. 1. Posterior habet *est fortitudo*. De differentia verborum *omittere*, *amittere* et similium vid. Doederlein: Lat. Synon. u. Etym. III. p. 284

Ecquid scis igitur, si quid de Corinthiis tuis amiseris, 14

p. 182. a.

— 293. Ea, quae hic obtinet, sententia legitur ad Heren. IV. 44. de Decio pro patria se devovente: *amisit vitam, at non perdidit.* De N. D. II. 49. 124: *avem, quae platalea nominatur — usque eo premere earum capita mordicus, dum illae captum amitterent. Mr.*

aut sepeliendus dolor.] Contra Bentleianam coniecturam *despiciendus* Bouh. „Si quid mutandum, ait, malim *sopiendus*, quod melius conveniret superioribus: *cedet virtuti dolor et animi inductione languescet.* Cicero, quod non reputavit vir summus, capite nono extremo dixit *difficile esse contemnere dolorem.* Equidem crediderim ferri posse *sepeliendus dolor*, ut dicat Cicero, virum fortem et virtutis studiosum abiicere debere omnia atque omittere, quibus gravior doloris sensus significetur: idque confirmatur iis, quae sequuntur: *Non ego dolorem dolorem esse nego: sed eum opprimi dico patientia.* Fortasse Propertius nostrum imitatus est locum scribens Eleg. I. 17. 19: *Illic si qua meum sepelissent fata dolorem.*“ Or. confert *sepelire bellum*, quod saepius apud Velleium legitur [II, 75, 1. 129, 5. 89, 3. 90, 1.] pro finire, exstinguere: laudatque Ruhnk. p. 341. - Add. Krausii Annot. ad Vellej. II. 126. ad verba: *sepultaeque ac situ obsitae iustitia, aequitas, industria civitati redditae*: ubi *sepelire*, ait est h. l. abolere, perdere, ut apud Cic. Tusc. II. 13. *sepelire dolorem.* Addit Kühnerus metaphoram esse audaciorem, quia significare debeat comprimendus et contemnendus, cum alibi sit metaphorice: *de medio tollere, auferre, exstinguere*: coll. Cic. de Leg. Man. 11: *bellum — Pompeii — adventu sublatum ac sepultum.* Lucret. II. 570: *in aeternum sepelire salutem.* Ad sententiam adde Beneckium ad Cic. Catil. IV. 6. p. 276. *Mr.*

c. 14. *Ecquid scis igitur,*] Unus Ox. Edd. S. E. Codd. Marb. Mon. 1. 2. Duisb. Vind. 1. Gud. 2. *Et quid scis* — HWolf. *Et quid? scis*: in marg.; *al. Ecquid.* Edd. A. Ven. nostr. Ven. 1. 2. Med. 1. Reiskii habent *quicquid*; in Med. 2. As. 1. 2. Sturm. est *Ecquid? scis igitur.* Cod. Rehd. *hec quid;* Aug. *haec quid.* unus Ox. *Et quidem.* Ernestus ad h. l.: „Puto legendum *nescis.*“ Errare librarios in voce *ecquid*, non est mirandum: sed Ernesti coniecturam plane supervacaneam sane mireris. Unus Ox. habet *ergo* pro *igitur*: ex compendiorum similitudine. *Mr.*

Si quid de Corinthiis tuis] scil. *Vasis*, ut est Verrin. Act. II. L. IV. 44. 98. Variant tamen libri. Gud. 1. *quis.* Vind. 1. habet *si quidquam.* Duisb. duo Oxx. duo Gebhardi *si quem:* quod praetulit Guilielmus; subaudiebat enim *matellionem* aut *scythum.* Illud est Paradox. V. 2. De aere Corinthio v. Winckelmann. Gesch. d. Kunst. III. p. 430 sq. ed. H. Meyeri et J. Schultzii (Opp. T. V.) ibiq. laudd. Add. Hoffmanni Lex. Univ. s. v. *aes Corinthium.* F. Junius de Pictura Vett. p. 281 sq. Muret. Varr. Lectt. III. 5. In duobus Oxx. scriptum est *si quid amiseris posse etsi amitti*, omissis mediis. Mon. 1. habet *de Corintheis.* Illorum unus post *sed* pleraque omissa inserit: *habere te supellectilem salvam, virtutem autem.* Codd. Rehd. Gud. Duisb. Aug. Gud. 2. Vind. *te habere.* Gud. *aliquam* pro *reliquam.* Post *amitti* unus Ox. omittit *non.* Vind. 2. habet *virtus non potest.* Ad sequens *sed* Kühnerus monet eam particulam non solum inservire orationi interiecta parenthesi interruptae revocandae, sed correctionis simul vim habere. Hoc ita verum est, ut non ipsa particula *sed* correctionem contineat, sed, quae sequuntur, immutata aliquantum locutione, priorem quasi corrigant. Ita cum antea dixerit: *si unam amiseris,* interiecta sententia ἐπανορθωτικῇ pergit accu-

posse habere te reliquam supellectilem salvam: virtutem autem si unam amiseris, (etsi amitti non potest virtus:) sed si unam confessus eris te non habere, nullam esse te
33. habiturum? Num igitur fortem virum, num magno animo,

---

ratius loquens: *si unam confessus eris te non habere.* Plane ita de Off. I. 30. 105: *Quin etiam, si quis est paullo ad voluptates propensior, modo ne sit ex pecudum genere (sunt enim quidam hominis non re, sed nomine), sed si quis est paullo erectior, quamvis voluptate capiatur, occultat et dissimulat appetitum voluptatis propter verecundiam.* Sed multi sunt loci, in quibus ita post parenthesin posito *sed* neque locutio neque sententia sive immutatur sive corrigitur: v. c. de Legg. II. 1. 2. p. 156 sq. ed. nostr. et Cr. Sed inest ἐπανόρθωσις in loco ad Att. XIV. 5. ubi correctio non per *sed*, sed particula *tamen* post parenthesin infertur: *sed vides magistratus (si quidem illi magistratus,) vides tamen tyranni satellites in imperiis;* ubi recte P. Manutius: se ipse corrigit, qui *magistratus* appellaverit eos, quos tyrannus constituerit, et vocandos potius ostendit *tyranni satellites in imperio. Mr.*

Si unam confessus fueris te non habere, nullam te esse habiturum] Haec Stoicorum fuit sententia quam secuti sunt alii nonnulli. Laertius VII, 125. Τὰς δὲ ἀρετὰς λέγουσιν ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις, καὶ τὸν μίαν ἔχοντα, πάσας ἔχειν. Noster lib. I. Acad. cap. 10. Cumque superiores *genera virtutum seiungi posse arbitrarentur; hic* (Zeno) *nec id ullo modo fieri posse disserebat.* Et lib. I. de Orat. cap. 18. Mnesarchus dicebat, *qui unam virtutem haberet, omnes habere — ita qui esset eloquens, eum virtutes omnes habere, atque esse sapientem.* Synesius Dione pag. 49. D. Οὐκ ἔστι γε μὴ οὐκ εἰζιέναι τε καὶ συναισθάνεσθαι τὰς ἀρετὰς διὰ τὴν ἀναγκαίαν ἀντακολούθησιν. Infinita colligi possint hanc in rem. Vide Plutarchum de Aud. Poet. pag. 25. et de Repugn. Stoic. pagg. 1034, 1046. Hieronymum ad Pamm. Epist. XXVI. pag. 168. ac Dial. I. adv. Pelag. pag. 561. Origenem Philos. pag. 127, 128. et Iust. Lipsium Manud. ad Phil. Stoic. III, 4. *D.*

confessus eris] „Vulgg. *fueris.*“ *Dav.* in Ed. 2. In tertia *fueris* restituit. Or. vero cum in ann. Bruti Gryphianum Cod. exhibere vidisset *eris*, quem praestantissimum post Reg. appellat, *eris* reposuit. Ego autem idem faciendum censui cum Gud. 1. (quem haud immerito ad Regium proxime accedere dixerim), idem exhibeat cum Gud. 2. et Marb. ita ut ipsam Davisii in Ed. 2. lectionem ex Cod. Regio originem ducere existimem, quamvis in collatione nostra nihil sit annotatum. Idem sentio de scriptione *esse te*, quam sine dubio ex Cod. Reg. recepit Dav. quamquam nihil monens, quamque habent Gud. 1. 2. Rehd. Duisb. Edd. P. A. B. S. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Sturm. HWolf. Conf. Otto in Excurs. ad Cic. de Finn. p. 420. *Mr.*

num magno animo] Cod. Mon. 1. *tum*, Aug. *non* pro *num.* MS. in marg. Verb. et Cod. Rehd. addunt *praeditum* post *animo.* Post *patientem* Gud. pergit: *num humana contemnentem, num gravem.* Mon. 1. habet *grave.* Post h. v. Mon. 2. *num* nonnisi in marg. additum habet. Qui sequitur locus ita variat in libris, ita virorum doctorum coniecturis tentatus oneratusque est, ut, cum pro editionis nostrae consilio silentio praeteriri non potuerint, in Excursum coniicere, quae huc faciunt, necessarium visum sit. Conferam h. l. tantum ad verba *humana contemnentem* locos Tusco. I. 40. 9: *Contemnamus — omnes ineptias — totamque vim bene vivendi — in omnium rerum humanarum contemtione ac despicientia — ponamus.* de Finn. III. 8.

num patientem, num gravem, num humana contemnentem potes dicere aut Philoctetam illum? — a te enim malo discedere: — sed ille certe non fortis, qui iacet

---

29: *eum qui magno sit animo atque forti, omnia, quae cadere in hominem possint, despicere et pro nihilo putare. Mr.*

Potes dicere aut *Philoctetam illum?* a *te enim malo* discere] Sic omnes nostri cum Gebhardianis plerisque: nisi quod Eliens. sec. det *potes dicere* Promotheum aut *Philoctetam;* ac ita Manucius et Lambinus in duobus Msstis repererunt; unde viri illi docti rescripsere, *Potes dicere* Prometheum *aut Philoctetam illum*: illos *enim* quam *te malo* dicere. Sane veteres editi dant, *Philoctetam illum, quam te enim malo dicere;* quare, si vestigiis eorum adhaereamus, legi possit, *potes dicere Philotectam (illum quam te enim malo dicere) sed ille certe non fortis.* At elegantiorem Ciceronis emendandi rationem invenisse videtur sagacissimus Bentleius; qui reponit, *num humana contemnentem potes te dicere? aut Philoctetam illum; a te enim malo discedere. D.*

— *in lecto humido*] „Libro II. de Finn. sequentes versus non ad Philoctetam, sed ad saxum Lemnium referuntur." *P. Manutius.* [Est enim ibi II. 29. 94. p. 263. ed. Goerenz.: *quam ob rem turpe putandum est, non dico dolere (nam id quidem est interdum necesse,) sed saxum illud Lemnium clamore Philoctetaeo funestare.*

Quod eiulatu, quaestu [voluit sine dubio *questu*], *gemitu, fremitibus*
Resonando mutum, flebiles voces refert.

Ubi vid. Goerenz. etiam a nostri loci lectionem.] „Omnes libri veteres habent *in lecto humido*, ubi vulgati *in lectulo humido*. Nos manuscriptos sequimur." *Lambinus.* „Hanc lectionem ego reperi in Pall. quatuor posterioribus, Fab. Pith. Vatic. alias *lectulo*." *Gebhard.*

In lecto humido etc.] Dispositi sunt hi versus ex mente doctissimi Bentleii: nam vulgo dant, *qui iacet in lecto humido, qui*
Eiulatu, questu etc.
At *quod* exhibent Reg. Eliens. tert. Bak. aliique Msti. Recte: nam *lectum* quandoque neutro genere ponitur. Vide Digg. lib. XXXII. Tit. I. Leg. LII, 9. *D.*

Iacet in lecto humido] „Lego *in tecto humido, quod — resonando multum, flebiles voces refert.* Non convenit *lecto humido* ei strato, quod apud Sophoclem Philoct. 33. dicitur στειπτὴ φυλλάς, in specu, ubi resonare dicuntur planctus Philoctetae. Accedit locus de Finn. II. 29: *saxum illud Lemnium — quod* etc. Unde recte Bentleius restituit *quod.* Sed ipsum hoc *quod* eum poterat docere corrigendum esse *tecto*, quod plane respondet *saxo Lemnio.* Quo facto nec necesse quidem fuit *multum* mutare in *mutum.* Ceterum hi versus Latini, qui plerumque tribuuntur Attio poetae, fortasse conversi sunt ex Sophocleae fabulae vv. 190 sqq." *Boukier.* „Hoc ad versus sequentes refert [verba *in lecto humido*] et clausulam versus facit Bentleius. bene. nam *lectus humidus* prosae utique non aptus. Buherius etiam corrigit *tecto*, ut intelligatur saxum Lemnium et antrum, in quo iacuit Prometheus. Id sane aptum est τῷ *quod* in versu altero, quod addidit Bentleius e Fin. II. 29. pro *qui*, ubi iidem sunt versus." *Ernestus.* „Probarunt se mihi Bentl. et Ern. qui haec prosae non apta esse censuerunt. Aliter quidem Schellerus censuit. Frustra. Nam *lectum* in prosa *humidum* dici posse quis neget? Sed nec illi negarunt. Verum *lectus humidus*, seu *tectum humidum*, quod Buh. maluit, cum pro saxo seu antro dicitur, poësi potius, quam prosae, convenit.

— in lecto húmido,
Quod éiulatu, quéstu, gemitu, frémitibus
Resonándo mutum flébiles vocés refert.

Quamquam Ciceroni quoque interdum poetae esse licuit.“ *Nissen.* Billerbeck. pro *lecto* ad sententiam loci de Finn. corrigi vult *saxo.* Sed si ita scripsisset Cicero, vix eius vocis loco alia, minus primo adspectu apta, substituta fuisset. In duobus Oxx. est *lecto* cum glossa *lacrimis madefacto*, in Rehd. *lectulo madefacto lacrimis.* Vind. I. habet *in lecto humilique;* Mon. 2. *in lecto humidoque;* Gud. 1. *umido.* Habent *lectulo* omnes a Reiskio collatae Edd. praeterea P. A. B. C. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Car. Steph. Junt. Ald. Sturm. Boul. Brut. Sylb. Goth. Lambb. Orellio admodum placet *tecto*, quam ingeniosam Bouhierii coniecturam probatam etiam ait Reizio et Hermanno de Aeschyli Philoct. p. 12. [v. ej. Opuscc. III. p. 124.] addens adiuvare sequens *quod*: cum *lectum* genere neutro, cuius alterum etiam exemplum afferatur ex Ulpiano Dig. 34, 2, 19, 2. eodem iure serioris esse latinitatis dici possit, quo a Wolfio in Scholis antiquiori tribuitur. *Lectum* tamen, addit, *humidum*, ut totum antrum s. saxum Lemnium dicatur, poeticum sane habet colorem modo ne solam σταιτὴν φυλλάδα apud Sophoclem intelligas. Hermannus autem l. c. hosce versus ita scripsit:

— — — — iacet in tecto humido,
quod eiulatu, questu, gemitu, fletibus
resonando mutum flebiles voces refert.

Addens: „Cicero suae orationi verba accommodans posuit *iacet in lecto humido, qui.* — Dubitanter *lecto* probabat Bentleius, cuius egregia est ad eum locum annotatio, *qui* mutans in *quod*, adstipulantibus aliquot MSS. et *mutum* ex Codd. pro *multum* scribens, quod iam fecerat Scaliger p. 102. Reizius merito Buherii emendationem probabat *tecto.* Similiter Virgilius Aen. VII. 501. *questuque cruentus atque implorantis similis tectum omne replebat.*“ Kühnero scriptio *tecto*, quamvis ingeniosa, tamen minus poeticum colorem habere videtur, quam lectio vulgata. In quo ego cum illo plane consentio. *Mr.*

Quod eiulatu etc.] Habent *quod* Codd. Reg. Gryph. Bern. (a pr. m.) Gud. 1. 2. Aug. Gud. Marb. Edd. Dav. Lall. FA Wolf. Schz. Koel. Or. Nobb. Tbn. marg. Goth. Tres Oxx. *quem.* Codd. Mon. 1. habet *firmitibus.* In Ed. 1. Dav. ad versum seq. haec: „*resonando multum, flebiles* — Sic recte distinguitur, lib. de Finn. II. c. 29. Vulgg. *resonando, multum flebiles* — Vicissim hic locus, ut par pari referatur, eos MSS. falsi redarguit, qui ibi *mutum* repraesentant, Jano Grutero frustra plaudente; nam nostri quidem Codices a vulgata lectione non abeunt diversi.“ In seqq. Edd. Dav. paruit Bentleio. Ad scriptionem *quod* „Facile, ait Kühnerus omni nos difficultate expedire possimus, si neutrum *quod* non ad v. *lecto* referamus, sed ad aliud quoddam nomen, quod praegressum sit in priori, antecedentis versus parte, ut de Finn. [l. l.] *quod* ad *saxum Lemnium* refertur.“ Ad seqq. Lallemannus: „pro *multum flebiles*, ut habent Regii cum Victorio, Manutio, Grutero, recentiores maluerunt, sc. ob acumen, *mutum flebiles voces refert.*“ Recepi *mutum*, (quod habere videntur aliquot Oxonn.), non ex nostris libris, sed ex optimis in loco de Finn. idemque post Davisium s. Bentleium fecerunt Or. Nobb. Tbn. et Olivet. pridem fecit Fr. Fabric. probavitque factum G. Hermannus l. c. Unum Cod. Schotti habere *multas*, in Excursu monui. Plurimae Edd. post *resonando* distinguunt, ut iungamus *multum flebiles* i. e. admodum flebiles, ut de Off. I. 36. 109. est *multum disparet* pro *valde*

Non ego dolorem dolorem esse nego: cur enim fortitudo desideraretur? sed cum opprimi dico patientia, si modo est

---

dispares. Ita est in Edd. Car. Steph. Asc. 1. Sturm. Ald. Boul. Leod. HWolf. Gebh. Verb. Ern. Bip. Nullam habent distinctionem in hoc versu, ut *multum* ad antecedentia quoque referre possis, Edd. Asc. 2. Brut. Sylb. FAWolf. Lambinus post *multum* distinxit. Ceterum *resonando mutum* neque inixerim, neque verterim dumpf wiederhallend; sed alteram Orellii explicationem verissimam duco: ipsum saxum, quamquam mutum, flebiles tamen voces Philoctetae refert. Unus Ox. *referunt. Mr.*

Non ego dolorem dolorem esse nego] Cod. Gud. *non enim ego.* Unus Ox. *Nam non ego,* alius *M. non ego,* Duisb. *non esse nego.* Repetitum *dolorem* omittunt duo Oxx. Rehd. Mon. 1. In Vind. 1. est *non ego dolorem esse malum nego:* quod est correctoris, acuti scilicet. Idem pergit: *quid enim.* Pro *desideraretur* est *deseveret* in Pal. quart. et uno Ox. *desideretur* in quatuor Oxx. Gud. 2. Aug. Edd. Lall. Oliv.; MS. in marg. Verb. *deseret.* Post *desideraretur,* FAWolf. in scholis recte intelligit: nisi dolor dolor esset. Cod. Vind. 1. omittit *dico.* Verba *si modo est aliqua patientia* absunt a Cod. Gud. aberrante librarii oculo; idem factum est in uno Ox. in verbis *sed cum — patientia.* In Cod. Vind. 1. scribitur *aliqua est,* in Duisb. *ulla est,* in Vind. 2. *aliqua patientia est.* In Edd. Ox. et Oliv. pro priore *patientia* editum est *sapientia,* nescio quo errore. Pro *si nulla,* quod facile oriri potuit ex scriptione SINVLLA, dedi *sin nulla* cum Lamb. Fr. Fabr. Brut. Sylb. Dav. FAWolf. Koel. Schs. Or. Tbn. idque legit etiam Palseratus apud Nonium, cuius in coniectur. p. 20. ad h. l. haec est annotatio: „Aliquanto venustius, mea quidem opinione, legitur apud Nonium: *sin nulla est, quid exornamur philosophia?* Dauus enim nos philosophiae exornandos et excolendos, ut fortiter dolorem ferre possimus: quam hic esse Ciceronis mentem apparet. Si nulla est, inquit, patientia, frustra excolimur praeceptis philosophiae, frustraque praeclarum philosophi nomen ambimus. Sic autem loquutus est in quinta disputatione: *Exornavit eam Graeciam, quae magna dicta est, et privatim et publice praestantissimis et institutis et artibus.*" *Lambinus*: „Apud Nonium, si modo Nonii exempla emendata sunt, legitur: „*quid philosophiam exornamus?* Ego nihil muto, praesertim cum libri veteres lectionem vulgatam confirment." Refert Verb. Davisium in Ed. 1. edidisse *quid ergo exorn.* Lectionem *quid exornamur philosophia* affert etiam, ut aliorum scriptionem, Gothofredus in marg. Et ita est in Ed. Mercerii. Paris. 1614. recusa Lips. 1826. item in Ed. Paris. 1583. Aldina 1513. ad calc. Nicol. Perotti Corn. Cop. p. 1266. Bouhierius improbat scriptionem *sin nulla* propter concursum duorum *n*; itemque additum *ergo,* sponte abiectum a Dav. in Edd. seqq. Prius immerito. Sed illa Ciceronis ex prava apud Nonium lectione correctio quamquam probata etiam Fr. Fabricio, merito a Davisio est reiecta. Ita supra II. 5. prc. *Nonne verendum — ne philosophiam falsa gloria exornes?* Davisianum illud *ergo*: habet Cod. Vind. 2. Cod. Aug. paullo superius *sed si nulla.* et h. l. *exoramus. Mr.*

Modo est aliqua — Philosophiam] Laudat Nonius in *exornare.* Apud eum quidem editio, qua utor, habet *quid exornatur philosophia.* Sed hoc librariis imputandum; nam Ms. C. C. C. C. *exornamur,* unde Codices eius ad Ciceronem exigendos esse manifestum; nam falsum puto Fr. Fabricium, qui Tullianos libros ex Nonianis emendandos censuit. *D.*

aliqua patientia: sin nulla est, quid exornamus philosophiam! aut quid eius nomine gloriosi sumus! Pungit dolor: — Vel fodiat sane. Si nudus es, da iugulum: sin tectus Vulcaniis armis, id est fortitudine, resiste. Haec enim te, nisi ita facies,

---

aut quid eius nomine gloriosi sumus?] Explicat FAWolf. in scholis: *aut cur eius causa gloriamur?* Cod. Mon. 1. habet *gloriosissimus*. Pro *pungit* est *pungat* in duobus Oxx. Duisb. Mon. 2. Edd. B. S. E. C. Asc. 1. 2. Junt. HWolf. Reiskiana Med. 2.; *pugnat* in Mon. 1. et uno Ox.: *purgat* in Reiskianis Ven. 1. 2. Med. 1. nostra Ven. P. A. Post *dolor* interrogandi signum est in Edd. Brut. Sylb. Dav. Nos in verbis *Pungit dolor* obiectionem inferri malumus ex mente adversarii, ad quam statim respondet. Cod. Rehd. habet *pongit*. *Mr.*

Vel fodiat *sane*] Cl. Bentleio placet *fodicet*. Favet certe Med. qui dat, *vel* fodicat *sane*. Infra III, 16. *Non est enim in nostra potestate*, fodicantibus *his rebus quas malas esse opinemur, dissimulatio vel oblivio*. Hunc locum profert etiam Nonius in *fodicare*. *D.*

Vel fodiat sane. Si nudus es —] Solus Schz. recepit Bentleii coniecturam *fodicet*, egregiam sane, sed coniecturam. Sunt, qui post *dolor* distinctionem minorem ponant (Car. Steph. Boul.) vel nullam (Asc. 1. 2.): peius alii post *fodiat* plene distinguunt, novam a *Sane* periodum incipientes (Asc. 1. 2.) vel commate tantum *sane* a *fodiant* seiungant (Junt. et Ven. 1. 2. Med. 1. Reiskii.) Scriptionem *fodicet* praetulissemus, si vel unus bonae notae liber accederet. Nunc acquiescendum in exemplis, quale est Or. Philippic. II. 34: *num exspectas, dum te stimulis fodiam? haec te — lacerat, haec cruentat oratio*. Solus Aug. habet *fodit*. Duisb. vero: *pungat sane vel fodiat dolor*. *Mr.*

Si nudus es, da iugulum:] Vocem *si* omittit unus Ox., verbum *es*. Intellige, si nullis philosophiae quasi armis te potes defendere: *Da iugulum* repetendum est a gladiatoribus, qui, cum ultro se defendere non possent, iugulum percutiendum gladio offerebant. *Mr.*

Vulcaniis armis] Nemini latet, quod Heroibus officium praestitisse fingatur Vulcanus. Hinc Augustinus adv. Acad. lib. II. cap. 1. *arma invicta et quasi Vulcania* dicit. Ad eandem fabulam alludit Themistius Orat. XXIII. pag. 284. *D.*

Sin tectus Vulcaniis armis] Respicit ad arma Achillis a Vulcano parata, de quibus vid. Hom. Il. XVIII. 478 sqq. Ed. Fr. Fabr. *sint*; Cod. Gud. 2. *tectis*; duo Oxx. *Vulcani*; Marb. *vulcasarmis*; fortasse prior huius stribliginis pars orta est ex perperam lecta scriptione VVLCĀIs. Memorabilis est scriptio Cod. Vind. 1. in quo absunt verba *id est fortitudine*, in marg. autem adscriptum est: *Vulcania arma virtutes*. Unde facile aliquis coniiciat, verba *id est fortitudine* e marginali alicuius interpretis annotatione in contexta irrepsisse: nisi illud obstaret, quod ita nude Cicero *Vulcania arma* non fuisset positurus, nulla plane sententiae suae addita significatione; cum aliis quoque locis plurimis lectorum, iuvenum plerumque, in gratiam soleat addere explicationes rerum, quae minus etiam, quam haec *Vulcania arma*, tralate intelligenda, explicatione egerent. Ceterum vid. interpretes ad Cic. de Div. I. 17. p. 82 sq. ed. nostr. ad Cic. de N. D. I. 1. 1. Hanhardt. in libro: Erinnerungen an FAWolf. (Basil. 1825.) p. 89: ubi habes Wolfii sententiam. Cod. Gud. 2. habet *resistere* pro *resiste*. *Mr.*

Haec enim te, nisi ita facies,] Cod. Marb. *Nec enim*. Fuit nimirum medii aevi tempus, quo literae *H* et *N* simillimam habebant

custos dignitatis, relinquet et deseret. Cretum quidem leges, 34.
quas sive Iupiter, sive Minos sanxit, de Iovis quidem senten-

---

figuram, *e* autem et *ae* vix ac ne vix quidem differrent. Gud. et Marb. habent *facias*. Ad v. *relinquet et deseret* Or. monet saepe ea iungi, laudato Bremio ad Corn. Nep. Datam. 6, 3. Heindorf. ad Cic. de N. D. p. 11. [I, 5, 11.] Add. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. III. p. 284 — 293. *Mr.*

Cretum quidem leges,] „Hunc locum profert Charisius L. II. in voce *Cretam*, ubi scribendum *Cretum*. et *Cretam legis* pro *Cretum leges*. nam hoc *Cretam legis* perspicue mendosum est. Meam autem sententiam id quoque, quod sequitur, confirmat. Docet enim illo loco Charisius, *Cretes Cretum* et *Cretenses Cretensum* usitatum esse veteribus." *Lambinus*. Scribitur *Certum* in duobus Oxx.; *Cretinae* in uno; in alio et Mon. 2. *Curetum*. Formam *Cretum* habes etiam de Rep. II. 1. ubi vid. ann. nostr. p. 196. *Certum* est in Mon. 1; *Curetum* etiam, supra scripto *Cretum*, in Cod. Duisb. De voce *quidem*, quae post nomina propria infertur, ubi in exemplum illa afferuntur, supra dixi ad I. 22. 51. Ed. Ven. nostr. habet *Crerom*. *Mr.*

quas sive Iupiter sive Minos sanxit,] „Meo quidem palato sapidius Pal. quart. et Ulrich. *Cretum quidem leges Minos sanxit; de Iovis quidem sententia*; misso illo carcinomate superfluo." *Gebhard*. Cod. Vind. 1. *quas sive Minos sive Rhadamanthus sanxit*. Unus Ox. Gud. 1. 2. Marb. omittunt *sive Iupiter*, servato altero *sive*. Gud. habet *quas si non Minos sanxit*, Duisb. *quas sine Minos sanxit*. Ad rem cf. Meursii Creta p. 164 sq. De scriptione *Iupiter* vid. Sillig. in praef. ad Catull. p. XXX sq. qui rationibus additis hanc alteri (*Iuppiter*) praefert. *Mr.*

Quas sive Iuppiter, *sive Minos sanxit*] Reg. Med. Eliens. tert. Petr. Bak. et Cantab. omissis duabus vocibus, dant, *quas sive Minos sanxit*; Pal. quart. et Ulrich. *Cretum quidem leges, Minos sanxit*; quae scriptura, licet Iano Gebhardo placeat, soloecam reddit orationem. Quod ad ipsam rem, Minos *se in antrum Iovis recondebat et ibi diu moratus leges tanquam sibi a Iove traditas adferebat*, ut verbis utar Lactantii Div. Inst. lib. I. cap. 22. Et sane Minoëm per novem annos cum Iove versatum esse tradidit Antiquitas. Vide Strabonem lib. X. pag. 730. XVI. pag. 1105. et Stobaeum Serm. XLII. pag. 294. Praeivit Homerus Odyss. T, 178. de quo loco sic Plato in Minoë pag. 46. G. *Σημαίνει τὸ ἔπος τὸ, Ἐννέωρος βασιλεὺς Διὸς μεγάλου ὁαριστής, συνουσιαστὴν τοῦ Διὸς εἶναι τὸν Μίνω· οἱ γὰρ ὁαροὶ λόγοι εἰσί· καὶ ὁαριστὴς συνουσιαστὴς ἐστιν ἐν λόγοις· ἐφοίτα οὖν ΔΙ' ΕΝΝΑΤΟΥ ΕΤΟΥΣ εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον ὁ Μίνως, τὰ μὲν μαθησόμενος, τὰ δὲ ἀποδειξόμενος, ἃ τῇ προτέρᾳ ἐννατηρίδι παρὰ τοῦ Διός.* Addas oportet *ἔμαθεν* vel simile verbum. Is. quidem Casaubonus ad Strabonis X. pag. 730. eos irridet, qui cum vett. Grammaticis *ἐννέωρον* per novem annos explicant, et *δὲ ἐννάτου ἔτους* nonum quemque annum denotare statuit. At *ἐννέωρος novennem* clare significat Odyss. K, 19, 390. Et *δὲ ἐννάτου ἔτους* esse posse *per novem annos* ostendit Herodotus, qui lib. I. cap. 62. *δὲ ἑνδεκάτου ἔτεος* pro *undecimo anno* ponit. *Φράσεως* huius ambiguitate deceptus est Valerius Maximus, cui placet, Minoem *nono quoque anno in quoddam praealtum specus secedere solere*. Vide lib. I. cap. II, 1. extern. Falsus etiam est Clemens Alexandrinus Strom. lib. II. pag. 439. *Παρά τε Ἕλλησιν*, inquit, *ᾄδεται ὁ Μίνως ἐννέωρος βασιλεὺς ὁαριστὴς Διός.* Quasi scilicet *ἐννέωρος* ad *βασιλέα* referatur. Is tamen Historiam recte prodit Strom. lib. I. pag. 423. Vide nos ad Maximi Tyrii Dissert. XXXVIII, 2. *D.*

tia, ut poetae ferunt, itemque Lycurgi, laboribus erudiunt inventutem, venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, aestuando. Spartae vero pueri ad aram sic verberibus accipiuntur, ut multus e visceribus sanguis exeat: nonnum-

---

De Iovis quidem sententia, ut Poetae ferunt] Eliens. sec. duabus vocibus interpositis, habet *sive Rhadamanthus*. Docte quidem; hanc enim famam prodidere nonnulli. Vide Strabonem lib. X. pag. 739. Eustathium ad Odyss. T. p. 690. et Platonem in Min. pagg. 46, 47. Hunc vero librum nimis interpolatum statuo, quam ut ei soli credere sit tutum. *D.*

de Iovis quidem sententia] Vides ex ann. nostra antecedente, cum Eliensi secundo facere etiam quodammodo Vindob. primum. Locis a Davisio allatis adde Menandrum Rhetorem apud Meursium in Creta p. 165. Haud absurde Reiskius coniecit: *de Iovis ille quidem sententia*; quamquam hoc non magis necessarium est, quam ut deleamus *quidem* cum Gud. 2. quod fortasse aliquem offendat, quia modo praecessit. Sed ita saepius scribere Ciceronem vere monuit Kühnerus, laudans de Sen. 14. ibiq. Ochsn. ad Cic. Ecl. p. 113. [p. 136. ed. 3.] Goerenz. ad Cic. de Finn. V. 27. 80. p. 631. — Pro *ut poetae* unus Ox. habet *utpote*; Aug. exhibet *ut ferunt poetae*. De Lycurgi legibus, partim ad Cretensium normam conscriptis, vid. Meursium l. c. p. 162 sq. et de exercitationibus eundem p. 174 sq. Pro *laboribus* unus Ox. *labores*; alius *agendo* pro *algendo*, egregie scilicet. *Mr.*

Spartae vero pueri ad aram sic verberibus accipiuntur,] Ad rem praeter locos a Dav. in ann. proxima allatos conf. Gonsal. de Salas ad Petronium p. 250 sq. Cragium de Rep. Lacedaem. p. 192 — 195. — „Add. Xenoph. Rep. Laced. II. 10. ibiq. Zeun. et Schneid. Plutarch. Lycurg. 10. Sext. Empir. Pyrrhon. Hypotyp. III. 24. ibiq. Fabric. p. 179. Alcipharon. III. 54. Meursii Graeciam Feriatam v. *διαμαστίγωσις*. Creuzer. ad Olympiodor. in Plat. Alcib. pr. p. 166. Müller: Gesch. Hell. St. u. St. III. p. 381. III. p. 312. et de Dea Orthia Pausan. III. 16. Creuzeri Commentatt. Herodott. I. §. 24. Muson. ed. Peerlkamp. p. 204. 20." *Schuch.* Vir doctus ad marg. Ed. nostr. Aldinae haec adscripsit: „Tertull. ad Mart. c. IV. *nam quae hodie apud Lacedaemonios solemnitas est maxima διαμαστίγωσις i. e. flagellatio, non latet. In quo sacro ante aram nobiles adolescentes flagellis adfligunt.* Illius sacri solemnitatem apud Plut. habes in Vita Lycurgi. Cuius instituti originem ac rationem docet Philostratus lib. VI. Hinc et patet, cur Plautus dixerit Captiv. III. 1. Lacones *plagipatidas*. Petronius in Satyrico p. 127. *Concoxi plagas Spartana nobilitate.*" — In Cod. Rehd. est *sic ad aram*. Quid sibi voluerit Dav. in Ed. 3. edens *si* pro *sic* intelligi non potest. Ego cum in Ed. Rathii ita expressum vidissem, operis illud vitium tribuebam: sed nunc eandem reperio scriptionem in Ed. Dav. Oxoniensi, quae prodiit 1805. In ed. 2. est *sic*. In eadem refert Dav. Codicem Ball. habere *excipiuntur*, idque probat, laudato c. 19. ubi est *plagas excipere*, et c. 26. ubi legitur *vulnera excipere*: mira hallucinatione. Ceterum aliam glossam, *afficiuntur*, habent Codd. Aug. Gud. Duisb. Ad *accipiuntur* vid. novam Forcellini Edit. Germ. p. 27. c. ubi et alii laudantur loci et ex his libris IV. 36. 78. notum illud Archytae, qui ad villicum *Quo te modo*, inquit, *accepissem, nisi iratus essem. Mr.*

ut multus e visceribus sanguis exeat] „*Multis* legitur in Gryphii libro, multo melius, quam in vulgatis: multum enim sanguinem exire e visceribus, et verberibus accipi ad necem, perinde esse habendum

quam etiam, ut, quum ibi essem, audiebam, ad necem: quorum non modo nemo exclamavit unquam, sed ne ingemuit

---

videtur; qui locus amplificandae rei erat reliquus. *Multus* autem alii habent." *Brutus.* „Frustranea hic omnis mutatio: nam viscera saepe carnem et cutem continent. Ut apud Senecam Thyest. 765., quum iam interiora essent exempta, *Haec verubus haerent viscera, et lentis data Stillant caminis.* Iam et cap. 8. dixit: *inhaesissetque* [tunica] *visceribus.*" *Gronov.* Videlicet haec contra Hotomanni *vibices* monentur. — Ceterum habent *multis* duo Codd. Oxx. unus Lambini, Ed. vetus Bouhierii et Ed. Brut. Merito non audivit Or. Wolfium in scholis, cui *multus*, quo nihil est verius, displicebat. Ceterum Codd. Vind. 1. et Aug. habent *exeat sanguis.* Hoc vero a nemine adhuc animadversum esse existimo Senariuta his verbis contineri Iambicam hunc:

Ut múltus ex viscéribus sánguis éxeat:

Qui utrum casui debeatur, an poëtae alicui, non statuo. Illud mihi veri videtur similius. Duo Oxx. habent *multum.* *Mr.*

Ut multus *e* visceribus *sanguis*] Mss. Gryph. Bak. Med. Elicns. tert. *miltis;* erratque I. M. Brutus, qui lectionem hanc vulgata potiorem iudicat. Frustra etiam est Fr. Hotomannus, dum Observ. V, 40. legit *ut multus e* vibicibus *sanguis exeat*, quod ex Senecae Thyest. vs. 765. ac huiusce libri cap. 8. bene notavit Jac. Gronovius. Isidorus Orig. lib. XI. cap. 1. *Viscera non tantum intestina dicimus, sed quicquid sub corio est, a visco quod est inter cutem et carnem.* Servius ad Aen. VI, 253. *Viscera sunt quicquid inter ossa et cutem est.* Adde quae habet Cl. Salmasius Exerc. Plin. pag. 219. D. De more vero Laconum ad aram Dianae Orthiae pueros verberantium, inter alios, adiri possint Lucianus de Gymn. pagg. 296, 297. Simplicius in Epict. pag. 64, 90. noster de Fin. V, 27. [locus est Tusc. V. 27. Sed in omnibus Edd. Davisianis hic error est, per centum annos propagatus!] Tertullianus Apol. cap. 50. iique, quos laudant Interpretes ad Petronii cap. CV. pag. 488. Vide et nos ad lib. V. Tusc. cap. 27. *D.*

Ut, quum ibi essem, audiebam] Dav. in Ed. 2. dedit *videbam*, addens: „Sic optime Bentleius ex lib. V. c. 27." Ad quae Wopkensius l. c. p. 59 sq. [83 sq. Hand.] Ratio, ait, quam affert vir insignis, parum valida videtur, quod eo verbo utatur Cicero infra V. 27. *Pueri Spartiatae*, inquit, *non ingemiscunt verberum dolore laniati. Adolescentium greges Lacedaemone vidimus ipsi incredibili contentione certantes pugnis.* Cum *pugnantes* adolescentes viderit Tullius, inde vidisse etiam cum caederentur ad aram, non sic colligitur, ut quidpiam in lectione edita novandum credam." Quibus ille motus rationibus in Ed. 3. *audiebam* reduxit. Pro *ut* unus Ox. *etiam*, alius *esset* pro *essem:* prior *adiebam* pro *audiebam.* Placebat Nissenio Bentleii coniectura; ait enim: „id ergo non alibi *audiverat?* Bentl. recte *videbam.*" Quo Nissenii suffragio nihil ponderis additur coniecturae inutili. *Ad necem* explicat Camerarius: ut paene necarentur. Quamquam, pergit, Plutarchus in Lycurgo tradidit se vidisse morientes inter verbera: et Lucianus Anacharside scripsit statuarum honore affici inter verbera exanimatos pueros. Ad v. *ad necem* conf. Terent. Andr. I. 2. 28. Adelph. II. 1. 28. Phorm. II. 2. 13. *Mr.*

quorum non modo nemo etc.] Cod. Reg. *uno modo*, Duisb. *nemo uno modo.* Unus Ox. *quorum ullo modo;* alius omittit *nemo*: idem mox verba *Quid — valebit?* Cod. Aug. habet *exclamat.* Codd. Gud. et Vind. 2. *nec ingemuit quidem:* posterior omittit *sed.* Verb. in marg. adnotavit Codicem Reg. omittere *ergo* post *Quid:* cuius omissionis in

quidem. Quid ergo? Hoc pueri possunt, viri non poterunt! et mos valet, ratio non valebit!

15 Interest aliquid inter laborem et dolorem: sunt finitima
35. omnino, sed tamen differt aliquid. Labor est functio quaedam

---

nostra collatione nullum est vestigium. Abest autem *ergo* a Cod. Vind. 1. In Rehd. sequitur *hoc possunt pueri*. Unus Ox. et Mon. 1. *non potuerunt*. Ad locutionem *possunt — non poterunt* vid. Kritz. ad Sall. Jug. 85. p. 463. et 31. p. 185. *Mr.*

et mos valet, ratio non valebit?] Habent *et quod mos* Edd. M. L. Goth. Fr. Fabr. Ald. Boul. Car. Steph. Sed nullus Cod. MS. habet illud *quod*, idque testantur etiam ex suis Brutus, Car. Stephanus et Gebhardus. Habere Lambinum illud *quod* dicunt Oliv. et Or. Sed in marg. Lambb. et Goth. diserte dicitur ille edidisse *et mos valet*. Alia Glossa est in uno Ox. qui exhibet: *et mos valet? in illis ratio non valebit?* Certe post *illis*, non post *valet*, interrogandi signum fuit ponendum. *Mr.*

C. 15. *Interest aliquid inter laborem et dolorem*:] De sententia loci, et quid valeat Ciceronis distinctio, vid. disputantem Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. I. p. 115—117. — Pro *aliquid* est *aliud* in Edd. M. et nostra Ald. Cod. Rehd. habet *inter dolorem et laborem*. Gud. omittit verba *et dolorem*. In proximis Cod. Aug. habet egregiam scilicet emendationem *finitimi*. *Mr.*

Sed tamen differt aliquid] Camerarius ad lectionem *differunt aliquid* haec: „i. e. in aliquo, κατά τι. ut *Quid me vis?* Aliqui malunt *differt*: ita erit connexio verborum notior.“ Gebh. ad lect. *differt*: „Quod exstat in Ed. Victorii, reperi quoque in quinque Pall. Vatic. itaque admittendum duxi. Vulgo *differunt*.“ Bentleii annotationem v. suo loco. Ad eam Bouh.: „Omnes fere Codd., ait, Leidenses quoque habent *differt*. Bentl. et Dav. non reputaverunt apud Ciceronem saepe legi *differt* pro *interest* v. c. de Divin. II. 36. [v. ed. nostr. p. 428. ubi iam nostri loci scriptionem hanc defendi:] et 96 [cap. 46. §. 96.] Horat. II. Sat. III. 166. similiter:

— — *Quid enim differt, barathrone*
Dones quicquid habes, an nunquam utare paratis?

Elegantior certe est lectio *differt*. *Differunt* librariis deberi videtur.“ Ernestus contra: „Bentleius *differunt*. in vulgato intelligendum: inter dolorem et laborem. Est tamen durum. Loca alia, in quibus *differt* pro *interest* reperitur, huic non sunt satis similia.“ Contra eum Schellerus Obss. p. 202: Non opus est Bentleiana correctione, quia *differt* saepe impersonaliter pro *differentia est* usurpatur, v. c. Cic. in Caecil. 19: *at vide, quid differat inter meam opinionem ac tuam*; de Divin. II. 36. de Off. I. 28. med. de N. D. I. 29. de Orat. III. 51. Receperunt tamen *differunt* FAWolf. Schs. Or. Nobb. Et Or. quidem in Ed. Opp. Cic. scriptionem *differt* inde ortam videri ait, quod accomodare vellent correctores vel librarii verbum vocabulo *aliquid*. Eiusque sententiae accedit Kühnerus. Mihi autem vice versa accommodatum videtur a librariis nonnullis et editoribus vocibus *laborem* et *dolorem*: ad quam nunc de nostro loco sententiam in Ed. peculiari accessisse video Orellium. Idem nunc sentire video Goerenzium, qui ad Cic. de Finn. V. 11. 33. p. 571. accuratius se de hac constructione acturum pollicitus est. Quod utinam aliquando factum videamus! Firmant vero lectionem *differt* optimi libri et plurimi; praeter Gebhardianos et Leidenses etiam octo Oxx. Reg. Bern. Gud. 1. 2. Rehd. Vind. 2. Marb. Mon. 1. 2. Edd. Vict. Rob. Steph. Sturm. Grut. Verb. Oliv. Lall. Ern. Bip. Idem, opinor,

vel animi vel corporis, gravioris operis et muneris: dolor autem, motus asper in corpore, alienus a sensibus. Haec duo b.
Graeci illi, quorum copiosior est lingua quam nostra, uno nomine appellant. Itaque industrios homines illi studiosos vel po-

---

volebat edere vir doctus, qui Ed. Tbn. curavit. Sed ibi expressum est *differ*. *Mr.*

Labor est functio quaedam etc.] Hunc locum laudat Goerenz. ad Cic. de Legg. II. 17. 42. ut exemplum eius usus, quo Cicero saepe Genitivos cum duplici relatione ponit, idque ex Graecorum ratione fieri ait, laudata Matthiae Gr. Gr. §. 314. [Ed. II. §. 380. 1. p. 699.] Explicat Kühnerus: functio quaedam gravioris operis et muneris, quae animo vel corpore peragitur: laudatque praeterea Tusc. IV. 13. 29: *ex totius valetudinis corporis conquassatione*. Add. Creuzer. ad Cic. de N. D. II. 63. p. 474. ed. Cr. et nostr. maj. nos ad eundem locum p. 174. ed. min. Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 58. p. 72. p. 471. Cod. Duisb. habet *labor est functio animi quaedam*. Locis de illa constructione laudatis laudandisque adde, quae disputat Madvig. Emendatt. in libros Cic. philoss. p. 197 — 200, qui nec nostri loci immemor fuit. *Mr.*

operis et muneris] Habent *vel* pro *et* quatuor Codd. Oxx. Aug. Gud. (nisi in hoc legendum *vt*) Vind. 2. Cumque idem in uno Leid. reperisset Bouh. non contemnendum esse scripsit. videri enim distinguere voluisse Ciceronem inter *opus* et *munus*, ut prius corpori, posterius animo conveniat. Sed hoc nihil est, neque in ea scriptione (*animi vel corporis gravioris operis vel muneris*) Ciceronem agnosceremus. Unus Ox. habet *dolor enim admotus*, Aug. *dolor autem est motus*. *Mr.*

alienus a sensibus] Hunc verborum ordinem habent Codd. excepto Gud., itemque Edd. Brut. Lamb. Leod. Sylb. Gebh. seqq. Reliquae *a sensibus alienus*. Explicat FAWolf. in scholis: contra naturam. *Mr.*

Haec duo Graeci illi, quorum copiosior est lingua, quam nostra etc.] Varia variorum de hoc loco iudicia cum operae pretium videatur in unum locum congesta cognoscere, in Excursum coniecimus. — Cod. Gud. post *copiosior* omittit *est*, itemque Marb. *Mr.*

Uno nomine appellant] *Πόνον* intelligit, quod addidit doctus Eliens. secundi Librarius. Ceterum non satis aequus erga Graecos est hoc in loco Tullius; nam, praeterquam quod apud illos *ὀδύνη*, *ἄλγος* et huiusmodi plura dolorem solum denotent, non erat cur hac in parte Cicero linguam Graecam prae sua vocaret inopem, siquidem *labor* inter Latinos etiam doloris obtinet potestatem. Plautus Curcul. Act. II. Sc. 1, 4. *Valetudo decrescit, accrescit* labor. Idem Casin. Act. II. Sc. III, 63. *De* labore *pectus tundit*. Plura non desunt; ex hisce vero satis constat nostrum amore patrii sermonis actum fuisse transversum. *D.*

uno nomine appellant] Dav. in Ed. 1. scripserat: *uno nomine appellant πόνον*, addideratque: „Ultima vox est a MSto. Norvic., quae, Graeca cum sit, in aliis ob scribarum imperitiam non legebatur.“ Ad quae Bouh. Male, ait, omisit Dav. in Edd. seqq. quod recte posuerat in Ed. 1. Facile intelligitur, qua ratione vocabulum Graecum a librariis potuerit omitti. Voluisse etiam *πόνον* addi Bentleium refert Ern. Addiderunt Verb. Lall. Oliv. et habere videtur unus Ox. Verba *Itaque — doloris appellant* propter *ὁμοιοτέλευτον* exciderunt in Codd. Gud. 2. Vind. 2. Rehd. Gud. Duo Oxx. habent *Ita*, Mon. 1. *industriosos*, qua forma non est usus Cicero. Mox Cod. Aug. *dolores* pro *doloris*. Unus Ox. *laboriosius* pro *laboriosos*. *Mr.*

tius amantes doloris appellant: nos commodius laboriosos. Aliud est enim laborare, aliud dolere. O verborum inops interdum, quibus abundare te semper putas, Graecia! Aliud, inquam, est dolere, aliud laborare. Quum varices secabantur C. Mario, dolebat: quum aestu magno ducebat agmen, laborabat. Est inter haec quaedam tamen similitudo. Consuetudo
36. enim laborum perpessionem dolorum efficit faciliorem. Ita-

---

Studiosos, vel potius amantes doloris] *Φιλοπόνους. D.*

Aliud est enim laborare, aliud dolere.] Ed. P. *illud* pro *aliud*. Cod. Gud. 2. *alium enim laborare*. Unus Ox. omittit *enim* cum Cod. Rehd. In Duisb. et Aug. legitur *aliud enim est*. De hac librariorum transpositione frequentissima vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. I. 13. 43. p. 60. nos ad Cic. de Legg. I. 12. p. 87. et Creuzer. p. 565 sq. ed. nostr. et Cr. Add. Gernhard. ad Cic. Lael. V. 17. p. 43. XV. 52. p. 113. [Utroque hoc Laelii loco Beierus delevit *est*.] Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 251. 304. 202. 468. Otto in Excursu I. ad Cic. Cat. maj. p. 222 — 224. *Mr.*

O verborum inops — Graecia!] Est in Seebodii Arch. 1830. 12. p. 95. haec P. Victorii ad h. l. annotatio: „Vidi in vetere libro Tuscc. supra illa verba *O — Graecia* adscripta haec verba, puto a Graeco quopiam, qui non sine causa hoc ferre non poterat, *ὥςπερ οἱ ἀλεκτρυόνες οἳ, πρὶν νικήσωσιν, ᾄδουσιν*. Huiusmodi quiddam est apud Platonem in Lyside [p. 10. Heindf.] *καταγέλαστε Ἱππόθαλες, πρὶν νενικηκέναι ποιεῖς τε καὶ ᾄδεις εἰς σαυτὸν ἐγκώμιον*. Servabatur autem exemplar ad in Bibl. divi Marci: nescio an nunc illic sit.“ Similiter aliquis Graecorum defensor ad marg. Ed. Venet. Alteri huic loco adscripsit, verbis *uno nomine appellant*: „Bona verba, quaeso: *κάματος, πόνος*, labor et dolor; *κόπος, μόχθος*, labor; *ὠδίν*, dolor partus; *ὀδίων* [voluit fortasse *ὀδύνη*] *ἀλγηδών*, dolor.“ Verbis *O — Graecia!* autem haec: „Non te intelligo, *θριαμβεύεις πρὸ τῆς ἥττης, Τοὐλλιε.*“ In Cod. Vind. 2. scriptum est *te semper abundare*, Duisb. omittit *semper*: unde facile aliquis eam vocem, ut otiosam, delendam censeat. Nos ei sedem suam non invidemus. Pergit Cod. Vind. 1. *Aliud est, inquam.* Tum Vind. 2. *laborare aliud dolere.* Mon. 1. *Aliud est inquam laborare aliud dolere. Mr.*

Cum varices secabantur C. Mario] Varices, notante Papia, sunt venae surarum. Historiam suppeditabunt noster infra cap. 21. [22.] Plinius H. N. lib. XI. cap. 45. et Plutarchus in Mario pag. 408. *D.*

Quum varices secabantur C. Mario,] Seneca Epist. LXXVIII. p. 310. Ed. Elzev. *Ille, qui, dum varices exsecandas praeberet, legere librum perseveravit.* Cod. Marb. habet *narices*. Gud. habet: *quum enim sectabatur G. Marius*. Duisb. *quum enim varices secabantur gaius marius dolebat*. Vind. 1. *C. Mario secabantur*. Marb. unus Ox. et. Gud. 2. *G.* pro *C.* Pro *ducebat agmen* est *agmen ducebat* in Edd. P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Rob. Steph. Asc. 1. 2. Junt. HWolf. Solus Cod. Vind. 1. et MS. in marg. Verb. *ducebat exercitum*, quod est glossatoris. Pro *quaedam tamen* plurimi editi *tamen quaedam*. Illud vero est in Codd. Reg. Gud. 2. Marb. Gud. Mon. 1. 2. Edd. Car. Steph. Sturm. Fr. Fabr. Boul. Brut. Lambb. Goth. Leod. HWolf. Sylb. Ald. Dav. Or. Tbn. Post *consuetudo* Rehd. habet *autem* pro *enim*. Ed. Fr. Fabr. sola habet *expressionem* pro *perpessionem*. *Mr.*

Efficiat *faciliorem*] Vulgo *efficit*. Nos Msstis Reg. et Eliens. tert. paruimus. *D.*

dolorum efficit faciliorem] Ita duo Oxx. Marb. Rehd. Gud.

que illi, qui Graeciae formam rerum publicarum dederunt, corpora iuvenum firmari labore voluerunt. Quod Spartiatae etiam in feminas transtulerunt: quae ceteris in urbibus mollissimo cultu parietum umbris occuluntur. Illi autem voluerunt nihil horum simile esse

— — — — *apud Lacaenas virgines:*
Quibu' mági' palaestra, Euróta, sol, pulvis, labor,

Duisb. Gud. 2. Aug. tres Gebhardi, Edd. Leod. HWolf. Gebh. Verb. Ern. sqq. In Codd. Reg. uno Ox. et Gud. 1. est *efficiat*, quod recepit Dav. Reliqui omnes, et scripti et editi, habent *efficiet*. Unde coniiciebat Or. haud absone, legendum esse *efficiebat*, ut de Mario uno locutus sit h. l. Cicero. Pro *dolorum* unus ille Ox., in quo est *efficiat*, habet *laborum*; Gud. 1. *dolorem*; idem mox *illi quae*. Minoëm et Lycurgum potissimum intelligi patet. In seqq. duo Oxx. habent *formari* pro *firmari*. *Mr.*

Quod Spartiatae etiam in feminas transtulerunt:] Ad rem conf. Cragium de Rep. Lacedaem. III. Tab. IX. 4. p. 186—188. Beroaldum ad Propert. III. 13. p. 762. ed. Lutet. 1604. f. m. Scribitur *quos* pro *quod* in Cod. Marb.; in Vind. 2. *Parthi*, sed in marg. *Spartiatae*. Vind. 1. Gud. *in feminas etiam*. Posterior habet *quae cum ceteris*; idem omittit *umbris* et habet *occultetur*. Aug. *in umbris*; idem cum 2. Oxx. *noluerunt*. Unus Ox. *occubantur*. Cod. Rehd. *nihil voluerunt*. Grotefendius in ann. Billerb. monet Ciceroni hic invito excidisse senarium:

quae céteris in úrbibus mollissimo.

Ad rem cf. interpretes ad Corn. Nep. Praef. 7. ad v. γυναικωνῖτις p. 15. Ed. van Staveren. cur. Bardil. Pro *parietum* Cod. Rehd. *parientum*. *Mr.*

Illi autem voluerunt] „Veteris cuiusdam poetae esse hos versus, qui nescio quid tragicum et Graecanicum sapiant, observat Jos. Scaliger: qui tamen ipsi leni tractu et minime elaborata oratione sua cum cetera soluta oratione immiscuerint se: cum tamen nulla mutatione ita digerendi sint: *Nihil horum* etc. [v. annot. Dav.]" *Sylburg.* Cod. Gud. habet *esset* pro *esse*. Verba *nihil - simile* versui primo addidit etiam Dav. verbo *esse* extra versum posito; et sic quoque Nobb.; sed Verb. Lall. Oliv. verbum quoque ut versus partem exhibent. Ab *apud* incipiunt versus FAWolf. Schz. Or. Tbn. Kühn. Bill. Reliquae Edd. haec omnia ut prosam orationem exscripta habent. *Mr.*

Nihil horum — fertilitas barbara] Versus sunt ex antiquo Poet desumti, quibus suos numeros sic reddidit Jos. Scaliger:

Nihil horum simile apud Lacaenas virgines:
Queis magi' palaestra, Eurota, sol, pulvis, labos,
Militia in studio est, quam fertilitas barbara.

Ac *Eurota* quidem, non *Eurotas*, in Mss. Reg. Pet. Bak. et Eliens. tert. diserte legitur. *D.*

Quibu' magi' palaestra, Eurota, sol, pulvis, labor,] Scaligeri correctionem *queis* cum neque confirment Codd. MSS. neque Edd. vett., nolui recipere, quamquam receperunt Lall. FAWolf. Koel. Schz. Or. Tbn. Ut nos, ediderunt versum iam Bentl. Verb. Oliv. Nobb., ut tum demum animadverti, postquam ipse correxeram, respiciens Hermanni Elem. Doctr. Metr. p. 98. 6. Dav. scripsit cum reliquis *quibus magis*, vituperatus a Bouhierio, quasi septem pedum Senarium exhibens: quamquam sine dubio versum ex Bentleii sententia legi voluit, etiamsi lecteri reliquerit utriusque vocabuli ἄπα-

Militia in studio est, quam fertilitas barbara.

χοπήν. Scripsi autem *Eurota* ex Codd. Reg. [Verb. eum habere dicit *seu rota:* quod si verum est, *s* a v. *magi* abiectum, pependit in seq. v.] Gud. I. 2. Aug. Rehd. Gud. Duisb. Marb. Vind. 2. et ut videtur, Oxx. Edd. Dav. Lall. FAWolf. Koel. Or. Tbn. In fine versus habent cum Scaligero *labos* Olivet. et Lallem. et, ante hos, Verb.; Codices non habent. *Mr.*

militia in studio est] *In* omittunt aliquot Oxx. Edd. Lall. Oliv. Or. Tbn. et pridem Lamb. Quid Bentleius h. l. novaverit, vides in eius annot. Bouhierius coniecit *labor militiae* addens, non milites modo exercitiis militaribus operam dedisse, venationi nimirum et luctae, coll. Hor. Od. I. 8. 3 sqq. Eum secutus est FAWolfius, laudavitque in scholis Hor. Sat. II. 2. 9; unde in Edd. Koel. Schz. Kühn. Billerb. transiit. Ad quam emendationem Or., quamquam eam non improbat, Non minus, ait, poëtica altera lectio videtur [*labor, militia*] interiecto vocabulo *γενικῷ labor*. Ego autem praetuli optimorum et antiquissimorum librorum lectionem, qua nec editores plerique sunt offensi, dictumque existimo paullo insolentius *mihi aliquid in studio est*, ut saepe dicitur *mihi est aliquid in deliciis*. Grotefendio quoque satisfacit *militia in studio est*. *Mr.*

quam fertilitas barbara] De hoc loco admodum controverso et quod ad explicationem et ad lectionem, Davisii et Bentleii sententias habes in eorum annotationibus. Nos et priorum et sequentium interpretum sententias referemus iisque, quae nobis de ea re videatur, addemus. Et *Beroaldus* quidem ad v. *fertilitas barbara*: Graece, ait, dicitur *πλησμονὴ τῶν βαρβάρων*, fertilitas et opulentia barbarorum. *Camerarius*: Fertilitatem barbaram dici accipio fecunditatem, id est *τὴν εὐτεκνίαν*, cui otium et fuga laborum idonea: ita enim minus sicca corpora concipiendo fetui apta redduntur. *H. Turnebus.* Adversarr. IV. 18. p. 128: „Ego hic *fertilitatem* puto delicias ornatus luxumque significare, quibus Troianorum et Medorum nurus et virgines ornatae magnifice comptaeque erant, ut, quemadmodum fertilitas in solo feraci et fecundo dicitur frugum copias gerente, ita fertilitas dicatur in illis, quae cultum vestitumque eximium gestant, gemmisque et margaritis, torquibus et catenis aureis ornatae sunt." Cf. eundem IX. 18. p. 290. *Bouhierius* primum verba *nihil-esse* aut a versibus separata, aut ita legi vult: *Nil horum esse simile apud* —; tum requirit *queis magi*, ne versus (quod ei curae esse diximus) habeat septem pedes; deinde voce *militia* eodem modo, quo Bentleius, offenditur: sed quod ille substituit *duritia* nimium ei videtur; quare sufficere contendit, quod supra monuimus, si legamus *labor militiae*. Denique non placere sibi magis scriptionem *fertilitas* ait, quam Bentleio, nec tamen cum eodem viro *futilitas* substitutum vult, eique ipsi, si in mentem venisset, *teneritas* placiturum fuisse existimat. Laudat de Finn. V. 21: *in primo ortu inest teneritas et mollities quaedam, ut nec res videre optimas, nec agere possint.* Cum unus Leid. habeat *facilitas barbara*, inde intelligi ait variis modis deformatum et depravatum esse locum a librariis, qui eum non intelligerent. Barthius, refert, ad Statium Theb. IV. 228 se reperisse scribit in vet. cod. *bertilitas*, indeque correxit *vertilitas*, quod vocabulum se non intelligere ingenue fatetur. Si voluit Barthius (p. 988. l. c.) *vernilitas*, non plane feliciter ei cessisse emendationem dixerim: si scribere voluit *fertilitas* nihil novi attulit. Ernestus sibi non satisfacere ait neque *futilitatem* Bentleii, neque Bouhierii *teneritatem* [operarum, ut videtur, errore expressum est in ann. Ern.

Ergo his laboriosis exercitationibus et dolor intercurrit non-

---

temeritas]: non displicere sibi, quod est in Leidensi illo *facilitas*; nam, ait, et *vita facilis* est, quae libera est a molestis laboribus, tranquilla, placida etc.“ *Nissen.* l. l. p. 52: „*fertilitas barbara* i. e. fructus ex aliis regionibus undique conquisiti, qui in primis ad delicatum vitae genus pertinent. Verterem: die Produote des Auslandes. Neque enim video, quomodo barbara i. e. non Graeca, aut *futilitas*, aut *teneritas*, aut *facilitas*, aut *flebilitas*, quae sunt fere doctorum virorum correctiones, intelligi possit. Quibus tamen melius si quis quid attulerit, non negem, aliud quid profectum a Cicerone, corruptum esse iniuria temporum.“ FAWolfius in scholis: „Quid sibi vult *fertilitas barbara* [mire in Edd. W. est *Barbara*]? Ridicule Schellerus explicat de barbarorum mollitie, qui lecticis *ferrentur*. Camerarii explicatio, ut sit i. q. fecunditas, satis placeret, si constaret mulieres Spartiatarum noluisse fecundas esse: cuius contrarium videtur verius. Suspicabar scribendum esse *festivitas*, ut sit i. q. ornatus: neque tamen mihi satisfacio.“ Or. in Edd. Opp. Cic. refert Censorem, nescio quem, Jenensem coniecisse *sedulitas*. „Si vera est vulgata, ait, nihil aliud significat, nisi quod Camerarius vidit, *πολυτεχνίαν*, et, quae eius causa videbatur poëtae, *μαχλοσύνην*. Obversabantur ei septendecim Hecubae liberi, quinquaginta Priami, Danai, Aegypti.“ Grotefendius apud Billerb. praefert Bentleianum *futilitas*. Kühnerus variis variorum sententiis allatis [in quibus perperam Bentleio adscribit *fatitas barbara*: nisi fortasse voluit scribere *fatuitas*, quod mihi aliquando in mentem venit, sed neque tum placuit: quamquam nec haec quidem esset Bentleii coniectura:] ille igitur enarratis aliorum et interpretationibus et coniecturis, sibi nullam probari ait, nec vero se ipsum habere quam substituat. In Ed. peculiari Or. nunc quidem se de veritate interpretationis a Camerario profectae valde dubitare ait; deinde refert Scaligerum ad Varron. p. 170. [Bip. p. 105. ed. Amst. 1623. vel Durdr. 1619.] Graece vertisse ultimam horum versuum partem, quos sibi nescio quid tragicum et Graecanicum sapere ait, ita: *αἶσιν ἠσχηται πόνος*

Πλέον, πάλη τε, βαρβάρου χλιδήματος:

denique cum in Cod. Duisb. repererit *ferilitas*, suspicatur *vernilitas*, quod et mihi in mentem venerat, Barthiana stribligine *vertilitas* conspecta, nec vero magis, quam *fatuitas*, animum explebat. Tertiam quandam, quam aliquando feci, coniecturam ego addam, ut tandem huic annotationi finem imponam, non quod antiquam mihi scriptionem restituisse videar, sed quia certe non multo peior videtur aliquot aliis. Coniiciebam igitur *quam subtilitas barbara*, laudabamque Vitruv. De Archit. IV. 1. p. 105. ed. Bip. ubi est *subtilitas muliebris*. Sed nec haec admodum placet, cum non magis, quam *vernilitas*, metro satisfaciat. Eum vero, qui mihi nuper suggerere volebat *flaccidita barbara*, statim valere iussi, duabus tantummodo quaestionibus propositis, primâ, an unquam usquam viderit illud substantivum? altera: an existimare possit, cuiquam vel barbarae feminae *flaccidita tem* in studio fuisse? Unus Ox. et Mon. 2. cum Leidensi Bouhierii *facilitas* exhibent. *Mr.*

Militia in studio est, quam fertilitas barbara] „*barbara* i. e. Phrygia, Asiatica. In illis etiam gentibus feminae non alio, laudabili certe, quam quaerendorum liberum studio tenentur. Vid. Serv. in II. Aeneid. 501. et 504.“ *Passerat. Fertilitatem ἀντὶ τῆς πολυτεχνίας* perperam capit Joach. Camerarius. Cum Turnebo malim luxum seu rerum copiam intelligere. Ita Sedulius Carm. IV, 10.

numquam: impelluntur, feriuntur, abiiciuntur, cadunt: et ipse labor quasi callum quoddam obducit dolori.

16 Militiam vero — (nostram dico, non Spartiatarum, quorum
37.

— *Sic dives opima*
Fertilitate *tumens.*

Militia vero, cum laboriosam quamvis exercitationem denotet, hic *εἰδικῶς* venationem possit denotare: nam, quod ait noster lib. II. N. D. cap. 64. *exercemur in venando ad similitudinem bellicae disciplinae.* Horatius Serm. lib. II. Eclog. II, 9.

— *Leporem sectatus equove*
Lassus ab indomito; vel (si Romana fatigat
Militia adsuetum graecari) seu pila velox
Molliter austerum etc.

Et lib. I. Epist. II, 67. Militat *in silvis Catulus.* Venationem Spartanis virginibus usitatam esse docet Virgilius Aen. I, 320. ubi vide Servium, ut et Propertium lib. III. Eleg. XII, 23. Ille quidem vs. 11. ait

Gyrum pulsat equis, niveum latus ense revincit,
Virgineumque cavo praetegit aere caput.

Ut *militia* proprio sensu capi queat. Chrysostomus de mulieribus Christianis Hom. VIII. in Matthaeum Tom. II. pag. 53. ed. Eton. *Καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖναι ἀνδρῶν οὐχ ἧττον φιλοσοφοῦσιν· οὐκ ἀσπίδας λαμβάνουσαι καὶ ἀναβαίνουσαι ἵππον, καθάπερ οἱ σεμνοὶ τῶν Ἑλλήνων κελεύουσι, ΝΟΜΟΘΕΤΑΙ καὶ φιλόσοφοι, ἀλλ' ἑτέραν πολὺ χαλεπωτέραν δεχόμεναι μάχην.* Ad Lacaenarum imitationem bellicis rebus feminas immiscuisse videtur Plato. Vide lib. V. de Rep. pag. 328. lib. VI. de Leg. pag. 627. et Apuleium de Habit. Doct. Plat. pag. 625. *D.*

Ergo his laboriosis exercitationibus] Habent Edd. E. S. et Cod. Mon. 2. *ergo iis.* Gud. Duisb. *ergo hiis.* Duisb. *nonnunquam intercurrit,* unus Ox. *intercurrat.* Duisb. *abiiciuntur, feriuntur.* Scribitur autem *feruntur* pro *feriuntur* in Codd. Marb. Gud. 2. Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Sylb. Brut. Vict. Rob. Steph. Junt.; *ferunt* habet Cod. Aug. Bruti vero haec est annotatio: „*feruntur* Victor. recte, post verbum *impelluntur:* alii *feriuntur* habent, in his Cod. Gryph. Quam lectionem si quis malit, non pugnabo.“ Mox tres Oxx. *et ipse dolor.* Aug. *quod* pro *quasi.* Gud. post *callum* addit *occillum,* quod est nihili. *Mr.*

Callum quoddam] Petr. Eliens. sec. tert. habent *callum quendam.* Audi vero Charisium lib. I. col. 65. Callum *neutro genere dicitur. Cicero Tuscul.* Ipse labor quodam callo obducit. Lege *quoddam callum;* ad hunc enim locum respicit ille Grammaticus, et vulgatam lectionem cum pluribus Msstis tuetur. *D.*

callum quoddam] Ex nostris solus Duisb. habet *quendam,* quod est correctoris, qui Ciceroni rationique grammaticae subvenire vellet. Scribitur in eodem Duisb. et uno Ox. *adducit,* in Aug. *obduxit.* Unus Ox. in fine capitis abiicit *dolori,* cuius loco Verb. in marg. ex MS. nescio quo laudat *labori.* Ceterum *quendam* etiam reperit Or. in Ed. M. ego in Ed. Asc. 1. In Ed. A. est *quiddam,* in Ed. B. *quodam. Mr.*

c. 16. *Militia vero, nostram dico, non Spartiatarum* etc.] „Hic locus ita [ut vides in ann. Dav.] restitutus erat in uno ex Codd. nostris MSS. alicuiusne viri docti ingenio et coniectura, an ex alio Cod. MS. emendatiore, affirmare non ausim. hoc unum videor liquido confirmare, vix quidquam ad huius loci emendationem aptius excogitari posse, si M. Tullius non ita scripsit.“ *Lambinus.* „Mihi potius videtur ordo verborum perturbatus, quam quicquam orationi deesse.

procedit mora ad tibiam, nec adhibetur ulla sine anapaestis

Verba enim illa: *Militiam vero nostram dico,* usque ad vocem *hortatio* videntur interpositionis nota includenda, ut tamen post illa collocentur: *Nostri exercitus primum unde nomen habent vides, deinde qui labor, quantus agminis (militiam vero nostram dico non Spartiatarum, quorum procedit ad modum, ad tibiam, nec adhibetur ulla sine anapaestis pedibus hortatio) ferre plus dimidiati mensis cibaria* etc. Sed haec mea coniectura: quam probabilis, docti viderint." *J. M. Brutus.* Bruti emendationem merito nemo amplexus est. Lambinianam cupidius receperunt Fr. Fabr. et HWolf. Ille tamen addit in annotatione, quasi veritatem subodorans: „Sed tamen, antequam Lambini emendationem vidissem, hunc locum referebam ad illud genus, in quo parenthesi interrupta oratio mutatur: cuius exempla nonnulla apud Ciceronem animadverti." *J. F. Gronov.* Obss. III. 6. p. 468 sq. postquam nimiam illorum duumvirorum licentiam vituperavit, „Nos, ait, primum vocabulum leviter mutamus, et agnoscimus parenthesin, sed nulla traiectione: *Militiae vero* (nostram-*quorum procedit mora ad tibiam — hortatio*) *nostri exercitus — habeant* etc. *Militiae,* inquit, ut alias *domi militiaeque.* In expeditione etc." Recepit J. Gronovius totam in sua Ed. (Amst. 1692. 4.) patris emendationem idemque fecerunt Verburg. Ern. et, ut vides, Davis. in Edd. 2. et 3. In prima vero posteriorem emendationem, *mora* pro *admodum,* amplexus est, priorem (*militiae*) abiecit, dicens: „primam Gronovius vocem temere sollicitat, quae idem sonat ac *quod ad militiam attinet.* Vid. nos ad I. 24. et Th. Munckerum in Hygin. Fab. XXXIV. At vir doctissimus scopum videtur tetigisse, cum rescripserit *mora ad tibiam,* nam Cantabrig. *modus ad tibiam.* Perizonius vero ad Sanct. Min. II. 5. p. 186. (ed Amst. 1733.) p. 223. Bauer. ad v. *militiam* „Mihi, ait, vulgatum hoc valde videtur durum, et corruptum, quia sequitur statim *nostram dico* etc. Coniectura autem ista et optimi est sensus et frequentissimae locutionis. Nam quid frequentius, quam ita absolute adhiberi *militiae* et opponi τῷ *domi,* aeque ac τὸ *belli?*" Haec vero nihili esse, neque unquam Ciceronem *militiae* dixisse simpliciter et nude, nisi addita oppositione *domi,* nemo, opinor, dubitat. Vide modo Ruddimann. Inst. Gr. L. II. p. 273 sq. not. 6. ed. Stallbaum. — Quae viri docti post Dav. de h. l. monuerunt, post eius annot. iustum habebunt locum. Hic nonnisi librorum lectiones usque ad *tibiam* recensebo: vulgatam vides in ann. Dav., quae occupat omnes Edd. ante Lamb. — In Cod. Aug. est *dico nostram.* Gud. 2. omittit *dico.* Pro *mora* est *ad modum* in Codd. Rehd. Duisb. Gud. Marb., in reliquis *admodum,* nisi quod Vind. 1. glossam habet, quae veram lectionem extrusit quidem, sed haud obscure significat: est enim ibi *procedit exercitus.* Solus Cod. Gud. habet *ad modum ac tibiam.* Addo praeterea quae de lectione *Militiam* et de constructione monenda visa sunt: „Sermonem, ait Wopkens. l. c. p. 60 [84. Hand.] sq. sic instituebat Tullius ut si dicturus fuisset: *militiam, unde nomen habeat, rides,* i. e. unde militia nomen habeat: qua de forma multa coacervantem vide Dav. ad N. Deor. I. 26. Sed facta quadam orationis digressione ab incepto suo transversus velut abripitur, idque ut resumat, non eandem *militiae* vocem repetit, sed synonymam exercituum; quod ἀναχόλουθον, post multos alios, illustravit editor ad huius libri c. 1. et L. III. c. 8. Probat restitutum, contra Gronovii coniecturam, *militiam* Bouhierius; probat item Olivetus, qui ita de Wopkensio: „Quis sit ille, vivat an vixerit, equidem nescio. Hoc scire videor certe, ipsum

pedibus hortatio) — nostri exercitus primum unde nomen

esse insignem ac peritum inter paucos grammaticum. Tullianas eius Lectiones, Amstelodami non ita pridem editas, nec raro nec segniter evolvant ii omnes, quibus Cicero noster placet, quique ad eum contra Davisios ac Bentleios defendendum sibi arma comparare velint." Handius vero ad Wopkensii sententiam haec: „Minime: quamquam Or. quoque anacoluthon nuper commendavit. Verba enim ita construuntur: *vides unde nostri exercitus nomen habeant militiam.* Hanc appositionis vim in Graecis iam dudum cognitam habent critici. Plato Charmid. 50. p. 175. b: *νῦν δὲ, — οὐδαμῇ δυνάμεθα εὑρεῖν, ἐφ' ὅτῳ ποτὲ τῶν ὄντων ὁ ὀνοματοθέτης τοῦτο τοὔνομα ἔθετο τὴν σωφροσύνην.* Vid. Matthiae Gramm. p. 794." Ad quae Or. primum ait, *exercitum* nunquam dici *militiam:* sed quod in expeditione agit exercitus, militiam esse; deinde non poni h. l. explicationem et etymon nominis *militiae,* sed *exercitus:* eumque ita dictum esse dici, quia multo cum labore exercetur. Kühnerus denique ad emendationem *militiae,* Quid, quaeso, ait, hoc sibi vult: vides, *unde militiae* (nom. plur.) *exercitus nostri nomen habeant?* [Vides eum ne cogitare quidem de absurda plane Gronovii constructione et Perizonii, quasi voluerit Cicero: vides unde nostri exercitus nomen in militia, v. in bello, habeant; neque de ea haud minus absurda: vides, unde nostri exercitus habeant nomen militiae, i. e. dicantur militia, quasi vero *militia* sit id, quod nos dicimus Miliz, ut est apud Justin. 32, 2. Cf. tamen Cic. de Legg. III. 3: *Militiae quibus iussi erunt imperanto.* Accusativus, pergit, *militiam* attractionis quodam genere a subsequenti verbo [*vides*] regitur. Aliquatenus hic struendi modus comparari possit cum iis exemplis, in quibus attractio inversa reperitur, quale est Virg. Aen. I. 573: *Urbem quam statuo vestra est.* Ego id unum addo, mihi *ἀναχόλουθον* hancce orationem ita explicandam videri: Antequam doceam, quo modo ferre possimus laborem et dolorem ratione et animi inductione, exemplis comprobabo, id et fieri posse et factum esse. *Militiam* primum nostram in exemplum adducam: vides unde, in nostra quidem lingua, *exercitus* nomen habeant, nimirum ab exercendo: *exercentur* enim in labore perferendo et in tolerando dolore. *Mr.*

Militiae *vero, nostram dico, non Spartiatarum, quorum procedit* mora *ad tibiam* etc.]. Sic legendum coniecit J. F. Gronovius Observ. lib. III. cap. 6. nec emendationem, quam recepit alius, exturbare volui; probabilis enim videtur et elegans, siquidem *mora* Latinis etiam cohors est Lacedaemonia, quod patet ex Corn. Nepotis Iphicr. cap. 2. Mssti dant, *militiam vero, nostram dico, non Spartiatarum, quorum procedit* admodum *ad tibiam.* Lambinus, praeeunte viro docto, rescribit, militia *vero, nostram dico non Spartiatarum, quorum procedit* agmen *ad modum ad tibiam, nec adhibetur ulla sine Anapaestis pedibus hortatio,* quam laboriosa est! *Nostri exercitus* etc. J. M. Brutus, ex verborum transpositione mendum esse natum censens, hunc eorum constituit ordinem: *Nostri exercitus — agminis (militiam vero — hortatio) ferre plus dimidiati mensis cibaria.* Sed hic durus, ille licentiosus est emendandi modus, nec Gronoviana leniorem corrigendi rationem facile reperies. Attamen vel illa nimis a Codicibus abit, quam ut ita scripsisse Tullium certissima sit fides. Utut autem haec se res habeat, Lacedaemonii *αὐλοῖς ἐν ταῖς μάχαις ἀντὶ σαλπίγγων ἀεὶ χρῶνται.* Verba sunt Nicolai Damasceni apud Stobaeum Serm. XLII. pag. 294. Idem narrant alii bene multi, e quibus vide sis Athenaeum lib. XII. pag. 517. XIV. pag. 626, 627.

habeant, vides: deinde, qui labor, et quantus agminis: ferre

Agellium lib. I. cap. XI. Maximum Tyrium Diss. XXXVII, 6. Plutarchum Tom. II. pag. 458, 1140. denique Lucianum de Saltat. Tom. I. pag. 790. *D.*

Militiam vero etc.] „Durior est constructio *militiam* etc. nec vero in libris aliquid subsidii.“ *FAWolf.* „Sed tamen *militiam* praestat *militiae*. Illud quidem post parenthesin eo magis negligere sibi licere existimavit Cicero, quia quodam attractionis genere cohaeret cum *nostram dico*. Addo h. l. Luzacii Coniecturam apud Santenium ad Terentianum p. 77: *Militiae vero — — hortatio nosti, exercitus* etc.“ *Orell.* „*Militiam vero:* — Recte: referuntur haec ad superius (*militia in studio est*), ubi nominat *militiam*. Hanc *militiam*, hic resumit, quum dico, non illam Spartanam dico, sed nostram.“ *Reiskius.* Vel me non monente vides haec nihili esse. — *Bouhierius*: nimis, cupide, ut videtur, Davisius amplexus est Gronovii coniecturam *procedit mora ad tibiam*, quamquam eam ingeniosam esse non nego. Cum unus Cod. Cantabr. exhibeat *procedit modus ad tibiam*, veram inde lectionem reperi: *quorum procedit motus ad tibiam.*“ Meliore iure Lallemannus cupidius recepisse dici potest Bouhierii coniecturam, quam scripto codici deberi perperam ait. Quid enim? an unquam scribere potuit Cicero: *Spartanorum motus procedit ad tibiam?* Praeter hunc et Olivetum, post Dav. omnes receperunt *mora*. Olivetus autem cum Lambino scripsit *ad modum*. Solus Nissen. in Curis Novissimis novum quid attulit, scribens p. 52: „Fortasse, signis parentheseos deletis, lenissima haec sit emendatio: *Militiam iam vero nostram dico, non Spartiatarum, quorum* (sc. militia i. e. milites) *procedit admodum* (i. e. prorsus) *ad tibiam.*“ Egregie scilicet! Vir doctus in marg. Ven. Alteri ad v. *admodum* adscripsit *aliter: agmen*. Possit hoc videri ex Ed. Lamb. desumptum. Sed Lamb. non dedit: *procedit agmen ad tibiam*, sed: *procedit agmen ad modum, ad tibiam*. De *mora* Lacedaemoniorum vid. interprr. ad Corn. Nep. Iphicr. II. 3. p. 371 ed. Bardil. maj. v. etiam Passovii Lex. Gr. Exstat etiam Prolusio G. H. Martinii De Spartiatarum Mora. Ratisb. 1771. quam mihi inspicere non contigit. *Mr.*

nec adhibetur ulla sine anapaestis pedibus hortatio:] Valer. Max. II. 6. 2: *Lacedaemoniorum exercitus non ante ad dimicandum descendere solebant, quam tibiae concentu et anapaesti pedis modulo cohortationis calorem animo traxissent, vegeto et crebro ictus sono strenue hostem invadere admoniti.* Ad quem locum vid. quos laudant interpretes in Ed. Torrenii p. 167. (Leid. 1726. 4.) Conf. praeterea de hac re Thierschium in Diss. de Gnomicis Carminibus Graecorum P. poster. quae est in Actt. Philoll. Monacc. III. 4. ibiq. p. 647. Thucydid. V. 70. Laudat Neidius ad h. l. versum anapaesticum huc facientem ex Hephaestione: Ἄγετ' ὦ [male Kühn. ἀγέτω] *Σπάρτας ἔνοπλοι κοῦροι ποτὶ τὰν Ἄρεως κίνασιν.* p. 26. ed. de Pauw. Traj. ad Rh. 1726. 4. Addit Or. Frankii Callin. p. 200: qui cum ad manus non sit, laudabo librum Thierschii l. c. p. 446. ubi idem opinor, est ἐμβατηρίου fragmentum: Ἄγετ', ὦ *Σπάρτας πολῖται,* | *Κοῦροι πατέρων εὐάνδρων,* | *λαιᾷ μὲν ἴτυν προβαλέσθαι* | *δόρυ δ' εὐτόλμως πάλλοντες,* | *μὴ φειδόμενοι τᾶς ζωᾶς* | *Οὐ γὰρ πάτριον τᾶς Σπάρτας.* In Cod. Mon. 2. scribitur *adhibetur nec.* Gud. 2. omittit *ulla.* Edd. S. E. habent *anapaesticis.* Cod. Aug. *exhortatio.* Gud. *oratio.* Edd. Lamb. Fr. Fabr. *cohortatio.* HWolf. *pedibus anapaestis* - *Hortationem* recte explicat Bill. κέλευσμα: Commando bei den Truppen und Matrosen nach dem Tact. *Mr.*

plus dimidiati mensis cibaria: ferre, si quid ad usum velint: ferre vallum. Nam scutum, gladium, galeam, in onere no-

---

nostri exercitus primum unde nomen habeant,] FAWolf. ex coniectura dedit: — *nosti exercitus primum unde nomen habeat: vides deinde, qui labor, quantus agminis:* improbantibus Or. et Kühn. quorum ille: „*militiam vero* pro anacolutho habeo: nec ante *exercitus* facile cares prónomine *nostri*, quo rursum significatur sermonem esse de Romana militia laboriosiore: languent deinde ista Wolfii: *vides deinde* etc. ubi omnia celeriter enuntianda sunt.“ Recte. Secuti tamen sunt Wolfium Koel. Schz. Libri non favent, nisi quod, lineola, literae *a* superscribenda, neglecta Ed. S. exhibet *habeat*. Hoc verbum plane abest a Gud. 2.; unus Ox. omittit *primum*. Rehd. habet *habeant nomen*, Aug. *nomen habebant*. Unus Cod. MS. in marg. Verb. habere dicitur: *nostri ergo exercitus*. Varroni de L. L. IV. p. 23. ed. Amst. *exercitus* dictus videtur, quod exercitando fit melior.“ In seqq. duo Oxx. *quantum* pro *quantus;* unus *ac nimis* pro *agminis*. *Mr.*

Et *quantus agminis*] Vulgo coniunctionem nesciunt: quam nos fide Codicis Eliens. addidimus. *D.*

qui labor, quantus agminis] i. e. qui labor universi exercitus, quantus in itinere proficiscentis et agmine ordineque incedentis. Fateor autem mihi quoque placiturum fuisse *et* additum, vel, ut habet Dav. in Ed. 2. *quantusque*. Sed optimi libri habent ἀσύνδετον: *et quantus* videtur esse in aliquot Oxx. recepitque Lallem. cum Oliv. *Mr.*

Dimidiati mensis] De loquendi modo Agellius N. A. lib. III. cap. 14. De militum vero Romanorum fasce J. Fr. Gronovius ad Taciti de Mor. Germ. cap. 30. *D.*

plus dimidiati mensis cibaria] Duo Oxx. et vet. Ed. Bouhierii *plus quam dimidiati:* quod est correctoris, qui nesciret constructionis rationem: *cibaria mensis dimidiati*, et *plus* adeo, v. adeoque plus. „Ad rem conf. Voss. (J. H.) ad Virgili Georg. III. 347. *Le Beau des Exercices militaires*, in *Mém. de l'Academie des Inscript.* T. XXXV. p. 257. Ad v. *dimidiatus* eiusque usum v. Ruddimann. Inst. Gr. Lat. II. p. 44. not. 12. ed. Stallbaum.“ *Schuch.* Adde Baehrii nostri annot. in Plutarchi Flaminin. V. p. 89 sq. F. G. E. Rost. Plautinorum Cupediorum Ferculum XI. p. 12. et universam istam Prolusionem, quae prodiit Lips. 1822. 4. *Creuzer.* Röm. Antiquitäten Ed. 2. p. 390 sq. ibiq. laudd. H. Savilis de Militia Rom. (Hdlbg. 1601. 8.) p. 38 sq. Nast. Römische Kriegsalterth. (Hal. 1782. 8.) p. 166 sq. J. C. Rasche. Roms Verfassung. T. II. p. 213. — In Cod. Aug. est *fere plus* pro *ferre plus*. Verba *si quid ad usum velint* desunt in Cod. Marb. In Cod. Duisb. est *fodere vallum*: egregia scilicet correctione. Nesciebat enim librarius *vallos* tulisse milites, *vallum* certe (ita secum reputabat) ferri vel gestari non potest. Idem reputans in aliam emendationem incidit scriptor Codicis Aug. Exhibet enim *ferre malum*! Accedit sapientia Cod. Rehd. ubi verbis *ferre vallum* superscriptum est: *al. malum*. *Mr.*

Nam scutum, gladium — membra militis esse dicunt] Commode laudat Or. ad Wolfii scholas Petrum Magistrum in A. Maii Scriptt. Vaticc. II. p. 593. quem vel ex deperditis de re publica libris, vel ex hoc loco sententiam in suos de scientia politica libros (IV. 5.) haec transtulisse existimat: *M.* Οὐκ ἀνάξιον δὲ οἶμαι, ὦ Θωμάσιε, καινόν μνησθῆναι, ὃ Κικέρων ἱστορεῖ τοῦ παρὰ Ῥωμαίοις πεζικοῦ στρατοῦ· φησὶ γὰρ τὰ μὲν ὅπλα οὕτως φέροντας ἀχωρίστως σχεῖν οἱον

stri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, ma- p. 183.
nus: arma enim membra militis esse dicunt; quae quidem a.
ita geruntur apte, ut, si usus ferat, abiectis oneribus, expe-

---

τινα μίλη τοῦ σώματος οἰομένους· καὶ πρός γε τροφὴν σφίσι πέντε ἀποχρῶσαν ἡμέρας· ἀνάγκης τε ἄνευ τινός, καὶ εἰ παρεῖναι συμβαίνοι νωτοφόρα ζῶα, τὸ συνηθείᾳ μακρᾷ βεβαιωθὲν νόμος παρ' αὐτοῖς ἐγίνετο, ὃς καὶ τιμωρίαν ἐπικεῖσθαι εἴ τις παραβαίη. Ad v. *plus dimidiati mensis cibaria* laudat Caesar. de B. Cic. I. 78: *legionarii dierum XXII. ab Ilerda frumentum iussi erant efferre.* — In Cod. Rehd. scriptum est *galeam, gladium.* Pergit Duisb. *in honera* et supra lin. habet *in honore*, quod unus Ox. in contextis habet; alius Ox. *onerant* pro *numerant.* Ed. Fr. Fabr. *numerat.* Pergit Vind. 1. *quam lacertos humeros.* Gud. 2. omittit *lacertos, manus.* In Aug., egregia emendatione sagacis alicuius correctoris, scriptum est *quam laceratos humeros. Mr.*

Arma enim membra militis esse dicunt] Cod. Gud. omittit *membra*, et habet *milites* correctione parum probabili. Duo Oxx. *militum.* Wopk. de hoc loco in lectt. Tull. p. 85. loquens scribit *esse ducunt*, quam scriptionem errori Wopkensii tribuit Handius. Sed non est error Wopkensii, sed lectio Davisii in Ed. 2. qui in ann. ad h. l. ait: Vulgg. *esse dicunt*, et *esse ducunt* in orationis seriem recepit. Probandam esse eam mutationem non dixerim. Sed non Wopk. fuit reprehendendus, sed Dav. Ad rem cf. Dausquej. ad Sil. Ital. p. 479. *Mr.*

Quae quidem ita gerunt *apte*; *ut*, si usus ferat] Vulgo, *Quae quidem ita* geruntur apte, *ut, si usus* foret etc. Sed locum recte constituit Cl. Bentleius. Certe *gerunt*, non *geruntur*, est in Eliens. pr. et alteram mutationem postulat Latinitas, ut etiam Lambinus vidit. *D.*

quae quidem ita geruntur apte,] Bentleianum *gerunt* receperunt FAWolf. Koel. Schz. Or. Nobb. habentque, praeter unum illum Cod. Davisii, Duisb. et marg. Ed. Crat. Reliqui omnes in Passivo conspirant, quod defendit Wopk. allatis locis, quibus Activum cum Passivo componitur (Tusc. III. 29. IV. 9. de Finn. II. 15. de N. D. III. 10.) probante Handio in ann. ad Wopk. l. c. n. 101. qui addit: „nam praeterquam quod hoc *geruntur* interpolationi librariorum deberi vix credibile est, adhaeret etiam aliqua ineptae dictionis species his verbis: arma ita apte gerunt, ut expeditis armis ut membris pugnare possint. Hoc non idem fit, si legimus *geruntur.*“ Praeferunt Passivum etiam Bremius ad Cic. de Finn. II. 15. p. 171. et Kühnerus, ad quos nunc etiam se applicat Or. ad F. A. Wolfii scholas. Bouhierius quoque iam pridem Passivum praeferendum censuit. Cod. Mon. 1. *aperte* pro *apte. Mr.*

ut, si usus ferat, — pugnare possint.] „Legendum fortasse est: *si usus ferat* [vulgo enim editur *foret*]: Nihil tamen mutandum arbitror.“ *Lambinus.* Bentleio in mentem venit *fuerit*, tum id ipsum, quod pridem coniecerat Lambinus, *ferat*, quia temporum ratio non admittit vulgatum *foret*, defensum absque ratione a Wopk. p. 271, a Buhierio et Oliveto. Bentleium secuti sunt Dav. Ern. FAWolf. seqq. Pro *fuerit* ne quis laudet Tusc. IV. 3. 5: *de ceteris studiis alio loco dicemus, si usus fuerit*: hic enim plane alia est temporum ratio. *Foret* probarem, si sequeretur *possent.* Nam hoc quidem vere dixit Bouh. aeque Latine dici *usus est* et *usus fert.* Vid. nos in Symbolis Critt. ad Cic. I. p. 18. Adde C. P. Kayseri, τοῦ μακαρίτου, Prolus. quae inscribitur Bemerk. üb. ein. Stellen des Cic. (Hdlbg. 1827.) p. 5. Bloch. ad Schützii Lex. Cic. p. 17. Jani de

ditis armis, ut membris, pugnare possint. Quid? exercitatio legionum: quid? ille cursus, concursus, clamor, quanti laboris est! Ex hoc ille animus in praeliis paratus ad vulnera. Ad-
38. duc pari animo inexercitatum militem: mulier videbitur. Cur tantum interest inter novum et veterem exercitum, quantum

---

Arte Poet. Lat. p. 297. Moebium ad Caes. de B. G. VII. 80. p. 476. Interprr. ad Caes. de B. G. IV. 2. IV. 15. Cic. de Legg. III. 4. p. 392. Duo Codd. Oxx. habent *fert;* solus Mon. 2. firmat emendationem *ferat*. Gud. cuius scriptor aliquid mendi subesse odorabat, habet *si visum foret*. Oliv. dedit *ferat*, sed in lemmate annotationis *feret*, dicens: „Vict. Man. Grut. *foret*, Lamb. *ferat*. Istud autem *feret* a typographis nostris proficiscitur. Qui Lambino an fuerint infeliciores, dispiciant critici. Ego si res in integro esset, iuberem edi *foret*, nulla tamen alia ratione adductus, nisi quod a maiori editorum parte discedere sine causa non placet." Mirabilis sane annotatio: Nusquam enim legitur *feret*: causa autem a vulgata discedendi est satis iusta grammatica. Pergit unus Ox. *abiectis omnibus*. *Mr.*

expeditis armis,] „Notum est adiectiva usurpari saepe pro adverbiis, quod vis in utrisque insit significandi modum aliquem certum vel rei vel actionis. Hic ergo ait Cicero Romanos milites uti armis tam expedite, ut membris." *Passerat.* „Incommodum est *expeditis*. Miles enim armatus arma semper habet expedita. Dicuntur etiam arma expedita de levi armatura. Sed de his non loquitur Marcus, sed de militibus graviter armatis, qui etiamsi sarcinas deposuissent, gravia tamen arma gestabant. Certissima igitur videtur ea coniectura, quam mecum communicavit P. Burmannus, qui ita legendum censet: *ut — abiectis oneribus expediti, armis, ut membris, pugnare possint.*" *Bouhierius.* Probatur haec coniectura Ernesto: mihi non improbatur; ita tamen, ut necessariam eam non existimem. — In Cod. Mon. 1. scribitur *aut membris;* in uno Ox. Marb. et Aug. *possunt*; in Gud. *possent*, ubi agnoscis correctoris manum, qui supra correxit, *si visum foret*. Unus Ox. *expugnare*; duo *possit*. *Possent* habet etiam Gud. 2. *Mr.*

quid? ille cursus, concursus, clamor,] „Manutius omittit *concursus*, quod habent Edd. priores, et libri veteres, probante Lambino [in curis sec.; nam in Ed. 1566. ipse omisit]." *Fr. Fabr.* — Codd. Vind. 1. Aug. et Duisb. omittunt *cursus;* unus Ox. *concursus*, quod abesse diximus ab Edd. M. L. et abest praeterea ab Edd. Fr. Fabr. Car. Steph. (qui tamen in vet. cod. eam vocem reperisse se testatur:) Boul. Ald. Lambb. Goth. Habent eam vocem, (quae si scripta fuit, ut solebat, ocursus, librariis, antecedente *cursus*, facile διττογραφία videri poterat) Codices reliqui et Edd. omnes, eamque etiam in Cod. Gryph. esse testatur Brutus. *Mr.*

paratus ad vulnera] Unus Ox. *imparatus*. Mox scribitur *adhuc* pro *adduc* in Codd. Mon. 1. Aug. Edd. P. A. Ven. nostr. et, quod jure mireris, in lemmate annot. Bentleianae, neque id operis videtur tribuendum; nam est in Ed. Rath. Orell. et Oxon. 1805. In seqq. idem Ox. qui habet *imparatus*, exhibet *exercitatum* pro *inexercitatum*. Ed. Fr. Fabr. *ad exercitatum*. Vind. 1. omittit *militem*. Tres Oxx. habent *videbit*. *Mr.*

Cur tantum interest] Vulgo, *Cur? Tantum interest*. Male: quod Cl. Bentleius animadvertit: nec distinctionem Reg. et Med. agnoscunt. *D.*

Cur tantum interest] Non satisfacit Bouhierio mutata a Bentleio distinctio, quamquam eam probat: vult etiam verba *quantum experti*

experti sumus? Aetas tironum plerumque melior: sed ferre laborem, contemnere vulnus, consuetudo docet. Quin etiam videmus ex acie efferri saepe saucios: et quidem rudem illum et inexercitatum, quamvis levi ictu, ploratus turpissimos edere. At vero ille exercitatus et vetus, ob eamque rem fortior, medicum modo requirens, a quo obligetur,

---

sumus ad sequentia trahi, ut legamus: — *et veterem exercitum? Quantum experti sumus, aetas tironum plerumque melior:* ut sit sententia: quamvis aetas tironum magis videatur bello accommodata, experientia tamen docuit, nonnisi consuetudine doceri militem ferre laborem et contemnere vulnera. Sed nulla est mutatione opus. Ern., quasi non habuisset praeeuntem cum Bentleio Davisium, peiorem servavit distinctionem, et hanc apposuit annotationem: „*Cur?* hoc verbum non bene convenit sequenti sententiae. puto natum ex terminatione verbi *videbitur*, atque delendum." Mirabilis autem est Nissenii annot. et coniectura: „Sensus est, ait, tantum militum discrimen esse, quantum experientiae eorum. Sed cum *cur* Bentleio et Ernesto alienum visum esset, illum Bipp. secuti edidere: *Cur tantum — — experti sumus?* Qua tamen ratione sensus non commodus efficitur. Modo ante *tantum* intellexeris *quia* [nimirum ut ad *Cur?* respondeatur], sana sunt omnia. Sed *sumus* mihi non placet. Malim: *quantum experti sunt. Vis, aetas* etc." Verba *et veterem* absunt a Cod. Mon. 1. Unus Ox. omittit *veterem*, et habet: *et exercitatum;* alius omittit *exercitum*. Gud. 2. habet *quanti* pro *quantum*. Verbis *quantum experti sumus* respicit bellum civile Pompeianum, in quo Caesar habuit veteranorum robora, qui profligarunt Pompeianos novos milites et inexercitatos. *Mr.*

Quin etiam videmus] Bouhierii Ed. vetus *Quid? Etiam* etc. Sed ipse merito nihil mutandum censuit. Unus Ox. habet *unde etiam*, alius *quoniam etiam*. Pergit Cod. Vind. 1. *efferri ex acie;* duo Oxx. *afferri*. Verba *et quidem — inexercitatum* omittit Cod. Gud.; Gud. 2. habet *inexercitum*. Quod aliquando conieci *leviter ictum* pro *levi ictu*, nunc video esse in uno Cod. Dav. [in ann. Bentl.] et marg. Ed. Crat. Sed tamen nunc, quanquam idem corrigi voluisse video summum Bentleium, etiamsi plures accederent libri, correctori illam scriptionem tribuerim vel interpreti, cuius glossa sit in orationis seriem recepta. Quod enim de ambiguitate locutionis loquitur Bentl., id minime est curandum: ad *levi ictu* unusquisque ex modo antecedentibus intelliget *saucius*. In seqq. duo Oxx. ille *exercitus;* unus et Gud. *ob eam* pro *ob eamque*. Egregie unus Ox. in seqq. *medium* pro *medicum*. *Mr.*

medicum requirens modo] „*Requirit* legitur in antiquo, et melius." *Ursinus*. Neque hunc verborum ordinem ullus habet liber neque lectionem *requirit*, quam cur commendaret Ursinus cum Davisio nullam esse causam idoneam censeo; Rehd. et Gud. habent *requiret*. *Mr.*

Medicum modo requirens] Ait Ursinus in suo Msto legi *requirit*, quod melius pronunciat. Fallitur omnino; nam σύνταξις est, *medicum modo requirens inquit*, O Patrocles etc. Movenda igitur non est lectio quae reliquis omnibus libris nititur. *D.*

medicum modo requirens] Unus Ox. et Aug. *non requirens*. Duisb. *vero requirens:* uterque error ex perperam lecto compendio ortus est. *Mr.*

O Patrocles etc.] „Mira commenta et merae nugae dici solent in huiusce loci implicatione magis, quam explicatione. Quidam exponunt: *O Patricoles*, o municipes civesque eandem patriam colentes.

E: O Pátrocle, (inquit) *ad vós adveniens, aúxilium* et *vestrás manus*

Alii indoctius legunt et indoctius interpretantur, qui dicunt: *O patrii colles!* tanquam exclamatio sit ad montes patrios. Ego re solerter pensitata lego *O Patrocles,* et ut ita legam suadet Homerus, apud quem observavimus tradi in XI. Iliados, quemadmodum Eurypylus, unus e proceribus Graecorum, ab Alexandro sagitta vulneratur κατὰ μηρὸν δέξιον, ita ut arundo in ipso vulnere frangeretur, qui exclamans ex vulnere ait ὦ φίλοι Ἀργείων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες, state et Aiaci auxilium ferte. mox factus est obvius Patroclo claudicans ex vulnere femoris. Quem Patroclus miseratus, Age, inquit, heros Eurypyle, hoc unum mihi responde, utrum adhuc nostri Hectori pares sint an impares. Cui respondens Eurypylus inquit, οὐκέτι, διογενὲς Πατρόκλεις, ἄλκαρ Ἀχαιῶν ἔσσεται: tu me ut serves, obsecro: in tentorium ducas: sagittam ex femore evellas: sanguinem nigrum aqua calida ablue, vulneri φάρμακα ἐσθλὰ appone, quae te Achilles edocuit, quae ipse a Chirone didicit. Nam medici Podalirius et Machaon, Aesculapii filii, opitulari non possunt: quorum alter Machaon vulneratus est, alter in campo sustinet ferociam Troianorum. Tunc Patroclus medium hominem complexus et baiulans tabernaculo intulit, ac super bovina coria extendens adhibuit fomenta necessaria: postremo radicem quandam amari saporis manibus conterens vulneri apposuit, quae dolores omnes sedaret, vulnus mitigaret, sanguinem supprimeret. Ex hac Homerica narratione totus hic locus, opinor, transscriptus fuit a vetere quopiam poëta latino, cuius haec verba sunt, introducentis Eurypylum vulneratum implorantem suppetias opemque a Patroclo. Et ita nodus, qui erat alioqui inenodabilis, facile dissolvitur." *Beroaldus.* „Legendum censeo *Patrocle,* nam versus Octonarii modulus hanc scripturam postulat: et non ita longe abest: *abducet Patroclus, credo.*" *Turnebus* l. c. IV. 18. p. 128 sq. „*Patrocle* solus *Lambinus:* alii impressi omnes *Patrocles.*" *Brutus.* „Adhaesimus Turnebianis: vulgo *Patrocles.* Pall. quatuor, Fabr. Pith. *Patricoles,* Pal. sec. Ulr. *Patricole.*" *Gebhard.*

O Patrocles] Dispositi sunt hi versus ex mente Cl. Bentleii. Vulgo *O Patrocles* (inquit) *ad vos adveniens, auxilium et vestras manus peto Priusquam* etc. *D.*

O Patrocle.] „Accedo in omnibus fere Bentleii sententiae de his versibus legendis disponendisque. Respiciunt ad Il. A [leg. Λ i. e. XI.] 827 sqq. Quamquam in primo versu *Patrocle,* quod habet ed. mea vetus, aeque bonum est, praefero tamen *Patrocles,* motus auctoritate Codd. Reg. et trium Leidensium. Unus ex his et ed. mea vetus habet *oppetam:* et veri est simile poëtam non posuisse *peto* et *oppeto* in eodem versu, cum nulla eum necessitas cogeret. Tertio autem versu sententia videtur desiderare *si sanguis.* Quarto Cod. Reg. habet *si qui sapientia,* unus Leid. *si quis;* alius cum Ed. mea vet. *si quid eis.* Fortasse poëta scripsit: *si quidem sapienti magi' devitari mors potest.* Nam *vestra* hic quidem abundare videtur." *Bouhierius.* „In his versibus poëtae veteris mirum quantum variant Codd. et editi. Hos optime videtur emendasse R. Bentleius, cui in plerisque accedunt Codd. Regii. Hunc ergo sequimur. Verba *certe Eurypylus* sunt Patroclis Eurypylum agnoscentis." *Lallemannus* „Hosce versus sine licentia sic putem rescribendos: — — — — *O Patrocle,* | *ad vos adveniens, auxilium et vestras manus peto* | *Priusquam oppetam malam pestem, mandatam hostis manu.* | *Neque sanguis ullo poti' pacto profluens consistere,* | *si qua sapientia vestra evitari*

Petó, priusquam oppetó malam pestém, datam hostili manu:

mors potest. | *Namque Aesculapi liberûm saucii opplent porticus.* | *Non potis accedi.* — *Certe Eurypylus hic quidem est homo.*" *Nissen.* Vix, credo, plaudentibus metrorum peritis. *FAWolfius* in Ed. 2. ex mente Hermanni in Elem. Doctr. Metr. p. 158 sq. hos versus ita disposuit (contra Bentleium videlicet H. probatum ivit, tragicos Romanorum non abstinuisse Jambicis octonariis:) *O Pátrocles, ad vós adveniens, aúxilium et vestrás manus* | *petó, priusquam oppetám malam pestém, datam hostili manu* |, *seu sánguis ullo pótis est pacto prófluens consístere,* | *seu quá sapientiá magis vestra mórs devitari potest.* | *Namque Aésculapi líberorum saúcii opplent pórticus.* | *non pótest accedi.* — — Billerb. correxit: *Accedi non potest.* Grotefendius ap. Bill. ita duos priores versus disposuit: „*E. O Pátrocle, ad vos advéniens auxilium ét vestras manús peto,* | *Priusquam óppetam malam (illam) pestem, mándatam hostili manu:*" sextum vero ita: „*Non potis accedi* . . . . . .

. . . . . *P. Cérte Eurypylus hic quidem est.*

Hominem exercitatum, ubi tantum luctus continuatur, vide, quam non flebiliter respondeat. Rationem sqq." Kühnerus quoque corrigi vult *non potis accedi,* quia vulgata metro repugnet et mox legatur: *non potis ecfari* c. 17, 39. — Bothius Poët. Scen. p. 276. locum sic refinxit: *O Patrocle, ad vos adv. aux. et m. vestras peto,* | *Priusq. opp. p. malam, hostili mandatam manu,* | *Si qua sapientia mage vestra devitari mors potest,* | *Ac sanguis ullo potis est pacto profl. consistere:* | *Namque Aesculapi l. s. o. p.;* | *Non potis accedi.* Planckius denique in Fragmm. Ennii incertis ad Ennii Medeam p. 122. ita scripsit, ad Wolfii potissimum rationem:

Euryp. O Pátrocles, ad vós adveniens, aúxilium et vostrás manus
Petó, priu'quam oppetó pestem malám, datam hostili manu:
Seu sánguis ullo pótis est pacto prófluens consístere,
Seu quá sapientia mági' vostra mórs deveitari potest.
Namque Aisculapei leiberorum saúciei opplent pórticus:
Non pótest accedi.

Patrocl. Certe Eurupulús hic quidem est: hominem éxercitum! Nos in omnibus fere, cum Or., utpote in re, quae ad liquidum perduci vix poterit, ad Codicis Regii scriptionem nos accommodavimus. De librorum lectione vid. Annott. seqq. FAWolfius in scholis se non nosse fatetur scriptorem tragoediae, ex qua haec sint desumpta. Or. ex Attii Epinausimache ea esse ait. *Mr.*

O Patrocles] Ita unus Ox. Vind. 2. Mon. 2. Reg. Bern. Edd. B. S. E. C. V. M. Asc. 1. 2. Car. et Rob. Steph. Junt. Brut. Sylb. Boul. HWolf. [qui hos versus cum antiquissimis ut prosam orationem describi curavit] Leod. Sturm. Dav. Lall. FAWolf. seqq. ex Reiskianis Med. 2.; *O Patrocle* est in Rehd. tribus Oxx. Edd. Lamb. Grut. Verb. Ern. et ex Reiskianis Scur.; *O Patricoles* in Gud. 1. 2. tribus Oxx. Marb. Duisb. Edd. P. A. Ven. nostr. et Reiskii Med. 1. Ven. 1. 2.; *O Patricole* in duobus Oxx. Mon. 1. Aug.; *O Patricule* solus Gud.; *Patricolae* solus habet Vind. 1. Idem cum Marb. Augg. Duisb. *veniens.* Duisb. et Cod. in Marg. Verb. *expecto* pro *peto.* Tum Mon. 1. *quisquam. Mr.*

* *oppeto malam pestem*]. Mortem subeo. Sic Plautus Captiv. III. 3. 11. *Occidam oppetamque pestem, heri vicem meamque.* Non. Marc. IV. p. 688. *Oppetere, incidere. Plaut. Asin. Atque illa viva vivus ut pestem oppetas.* Locus exstat I. 1. 7. Hinc *oppetere poenas* dixit Phaedrus III. 16. 2. et *mortem aut praemia laudis* Catullus in Epith.

Neque sánguis ullo pótis est pacto prófluens consistere:
Si qui sapientiá magi' vestra mórs devitari potest.
Namque Aésculapi liberorum saúcii opplent pórticus:

Pelei 102." *Dav. in Ed. 1.* Habent *oppeto* Codd. Reg. Bern. (a pr. m.; a 2. — *am*) Gud. 1. 2. Aug. Duisb. Gud. Marb. Mon. 1. Edd. B. S. E. C. V. M. L. Ven. nostr. Junt. et omnes nostrae ante Ern. qui ex uno Leid. et Ed. vet. Bouhierii habet *oppetam*, idque est in Vind. 1. Edd. FAWolf. Schz. Nobb. De usu verbi vid. Menckenii Obss. L. L. p. 697. Unus Ox. Edd. P. A. *appeto*. *Mr.*

datam hostili manu] Ita scripsi ex conjectura Bentleii cum Lall. Ern. FAWolf. Koel. Schz. seqq. contra librorum MSS. et Edd. [sola Scur. habet *mandatum*] scriptionem *mandatam*: non quod certus sim *datam* veram esse poetae manum, sed quia *pestem mandare* quid sit, cogitari et intelligi, vix ac ne vix quidem potest: quamvis Kühn. *mandatam* antique dictum existimet pro *immissam*: et Or. quoque ad W. scholas *mandatam* Attii esse contendat. Ramshorn. Lat. Synon. I. p. 66. praefert *datam*. Scripsit fortasse *mi* [i. e. mihi] *inditam*: quod, si scriptum fuit MINDITAM facile in *mandatam* transire potuit. Versus, si de ea re certi essemus, facile lectioni accommodari posset. *Mr.*

Neque sanguis etc.] Sic Codd. Reg. Bern. Rehd. Gud. Duisb. Gud. 1. 2. Vind. 1. 2. Mon. 1. 2. Marb. Oxx. Edd. vett. ante Lall. Tum Ern. Oliv. Or. Tbn. Unus Dav. *Nec*. Aug. *Atque*. Bentleianum *seu* receperunt FAWolf. Koel. Schz. Nobb. sine librorum auctoritate. *Pacto* omittit Gud. *poti' pacto* cum Bentleio FAWolfius in Ed. 1. Koel. Lall. In Cod. Aug. est *potens est*. in Duisb. *consistere profluens*. *Mr.*

si qui sapientia] „Longe suavius accidit, quod intelligo legi *si qui* in Vaticano, pro *si qua*. Ut memini quoque patrem meum lib. VIII. ad Coelium Ep. 8. ita legere solitum: *si qui de ea re ad populum ad plebemve lato opus esset*." *Gronov.* Nimirum ut *si qui* sit pro *si quo*. Sed Or. cum Lamb. ibi edidit *quid*, Schz. *quo*. *Mr.*

Si qui *sapientia*] Sic Reg. et Vatic. Vulgo *si qua sapientia*. *D.*

Si qui] Sic Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. Bern. Edd. Dav. Or. Tbn.; Vind. 1. Mon. 1. 2. *si quidem*. Rehd. *si quid*. Gud. *si quis*. Duo Oxx. *si quod* (unus supra lin.); Aug. cum Edd. vett. ante Lall. *si qua*, quod retinuerunt etiam Ern. Bip. Bentleianum *seu sapientia* receperunt Lall. Wolf. in Ed. pr. Koel.; *seu qua sap.* Wolf. in Edd. 2. 3. Schz. Nobb. ex Hermanni sententia. Duisb. habet *si quidem magis sap.* Gud. *sap. vestra magni mors*. Aug. *forte sap.* v. *magis*. De forma *si qui* v. J. A. Hartung: üb. d. Casus (8. Erl. 1831) p. 209. *Si qui* est *si qua ratione*. *Mr.*

Mors devitari] Vulgo *devitari mors potest*. Ordinem damus, quem praestant Reg. Eliens. tert. Med. aliique Codices. *D.*

mors devitari] Sic Codd. Rehd. Bern. Gud. 1. 2. Aug. Dav. Rehd. Marb. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. Edd. Dav. FAWolf. Koel. Or. Tbn. Reliqui *devitari mors*. *Mr.*

Namque Aesculapi liberorum] Huius versus tria verba priora leguntur etiam in Oratore XLV. 155. ubi item in nomine Aesculapii variatur. Legitur *Nam* in Edd. Vict. Rob. Steph. Lall. Wolf. in Ed. 1. Koel. Codd. Reg. et aliquot Ox. Solus Cod. Aug. *Neque*. Scribitur *Aesclapii* in Edd. Vict. Rob. Steph. Car. Steph. Ald. Sylb. Brut. (hic in Cod. Gryph. reperit *Aesculapi*) Sturm. Boul. Oliv. Grut. Ern.; *Aesculapii* habent etiam Reizianae Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. *Aesculapi* scripsi cum Lamb. Dav.

Non pótest accedi.
P. certe Eúrypylus hic quidem est.... Hominem exércitum!

FAWolf. Koel. Schz. Or. Nobb. Tbn. Solus Aug. *exculpari saucii liberorum.* Sententia versus est: saucii enim opplent porticus, i. e. vestibula tentorii, Podalirii et Machaonis. *Mr.*

Non potest accedi.] Vocem *certe* his, ut partem versiculi, additam habet Dav. et C. 17. verbo *Eurypylus* incipit, quod, ut seqq., orationi Marci pedestri tribuitur. Ern. c. 17. incipit a *Certe*, item ut Marci orationem solutam. Edd. Nobb. et Tbn. habent:

Non pótest accedi. P. Cérte Eurypylus hic quidem est. Hominem exércitum! Pro *accedi. certe* unus Ox. *acte dícere:* alius *acie dicere.* Gud. Rehd. Duisb. Aug. *accedere certe. Mr.*

Certe Eurypylus — continuatur.] „Nihil potuimus decernere de hoc loco. Aldus avus, Victorius Pal. tert. *tantum luctus continuatus.* Pal. prim. *ubi tantum luctum continuam.* quart. quint. *luctum continuat.* Lamb. cum suis asseclis: *quis tot verba tanto in luctu continuat?* Vat. *hominem exercitum. ubi tantus luctus continuatus.* Ulrich. *luctum continuamus.*" *Gebhard.* „Gebh. nec ipse sibi nec mihi satisfecit edens: c. XVII. *Certe Eurypylus hic quidem est. hominem exercitatum! ubi tantum luctus continuatur.* Lambinus ex ingenio reposuit: *hominem exercitatum! Quis — continuat?* Sequuntur Fr. Fabr. aliique; verum repugnant Codd. Pall. tres, Vat. Ulr. Petrens. ac Norvic. repraesentant *hominem exercitum.* Pal. tert. Ven. 1491. Froben. Manut. aliique veteres impressi: *ubi tantum luctus continuatus* [P. A. B. S. E. C. V. M. nostrae vett. omnes, excepta Ven. quae habet *ubi tantum luctum continuamus*]: Vatic. [v. supr.], Petrens. *ubi tantum luctum continuatus:* nec aliter Ulr. nisi quod ille *continuamus.* Norv. *continuat.* MSStorum discrepantias studiose recensui, ut ne aliorum coniecturis desit materia; quod nobis in mentem venit, quam paucissimis exponemus. Sic itaque legendum puto: *Certe Eurypylus hic quidem est. Hominem exercitum ibi tantum* (vel *tantos*) *continuare!* In admirationibus modum Infinitivum adhibent scriptores, ut iis, quae memoria suppeditat, exemplis demonstrabo. Ambrosius de Virginibus II. 5. 34: *tantam virtutis esse gratiam, ut tyrannum inclinaret!* Iustinus II. 14: *tantam famae velocitatem fuisse, ut, cum matutino tempore praelium in Boeotia commissum sit, meridianis horis in Asiam — de victoria nunciatum sit.* ubi plura congessit Graevius. In huiusmodi lectionibus *mirandum,* vel simile quid, intelligi videtur." *Dav. in Ed. 1.*

P. Certe Eurypylus etc.] Agnoscit Patroclus Eurypylum eumque hominem appellat qui multum vexatus sit vulnere eiusque doloribus. Vind. 1. habet cum uno Ox. *O hominem exercitatum:* unus cum Duisb. *hominum exercitus.* Scribitur autem *exercitum* in Codd. Bern. Reg. Gud. 1. 2. Rehd. Duisb. Marb. Edd. FAWolf. seqq. probavitque eandem lectionem Ern. *Mr.*

Certe Eurypylus etc.] „Haec verba versus clausulam videntur efficere, ut sic scribenda sint:..... *P. Cérte Eurypylus hic quidem est.* — Reducendam vero puto lectionem vulgatam *Hominem exercitatum,* ita tamen, ut haec verba non, ut interpretes volunt, poetae affingenda, sed ad sequentem Ciceronis orationem referenda sint, hoc scilicet modo: *Hominem exercitatum, ubi tantum luctus continuatur, vide, quam non flebiliter respondeat.* Verba *hom. exerc.* revocant sententiam antecedentem: *at vero ille exercitatus et vetus* etc. Constructio autem: *hominem vide quum non flebiliter respondeat,* e Graeca lingua

17 ubi tantum luctus continuatur. Vide, quam non flebiliter
39.

petita, pervulgata est. Locus igitur sic explicandus videtur: Vide quàm non flebiliter respondeat homo exercitatus, quum tantus luctus vel tot mala et calamitates constipantur, vel: etiam tum, quum malis constipatur." *Kühner.* Hoc vero, quamquam ingeniose excogitatum, est obtegere vulnus, non sanare. Nunquam ego adducar, ut verba *ubi — continuatur* vel hac vel alia sententia, obscurissima certe et a perspicua Tullii locutione alienissima, a Cicerone profecta credam; quare potius accesserim Schützii sententiae, qui in Opusce. p. 211. ea verba aut prorsus corrupta aut insititia esse existimat, cum iis vel nullus plane vel minime aptus inesse sensus videatur. Nissen. ad haec: „Haec non capio, nisi ita interpunxeris: *Ubi t. l. continuatur* (a Patroclo in versibus omissis), *vide* cet." Codd. Reg. Gud. Mon. 2. Aug. habent *luctum* cum uno Ox., alius habet *luctu.* Tum Reg. Gud. 1. tres Oxx. Marb. *continuatus*, Aug. *continuans.* Unus Ox. *continuamur*, alius *continuat*, duo *continuamus.* Bouhierius ad h. l. legi vult *tamen* pro *tantum.* Idem ex uno Leid. affert lectionem *tantum luctum*, ex alio: *tantum luctum continuat. Mr.* „*Tantum luctûs* h. l. dictum est ut *tantum itineris* apud Tacitum Agric. c. 33." *Orell.* „*Accedi certe. Euryphilus* Ven. 1. 2. Med. 1. Sed hae duae *Eurypilus* dant. *Accedi. Certe eurypylus* Med. 2. Junt. Asc. 1. Ald. Car. Steph. Ed. Scur. plane caret distinctione." *Reisk.*

Certe Eurypylus etc.] „Placet Bentleii medela. Iam nihil scabrum, nihil hiulcum, si paucis mutatis, vel alio quidem ordine dispositis legas: *Certe Eurypylus hic quidem est. Abducet Patrocles, credo, ut collocet in cubili et vulnus obliget, si quidem homo esset. Sed nihil vidi minus. Quaerit enim, quid actum sit?*

Pat. Eloquere, res Argivorum praelio ut se sustinet!
Eur. Non pote tantum effari dictis, quantum factis suppetit
His laboris. Quiesce igitur, et vulnus obliga.
Pat. Tace.

Etiamsi Eurypylus posset, non posset Aesopus.

Eur. Ubi fortuna Hectoris
Nostram acrem aciem inclinatam,

Et caetera explicat in dolore. Sic est enim intemperans militaris in forti viro gloria. O hominem exercitatum! Ubi tamen luctus continuatur, vide quam non flebiliter respondeat; rationem etiam afferat, cur aequo animo sibi ferendum sit:

Qui alteri exilium parat, sibi
Eum scire oportet paratum, pestem ut partici-
pet parem.

Ergo haec veteranus, etc." *Bouhierius.* Ingeniosam esse hanc huius loci constitutionem, quis neget? veram, quis contendere ausit? „Sic rescribo: *Ubi tantum luctus continuatur, vide quam non flebiliter respondeat.* Loci huius sententiam turbavit hactenus, ni fallor, nota interrogationis post verbum *continuatur* importune collocata [etiam in Edd. Dav. Ern.]. Neque enim interrogat Cicero, sed memorat, quid in vetere sit fabula, unde Eurypylum producit et Patroclum, ambos Heroas, in quibus demonstret, quantum consuetudo et exercitatio ad tolerandum dolorem faciat." *Anonymus ap. Olivetum.* Delendum esse interrogationis signum iam monet vir doctus ad marg. Asc. nostrae secundae. Cod. Rehd. *nisi tantum luctus continuamur*, et supra lin. *Alii: ubi tantus luctus continuatur.* Billerb. „Nisi mavis, ait, corrigere sententiae convenientius: *Ubi* i. e. tum Eurypyli verbis, *tantum dolor contemnitur*; commodius *Hominem exercitatum* ad

respondeat: rationem etiam afferat, cur aequo animo sibi ferendum sit:

E. — Qui álteri exitiúm parat,
Eum scire oportet sibi paratam péstem, ut participét,
parem.

Marci sententiam addes, ut dicat: Vide, ut nunc, postquam ille tantopere luctum continuavit, homo exercitatus ad dolorem perferendum, non flebiliter respondeat. Graecismus, *vide hominem exercitatum* etc. pro vide, quam non flebiliter homo exercitatus respondeat, a Ciceronis usu non est alienus." Quod hoc quidem loco commode fieri merito negat Or., praesertim cum lectio *exercitum* satis tuta sit bonorum librorum auctoritate. *Mr.*

Continuatur] „*Continuatus* Ven. 1. 2. Med. 1. 2. rell. nostrae vett. Verba: *Certe — est. Hominem exercitatum* sunt Patroeli, desumpta ex aliquo poeta Latino tragico, qui finem Iliadis λ. nescio qua in fabula expressit; fortasse in Niptris Pacuvius (v. §. 48.). Sed verba *ubi tantum luctus continuatur* non intelligo [idem ego fateor cum Wolfio et Orellio]. Puto tamen poetae magis [potius], quam Tullii esse. Fortasse haec est sententia: necesse est hominem exercitatum esse, qui luctum continuare, hoc est, sustinere forti animo in tantum temporis potest." *Reisk.* Habes, lector, interpretum sive sententias sive hariolationes: quas, ut in re, quae ad liquidum perduci non posse videatur, lectorum iudicio subiicere meum esse duxi. *Mr.*

Rationem etiam afferat] *Etiam* omittit Cod. Gud. FAWolf. Koel. Schz. Or. ediderunt *affert*, plena distinctione post *respondeat* posita: et assentiuntur duo Oxx. Neque displicet Indicativus. Sed in optimorum librorum consensu nolui plura mutare, quam necessarium est. Quid? quod duo etiam Oxx. omittunt *non* ante *flebiliter*, et unus exhibet *referendum*. *Mr.*

E. Qui alteri exitium parat,] „Vide an legendum sit: — *eum, qui alteri exitium parat* | *Scire oportet, sibi paratum, pestem ut participet parem.*" *Nissen.* Nimirum ut evitetur Jambicus octonarius: quod necessarium non esse supra monuimus. Gud. 1. a pr. m. habet *exilum*, sed *i* supra scriptum. Eadem, quae Nissenium, causa movit Davisium, ut in Ed. 2. *eum* plane abiiciendum censeret. Bouh. *eum* monosyllabum esse monet laudato C. Wasio De Licent. vet. Poët. c. 9. 165 sq. Planckius l. c. p. 122. scripsit:

E. *Quei alterei éxitium parát, sibei cum* [eam] *scíre oportet*
páratum,
Pestem ut participét parem. P. *Eloqueré res Argeivûm, provîlio ut*
Se sústinet? E. *non pótis ecferei tantum dictéis, quantum*
Facteis suppetit labóris. Quiesce igitúr et volnus álliga.
Ubei fortuna Hectoris nostram acrem aciém incleinatám . . .

Bentleianum *opus est* pro *oportet* recepit Lallemannus. Unus Ox. *sciri*: alius *si* pro *sibi*. *Mr.*

Cap. 16. *Sibi* paratum, *pestem ut participet parem*] Sic optime doctissimus Bentleius. Vulgo, *sibi* paratam *pestem, ut participet parem*. *D.*

sibi paratam pestem, ut participet, parem] Receperunt Bentleii coniecturam, a nullo plane libro comprobatam, Lall. FAWolf. Koel. Or. eamque Kühn. egregiam appellat. Neque ego eam reprehendo, sed, dummodo distinguas, ut nos fecimus, non necessariam esse existimo: *sibi paratam esse pestem parem sciat, ut participet* i. e. ut eius fiat particeps. Unus Ox. pro *ut* habet *ut par*: duo alii *partem* pro *parem*. Solus Gud. 2. habet *speratam* pro *sibi paratam*. *Mr.*

Abducet Patrocles, credo, ut collocet in cubili, ut vulnus obliget. Si quidem homo esset. Sed nihil vidi minus. Quaerit enim, quid actum sit:

Abducet Patrocles] Vulgo *Patroclus*, ex coniectura Turnebi Advers. lib. IV. cap. 18. Nihil autem opus est a Mstis recedere, cum Graecis tam Πατροκλῆς quam Πάτροκλος dicatur. Vide Scholiasten ad Iliad. A, 337. *D.*

Abducet Patrocles] Scripserunt *Patroclus* Lamb. Fr. Fabr. Gebh. Gron. Tres Oxx. Vind. 1. Gud. 2. habent *patricolas*, tres Oxx. Mon. 1. Duisb. Gud. 1. *patricoles;* Aug. *patriculas*, Marb. *patricolos*. Mox Mon. 1. *collocetur*. Reg. *in cubiculi* (sic), cum Gud. 1.; *cubiculo* est in Codd. Aug. Rehd. Gud.-marg. Crat.; *cubiculis* in Marb. *Ut* omittit Cod. Rehd. ante *vulnus;* sed priori *ut* Aug. addit *se*. Pro *obliget* idem habet *obligeret*. Mon. 1. *obligetur*, Rehd. *obligent*. Ad v. *obliget* Reisk. praeter necessitatem volebat poni signum interrogationis. *Mr.*

Si quidem homo esset.] MS. in marg. Verb. *si quidem modo esset*. Ad formam enuntiationis vid. Garaton. ad Cic. pro Milon. 18. p. 224 sq. ed. Orell. Add. Matthiae ad eund. locum p. 243. Jentzen. in Censura Insignn. Locc. qui in Cic. I. de N. D. leguntur p. 20. Laudat Kühn. praeterea de Finn. III. 4: *si quidem, inquit, tollerem: sed relinquo*. Terent. Adelph. I. 2. 26: *illum tu tuum, si esses homo, sineres nunc facere;* laudato Ruhnk. in Dictat. Cf. etiam Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 114. Quare minime necessaria fuit Ernesti correctio *siquidem — est:* quamquam eam receperunt FAWolf. Schz. Or. Hic tamen ad Wolfii scholas nunc praefert *esset*. Sententia est: si humanum misericordiae sensum non exuisset. *Mr.*

Sed nihil vidi minus.] Beroaldus cum haberet in suis libris *Sed nihil videmus* [ut est in uno Ox. et marg. Asc. nostrae 2.] correxit *sed nihil minus:* et sic est in Codd. Aug. Guelf. Codd. septem Oxx. sex Gebhardi Reg. Bern. Gud. 1. Duisb. Mon. 1. 2. Vind. 1. Marb. Edd. P. A. B. S. C. Reiskianis Ven. 1. 2. Med. 1. 2., nostra Ven. Asc. 1. Aldina Reiskii: *sed nihil vidimus;* Asc. 2. Junt. *sed nihil minus vidimus*. Gud. 2. *sed nihilo minus vidimus*. Pro vulgata stant unus Ox. Vind. 2. Rehd. Gud. Edd. Vict. M. L. et reliquae veteres omnes, itemque recc. excepta Ern. ubi est: [*sed*] *nihil* [*vidi*] *minus:* quod artificium imitati sunt Bip. Ita autem Ern.: „Formula *nil vidi minus* hic aliena est: Cicero dedit *nihil minus*. *Sed* ortum est e syllaba finali praecedentis verbi. *vidi* abest a MS. Guelf." Nissen. „In his vitium esse, in promtu est. Puto legendum: *Sed nihil vidi minus*." Ego nihil vidi minus aptum. Or. in ann. „Vide, ait, ne Cic. scripserit: *sed nihil vidi magis:* quae formula, parum a librariis intellecta, ubique fere corruptelae obnoxia fuit." Idem ad Wolfii scholas, si ita legatur, intelligendum esse *mirum, incredibile*. Quod quomodo fieri possit, non facile dixerit. Tale quid qui intelligi vult, addere debet. Kühneri coniecturam, nec tamen probabilem illam, quamvis sit ex librorum lectionibus composita, *sed nihil videmus minus*, refert nullo addito iudicio. Sed, pergit, collato loco ad Att. XVI. 1. 1. *nihil vidi* [ubi item subaudiunt interpretes *foedius, turpius*] possit eadem Aposiopesi scriptum fuisse *nihil vidi* vel adeo *nihil vidimus*. T. Baden. in Seebod. Jahn. et Klotz. Annall. Philoll. Supplem. II. 3. p. 356. coniicit *nihil viri minus* (Nichts schickt sich weniger für einen Mann). Adhibet ad probandum hosce locos: Terent. Eun. I. 2. 74. *Eu noster! laudo. tandem perdoluit. vir es.* Horat. Epod. 15, 12: *Si quid in Flacco viri est.* Sed, quod pace

P. — Eloquere, rés Argivum praélio ut se sústinet?

viri amicissimi dixerim, nostri loci alia est ratio. In illa enim epistola est aposiopesis indignantis, quae hic locum non habet. Sententia, opinor, satis est perspicua: *sed nihil vidi minus humanum.* In seqq. marg. MS. Asc. nostrae 2. habet *qui actum sit.* Gud. *quid cantum sit.* Egregia correctione. Ad sqq. *ut — sustinet?* cf. Hor. Epp. I. 3. 12: *ut valet? ut meminit nostri? Mr.*

P. — *Eloquere, res Argivum proelio ut se sustinet?*] Bouhierius ad Bentleianam huius loci emendationem [q. v.] haec: „Placet scriptio *Argivorum*, metri causa. Sed versu seq. *tantum* videtur retinendum, et *laboris* bene convenit verbo *suppetit.* Quod vero Bentl. verba *Quiesce — obliga!* Patroclo tribuit, non videtur reputasse, Eurypylum, si ipse potuisset vulnus obligare, non ab alio auxilium petiturum fuisse. Poëta imitatus est sine dubio versum Homeri supra laudatum: *Ἀλλ' ἐμὲ μὲν σὺ σάωσον. Quiesce* igitur est i. q. sine me quiescere, estque disyllabum, metri causa: v. Wasium loco supra laud. p. 114. *Obliga* est in mea Ed. vet. et in aliquot Codd. idque servandum censeo, cum eo iam bis in eadem re usus sit Cicero. Cum Bentleio post illud verbum addidi *tace*: ut intelligamus in seqq. *Etiamsi Euryp. posset tacere.* De *Aesopo* fabularum actore quomodo Davisius potuerit dubitare, non intelligo. Histrionem nominat, sed tangit fabulae scriptorem, qui h. l. longam proelii descriptionem exponentem induxerat hominem, qui prae vulneris dolore vix loqui posset.“ Oliv. in Ed. Opp. Cic. et in Ed. peculiari, cui additae sunt Bouhierii annotationes, verba *Non potest effari — suppetit laboris* ut est adhuc in Edd. Grut. et Ern. Marco tribuit: estque haec ibidem Anonymi animadversio: „Cicero se quasi interponit, Eurypylum miserans, quaestionibus fatigatum a Patroclo, atque hunc alloquens *Non potest*, inquit, *effari tantum*.... Mox ad Eurypylum conversus, Hunc *igitur*, omitte, inquit, percunctatorem importunum, *quiesce, et*, quando quidem cessat obligare tibi *vulnus*, ipse *alliga.* At enim, inquit, orationem ab utroque avertens, *Etiamsi posset Eurypylus* quiescere, *non posset Aesopus* actor; cui necesse est declamare omnia, quae a poeta sibi commissa habeat. Hanc loci, opinor, huius interpretationem non mirabitur, qui meminerit, quam in talibus sit facetus Cicero.“ Unus Ox. habet *Colloquere*, alius cum Cod. Aug. *Eloquere, eloquere*: nimirum ut versui consulatur. Pergunt Marb. Aug. Mon. 1. Vind. 1. *rex Argivum*, eorumque ultimus in marg. habet *Agamemnon.* Bentleianum *Argivorum* recepit Lallem. Antiquissimi et optimi libri habent *Argivum*; nonnulli *Argivom*, ut ediderunt FAWolf. Or. alii. Duisb. *ut proelio.* Deesse aliquid, fortasse *Eurypyle*, in hoc versu iudicat Kühn. Grotefendii emendationem ex epistola affert Bill. hanc contextis subiectam: „P. *Eloquere* [Eurypyle], *rés Argivom proélio ut se sústinet.*

E. *Non pótis ecfari tántum dictis, quántum factis súppetit*
Labóris. P. *Quiesce igitúr tu, et volnus álliga* . . . . . .
E. *Ubí fortuna Hectoris nostram acrem áciem inclinatám* . .

Id quod Gellius IV. 7. super accentu nominum quorundam poenicorum annotavit, ad Graeca quoque nomina, romano modo proferenda, referendum est. Sic legimus *Hectórem* T. Q. I. 44. [ubi v. nostr. ann.] Quod nisi esset, versus ultimus ita distribuendus esset:

. . . . . E. *Ubi fortuna Héctoris*
Nostram ácrem aciem inclinátam . . . . . .

Varro L. L. IX. 3. ed. Gothofr. p. 104. 42 sqq. de nominibus Hectoris et Nestoris ita scribit: *Haec primo omnes, qui soluta oratione*

E. Non pótest ecfari tántum dictis, quántum factis súppetit Labóris —

---

loquuntur, dicebant, ut quaesterem, praetorem, *sic* Hecterem, Nestorem. *Itaque Ennius ait: Hectóris natum dé muro Troiáno tractari. Accius hoc in tragoediis largius a prisca consuetudine movere coepit, et ad formas Graecas verborum magis revocare; et a quo Valerius ait: Accius Héctorém nollèt facere, Héctora málleť; quod adventicia pleraque habemus Graeca, secutum, ut de nostris graecanicos quoque nominatos plurimum haberemus.* Schneider. Ausf. Lat. Gr. Formenl. I. p. 159. laudatis Martian. Capell. III. p. 76. ed. Grot. H. Stephan. de Abusu L. Gr. c. 4. veterem Latinitatem praetulisse *Castōris, Hectōris* docet. — Quum tamen *ubi* ambas syllabas correptas habere soleat, et *fortuna* (cf. T. Q. IV. 31. extr.), elisa postrema syllaba, melius primam syllabam acuat, altera versuum distributio praeferenda videtur. Tum vero fortasse post *Laboris* lacuna statuenda est, ut Patrocles versum sic incipiat: *Quiésce igitur tu, et vúlnus alliga*, „Eurypylus vero pergat: . . . . . (*At*) *ubi fortuna Hectoris* etc.“ *Mr.*

Non potis *ecfari*] Vulgo, *non* potest *effari*: quod Cl. Bentleius ob versum mutavit. *D*

Non potest ecfari] Bentleium secuti sunt Dav. FAWolf. Koel. Schz. Or. Tbh. Parum certe constanter, cum supra servaverint in eodem metro *non potest accedi*. Enuntiandum *pot'st*, ut scripsit h. l. Nobb. quamquam supra *potest* plene scripsit. *Potest* habent Codd. omnes, excepto Duisb. in quo est *potes*. *Ecfuri* corruptum esse in libris, nemo mirabitur. Est *haec fari* in Codd. Reg. Gud. I. 2. Mon. 2. tribus Oxx. Bern. Rehd. Edd. P. A. B. C. Asc. I. 2. Junt. Reiskianis Ven. I. 2. Med. I. 2. Ald. Starm. et habet vetus Car. Stephani: *hoc fari* est in tribus Oxx. Mon. 1. marg. Asc. 2. MS. Edd. Ven. nostr. HWolf., *hoc effari* in uno Ox. Aug.; *effari* in Codd. Duisb. Vind. 2. edd. rell. vett. Solus Cod. Vind. I. *effari*. *Tantum* iubente Bentl. deleverant Lall. et Both. In Cod. Duisb. est *Laboris suppetiť*; in Gud. *suppetēt*. *Mr.*

Non potest ecfari] „Mi quoque sunt versus et poëtica. Sed *potest* non rectum videtur: nam *ecfari* non passive dicitur. Itaque bene Bentleius *non potis*.“ *Ernestus*. Reiskius ad h. l. „Fortasse hic concipiendus est locus: *Euryp. Non potest hoc fieri. Tantum dictis, quantum factis laboris suppetit. Quiesce igitur et vulnus alliga.* Sunt verba poëtae ex persona Eurypyli. Tum Cic. iubiisset: *Etiamsi Eurypylus posset*, haec scilicet: eloqui: tamen *Aesopus non posset*; tam multa sunt. Et tamen interea, dum Patroclus vulnus Eurypyli obligat, incipit Eurypylus sic narrare: *ubi fortuna Hectoris*. . .“ Nissen. l. c. p. 54: „*Non potest ecfari. Tantum dictis* etc. Sic enim scribendum existimo. Sensus est: non potest narrare. Nam dicere tam difficile est, quam facere. Alii haec Patroclo tribuunt. In his. *Etiamsi Euryp. posset*, intelligo *ecfari*.“ Optime Orellius (contra Bentl. et Wolf. qui verba *Quiesce — alliga* Patroclo tribuunt, ita ut B. ad *non posset Aes.* intelligat *tacere*, hic *vulnus sibi alligare*) optime, inquam, Or. „Rem, ait, obscuriorem equidem sic animo mihi informavi: Duorum fortissimorum heroum, Eurypyli et Patrocli, exemplum repetitur e tragoedia: (Epinausimache Attii, ut vidit Delrio) ille vulneratus medicinam modo requirit, nullo ploratu edito: miseretur saucii amici primum Patrocles, longumque luctum continuat; consolatur eum Eurypylus ipse verbis *qui — parem*; quibus confirmatus Patrocles, vulneris obligandi iam veluti obliviscitur,

Quiesce igitur, et vulnus alliga! b.
Etiamsi Eurypylus posset, non posset Aesopus:

petitque, ut narret sibi Argivorum proelium. Tum Eurypylus: *Non potis — laboris:* at desine paullisper, si videtur, me interrogare, vulnusque ante omnia meum alliga; mox omnem rem tibi enarrabo. Quod dum fit, longam ὁῆσιν *Ubi — inclinatam* medio in dolore recitat, quam, inquit Cicero, poterat poëta sine reprehensione tribuere veterano fortissimo: non item Aesopus, homo bello non exercitatus, posset proferre, si ipse esset sauciatus. Ad v. *posset Aesopus* supple igitur: tam fortiter narrare proelii vicissitudines." *Mr.*

Volnus adliga] Lambinus ex veteri libro reposuit *vulnus obliga*, nec aliter habet Med. Deserenda tamen non est optimorum Codicum lectio. Livius VII, 24. *Consul*, vulnere adligato, *revectus ad prima signa.* Ibi plura locutionis huius exempla congessit J. Fr. Gronovius. Addi possint et haec Bedae H. E. IV, 22. *Residens, sua* vulnera, *prout potuit, ipse* adligavit. Pari modo *dissolutam hemicranii iuncturam componere atque adligare* dixit idem V, 6. *D.*

Quiesce igitur et vulnus alliga!] „Veteres Codd. habent *obliga*, quos Lambinus sequitur." *Sylburg.* „Hoc est Eurypyli." *Ern.* Minus bene haec Patroclo tribuit Wolfius. Quod pro lectione *alliga* contra Lambinum Davisius laudavit Gronovium ad Livium, non reprobo: sed ipse Cicero advocandus erat de Div. I. 54. 123: *quum Critonis oculum alligatum vidisset*, ubi vid. nostr. annot. p. 269. Post *igitur* FAWolf. ex coniectura addidit *tu*, eumque secutus est Schs. Glossam *obliga* pro *alliga*, vel, si mavis correctionem, habent unus Ox. Vind. 1. Aug. et Marb. Bentleianas emendationes *Laberie* et *alliga. tace!* nemo praeter Lallemannum amplexus est. Recte. Nam hoc quidem est ludere. *Mr.*

Etiamsi — Aesopus] „*Etiamsi Eur. non posset, posset Aesopus*: in calamo scriptis Codd. reperio, nec condemano, hoc sensu: Etsi Eurypylum virum fortem puderet Patroclo dicere, quiesce desineque interrogare me, quo loco res Graecorum sit, vulnusque meum alliga: non tamen Aesopum tragoedum id puderet proloqui. Igitur Eurypylus effari et narrare incipit laborem et inclinationem aciei Graecorum in dolore." A. *Turnebus* Adverss. IV. 18. p. 129. Errat igitur Lamb., Turnebum dicens legisse: *Etiamsi Eur. posset, non posset Aes.* castigatus iam eo nomine ab Jac. Spondano in Obss. in Turn. Adv., ut monuit ad eam Lambini animadversionem F. N. Kleinius V. Cl. Explicat Lamb.: Etiamsi Eur. posset tot verba facere et percunctanti Patroclo singillatim respondere, ut vir fortis et homo militaris; tamen Aesopus, qui eius partes agit, non posset. Priorem tamen illam [quam Turnebi existimabat] sententiam non improbamus." Beroaldus denique ita explicat: „Si Eur. potuit vulneratus talia fortiter ferre, quanto magis posse debet Aesopus histrio, dum agit eam fabulam sustinetque personam Eurypyli commentitiam, ex instituto scenico atque ex fabulae argumento." *Mr.*

Etiamsi Eurypylus posset, non *posset Aesopus*] Pal. tert. *etiamsi Eurypylus* non *posset, posset Aesopus*, et ita quidem rescripsit Hadr. Turnebus Advers. IV, 18. Incommode quidem: nec ceterorum librorum fides videtur in dubium revocanda, nam haec de veterano milite dici, non de histrione, qualis erat Aesopus, ex sequentibus patet. *D.*

Etiamsi — non posset Aesopus.] Duo Oxx. *Etiamsi Eur. non posset.* Verba seqq. *non posset* omittit Gud. In Cod. Vind. 1. est *Exopus.* Schz. hanc ann. fecit, quam merito miram appellat Or.: „Verba *etiam si — Aesopus* ponenda videntur post versum *non potis ecfari*

— — *E. Ubi fortuna Héctoris*
nostram, ácrem aciem inclinátam —

et cetera explicat in dolore. Sic est enim intemperans militaris in forti viro gloria. Ergo haec veteranus miles facere poterit, doctus vir sapiensque non poterit? Ille vero
40. melius, ac non paullo quidem. Sed adhuc de consuetudine

— *laboris*, nisi forte legendum: *etiamsi Aesopus posset* (quiescere), *n. p. Eurypylus*." Gebhardus refert tertium Palatinum habere eam lectionem, quam ipse cum Lambino perperam Turnebo adscribit — *non posset, posset* —; in quo errore, non inspecto Turnebi libro, fuerunt etiam Goth. Fr. Fabric. Sylburg. *Mr.*

ubi fortuna Hectoris etc.] „Verba Eurypyli dolenter disserentis, quem ad modum Hector fundat, fuget, sternat aciem Graecorum iam in fugam inclinatam. Verbum etiam tale aliquod subintelligendum est." *Beroaldus.* Post *Hectoris* unus Ox. pergit *animam aptam incl.*; alius *nostram aciem etiam incl.*, duo omittunt *acrem* cum Edd. Vett. Rob. Steph. Ald. Lall. Et hic quidem ex Bentleii sententia. Cod. Rehd. habet *aciem acrem.* In seqq. Duisb. omittit *est*, Rehd. et Gud. *enim*, Gud. 2. vocem *militaris.* Rehd. habet *in viro forti. Mr.*

Ergo — non poterit.] In hac conclusione a minore ad maius recte Kühnerus monet hanc esse formulam Ciceroni usitatam, laudans infr. III. 16. 31. de Off. I. 31. 114. ibiq. Beier. p. 245. Goerenz. ad Cic. de Finn. I. 21. extr. p. 102. II. 33. 110. p. 286 sq. Illo autem loco Beierus, ut erat homo miro acumine et aliorum carpendorum studiosissimus, Goerenzium vituperat, quod hanc conclusionem [*Ergo histrio hoc videbit in scena: non videbit sapiens in vita?*] cum aliis dixerit esse conclusionem a minori ad maius, cum sit potius conclusio a maiori ad minus: „*Ergo*, ait, in duplicis interrogationis principio particula est urgentis, et eius quidem, qui maius et minus quoddam comparans, absurdum fore *insinuat*, [elegantissime!], ni locum habeat valeatque illud, quod facilius exspectari queat, quum adeo de eo, quod magis mirere, satis constet." In quo virum sagacissimum ratio fefellit. Re vera enim ab eo, quod minus est, quod minoris est, neque admodum difficile (nimirum, ut actor scenicus fabulam personamque eligat sibi accommodatissimam), ad id, quod maius est et maioris, (videlicet ut suum quisque noscat ingenium,) quodque re vera est difficilius, (quamquam necessarium, si quis vir sapiens est futurus) conclusio fit. — Cod. Mon. 1. habet *ergo hoc.* Verba *doctus — poterit* desunt in duobus Oxx. Pro *sapiensque* est *sapiens* in Edd. Asc. 2. [marg. MS. addit *que*] Junt. B. C. V. A. Rob. Steph. Pergunt eaedem (excepta A.) *facere non poterit*; A. *facere poterit.* Mox Cod. Aug. *ac non paulo ante quidem. Mr.*

Adhuc de consuetudine et exercitatione] Vulgo, *de consuetudine adhuc exercitationis.* Sed mihi non placet loquendi modus, nec in aliis locis ipsi Tullio placuit. Nos igitur Eliens. primum sequimur, ut Ciceroniano mori geramus morem. Sic lib. I. de Offic. cap. 18. *Ut nec medici nec imperatores — quidquam magna laude dignum sine* usu et exercitatione *consequi possunt; sic — rei magnitudo* usum *quoque* exercitationemque *desiderat.* Sic *de exercitatione et consuetudine* dixit infra cap. XVII. *D.*

Sed adhuc de consuetudine exercitationis loquor:] Non nego magis mihi placiturum fuisse, quod dedit Davisius: sed cur Ciceronem loqui doceamus? Sequimur igitur Edd. reliquas et Codd. opti-

exercitationis loquor: nondum de ratione et sapientia. Aniculae saepe inediam biduum aut triduum ferunt. Subduc cibum unum diem athletae: Iovem Olympium, eum ipsum,

---

mos Reg. Gud. 1. 2. Aug. Mon. 1. 2. Gud. Duisb. octo Oxx. Marb. Vind. 1. Unus Ox. habet *de consuetudine exercitatione* marg. Crat. *et exercitatione*. Vocem *adhuc* Edd. praeter Dav. et Tbn. omnes ponunt post *consuetudine*, Codd. exceptis Rehd. et Vind. 2. omnes, ut nos. Mox unus Ox. et Gud. 2. *non* pro *nondum*. Mon. 1. Vind. 2. *ac sapientia*. Bene monet Billerb. esse h. l. *ἓν διὰ δυοῖν* pro: *de rationibus ex sapientia petitis*. Quod autem ad h. l. recentissimus editor monuit: „Haec [*Sed de consuet.*] videntur indicare, Tullium iam de ratione et sapientia dicturum esse, postquam satis dixerit de consuetudine exercitationis. Veruntamen idem argumentum retractans novis exemplis ulterius persequitur et illustrat. Itaque verbis: *Sed — sapientia* nihil aliud videtur voluisse, nisi ut, quam late pateret consuetudo exercitationis, quantamque vim illa haberet et efficacitatem ad dolores et labores perferendos, demonstraret:" in hoc aliquid est erroris. Postquam enim dixit Marcus: *Ergo — miles haec poterit facere — vir sapiens non possit?* ipse sibi respondet dicens: *imo vero vir sapiens melius*. Ut vero significet, se nondum de rationibus loqui ex sapientia repetitis, statim subiicit: *sed adhuc de consuetudine exercitationis loquor*, de qua plura etiam addere in animo est, antequam ad illas accedam: quod fit cap. 18. Ceterum lectionem *de consuetudine et exercitatione* habet etiam HWolfius in parenthesi iuxta vulgatam, ut nescias, utrum ita legi, an ita intelligi voluerit locum. Inutilem fecit coniecturam Gebhard. in Crepund. p. 469. ex lectione unius Cod. *anicenae* corrigens *anicellae* laudato Varrone L. VIII. [de L. L. p. 116. ed. Amst.] In Cod. Marb. fortasse a correctore acutulo scriptum est *aviculae*. *Mr.*

Subduc cibum — non posse clamabit] Hoc ait, quod Athletis non modo cibi genus atque copia, verum etiam horae quibus victum sumerent, erant praescriptae, unde factum ut a Graecis *ἀναγκοφαγία* diceretur. Rationem nominis ab eo quidem petit Hier. Mercurialis Art. Gymn. lib. I. cap. 15. quod plus, quam ferre possent, edere cogerentur. Eadem mens est H. Hammondi ad 1 Cor. IX, 25. Sed falluntur. Vide Pet. Fabrum Agon. lib. III. cap. 3. et Joch. Kuhnium ad Aeliani lib. XI. cap. 3. Alioqui vero celebris est Athletarum voracitas, *quorum vita et ars sagina est*, ut loquitur Hieronymus adv. Jovin. lib. II. pag. 366. Omnino vide Athenaeum lib. X. pagg. 413, seqq. *D.*

Subduc cibum unum diem athletae?] Ad rem adde quos laudat MW. Heffter. in libro, qui inscribitur: Die Götterdienste auf Rhodus I. p. 22. (8. Zerbst. 1827.): praeterea A. Willet. ad Galeni Adhort. ad artes p. 116 sq. (8. Lugd. B. 1812.) ibiq. laudd. — Unus Ox. habet *subducunt cibum*; Gud. *subducunt cibo unicum*. Mon. 1. *subduci cibum in unum*. Post *subduc* additur *enim* in Edd. a Reiskio collatis omnibus, excepta Car. Steph., P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Cod. Mon. 1. habet *atlete*. Cod. Gud. 2. habet *cubum* pro *cibum*. *Mr.*

Iovem, *Iovem Olympium*] Vulgo *Iovem* non geminant; quod nos auctoritate Msti Gryphiani fecimus. *D.*

Iovem Olympium] Quae placebat Bruto receptaque est a Davisio vocis *Iovem* geminatio, in narrationem nescio quid supervacaneae commotionis inferens, a nullo Codice confirmata, a nemine recepta est. Neque magis probabilis est contraria correctio a Valckenaerio

cui se exercebit, implorabit: ferre non posse clamabit. Consuetudinis magna vis est. Pernoctant venatores in nive: in montibus uri se patiuntur. Inde pugiles, caestibus con-

---

in Diatr. Eurip. p. 79. prolata, qui legit: *Subdue cibum — athletae, Iovem, cum ipsum* [hic, ait, sciolus forsan adscripserat *Iovem Olympicum*], *cui se exercebit, implorabit.* Davisianam rationem improbabat etiam Bouh., qui tamen distinctione immutata scribi volebat *Iovem, Olympium cum ipsum, cui se exercebit, implorabit.* Contra Valckenaeriam monet Or.: glossatorem posituram fuisse nonnisi *Iovem*, si scriptum fuisset a Cicerone *cum ipsum:* si aliquid suspicionis inferendum esset, de lectione *eum* dubitari posse. Quamquam ego ne hoc quidem probaverim. — *Olympicum* est in uno Cod. Ox. et uno Leid. Tum Gud. 2. *exercebat*, superscripto *i.* Gud. *exercebunt, implorabunt*, — *clamabunt.* Unus Ox. *excerpit. Mr.*

ferre non posse clamabit] Teste Or. Lambinus solus ex coniectura edidit *se non posse:* eum secutus est Fr. Fabr. Probat additum *se* Buhierius, cum in uno Leid. reperisset *non posse se*, idque recepit FAWolf. eumque secuti Koel. Schz. Nobb. Probat factum Kühnerus; merito improbat Handius ad Wopkens. p. 13. et pridem Wopk. ipse p. 12. pluribus ille allatis exemplis et interpretum annotationibus, quas v. l. c. Add. nos ad Cic. de Div. I. 54. 124. p. 271. Neque Valcken. l. c. de addendo *se* cogitavit. Cf. etiam Madvig. in Cic. libros Philos. I. p. 114. Cod. Aug. habet *fere* pro *ferre*. Mox Cod. Vind. 1. *magna est vis. Mr.*

in montibus uri se patiuntur] „Sc. frigore et nivibus, Virg. *penetrabile frigus adurit* [Georg. I. 93.] Lucan. [Phars. IV. 52.] *urebant montana nives.*“ *Bervaldus.* „Certe bonus sensus patitur, ut locum debeat habere traiectio, quam suspicabatur pater libro II. Obss. c. 2. [J. F. Gronovius] hic factam: [v. ann. Dav.] nisi quod in vulgata idem utique intelligi debet ac potest. Et ut nix cum pernoctatione iungitur, sic frigora cum nocte apud Ovidium: *Longa pruinosa frigora nocte pati* et frequens apud poetas.“ *Gronovius.* „*Pernoctant*, atque sic acerrimum frigus perferunt; *in montibus*, ubi radiis solis in primis sunt expositi. Non video, quam Gron. et Dav. quaesiverunt, corrigendi causam.“ *Niesen.*

Pernoctant venatores in nive: in montibus uri se patiuntur. Inde *pugiles*] Oratio minus recte procedit: nam *uri* de iis, qui frigus tolerant, dici simpliciter haud potest. Igitur J. F. Gronovius Observ. lib. II. c. 2. traiectionem suspicatus legit, *pernoctant venatores in montibus, in nive uri se patiuntur.* Ant. autem Augustino et Fulv. Ursino placent *nudi*, non *inde, pugiles*. Nec hi nec ille quidem absurde. Videamus tamen an a nobis felicior adhiberi possit medicina. Lego, *pernoctant venatores in nive; nive in montibus uri se patiuntur Indi: pugiles caestibus* etc. *Urere* quidem *nive, gelu, frigoribus* passim Latini. Ovidius Fast. I, 680.

Nec nova per gelidas usta est herba nives.

Et IV, 918.

Nec sic marmoreo pallet adusta gelu.

Vide sis et Metam. XIV, 763. Trist. lib. III. El. IV, 48. et lib. V. El. II, 66. Claudianus Laud. Serenae vs. 6.

Quos neque frigoribus *Boreas, nec Sirius* urit
Aestibus.

Ne vero nimis hoc Poeticum censeamus, prohibent Auctores. Minucius Felix Oct. cap. XVII. *Ne hiems sola* glacie ureret. Iustinus lib. II. cap. II, 9. *Quamquam continuis* frigoribus urantur. Ambro-

tusi, ne ingemiscunt quidem. Sed quid hos, quibus Olym- 41.
piorum victoria consulatus ille antiquus videtur? Gladia-

---

sius Offic. lib. I. cap. XIV. n. 55. *Radices arborum* urantur frigore. Sed de phrasi satis; quod vero nivis montanae viri summa patientia tolerent Indi, constat: nam *apud eos sunt, qui omne vitae tempus nudi exigant, Caucasi montis glaciali rigore corpora sua durantes.* Verba sunt Valerii Maximi lib. III. cap. III, 6. ext. Vide et nostrum lib. V. cap. 27. *D.*

in montibus uri se patiuntur.] Cod. Aug. *et in.* Unus Ox. *vidisse* pro *uri se.* Kühn. quoque *uri* de frigore intelligit, laudato Justin. II. 2. 9: *quamquam continuis frigoribus urantur:* additque *uri* non esse de *solis calore* intelligendum: hanc enim interpretationem abhorrere a linguae latinae ingenio. Id quidem probari nequit. Est in ipsis his libris I. 28. 69: *quod aut frigore rigeant, aut urantur calore.* Quod si vero contenderit aliquis, *uri* addito demum *calore* hanc accipere significationem, ei reponimus, id ipsum, et magis etiam, esse in contraria: nusquam enim *uri* simpliciter de frigore ponitur, nisi addatur vel ipsum frigus, vel gelu, vel nix: *uri* vero proprie de calore dici qui neget vix fore credo. Standum igitur videtur a Nissenii partibus, cui Wolfius in scholis accedit, et Orell. *Mr.*

Inde pugiles caestibus contusi] „*Nudi* pro *inde* videtur legendum, quomodo emendavit Ant. Augustinus, sive ex ingenio, sive ex auctoritate veterum librorum." *Ursinus.* „Vult Cicero tantam vim esse consuetudinis, ut pugiles, caestibus contusi, ne gemitum quidem edant. Cum hoc non viderent A. Aug. et F. Urs., legebant *nudi pugiles*; qui minime sunt audiendi: nam primam vocem intemeratam servant omnes MSS." *Dav.* in Ed. 1. Eodem, quo Dav. in hac ann., modo *inde* explicat Nissen. Ernestus vero „*Inde*, ait, alienum est. An *viden'?*" Or. valde languere ait *inde*, et necessario videri legendum: *vide pugiles: cestibus contusi* etc. Non displicet *vide*: sed ferri potest *inde*, si de consuetudine exercitationis intelligas. Lamb. et Fr. Fabr. omittunt *inde*. Duo Oxx habent *unde*. In marg. Ed. Ven. Alt. pro *inde* est *Elide*. De scriptione *caestibus* v. *cestibus* v. Nolten. Lex. Antibarb. s. v. p. 33 sq. Cellarii Orthogr. s. v. Cod. Marb. habet *pugilles celestibus*. Mon. I. *cetibus*. De *caestu* v. H. Mercurialis de Arte Gymnastica p. 152 — 156. (Amst. 1672. 4.) Pro *contusi* Cod. Aug. habet glossam *vulnerati*. *Mr.*

quibus Olympiorum — videtur?] „Dictum est in primo commentario, quod Olympionices, i. e. victor in Olympicis ludis, habebatur apud Graecos in eo ferme honore, quo apud Romanos triumphans imperator. Vincere Olympia est perinde ac consulatum adipisci." *Beroaldus.*

Quibus Olympiorum victoria consulatus ille antiquus videtur] Mss. Colon. et Cantab. habent, *quibus Olympiorum victoria nihil antiquius videtur.* Sane licet ea lectio Scholiastae debeatur, Tullii mentem non inepte declarat; nam *magnis in laudibus tota fuit Graecia, victorem Olympiae citari*; ut ait Corn. Nepos Praef. §. 5. Cicero pro Flacco cap. 13. *Atinas pugil, Olympionices? Hoc est apud Graecos (quoniam de eorum gravitate dicimus) prope maius et gloriosius, quam Romae triumphasse.* Vide nos ad lib. I. cap. 46. et Pet. Fabrum Agon. II, 16. *D.*

quibus Olympiorum etc.] Unus Ox. omittit *consulatus*. In Codd. Gud. 1. 2. Aug. Edd. Reiskianis Ven. 2. Med. 1. 2. Ven. nostr. Asc. 1. est *consolatus*, in Ven. 1. *consolatus*. Cod. Duisb. habet cum Col. *vict. nihil antiquius* quod non debebat probare Bill. Nisi forte *siquo-*

tores, aut perditi homines, aut barbari, quas plagas perferunt! quo modo illi, qui bene instituti sunt, accipere plagam malunt, quam turpiter vitare! quam saepe apparet nihil eos malle, quam vel domino satisfacere, vel populo! Mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos, qui quaerant

---

νικῶς fecit. Fr. Fabr. ad h. l. haec: „Haec me sic interpretari memini: Quid ego athletas commemoro? Quibus Olympiorum victoria tanti est, quanti nobis Romanis fuit antiquus ille consulatus, qui dignis amplissimo illo honore tantum mandabatur: ut antiquus consulatus opponatur novo, qui tum a Julio Caesare amicis ipsius etiam indignis atque adeo in unum diem, ut Caninio Rebilo, cum magno contemptu magistratus, committebatur.“ *Mr.*

Gladiatores, aut perditi homines etc.] Unus Ox. *Gladiatores autem*; idem mox *perferuntur*. De Gladiatoribus vid. Hier. Mercurial. de Arte Gymn. p. 193 — 195. in primis autem Hoffmanni Lex. Univ. s. v. *Gladiatorii Ludi*. T. II. p. 396 sq. — Mox Cod. Vind. 1. *plagam malunt accipere*. Rehd. *accipere malunt plagas*. Gud. 1. *plaga malunt*. Gud. 2. *plagam in altum quam*. Est etiam *plagas* in duobus Oxx. Tum Mon. 1. omittit *nihil*; unus Ox. pro *nihil eos* habet *eos nisi*. Marb. habet *eos velle quam vel populo satisfacere vel r. p.* (rei publicae). Duisb. habet *quam domino placere*. Vind. 1. *quam vel domino vel populo satisfacere*. *Mr.*

vel domino satisfacere vel populo] „Munerarium significat, id est, editorem muneris gladiatorii, qui familias gladiatorum a lanistis comparabat.“ *Beroaldus*. In seqq. Bouh. ex sua Ed. vet. hanc affert lectionem: *Ac tunc etiam vulneribus confecti ad dominos mittunt*: cuius lectionis nullum alibi est vestigium. Pro *vulneribus confecti* unus Ox. *vel veribus conficti*: cur non etiam *vel verubus confixi?* Gud. *mittuntur*. Vind. 1. *afflicti*. Aug. *affecti*. Verb. refert Davisium legere *defecti*: quod si verum est, in Ed. prima fuit, merito in seqq. correctum. In seqq. Mon. 1. *quaerant qui velint*. *Mr.*

si satis his factum non sit,] „Hoc cum optimam eloquatur sententiam, cur supprimere debui? scio et sine negatione sensum explicari non incommode, ut in Edd. extat: sed quod non commentus sum, sed reperi, sine fraude, ut opinor me reperisse testari possum.“ *A. Turnebus* (Adversarr. IV. 15. p. 129.). „*Non* addit Turn. ex MS. Ego autem olim, antequam vett. Codd. ad manus meas pervenissent, conieceram legendum *nisi satisfactum iis sit*, quod idem valet. Et vero quoniam, libb. vett. de integro aditis et consultis, in uno tantum reperi negationis particulam, in duobus *ni satisfactum iis sit*, in aliis *si satisfactum iis sit*, ut in vulgg., ego meam emendationem Turnebi coniectura veriorem esse puto. *Lambinus* [Edidit autem L. *si iis satisfactum non sit.*] *si satisfactum iis non* sit; sec. Sic Lambinus ex sententia Turnebi, cui accedit Pal. sec. *si satis iis factum non sit*. tert. *si satis hic factum non sit*. alii ex coniectura *in satis factum sit*. vulgo *satis factum iis sit*. Vatic. *si satis his actum sit*.“ *Gebh.* „Non equidem scio in Vaticano esse *actum*, sed cum aliis *factum* illic quoque exstare testatur mihi manus ignota. Caeterum tmesis illa alienari a Cicerone nequit, qua ille admodum delectari solet, utque etiam affirmativa illa oratio; unde eam hic recepi [*si satis his factum sit*], idque ex adhortatione etiam et explicatione verissima patris [Obss. II. 2. p. 225 sq.], ubi *si* etiam expungit, quod imitari non ausim in tanta veterum exemplarium conspiratione ad id retinendum.“ *Gronov.* — Gronovius pater l. c. improbata Turnebi explicatione (a Lipsio Saturn. II. 21. recepta) „Id, ait, fortitudinis

quid velint: nisi satis iis factum sit, se velle decumbere.

exemplum non est, et repugnat Ciceronis proposito. Ego nec sententiam illam censeo esse, et librariorum ludibria nihil aliud ostendere censeo, quam Ciceronem scripsisse *satis his factum sit*. Non vult rogasse vitam, sed defatigatos deque victoria vitaque desperantes differre mortem et contari se submittere ad audiendum illud *Recipe ferrum*, donec a dominis testimonium operae satis gnaviter editae impetrent: significantes, si iudicio illorum nondum responderint, se, quamquam paene confectos, ultimis viribus advocatis ad restitandum et ad impediendum victoriam obduraturos; sin, se commeatum sibi mortem fortiter subeundo daturos. Verbum *satisfacere* sic apud Quintilianum Declam. CCCV: *Plurimum tamen adhuc ad dolorem pertinet, quod te spectante pugnaverunt: ille gravissimus dolor, quod ad inimici voluptatem satisfecerunt.* Fraudi fuit praeter ignoratum arenae morem τὸ *si* omissum et τιμῆσις τοῦ *satisfactum*, quae gratiam orationis auget." Bouhierius respiciens quae praecesserunt (*nihil eos malle, quam vel domino satisfacere vel populo*) ita explicat: Gladiatores adeo maioris existimant satisfacere dominis, quam vivere, ut, cum victi sunt, mittant qui dicant se mori paratos esse, siquidem id placeat dominis. Admodum probabant illud obsequium Romani, et, huius ipsius mortis contemptus causa, nonnunquam iis vitam concedebant." Tangit nostrum locum etiam J. F Gronov. Obss. IV. 20. p. 315. ed. Daventr. *Mr.*

Si satis his factum sit] Hadr. Turnebi Codex, *si satis his factum non sit*, negantemque particulam repraesentant Pall. sec. tert. Cum iis facit vir doctissimus Advers. IV, 18. et eodem sensu D. Lambinus rescribendum coniicit *ni satisfactum sit*. At omnino sana est lectio iam recepta, nam vult Tullius miseros illos homines non ante iugulum praebere, quam a Dominis operae gnaviter editae reportent testimonium. Hunc sensum recte vidit J. F. Gronovius Observ. II, 2. qui tamen primam vocem, quam retinent Mss., male repudiavit. *D.*

nisi satis iis factum sit,] Videamus primum de libris. Quinque Oxx. *si satisfactum iis sit*, quatuor cum Reg. Aug. Gud. 1. 2. Bern. Marg. Vind. 1. 2. *si satis his factum sit*; Rehd. *si satis iis factum sit* cum Mon. 2.; Duisb. *satis hoc factum non sit*. Gud. *si satisfactum sit his*; Mon. 1. *si satis id factum sit*. Edd. Reiskk. praeterea P. A. B. E. C. V. M. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Car. Steph. Boul. Brut. Ald. Sturm. Sylb. HWolf. Leod. *si satisfactum iis sit*. Grut. Verb. Dav. Ern. Lall. Tbn. *si satis his factum sit*; FAWolf. Kocl. Schz. Or. Nobb. *si satis his* (Or. iis) *factum non sit*. Ego cum in duobus Lambini codd. fuerit *ni*, quod, si scriptum fuit *n*, legi etiam debet *nisi*, hoc rescripsi, ut haec prodeat sententia commodissima: „se iam necem usque, et ita depugnasse ex voluntate domini, ut vulneribus plane sint confecti: sed si ne hoc quidem satisfaciat dominis, decumbere etiam et mortem appetere (ferrum recipere) esse paratos." Omisso *ni* (quod quam facile intercidere potuerit, vides) hanc prodire sententiam ait Or.: „dummodo dominis fortitudine sua satis fecerint": sed vereor ut *si*, ita positum, pro *dummodo* dictum a Cicerone unquam sit positum, ubi fieri vix potest ut aliam sententiam reperiat lector, quam hanc, ut a gladiatoribus pendere videatur, utrum, dominis iubentibus, pugnare diutius velint, quamquam vulneribus plane confecti, an decumbere. Quare neque, si additum sit *non*, hanc sententiam plane possum probare ab aliis prolatam: „si satis fortes et exercitatos sese non praebuerint, dominorum e iudicio libenter se morituros." Dicere mihi videntur hoc: fortissime quidem

Quis mediocris gladiator ingemuit? quis vultum mutavit unquam? quis non modo stetit, verum etiam decubuit turpiter? quis, quum decubuisset, ferrum recipere iussus collum contraxit? Tantum exercitatio, meditatio, consuetudo valet. Ergo hoc poterit

p. 184. a. *Samnis, spurcus homo, vita illa dignu' locoque:*

---

se pugnasse, sed iam vulneribus confectos pugnare ultra non posse. Quod si ne nunc quidem dominis satis sit factum, velle se etiam si domini iusserint, ultima pati. Beierus ad Fragmm. Or. pro M. Tullio p. 46. vulgatam (quam dicit, quamquam in nullo est libro, nec MS. nec Ed.) *satis his factum sit: se velle decumbere* servari vult, ut sit in his et protasis et apodosis, ante protasin vero omissum sit cum vel *dum*. Quae sunt ex eo genere, ut, si Cicero ita scripsisset atque intelligi voluisset, Ciceronem ipse exuisse existimandus esset. *Mr.*

se velle decumbere] Cod. Gud. 2. *discumbere* cum Duisb. Posterior habet *quis modo gladiator*. Aug. *de gladiator*. Sola Ed. Junt. omittit *vultum*. Pro *non modo* Gud. et unus Ox. *non modo non*, quod est correctoris, qui constructionem non intelligeret, nisi addita altera negatione: cum haec tamen sententia sit satis perspicua: nullus gladiator non modo non stetit unquam turpiter, sed ne decubuit quidem turpiter. Quod h. l. dicitur *turpiter stare*, eius contrarium habes Epp. ad Famm. I. 4. prc. *cum in senatu pulcherrime staremus*. Cod. Aug. *fortiter* pro *turpiter*. *Mr.*

Quis, quum decubuisset,] Cod. Mon. 1. *qui*. Unus Ox. omittit *quum*. Cod. Reg. *decubisset*, ex quo errore sine dubio ortum est, quod habent tres Oxx. et Marb. *debuisset*. Gud. 2. *discubuisset*, constanti errore. Pergit Gud. *iussus recipere ferrum*. Duisb. *percipere*. De formula *ferrum recipere* vid. A. Matthiae ad Cic. Or. pro P. Sextio 37, extr. p. 134. (Lips. 1830.) O. M. Müller. ad eund. locum p. 110. ibiq. laudd. Pro *contraxit* Cod. Suffridi habere ait Gebh. *retraxit*, quod in Crepund. p. 370. probare videtur: immerito. Unus Ox. *contexit*. — *Meditatio* hanc habet sententiam, quam nonnunquam graecum μελέτη (Vorübung), unde latina vox originem duxit. Gud. 2. habet *valet consuetudo*. Unus Ox. in seqq. omittit *hoc* post *ergo*. *Mr.*

Samnis spurcus homo] Lucilii versus est e libro Satirarum quarto. Vide Nonium in *comparare* et *spurcum;* nam lapsus est Victorinus qui de rat. Metr. col. 1963. eius auctorem facit Ennium. D.

Samnis, spurcus homo, etc.] Quatuor Oxx. Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Reiskk. Ven. 1. 2. Med. 1. 2. *Samius*. Gud. *sanus*. Rehd. *sane spurcus poterit homo*. Vind. 1. *samnius*. Locus Lucilii IV. 10. hic est:

Aeserninu' fuit Flaccorum munere quidam
Samnis, spurcus homo, vita illa dignu' locoque;
Cum Pacideiano componitur, optumu' multo
Post homines natos gladiator qui fuit unus,
[Illi nequaquam similis:] quamvis bonus ipse
Samnis in ludo ac sudibus cuivis satis asper.

Sic locum constituit Beierus in Allg. Sch. Ztg. 1828. II. 18. p. 142. De Samnitibus gladiatoribus v. interprr. ad Hor. Epp. II. 2. 98. ad Cic. de Or. III. 23. 86. et ad Liv. IX. 40. 17. p. 327. ed. Drakenb. Stuttg. Add. Just. Lips. in Saturnali. Sermm. II. 11. Cod. Aug. loco vocis *Samnis* lacunam habet. Pro *ullam* unus Ox. habet *unam*. Mox Gud. 2. *corroboraret*. Habes h. l. rursus conclusionem a minori ad maius, quam, quem diximus, vir doctus diceret a maiore ad minus,

vir, natus ad gloriam, ullam partem animi tam mollem habebit, quam non meditatione et ratione corroboret? Crudele gladiatorum spectaculum et inhumanum nonnullis videri solet: et haud scio an ita sit, ut nunc fit. Quum vero sontes ferro depugnabant, auribus fortasse multae, oculis quidem

---

cum tamen sententia sit: vides Samnitem, hominem spurcum, hoc posse: (hoc igitur cognitum est atque exploratum:) nonne ab hoc quod cognitum est, et *minus* itemque minoris habendum, *conclusio* fieri et potest et debet *ad maius*, de quo fortasse ii dubitant, qui vim sapientiae non norunt, virum nimirum sapientem, ad gloriam natum, animum ita posse corroborare, ut ne quid mollitiei restet? — Pro *crudele*. Cod. Aug. *crude*. *Mr.*

et haud scio an ita sit, ut nunc fit] In marg. Gall. et Lamb. scribitur: fort. *ut nunc quidem fit*. Bouhierius, non tam inhumanum esse Ciceronem existimans, ut sui temporis ludos gladiatorios probet, quibus insontes etiam depugnare cogebantur, corrigi volebat: *et haud scio an non ita sit, ut nunc fit*. Sed virum doctissimum ipsa sua correctione Ciceroni id crimen inferre, a quo eum liberare volebat, nemo non videt, qui formularum *haud scio an*, et *haud scio an non* sententiam et usum tenet. *Mr.*

Haud scio an ita sit] Plerique Codices habent, *et* adhuc *scio an ita sit*; at ipse sensus postulat, ut vel recepta lectio servetur; vel rescribatur, *et* adhuc nescio *an ita sit*, quemadmodum dant Pal. quart. Med. Balliol. et Eliens. sec. Prius tamen malo. Utcunque sit, noster gladiatorii spectaculi crudelitatem merito damnat, quod tamen apertius et vehementius facit Seneca Epp. 7, 95. Vide et Philostratum vit. Apoll. lib. IV. cap. 22. ac Lactantium Div. Inst. lib. VI. cap. 20. Licet autem hominum iugulationem cum plausu risuque contemplati sint Romani, quod monet Nicolaus Damascenus apud Athenaeum lib. IV. pag. 153. Graeci tamen Iudaeique Romanis nihilo meliores a muneribus hisce primum conspectis abhorruerunt. Vide doctissimum virum Joan. Clericum Art. Crit. Part. II. Sect. I. cap. VI, 7. Hinc constat quanta sit consuetudinis vis et potestas. *D.*

Et haud scio, an ita sit,] Codd. Gud. I. 2. Aug. Duisb. Gud. Marb. duo Oxx. *et adhuc scio*. Unus Ox. *et adhuc nescio*. Rehd. *et adhuc est ita, sicut et nunc*: supra lin. *ut nunc*. De constructione v. Handii Tursellinum I. p. 317. Gernhard. ad Cic. Lael. p. 251. Habet *et nunc* etiam unus Ox., alius *fortes* pro *sontes*. Tum *depugnabant ferro* Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. I. 2. Junt. HWolf. *Mr.*

auribus fortasse multae etc.] Koepkius V. C. in commentatione, quae inscribitur: Warum sind die Römer im Trauerspiel gegen die Griechen zurückgeblieben? (V. Seebodii N. Archiv. f. Philol. u. Paedag. I. 1. 2. p. 55.) apud populum, cuius viri humanitate et doctrina praestantissimi, qualis Cicero fuit, ludos gladiatorios fortissimam esse existimaverint oculis contra dolorem et mortem disciplinam, apud hunc igitur populum Tragoediam sive artem illam Graecorum tragicam non potuisse ad summum pervenire fastigium, haud iniuria contendit. Adde Plin. Panegyr. XXXIII: *Visum est spectaculum* [*gladiatorium*] *non enerve, nec fluxum, nec quod animos virorum molliret et frangeret: sed quod ad pulchra vulnera contemtumque mortis accenderet, cum in servorum etiam noxiorumque corporibus amor laudis et cupido gloriae verneretur.* Ad quem locum C. G. Schwarzius p. 122. Quidquid, ait, crudelitatis et saevitiei in ludis gladiatoriis occurrit, id fortitudinis accendendae

nulla poterat esse fortior contra dolorem et mortem disciplina.

18 42. De exercitatione, et consuetudine, et commentatione dixi. Age sis, nunc de ratione videamus: nisi quid vis ad haec. A. Egone ut te interpellem! nec hoc quidem vellem: ita me ad

---

nomine excusabant veteres. Sed. vid. et alios veterum locos ibi laudatos et Liv. XLI. 20. Ad posteriorem loci Pliniani partem vid. Patarol. ap. Schwarz. l. c. p. 123. cf. ibid. p. 650. *Mr.*

oculis quidem nulla] God. Rehd. *at' oculis*. Gud. 1. *poteril*, supra lin. *rat*. Unus Ox. omittit *esse*; alius habet *circa dolorem*. *Mr.*

c. 18. *De exercitatione — et commentatione dixi*] Marg. Ven. Alt. *et commemoratione*. Male omittunt primum *et* Codd. Aug. Gud. Cod. Mon. 1. habet *commutatione*. Levis hic est error calami prae eo, quem erravit Bouhierius ipsa corrigendi cupiditate abreptus. Vocabulum enim requiri putans, quod *honorem* significet, laudato Sen. Ep. 78. *athletae ferunt omne tormentum gloriae cupiditate* et de Tranq. 11: *gladiatores invisos habemus, si omni modo vitam impetrare cupiunt. Favemus si contemptum eius prae se ferunt:* his igitur locis allatis commendat suam emendationem *et commendatione*, qua nihil ego vidi infelicius. Poterat a veteri interprete J. Pagnino discere, *commentationem* h. l. non esse solam mentis agitationem, sed id ipsum quod paullo ante dicitur *meditatio, μελέτη*, vel ut ille ait, mentis agitationem ad opus erumpentem. Conf. Cic. de Orat. III. 23: *magister hic Samnitium* (gladiatorum) — *quotidie commentatur*. *Mr.*

Age sis, nunc de ratione videamus:] „*Agesis* olim correxit Faernus: Ant. autem Augustinus ex corrupto verbo *agapetis*, quod est in libris MSS., fecit *Atagesis*.“ *Ursinus*. Habent *apagesis* Codd. Aug. Vind. 1. Mon. 1. (*appage sis*) 2. Rehd. sex Oxx. Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. (sed marg. MS. *agesis*) Junt. Unus Ox. *age si vis*, quae est recta explicatio verae scriptionis. De formulis *cave, sis*: *age, sis: refer animum, sis* v. Garaton. ad Cic. Or. pro Mil. 22. p. 243 sq. ed. Orell. Pergit Mon. 1. *nisi quid velis adhuc:* habet *adhuc* etiam unus Ox., alius *ad hoc*, Aug. *ab hoc*. Quae fere omnia sunt correctorum, qui nescirent, intelligendum esse: *dicere, respondere, opponere*. Similiter peccatur in loco simillimo de Amic. 9. 32: *Ortum quidem amicitiae videtis: nisi quid ad haec forte vultis*. Qui locus nostro in eo quoque similis est, quod, cum nostro respondeatur; *Egone ut te interpellem?* eadem fere sententia Fannius respondet: *Tu vero perge*. *Mr.*

Egone ut te interpellem?] Unus Ox. *Ego*. Gud. 2. *ut haec interpellem*. Aug. *ut interpellem te*. Similes sunt loci Brut. 50. 186: *Nemone ut Philippum — his anteferret —? Nemo profecto*, (ubi tamen Or. nuperrime in Ed. pecul. Oratoris, Bruti, Topicc. et de Opt. Gen. Or. 1830. edidit *nemone Phil.*) Horat. Sat. I. 1. 108: *Nemon' ut avarus se probet —?* ubi vid. Heindorf. et quae nuper monuit ad eum locum C. Kirchner. p. 198 sq. Cic. Or. pro Sext. 7, 17: *hoccine ut ego appellem nomine eversores huius imperii —?* Terent. Andr. I. 5. 28: *Eine ego ut adverser?* Plaut. Aulul. IV. 7. 9: *Egone ut te advorsum mentiar, mater mea?* Senec. Medea 893: *Egon' ut recedam?* Quod vero ait Goerenz. V. Cl. ad Cic. de Legg. I. 4. 14: scribendum esse *Egone? ut te* — ut est illo loco: *Sed iam ordire explicare — de iure civili quid sentias*. M. *Egone? Summos fuisse in civitate nostra viros —*: id, opinor, ipse iam dudum vidit, nostri loci aliam plane esse rationem. *Egone?* dicit de Legg., ad antecedentia

credendum tua ducit oratio. M. Sitne igitur malum dolere, nec ne, Stoici viderint: qui contortulis quibusdam et minutis conclusiunculis, nec ad sensus permanantibus, effici volunt non

---

respiciens, unde intelligendum est *quid sentiam de iure civili?* Nostro loco ea constructio est, cuius plura addidi exempla. Intelligendum vero talibus locis, non ex antecedentibus, sed ex ipsius interrogationis sententia: *Egone eo adducar, ut* — vel *Egone tam sim impudens, stolidus, importunus, ut —? Mr.*

ne hoc quidem vellem.] Vind. 1. *velim.* Nissen. ad h. l.: „An igitur aliquid volebat? Quod si lectio sana: intelligo: *nedum aliquid contradicere.* Sed mihi quidem hoc ieiune dictum videtur. Quare excidisse *videri* putem, propter *quidem*, ut legendum sit: *ne hoc videri quidem vellem.*" Satisfacit H.Wolfii explicatio, quam in parenthesi addidit: *mallem te perrexisse dicendo.* Mox pro *ducit* duo Oxx. *inducit*, unus *deducit.* Illi non male: quamquam *adducendi* verbum in hac locutione magis est ex usu Cic. *Ducere* ita positum rarius. *Mr.*

Sitne igitur malum dolere,] Ad sententiam vid. II. 12. 29. Pro *dolere* ediderunt *dolor* M. L. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Brut. Goth. Leod. Sylb. HWolf. Lall. FAWolf. Schz. Or. Duo Codd. Oxx. duo Lallemanni, assentiunt, Cod. Aug. et, ut ex collatione nostra videri possit, Reg. Sed sine dubio hic cum reliquis omnibus habet *dolere*, cum Dav. ita ediderit, nihil monens, nec Lallemannus, Bouh. et Bentl. qui inspexerunt Regium, inde *dolor* protulerint, Gud. vero 1. et Bern. qui in plerisque cum Reg. faciunt, habeant *dolere*, cuius glossa videtur *dolor*, quae plane non est necessaria, cum mox ad variandam orationem redeat: *non esse malum dolorem.* Ed. A. *dolore* Mox Mon. 2. *Stoici quidem viderint:* unus Ox. *videant*, quod est vel interpretis, vel correctoris, qui non nosset usum Ciceronianum. Ad sententiam Beroaldus: Non vult Cicero negare dolorem esse malum, quod faciunt Stoici: sed ostendere eum esse tolerabilem et fortiter ferendum. Duisb. habet *dolorem malum:* et supra lin. *dolere. Mr.*

contortulis quibusdam et minutis conclusiunculis] Vind. 2. *tortulis.* Rehd. Aug. et unus Ox. *cum tortulis:* alius *tunc tortulis.* Amat Cicero in hac re *contorquendi* verbum, v. c. de Div. II. 51: *deinde contorquent et ita concludunt.* Tusc. III. 10: *haec sic — a Stoicis concluduntur — contortius.* De Fato 8: *contortiones orationis* [Chrysippi Stoici]. Ibid. dicitur Chrysippi *genus enuntiandi distortum.* Pro *et* multi *ac.* Illud restitui cum Dav. ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Rehd. Gud. Duisb. Marb. Mon. 1. 2. Ad v. *minutis* cf. de Or. II. 38. ubi Diogenis Babylonii Stoici *genus sermonis* dicitur *concisum et minutum.* Pergit Duisb. *conclusis conclusiunculis.* Posteriori voci in Rehd. superscriptum est *raciunculis.* Ad locutionem adde Acadd. II. 24. *Mr.*

nec ad sensus permanantibus] Praetuli *permanentibus* in Crepundiis, iam repertum mihi in Pal. quart. Illustrat hunc locum ipse Tullius supra libro I. c. 8. f. *uberius ista, quaeso. haec enim spinosiora prius ut confitear me cogunt, quam ut assentiar.* Conieceram etiam *permanantibus*, quod iam editum video olim a Victorio. vulgo *nec ad sensus permanentibus.* Fab. Cod. *assensibus perm.*" *Gebhard.* [Edidit Gebhardus *permanantibus.*] Dav. in Ed. pr. receperat *pertinentibus*, quod reperit etiam Bouh. in sua Ed. vet. et nos in Codd. Rehd. Marb. uno Ox. marg. MS. in Asc. 2. marg. HWolfii ad quam lectionem Ern.: „Ed. vet. *pertinentibus*, exquisito huius verbi sensu. Sed vulgatum non minus elegans et exquisitum est." *Permanentibus* habent Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. (in quo est *sensum*) Duisb. (qui

esse malum dolorem. Ego illud, quicquid sit, tantum esse, quantum videatur, non puto, falsaque eius visione et specie moveri homines dico vehementius, doloremque eius omnem

---

exhibet *assensibus*) Vind. 1. Mon. 2. quatuor Oxx. Edd. Ven. nostr. Fr. Fabr. Junt. *Permanare* est i. q. penetrare. Servavi hanc scriptionem, quam et plurimi habent libri, nec scriptio *permanentibus*, quae est optimorum, damnat. *Mr.*

Non esse malum] Vulgo addunt *dolorem*. Sed eam vocem merito delevit Cl. Bentleius, cum necessaria non sit, et sequentium verborum Latinitatem vitiet. *D.*

non esse malum dolorem.] „P. Ciacconus putat vocem *dolorem* otiosam esse." *Ursinus.* Nimis cupide secutus est Bentleium Davisius, ille Ciacconum. Nam et habent *dolorem* libri omnes, et commode variat orationem, postquam modo dictum est *sitne malum dolere*. Pergunt duo Oxx. *Ergo id*, cum Mon. 1. 2.: Cod. Marb. *ergo illud quidem tantum*. Mon. 1. *quid tantum*. Gud. 2. omittit *sit*. *Mr.*

falsaque eius visione et specie etc.] „Unus Leid. *falsoque*. Miror viros doctos non vidisse, necessario ita esse legendum. Non enim agitur de falsa doloris specie, sed de dolore vero eoque magno. Absurdum plane esset dicere, falso nos dolore magis moveri, quam alio." *Bouhierius.* Improbat Ernestus, sed nulla addita ratione. Commode autem Anonymus Oliveti: „*Visionem* et *speciem* appellat, quam nos *ideam* diximus [Francogalli nimirum]. Sententia non est, homines falsa mali et doloris imagine ac specie moveri vehementius, quam vera. Sit enim vera imago, sit falsa; nihil interest: perinde movet. Qui se falso putat esse fortunis eversum omnibus, non minus vero percellitur doloris sensu, quam si vere amisisset, quae sibi periisse existimat. Potest dolendi causa esse non vera: sensus doloris falsus esse non potest. Quid ergo dicit Cicero? Hoc unum: in dolore non tantum est mali, quantum inesse vulgo creditur. Mali quidpiam in dolore esse non nego; multo minus affirmo cum Stoicis, bonum esse; sed *illud, quidquid est mali, tantum esse, quantum videatur, non puto*. Fingunt in eo sibi monstrum homines, cuius *falsa visione et specie moveri* eos *dico vehementius*, quam deceat. Dolorem ideo formidant, quod, quae eius natura sit, non recte intelligunt." *Visionem* Ern. in Clave idem h. l. ait esse, quod aliis Tusculanarum locis *visum*, speciem videlicet alicuius rei in animo impressam, impulsionem oblatam extrinsecus, φαντασίαν: saepeque dici in his libris visa de rebus opinatis, in primis e sensu. — Scribitur *specie et visione* in Cod. Duisb., *visionem* in uno Ox., *spem* (ex male lecto compendio *spē*, quod legendum erat *specie*) in Cod. Aug. Pro *dico* Ursinus volebat *duco*, vel (non enim satis id patet ex illius annotatione) P. Ciacconus. *Mr.*

doloremque eius omnem esse tolerabilem] „Legendum *vimque eius omnem* etc." *Ursinus.* „Magis placet *doloremque eis* etc. ex Manutianis exemplis." *Fr. Fabricius.* *Eis* dedisse etiam Lambinum scriptum est in marg. Lambb. et Goth. In Ed. Fr. Fabr. est *eius*, et in marg.: Al. *eius*: ut in contextis *eis* voluisse videatur. Dav. in Ed. 1. coniecit *doloremque eiusmodi omnem*. Bouhierius *doloremque eius*: addens: „Sumitur enim *color* metaphorice pro *species*, ut est Virg. Georg. II. 178: *quis color arvorum*, ubi vid. Serv.: Horat. Sat. II. 1. 60. *color vitae*: coll. I. Epist. 17, 3. Stat. Sylv. praef. l. 2." HWolfius scripsit *doloremque (viris) eius* etc. et in Comm. se *viris* pro *eius* legi velle ait. Ad sententiam non male. *Mr.*

esse tolerabilem. Unde igitur ordiar? an eadem breviter

Doloremque eius *omnem*] Absurda est haec lectio: quapropter Manucius et Lambinus reponunt, *doloremque eis omnem*. Sed vel hac emendatione recepta, vox media videri possit otiosa quam propterea nescit Med. Eliens. tert. et Petrens. dant, *doloremque* eius modo *omnem*. Probabili coniectura lego, *doloremque*, velis modo, *omnem esse tolerabilem*. Si tamen aliorum librorum ductus sequendus videatur; eiecto *modo*, rescribatur, *doloremque*, velis, *omnem esse tolerabilem*. Utrumque quidem Latine, quamvis oratio priore methodo fiat numerosior. Horatius lib. I. Serm. IX, 54.

— Velis tantummodo, *quae tua virtus,*
Expugnabis.

Seneca Cons. ad Marciam cap. XVI. *Par ad honesta,* libeat, *facultas est*. Huiusmodi plura legentibus occurrent et nonnulla congessit Priscianus lib. XVIII. col. 1145. De re ipsa vid. cap. 21. *D.*

doloremque eius omnem esse tolerabilem.] Bentleii rationem et Davisii utramque merito nemo probavit. Ernestus: „*eius*, ait, post *doloremque* quo referatur, non habet. nam sermo est de universo dolore: itaque delendum puto.“ Nissen. non repugnabat Ernesto: malebat tamen *eis*. Uncinis incluserunt *eius* Ern. FAWolf. Or. Nobb.; Schützius plane abiecit. Or. ad Wolfii scholas se lectione nonnullorum Codicum *eius modo omnem* aliquando fuisse permotum, ut coniiceret *eius metu* — tolerabiliorem, quamquam dubitanter; vel *doloremque eius opinione omnem esse tolerabiliorem*, ut *opinione*, compendio fortasse scriptum, ab altero compendio vocis *omnem* fuerit absorptum: quo facto Comparativus mutatus sit in Positivum. Ego vero cum Ed. Tbn. *eius*, quod Kühnero ex priore versu immigrasse videtur, postliminio reducendum duxi, cum omnes ad unum Codd. nostri servent eam vocem, non tam motus Wopkensii rationibus, quam Handii ad eundem locum annotatione. Ita autem Wopk. p. 207 sq.: „Hic, si recte attendas, *dolor doloris* dicitur, quoniam illud *doloremque eius* directo quidem ad *malum* pertinet, deinceps vero ad *dolorem;* quem is, qui haec disputat, non concedebat esse malum, aut tantum certe malum, quantum videtur. Hoc non tolerabant critici, qui emendabant *doloremque eis omnem* etc. [v. annott. superiores]. Mihi vero, iuxta exempla quae protulimus [de N. D. II. 9. 25. III. 11. Acadd. II. 33. ubi *artes* habere dicuntur *artem, qua — diiudicent*;] hoc loquendi genus eorum catalogo accensendum videtur, quae nimis urgere non liceat.“ Ad quae Handius annot. 45: „Non ita. In verbo *illud* non intelligitur *malum*, sed res, quae excitet dolorem. Deest enim linguae latinae vocabulum, quod respondeat nostro Gegenstand. Et recte dicitur *dolor alicuius rei* de dolore ab aliqua re excitato. Sic Cic. ad Attic. 9. 9. *iniuriae dolor*.“ Pro *omnem* Cod. Mon. 1. habet *omnemque*. *Mr.*

Unde igitur ordiar?] Codd. Mon. 1. 2. et tres Oxx. *exordiar*. Verbum simplex in hac locutione Ciceroni tam frequens, et frequentius fere, est quam compositum. Ad seqq. *an eadem breviter attingam* — v. Madvig. Epist. Crit. ad Orell. p. 77. qui hac altera quaestione Ciceronem dicere ait se *inde ordiri*, ut breviter attingat etc. Pro *eadem* Codd. Gud. et Duisb. habent *ea*. Mox Vind. 1. et Aug. *quae dixi modo*. Pergit Gud. 1. *quod*, sed a 2. m. supra lin. habet *quo*. Gud. 2. habet: *possit progredi*. Post *igitur* Mon. 1. 2. et duo Oxx. Ed. P. habent *hoc*, unus omittit *hoc*, Vind. 1. habet *hoc igitur* cum Gud. 2. Post *constat* Vind. 2. pergit *ne*. Mon. 1. omittit *etiam* cum uno Ox. Duo alii omittunt *Homines*, quo post *doctos* facile ca-

attingam, quae modo dixi, quo facilius oratio progredi
43. possit longius? Inter omnes igitur hoc constat, nec doctos homines solum, sed etiam indoctos, virorum esse fortium et magnanimorum et patientium et humana vincentium toleranter dolorem pati: nec vero quisquam fuit, qui eum, qui ita pateretur, non laudandum putaret. Quod ergo et postulatur a fortibus, et laudatur quum fit, id aut extimescere veniens, aut non ferre praesens, nonne turpe est? Atqui vide,
ne, quum omnes rectae animi affectiones *virtutes* appellen-
b. tur, non sit hoc proprium nomen omnium, sed ab ea, quae

---

rere orationem existimabant librarii. Iidem pro *patientium*, egregia scilicet emendatione, habent *potentium*, quod inter *magnanimos* et *humana vincentes* (quos fortasse *belli duces* existimabant librarii) commode locum habere videbatur. Post *fortium* Vind. 1. habet *ac* pro *et*. Bene explicatur *patientium* in marg. Goth. et Lambb. *καρτερικῶν*. Verba *toleranter dolorem pati* desunt in Cod. Gud. 2.; in eodem desunt verba *qui ita*. Unus Ox. omittit *non laudandum putaret;* alius habet *non laudaret*: prior nimirum erravit ob similitudinem verborum *pateretur* et *putaret*. In uno Ox. est *Quod ergo etsi*, in Aug. *postulavit*, in Gud. 2. *et laudetur*, unus Ox. habet *quum sit*. *Mr.*

Id aut extimescere veniens etc.] „In his anacoluthon est. *Id* enim non illud est, quod *postulatur a fortibus*. Sed hac ipsa breviloquentia satis demonstratur, priscis scriptoribus quaedam inhaerere excusanda magis, quam probanda aut imitanda.“ *Nissen*. Abest enim post *quum fit*, id quod facillime intelligitur, *dolorem pati*: ex hoc vero ad v. *extimescere* haud difficulter intelligas *dolorem perpetiendum*. Liberior quidem est structura, nec tamen ea, quam non possit imitari alia lingua sive vetus, sive recentior. Pro *turpe* Cod. Mon. 1. *turpes*. *Mr.*

Atqui vide, ne — non sit hoc proprium] „Ita loquitur pro *Atqui vides, non esse hoc proprium*. Eodem modo infra IV. 22. *vide ne fortitudo minime sit rabiosa* pro *vides fortitudinem minime esse rabiosam*. Item V. 15: *Videamus, ne beata vita ex sui similibus partibus effici debeat*, pro *videmus beatam vitam — effici debere*.“ *Nissen*. Addere debebat, modestius ita et urbanius dictum esse, quam eo modo, quo sententiam explicat. Pro *atqui* est *atquin* in Codd. Gud. 1. 2. *Ne* omittitur in duobus Oxx. Eius loco habet *nec* Mon. 1. *non* Gud. 2. Pro *rectae* est *recte* in Codd. Reg. duobus Oxx. Edd. Junt. Fr. Fabr. solenni errore ex scriptione *recte* orto. Cod. Duisb. pergit *affectiones animi*. Scribitur *appellantur* in Cod. Marb.; *num* pro *non* in Cod. Aug. Edd. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. Cod. Duisb. habet: *hoc proprium omnium nomen hoc sit*. Scribitur *omnium nomen* in Cod. Rehd. Edd. P. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. *Mr.*

sed ab ea, quae una ceteris excellebat,] Scribitur *ab ea una quae* in Codd. Mon. 1. (*que*) 2. Edd. S. P. A. B. E. C. M. L. et nostris vett. omnibus, exceptis Rob. Steph. et Leod. In Cod. Marb. est *una a ceteris*. Constructionis *ceteris excellere* pauciora sunt exempla, nec tamen desunt: v. de Invent. II. 1. 1. *Zeuxin, qui tum longe ceteris excellere existimabatur*. Ad v. *una* monet Kühn. intelligendum esse, quasi scriptum sit (quae) *maxime* (excellebat). Ad sententiam recte. Sed dicendum erat, *una* (et universe nomen *unus*) inservire augendo superlativo, cuius notio inest in *excellendi* verbo. *Una* vero poterat etiam addi verbo *maxime*, si scriptum fuisset *quae una ceteris maxime praestabat*. De hoc usu vocis *unus* diximus in Symboll. Criticis

una ceteris excellebat, omnes nominatae sint. Appellata est enim ex *viro* virtus: viri autem propria maxime est fortitudo, cuius munera duo sunt maxima, mortis dolorisque contemptio. Utendum est igitur his, si virtutis compotes, vel potius si viri volumus esse: quoniam a viris vir-

---

ad Cic. I. 5. p. 8 sq. II, 7. p. 10 sq. Ad v. *excellebat* Camerarius „verum, ait, esse videtur *excellat*." In marg. Lambb. et Goth. scriptum est: „fort. *excelleat*." Hanc esse Camerarii coniecturam refert Or.: Camerarium autem voluisse *excellat* lego in Camerarii Annott. in Cic. (Lugd. ap. Fredon. 8. p. 52.) in Ed. Verburg. et in Wopkensii Lectt. Tull. p. 249. (180.) Francisci autem Fabricii haec est annotatio: „Legitur in nonnullis vulgatis et MSS. *excellebat*, unde Camerarius verum esse putat *excelleat*. Sic in Epistola ad filium: *quare effice et elabora, ut excelleas*: quae verba exstant apud Priscianum lib. X." [Vid. Ed. Opp. Cic. Orell. T. IV. 2. p. 467.] Wopkensius l. c. „Facillima, ait, nos mutatione *excelleret* reponeremus, nisi modum eiusmodi indicativum Ciceroni non plane inusitatum esse dudum observassemus." Ergo nihil fuit tentandum: *excellebat* ponit, ut intelligamus: *quam unam ceteris excellere videbant maiores nostri*. Quod vero Bouhierius ex uno Cod. Leid. volebat corrigi: *sed ab ea ipsa, quae una ceteris excellebat*, id necessarium non est. Scribitur autem *excellat* in uno Ox. Mon. 1. Edd. P. A. B. S. E. C. L. M. Ven. Alt. (in marg. *excellet*) et nostris Edd. vett. ante Grut. omnibus, exceptis Rob. Steph. Leod. Sturm. Vict. Sed Codd. reliqui, quotquot innotescunt, Imperfectum tuentur. — Pro *sint* habent *sunt* duo Oxx. Gud. 1. Aug. 2. Vind. 1. Edd. P. A. B. S. E. V. Ven. nostr. (in hac pro *nominatae* legitur *novitatae*, unde noli coniicere *vocitatae*) Asc. 1. marg. MS. Asc. nostrae 2. Junt. Rob. Steph. *Mr.*

Appellata est enim ex viro virtus:] „Vulgo *a viro*: Sed a nobis est Victor. quinque Pall. Fab. Pith." *Gebhard.* Habent *a* Codd., ut videtur, aliquot Oxx. Aug. Gud. Edd. M. L. Fr. Fabr. Car. Steph. Brut. Boul. Ald. Sylb. Lambb. Goth. Leod. Ad sententiam conf. Gerlach. ad Sallust. Catil. III, 3. p. 41. — Solus Cod. Vind. 1. habet *enim est a viro*. *Mr.*

Appellata est enim ex viro virtus]. Non aliter Lactantius de Opif. Dei cap. 12. *Vir itaque nominatus est, quod maior in eo vis est, quam in femina, et hinc virtus nomen accepit*; quem locum fere descripsit Isidorus Orig. lib. XI. cap. 2. Veriverbii ratio est, quod *virtus*, ut Graecis ἀρετή, proprie *fortitudinem* denotabat. *D.*

Viri autem propria maxime est fortitudo.] Recte docet Kühn., Ciceronem adiectivum *proprius* cum Genitivo iungere. Ne vero quis contra hanc observationem laudet Or. pro Sext. Rosc. 8, 21: *tria praedia — Capitoni propria*, is inspiciat locum integrum. Additur enim ibi *traduntur*, unde Dativus pendet. Scribitur *est maxime* in Codd. Rehd. Marb. Mon. 1.; *maxima* habet unus Ox., alius omittit eam vocem. Vocem *duo* omittit Cod. Duisb. Scribitur *maxima sunt* in Cod. Rehd. Edd. P. A. B. S. C. V. M. L. et nostris omnibus ante Grut. Sed Codd. omnes praeter eum, quem dixi, nostrum tuentur ordinem, eumque iam Brutus e Cod. Gryph. enotavit. Unus Ox. omittit *mortis*. Aug. habet *contentio*. *Mr.*

Utendum est igitur his,] Codd. Rehd. Mon. 2., Edd. S. E. *iis*. Codd. Gud. Duisb. *hiis*. Cod. Mon. 1. omittit sequens *si*. Scribitur *compotis* in Ed. Fr. Fabr., in Cod. Duisb. *esse volumus*. *Mr.*

Quoniam a viro virtus nomen est mutuata] Haec ab aliquo σχο-

tus nomen est mutuata. Quaeres fortasse, quo modo? et recte. Talem enim medicinam philosophia profitetur.
19 Venit Epicurus, homo minime malus, vel potius vir opti-
44. mus: tantum monet, quantum intelligit. *Neglige*, inquit, *dolorem*. Quis hoc dicit? Idem, qui dolorem summum ma-

---

λεπτικῶς addita merito censet Ursinus. Ea tamen retinent omnes nostri. *D.*

quoniam — est mutuata.] „Nonnulli veteres libri haec verba non habent. Itaque facile adducor, ut credam fuisse ab aliquo *σχολιαστικῶς* addita.“ *Ursinus.* „Ursinus haec pro spuriis habet, quae, si absint, non magnopere desiderem; ubi adsunt, illud *vel potius* interpretari censeo.“ *Nissen.* Uncinis inclusit haec verba Dav. et eum secuti Koel. et Nobb. Plane abiecerunt FAWolf. et Schz. Cupidius, ut existimo cum Or. et Kühnero. Nam et tuentur ea libri omnes, et commode adduntur post *vel potius*, quod vidit Nissen., nec verbum *est mutuata*, elegans certe, glossam redolet. Quod vero Or. et Kühn. dicunt Ursinum in suo Cod. ea verba non reperisse, non liquet ex eius annotatione, quam supra adscripsi. Quid? quod inde ne hoc quidem patet, utrum veteres libros intelligat editos an scriptos. Omitto, locum esse suspicioni, fictos esse hos libros veteres et nusquam plane repertos. Ccd. Aug. omittit *nomen*, Mon. 1. habet *mutuata est*; Aug. *est mutatâ*. Quod ex Codd. Gud. 1. 2. in nostra collatione ad Ed. Billerb. facta (in qua omissa sunt ista verba) non enotatum est ea adesse, id *παρόραμα* esse existimo viri ceteroquin accuratissimi, cui eorum librorum collationem debeo. — Pro *quaeres* in Gud. 1. est *quaerentes*: sed supra lin. *quaeres*. Verba *quo modo* absunt a Cod. Duisb. Cod. Rehd. in fine cap. habet glossam *philosophi profitentur*. Mon. 1. *medicinam ppketici profidetur* (sic) Ad v. *quo modo?* in parenthesi addit HWolf.: *utendum sit fortitudinis muneribus*. *Mr.*

Cap. 19. *Venit Epicurus — intellegit*] Laudat Charisius Inst. Gramm. lib. II. col. 185. *D.*

Venit Epicurus, homo minime malus,] Cod. Duisb. *quomodo venit*. Unus Ox. *venit enim*. Bouh. post *Epicurus* plene volebat distingui, post *optimus* comma poni. Verba *homo minime malus* profert Charisius in *minime*, quod interpretatur *non*. Sed mendose apud illum *primo* impressum est pro *secundo*.“ *Lambinus.* Comparat FAWolf. Graecum *εὐήθης* idque poni ait de homine ad intelligendum hebete. *Εἰρωνικῶς* saepe de Epicuro et Epicureis ita loquitur, vid. Creuzer. ad Cic. de N. D. I. 31. 85. p. 139. ed. Cr. et nostr. maj.; nos ad Cic. de Rep. III. 16. p. 372 sq. Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 7. p. 27 sq. Madvig. ad Cic. Philos. I. p. 177. Add. Cic. de Orat. III. 17. 64: *sunt enim boni viri* [Epicurei] *et, quoniam sibi ita videntur, beati.* Goerenz. ad Cic. de Finn. I. 20. p. 93. — In Cod. Gud. 1. scriptum est *et quantum*; sed *et*, quod male ex praecedentis verbi syllaba repetitum est, puncta habet subscripta. *Quantum* abest a Cod. Gud. 2. Idem habet *Negligit*. Cod. Marb. omittit *Quis — qui dolorem*, oculo librarii a priore *dolorem* ad alterum aberrante. Pro *summum malum* unus Ox. habet *maximum*. Post haec verba Vind. 1. additum habet glossam *iudicat*. Recte Or. improbat interrogandi signum post *malum* a Dav. et FAWolfio positum. Peior multo est distinctio vel potius distinctionis in Edd. Grut. Gron. Verb. Ern. et Nobb. *Vix satis constanter audiamus*. Cod. unus Ox. *constantem*, alius *contanter*. Rehd. *audivimus*. *Mr.*

Si summus dolor est — necesse est brevem esse] De hoc Epicuri

lum. Vix satis constanter. Audiamus. *Si summus dolor est*, inquit, *necesse est brevem esse.* — *Itera dum eadem ista mihi:* non enim satis intelligo, quid summum dicas esse, quid

---

dicto veterum loca diligenter collegit Th. Gatakerus ad Antonini VII, 33. *D.*

Si summus — brevem esse] Leguntur illi veterum loci a Gatakero collecti in Edd. ej. Opp. Critt. T. II. p. 219 sq. ad verba: τὸ μὲν ἀφόρητον ἐξάγει, τὸ δὲ χρονίζον φορητόν. — *Si* omittit unus Ox. Ed. Fr. Fabr. habet *summis*. Gud. 2. omittit *inquit*. In Codd. Gud. 1. 2. Aug. Gud. Vind. 1. Marb. Ed. Dav. 2. scriptum est *brevem necesse est esse:* in Duisb. Edd. vett. praeter Vict. Rob. Steph. Leod. est *brevem esse necesse est*. In reliquis est, ut nos edidimus, quem ordinem habent Oxx. ut videtur omnes: nisi forte neglecta est huius differentiae notatio. Equidem suspicor in Regio quoque legi *brevem necesse est esse;* tum quod ita habet Gud. 1. qui fere in omnibus cum eo facit, tum quod ita edidit Dav. in Ed. 2. in qua et Bentleianae emendationes pleraeque, et Codicis Regii ordo plerumque est receptus. *Mr.*

Itera dum] „Verba sunt M. Tullii, ex quodam poeta tamen mutuata, quasi Epicurum interrogantis (quae saepe item alibi a M. Tullio usurpantur). Itaque non debet interesse spatium, neque scribi litera *A.* quasi verba sint eius, qui quaestionem posuit. Et paullo post, *Summum, quo nihil* etc. Epicuri responsio est." *Lambinus.* „*Itera dum* i. e. age repete." *HWolf.* Praeponunt literas *A.* et *M.*, eo quem vituperat modo Lambinus, duo Codd. Oxx. Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Car. Steph. Junt. Brut. Sturm. Leod. Boul. Ald. Sylb. et Edd. a Reiskio collatae: Scribitur *Iterandum eadem ista mihi*, in Codd. Reg. [testibus Dav. et Buh. quamquam collatio nostra nihil enotatum habet] Gud. 1. 2. Marb. Mon. 1. 2. octo Oxx. veteri Car. Stephani Ed. Alter. Dav. et ex vett. Brut. Leod. vetus Bouhierii. Unus Ox. *iteranda eadem ista mihi* et sic marg. Crat.; Aug. *iteranda est mihi eadem:* Duisb. *iteranda sunt mihi ista eadem.* Vind. 1. *iteranda eadem sunt mihi.* Edd. Reiskk. Ven. 1. Med. 2. Ald. nostrae Asc. 1. 2. Junt. Sturm. *iterandum eadem mihi ista.* Edd. A. Ven. nostr. *Itera eadem mihi. ista non enim* etc. *Mr.* „Iisdem verbis utitur in principio Epist. XV. lib. XIV. ad Att. Sunt autem ex poeta veteri, cuius versus exstat in Lucullo: *Age, asta, mane, audi: iteradum eadem et ista mihi.*" *Fr. Fabricius.* Ceterum Fr. Fabricii Ed. habet *Intereadum. Mr.*

Iterandum *eadem ista mihi*] Vulgo *itera dum.* Nos autem Reg. Med. Bak. et editionem Victorianam sequimur; elegans enim est Hellenismus, veteribus Poetis aliisque bonae notae scriptoribus non infrequens. Lucretius I, 112.

Aeternas quoniam poenas *in morte* timendum.

Et vs. 139.

Multa *novis verbis praesertim cum sit* agendum.

Iterum vs. 382.

Aut igitur motu privandum *est* corpora *quaeque.*

Atque alibi passim. Vide Casp. Scioppium Veris. lib. III. cap. 3. et J. F. Gronovium Observ. lib. I. cap. 7. Ex Ennii Iliona desumta verba sunt, ad eaque plus vice simplici respicit Cicero. Vide lib. XIV. ad Attic. Ep. 14. et Acad. lib. II. cap. 27. *D.*

Iterandum eadem ista mihi] Vid. pro hac lectione, praeter locos a Dav. allatos, Wyttenbachium in Philomathia II. p. 15 sq. Ruddimann. Inst. Gr. Lat. II. p. 252. *Schuch.*

breve: *Summum, quo nihil sit superius: breve, quo nihil brevius. Contemno magnitudinem doloris, a qua me brevitas temporis vindicabit ante paene, quam venerit.* Sed si est tantus dolor, quantus Philoctetae? *Bene plane magnus mihi qui-*

Itera dum eadem ista mihi] Hanc veram esse lectionem certus sum. Primum enim nihil certius, quam respicere Ciceronem versum Ennii, quem plenius laudavit Acadd. II. 27. 88. (ubi vid. Goerenz. p. 162 sq.) quo loco libri plane non variant, quamquam et ibi Dav. suum Hellenismum infert: deinde legitur idem, quod nostro loco, versus fragmentum principio Ep. ad Att. XIV. 14, ubi item optimi libri habent *Iteradum:* denique nihil proclivius fuit librariis, quam vocem ipsis ignotam *iteradum* mutare in Gerundium, lineola superscripta *iterādum*. Ex eodem errore, emendandique studio fluxerunt autem aliae lectiones, quas supra memoravimus. Veram lectionem nostro loco habent Edd. HWolf. Car. Steph. Sylb. Ald. Boul. Lambb. Goth. Gebh. Verb. Ern. Lall. Oliv. recc. Simillima nostrae est forma *memoradum*, Plaut. Poenul. V. 2. 103; plures eiusmodi vel Lexica suppeditant s. v. *dum* Enclitica. Nihili est annotatio Nissenii, qui non Ennii, sed ipsius Ciceronis hanc formulam esse volebat. Versum integrum Orellius loco Acadd. laudato ita scripsit: — — *Age*
Adsta: mane: audi: iteradum eadem istaec mihi:
Goerenz: *Age adsta: mane: audi: iteradum eademmet istaec mihi.* Kühnerus vero, metro adversari existimans versum ita scriptum, vult:
Age adsta: — — — eademnet ista mihi. Mr.

Non enim satis intelligo,] *Satis* omittunt Edd. M. L. Fr. Fabr. Asc. 1. Sturm. Boul. Ald. Brut. Car. Steph. Sylb. Pergit unus Ox. *quid quod summum*. Vind. 1. habet *esse dicas*, tum Oxx. duo *quae breve*. Reg. Gud. 1. *quid brevi. Mr.*

Summum, quo nihil sit superius:] Post *summum* Cod. Aug. pravam habet glossam *est*: intelligendum est enim *dico*. Pergit Mon. 1. *quod*, peiore correctione. Unus Ox. habet (si collatio certa est) *quo nihil nihil brevius breve*. Gud. 2. post *breve* pergit *quod*. Post *doloris* unus Ox. et Vind. 1. pergunt *a quo*. Rehd. habet *brevitas temporis me vind.* Idem omittit *paene*. In Vind. 1. est *temporis brevitas vendicabit*. Postremum verbum eodem modo scriptum in duobus Oxx. *Temporis* omittit alius cum Gud. 2. Cod. Duisb. habet *quam paene*. Edd. Ven. Alt. et P. *invenerit*, sed in priore *in* correctione deletum est. Gud. 2. habet *venerint*. Edd. Asc. 2. et Junt. *Sed est*, omisso *si*, Ven. nostr. *Sed si* omisso *est*, cum uno Ox. In Mon. 1. scribitur *Pilotecete*, in Gud. 2. *philotite. Mr.*

Bene plane magnus mihi quidem videtur,] Scribitur *bene plane et magnus* in tribus Codd. Oxx. Mon. 1. 2. Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. et Reiskianis. *Mihi* omittunt Edd. eaedem, praeterea Ven. Alteri, in qua vero margini adscriptum est *quidem mihi*. Cod. Duisb. omittit *quidem*. „Haec non bene coniunguntur. Interpunge sic et corrige: *bene sane. magnus* etc. *Bene sane* Cicero dicit, nusquam *bene plane.*“ *Ernestus.* „Vulgatum *bene plane magnus* merito ab Ern. contemtum. Attamen ut ei insistamus, suadeo, puncto post *Bene* posito. Nam *plane magnus* recte dicitur.“ *Nissen.* Plane eodem modo scribi vult Kühn. *Bene. Plane magnus mihi quidem videtur:* „nam, ait (nulla Nissenii mentione facta), *bene plane magnus* a Cicerone dictum esse, persuadere mihi non possum.“ FAWolfius in scholis „*bene*, ait, intendit vocem *plane*, augetque eius vim.“ Or. vero locutionem esse hanc ex sermone familiari deprompta, eandemque pro *bene planeque* videri restituendam de N. D. III.

dem videtur, sed tamen non summus. Nihil enim dolet, nisi pes: possunt oculi; potest caput, latera, pulmones; possunt omnia: longe igitur abest a summo dolore. Ergo, inquit, *dolor diuturnus habet laetitiae plus, quam molestiae.* Nunc ego 45.
non possum, tantum hominem nihil sapere, dicere: sed nos

---

§. 53. Mihi quidem videtur neque aliquid mutandum, neque quidquam inesse in his verbis, quo offendatur Latinitas. *Bene — magnus* iungo, ut sit dictum eo modo, quo est Epp. ad Famm. X. 33. *bene multi. Plane* autem interpositum existimo ut sit i. q. *omnino*; ut est saepissime v. c. Brut. 81. 282. Ut vero Auct. ad Herenn. IV. 20. verbis *non par* interposuit *plane* (*non plane par*), *ut* sit i. q. *non omnino par:* ita verbis *bene magnus* interpositum *plane* nihil aliud velle videtur, quam si scripsisset *bene omnino magnus*, quo minus, opinor, offensae fuissent criticorum aures. Conf. Cic. Verr. II. 2. 70: *bene penitus. Mr.*

Nihil enim dolet] Cod. Rehd. *nihil dolet enim.* Unus Ox. addit *illi.* Verba *possunt oculi* Ern. in Cl. Cic. v. *posse* explicat *bene valent:* eumque errorem repetivit Neidius, et, quod maxime mireris, FAWolf. in scholis. Verum vidit Schütz., qui intelligere iubet *dolere.* Quod cum viderit Bill., mirari subit, quomodo ita amplecti potuerit Ernesti errorem, ut veram etiam explicationem et sententiarum nexui et usui Ciceronis adversari scriberet. Non, opinor, errassent illi homines Germani, si scripsisset Cicero *possent.* Sed cum pro Imperfecto Conj. ex suo usu scripserit *possunt* (ut est de N. D. I. 36. 101: *possum de ichneumonum utilitate dicere*: cf. Beneke ad Cic. Catil. III. 9. 22. p. 233.), mox: *multosque possum — nominare*: hinc illa loco caligo offusa, quae etiam frugibus inventis ad glandes redire illum virum coëgit. — Verbum *abest* omittit Cod. Duisb. Post *dolore* Codd. Marb. et Gud. 2. pergunt *Vel ergo.* Conf. etiam Doederlein. Lat. Synon. IV. p. 162. *Mr.*

Dolor diuturnus habet laetitiae plus, quam molestiae] Sic mentem suam effert Epicurus: *αἱ πολυχρόνιοι τῶν ἀῤῥωστιῶν πλεονάζον ἔχουσι τὸ ἡδόμενον ἐν τῇ σαρκί, ἢπερ τὸ ἀλγοῦν.* Vide Diogenem Laertium X, 140. *D.*

Dolor diuturnus habet laetitiae plus, quam molestiae] Rationem huius sententiae subabsurdae reddit Epicurus his verbis apud Diog. Laert. X. 22: *ἀντιπαρετάττετο δὲ πᾶσι τούτοις τὸ κατὰ ψυχὴν χαῖρον ἐπὶ τῶν γεγονότων ἡμῖν διαλογισμῶν μνήμῃ.* Compensatos esse ait summos dolorum cruciatus memoriâ vitae bene peractae. — Pro *molestiae* quatuor Oxx. Rehd. MS. in marg. Verb. *maestitiae;* sed Rehd. supra lin. *molestia.* Non est credibile Ciceroni h. l. *ὁμοιοτέλευτον* placuisse. *Mr.*

Nunc ego non possum tantum hominem etc.] Pro *nunc* habent *hunc* tres Codd. Oxx. MS. in marg. Asc. nostrae 2. Edd., S. E. L. Fr. Fabr. Ven. nostr. Simillimi nimirum solent esse ductus literarum *h* et *n* maiuscularum in Codd. nec absurde scriberetur *hunc*, quamquam minus accommodate huic verborum ordini. Duisb. habet *non ego nunc.* Aug. *Nunc ergo non.* „*Tantum hominem* Epicurum intelligit, quem Lucretius cunctis mortalibus anteponit: [III. 1056 sq.]

Qui genus humanum ingenio superavit, et omnes
Exoriens stellas exstinxit, ut aetherius sol.“ *Beroaldus.*

Nimirum *εἰρωνικῶς* loquitur Marcus. Lucretii versus posterior nunc ita legitur: *restinxit, stellas exortus uti aetherius sol.* — Cod. Mon. 1. habet *nihil aspere dicere.* Duisb. *dicere nihil sapere. Mr.*

ab eo derideri puto. Ego summum dolorem (summum autem dico, etiam si decem atomis est maior alius) non continuo esse dico brevem: multosque possum bonos viros nominare, qui complures annos doloribus podagrae crucientur maximis. Sed homo cautus numquam terminat nec magni-

---

Ego summum dolorem etc.] „Modo dixit *Nunc ego*, et iam rursus *ego summum*. — Displicet haec iteratio; quare suspicor a Cicerone scriptum esse: *Ergo summum*“ — *Bouhierius*. Neminem vir doctus dicto audientem habuit, quamvis non absone locutus. Veriti enim merito sunt editores, ne Ciceronem corrigerent. Laudat Kühn. ad rem Cic. de Finn. II. 28. 93. — In Cod. Duisb. scribitur: *Ego autem summum dolorem etiamsi* etc. Alterum *summum* omittit etiam unus Ox. *Autem* omittit Gud.; idem habet *dicam* pro *dico*. Mox Duisb. *maior sit*. Pro *alius* legitur *aliis* in tribus Oxx. Gud. 2. Marb. Vind. 2. et marg. MS. Asc. nostrae 2. Mox Rehd. *continuum*. Mon. 2. et Duisb. omittunt *dico*. Scripsi cum Dav. *esse dico* ex Codd. antiquissimis, Reg. Gud. 1. Gud. Marb. Reliqui habent *dico esse*. *Mr.*

multosque possum bonos viros nominare] Cod. Duisb. *bonos viros possum*. De Praesente Indicativi *possum* (pro *possem*) paullo superius diximus. Bene monet Kühn. *bonos viros* esse eos, quibus fides haberi possit: quod apparet ex coniunctivo *qui crucientur* i. e. qui cruciari se affirmant. Habet vero indicativum *cruciantur* unus Cod. Ox. cum Mon. 1. In uno Ox. Gud. 1. Aug. est *cum plures*, frequenti errore. Vind. 1. (qui in antecedentibus omittit verba *dolorem summum autem dico*) habet *podagrae doloribus*. *Mr.*

Homo catus] Vulgo *cautus*. At ex Nonio in *catus* emendanda sunt Ciceronis exemplaria, quod Lambinus et Bentleius recte monuerunt. *D.*

Sed homo cautus] „Non. Marcellus in v. *catus* legit hic *catus*: his verbis: *Catus pro sapiente* Cic. Tusc. 2. *Sed homo catus* etc.“ *Lambinus*. „Ironicum hoc epitheton alio loco commode de Epicuro usurpet fortasse Cicero: huic loco *cautus* videtur accommodatius. Contra illud Epicuri: *dolor si gravis, brevis: si longus, levis*, Cicero monet se non satis intelligere, quid summum dicat esse Epicurus, quid breve: viderique sibi hoc fecisse Epicurum (videlicet ut dubios relinqueret alios de ea re) prudentem cautumque, ne facile posset argui ab adversariis. Non semper fidendum est scriptioni locorum a Grammaticis laudatorum.“ *Bouhierius*. „Melius sit *catus*, quod Dav. edidit. nam sensus requirit *callidus*. Quia et in MS. Guelf. reperi, recepi.“ *Ern.* „*Catus* vulgo *cautus*. nec multum differre videntur. Sed primae duae literae perversae videri possunt, ut legi debeat *acutus*. Post idem Bentleio in mentem venisse vidi. *Acutum* saepe Epicurum vocat.“ *Nissen*.

Sed homo cautus] Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 16. 45. v. 71. scribi iubet nostro loco *cautus* ex Nonio et duobus suis Codd. (quamquam Nonius habet *catus*), vocem *catus* Ciceronis aetate non amplius in usu fuisse dicens, quare illo de Legibus loco additum esse ait *ut ita dicam*. Idem ad Acadd. II. 30. 97. Ciceronem prisca illa voce nusquam nisi cum excusatione quadam usum esse contendit, eodemque loco contra Lambinum, Dav. et Ern. recte iubet legi: *vide quam sit cautus is, quem isti tardum putant*: cum etiam qui tardo sit ingenio (qualem Epicurum fuisse Stoici contendebant) *cautus* et esse et dici posset, etiamsi in cavendo rei minus convenienter agat. Quod vero laudatur locus de Rep. I. 18. ubi voce *catus* Cicero sine excu-

tudinis nec diuturnitatis modum: ut sciam, quid summum dicat in dolore, quid breve in tempore. Omittamus hunc igitur nihil prorsus dicentem: cogamusque confiteri, non esse ab eo doloris remedia quaerenda, qui dolorem malorum omnium maximum dixerit: quamvis idem forticulum se in p. 185. a.

---

satione usus esse videri possit in verbis: *qui egregie cordatus et catus fuit;* is ipse locus confirmat Goerenzii sententiam. Praecedit enim notissimus ille Ennii versus: *Egregie cordatus homo, catus Aeliu' Sextus*: huic autem versui addit Laelius: *qui egregie cordatus et catus fuit et ab Ennio dictus est* [vir quidam doctus in Seebodii Arch. f. Philol. II. 1. p. 143. vult: *ut ab Ennio d. e.*]: ubi his ipsis in verbis, quae sequuntur post *catus fuit*, habes usus istius vocabuli excusationem. Restitui igitur, assentiente etiam Kühnero, lectionem librorum tantum non omnium. Habent enim *catus* nonnisi Codd. Mon. 2. Aug. Edd. Dav. Ern. Bip. FAWolf. Schz. Gr. Nobb. Tbn. Illorum autem Codicum admodum exigua est auctoritas. — Unus Cod. Ox. habet *Si* pro *sed*. *Mr.*

terminat] Vind. 1. *determinat*, qua in scriptione agnoscis manum correctoris vel glossatoris. *Modum terminare*, ut nostro loco, dixit etiam Cicero Parad. VI. 3. Vid. Borgers. ad Cic. Parad. p. 52. Unus Ox. habet *terminavit*, quod item potest videri correctoris. In seqq. Gud. 1. (a pr. m.) Vind. 2. Mon. 2. 1. unus Ox. Edd. Reiskiane Ven. 1. 2. Med. 1. 2. praeterea P. A. B. C. [haec in marg. *sciam*] Asc. 1. 2. Ven. nostr. Junt. est *sciat*, unde coniecit Reisk. obliteratam esse veram scriptionem neglecto compendio, et a Cicerone profectum videatur *sciatur*. Eodem iure possis corrigere *scias*. Mox unus Ox. *licam*. Gud. 1. *brevem*. *Mr.*

Omittamus hunc igitur] Unus Ox. *nunc*. Gud. 2. omittit *igitur*. Scribitur *igitur hunc* in Codd. Aug. Mon. 1. et Edd. ante Grut. Sed Codd. reliqui (etiam Gryph.) habent *hunc igitur*. Duisb. habet *dicentem prorsus*. Unus Ox. *cogamus*, omisso *que*, quod etiam in Gud. 1. supra lin. tantum additum est. In seqq. Marb. *remedia petenda*; quod est glossatoris. Duisb. *dixerit maximum*. Gud. 1. a pr. m. *duxerit*. Ad v. *forticulum* Leod. a Quercu: „Ad contemptum Epicuri, ait, usus est hoc deminutivo.“ Conf. Turneb. Adversarr. XX. 16. p. 188. — Unus Ox. habet *dixerunt*; duo alii omittunt *se*; unus cum Gud. 2. habet *carminibus*: posterior *quam idem* pro *quamvis idem*. De *orminibus* i. e. *δυσεντερία* longus est Beroaldus, cuius rei explicationem huc afferri nil attinet. *Tormines* pro *tormina* scripsit Nonius l. c. Peccatur a librariis in voce insolita *stranguria*: ita Gud. 2. habet *transguria*, Marb. *instrans guria*. In Ven. Alteri correctum est *tronguria*. In marg. Cod. Vind. 2. est: „*Stranguria* urinae restrictio.“ Cod. Aug. a pr. m. habet *praebet*. *Mr.*

Quamvis idem forticulum se in torminibus et in stranguria sua praebeat] Laudat Nonius in *tormines*. Epicurus in Epist. ad Hermachum lib. II. de Fin. cap. 30. *Cum ageremus vitae beatum et eundem* supremum *diem, scribebamus haec. Tanti autem morbi adrant vesicae et* viscerum (inepte Pal. pr. et Victorius habent *tormium*, licet hanc Tullii manum esse vociferetur Jac. Gronovius) *ut nihil ad eorum magnitudinem* possit (Leg. *posset*) *accedere*. Haec tamquam ex litteris ad Idomeneum datis Graece sic refert Laertius X, 2. *Τὴν μακαρίαν ἄγοντες καὶ ἅμα ΤΕΛΕΥΤΩΝΤΕΣ ἡμέραν τοῦ βίου γράφομεν ὑμῖν ταυτί· στραγγουρία τε παρηκολουθήκει καὶ δυσεντερικὰ πάθη ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείποντα τοῦ ἐν ἑαυτοῖς μεγέθους.* Ex Ciceronis versione rescribendum *τὴν μακαρίαν ἄγοντες καὶ ἅμα ΤΕΛΕΥΤΑΙΑΝ*

torminibus et in stranguria sua praebeat. Aliunde igitur est quaerenda medicina, et maxime quidem (si, quid maxime consentaneum sit, quaerimus) ab iis, quibus, quod honestum sit, summum bonum: quod turpe, summum videtur malum. His tu praesentibus gemere et iactare te non audebis profecto. Loquetur enim eorum voce virtus ipsa tecum:

20 Tune, quum pueros Lacedaemone, adolescentes Olym-
46. piae, barbaros in arena, videris excipientes gravissimas plagas et ferentes silentio, si te forte dolor aliquis pervellerit, exclamabis ut mulier? non constanter, et sedate feres? —

ἡμέραν τοῦ βίου, quod vel res ipsa satis doceat. Emendationem tamen nostram firmabit, si opus est, Arrianus Epict. lib. II. cap. XXIII. pag. 292. *Νῦν δὲ τί ἐστιν, Ἐπίκουρε — τὸ γράφον, ὅτε ἀπέθνησκεν, ὅτι τὴν ΤΕΛΕΥΤΑΊΑΝ ἄγοιδ' ἅμα καὶ μακαρίαν ἡμέραν.* Epicuri fortitudinem in perferendis vesicae et viscerum morbis praedicat etiam Seneca Epp. 66, 92. *D.*

Aliunde igitur est quaerenda medicina] Codd. Rehd. et Vind. 1. *est igitur*. Verba *quidem — maxime* desunt in uno Ox. causâ erroris manifestâ. Gud. 2. habet *si quid quidem si quid*. Vind. 1. *si quid sit consentaneum, quaeramus ab his*. Vind. 2. *consectaneum*. Aug. *fit* pro *sit*. Unus Ox. omittit *quod*, Mon. 1. *sit* post *honestum*. Stoicos hic intelligi nemo non videt. Codd. Rehd. Duisb. Aug. habent *malum videtur*. Paullo superius Mon. 2. habet *quaeramus*. Pro *his tu* aliquot libri (Duisb. [hiis] Mon. 2. MS. marg. Asc. 2. Edd. S. E.) habent *iis tu*, ut paullo superius multi (etiam Dav. ex Reg.) *ab his* pro *ab iis*. Pro *tu* unus Ox. habet *in*, duo *tum*. Ed. P. *enim*. Mox scripsi *iactare te* ex Codd. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Duisb. Gud. Marb. Mon. 1. 2. cum Dav., qui ita in Cod. Reg. legisse videtur, quamquam, si collationem nostram inspicias, in eo *te* plane deesse videtur. Edd. habent *te iactare:* Intellige: *prae dolore*. Pro *loquetur* Mon. 1. 2. et tres Oxx. habent *loquitur*. Gud. omittit cum Mon. 1. *enim*. Deest *voce* in Reiskianis Edd. Ven. 1. Med. 2. item in Ven. Alteri (ubi in marg. additum est) Ven. nostr. Asc. 1. P. *Mr.*

c. 20. *Tune* etc.] De hac interrogandi forma laudat Kühn. Acadd II. 19. 61. II. 45. extr. Parad. I. 3. Ochsner. Ecl. Cic. p. 121. [est p. 146. ed. 3.] Ad v. *pueros* Beroaldus: „hos appellant Graeci *βωμονίκας*: quasi in ara contendentes de tolerantia plagarum.“ Scribitur *Lacedaemoniae* in Codd. Aug. Marb. Vind. 1. Pro *quum* Gud. 2. habet *tum*. *Adolescentes* Wolf. in scholis explicat *athletas*, *barbaros* autem *gladiatores*: recte. *Olimphie* scribitur in Cod. Marb. In Cod Duisb. legitur *gravissimas excipientes*. Pro *pervellerit* Ursinus se in libro MS. reperisse ait *perculerit*, et ita est in uno Ox. Vind. 1. Mon 1. 2. Edd. S. E. C. Asc. 2. HWolf. quod placet Reiskio, nec displicet Bouhierio, qui idem exstare dicit in Cod. Reg. uno Leid. et Ed. Rob. Steph. [hoc vero falsum est: habet enim ea cum marg. Crat. et plerisque *pervellerit*.] In Edd. a Reiskio collatis Ven. 1. 2. Med. 1. 2 praeterea in P. A. B. Ven. nostr. Asc. 1. Junt. perperam est *pertulerit* ortum ex *perculerit*. Unus Duisb. habet miram scriptionem *perdidisserit* Aug. *percuteris*. Commode confert Orellius Lib. III. 17. 36: *quae* [fortuna] *pervellere te forsitan potuerit et pungere, non potuit certe vires frangere*. Pergit unus Ox. *fieri exclamabit*. Mr

Nec *constanter*] Vulgo *non*. Mstum vero Cantab. sequor, cum quo facit Charisius lib. II. col. 195. *D.*

Non constanter et sedate feres?] Restitui *non* ex libris nostris

Ferri non potest: natura non patitur. — Audio. Pueri ferunt, gloria ducti: ferunt pudore alii, multi metu: et tamen veremur, ut hoc, quod a tam multis et quod tot locis perferatur, natura patiatur? Illa vero non modo patitur,

---

et Oxonn. itemque Edd. omnibus, quod praeter necessitatem ex uno Cod. et Charisio in *nec* mutaverat Dav. Quasi non possit *ἀσυνδέτως* interrogare simplici negatione Cicero. Vid. Or. pro Quinct. 26, 82. Verba *et sedate* absunt ab uno Cod. Ox. In Gud. 1. *et* supra lin. est scriptumque *sed ate*. *Mr.*

Ferri non potest] „Vict. et quinque Pall. Vatic. Ulrich. *fieri non potest.*“ *Gebh.* „*Fieri*] „Sic MSS. etiam Guelf. et Edd. vett. Vulg. *ferri.*“ *Ern.* „Bene Dav. [in Ed. 1.] restituit *fieri*, quod est in Codd. meis omnibus et Ed. mea vet.“ *Bouhier.* „Vulgatum *ferri* ea, quae sequuntur, manifeste defendunt.“ *Nissen.* Recepi *ferri* cum Dav. Gebh. Gron. FAWolf. Schz. Orell. ex Codd. Vind. 1. 2. Gud. 2. Marb. idque probabat etiam Schottus in Nodis Ciceron. p. 327. Nec tamen *fieri* cum FAWolfio, in scholis, absurdum dixerim. Aptius vero responderi ad interrogationem *non constanter feres?* verbis *ferri non potest*, praesertim cum mox denuo bis inferat Marcus *ferunt*, nemo facile negabit. Ad v. *patitur* Rehd. supra lin. habet *al. patietur*. Pergit unus Ox. *audi*, alius *adeo*. *Mr.*

Pueri ferunt; gloria ducti ferunt; pudore alii] Vulgo, *pueri ferunt gloria ducti, ferunt pudore alii*. Sed pravam illam interpunctionem mutandam fuisse Cl. Bentleius recte vidit. D.

Pueri ferunt, gloria ducti: ferunt pudore alii, multi metu:] Haud immerito improbat Bouhierius Bentleianam distinctionem a Dav. receptam. Nec tamen cum eodem crediderim, illa recepta solos Spartiatarum pueros respici. Sed concinnior et sententiae Marci accommodatior est distinctio recepta. Scribitur *gloria d o c t i* in Codd. Marb.; in Aug. *f u e r u n t pudore*; in Vind. 1. *alii pudore, alii m u l t a metu*, in Duisb. *pudore alii, alii metu*. *Mr.*

Veremur, ut hoc — natura patiatur] Vulgo, *veremur, in hoc — natura* non *patiatur;* contra quam iubet Latini sermonis ratio, prout multis ostendere Grammatici. Nos igitur Victorium nostrosque Msstos praeter Balliol. et Med. iure merito sequimur. *D.*

Et tamen veremur, ut hoc — natura patiatur?] Mira est Bouhierii annotatio, qui, cum in Ed. sua vet. reperisset *et tamen f e r e m u s*, hanc scriptionem ait potuisse omnem Davisio dubitationem eximere de veritate lectionis librorum, ante Davisii editionem, omnium: *natura non p a t i a t u r*. Quasi ineptissima illa lectio *feremus* ferri possit, et soloecam plane alteram tueri! Nissen. quoque dubitanter de lectione recepta disputans, „*Non*, ait, quod a vulgatis ante *patiatur* additur, deletum est. De quo sic sentio, ut non posse decerni credam, utrum hoc a librario, qui vim illius rationis non intelligeret, profectum sit, an ipsi Ciceroni exciderit. Sane multa eius anomaliae exempla apud priscos scriptores leguntur, novissimorum quidem editorum diligentia correcta, an restituta, magna quaestio est.“ Pro *ut hoc* solus Cod. Vind. 1. *ne hoc*, quod debetur correctori, qui ea scriptione vulgatum *n o n patiatur* cum grammaticae legibus conciliare vellet. Cod. Reg. cum Gud. 2. habet *quod tam*, omisso *a*; duo Oxx. *verentur, ne hoc*, de quibus idem, quod de Vind. 1. dicendum est. Unus Ox. omittit *ut*, Duisb. *quod* ante *tot*, cuius loco Gud. habet *totis*. Veram autem scriptionem *ut hoc — natura patiatur* tantum abest ut Codd. non agnoscant, ut eam exhibeant Codd. quatuor Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Duisb. Rehd. Marb. Edd. Vict.

verum etiam postulat: nihil enim habet praestantius, nihil, quod magis expetat, quam honestatem, quam laudem, quam dignitatem, quam decus. Hisce ego pluribus nominibus unam rem declarari volo: sed utor, ut quam maxime significem, pluribus. Volo autem dicere, illud homini longe

---

Rob. Steph. M. L. Brut. Ald. Sylb. post Ern. vero omnes. In Cod. Gud. 1. est *quodatatam multis;* in Aug. *natura non patitur;* unus Ox. omittit *patiatur. Mr.*

nihil enim habet praestantius] Unus Ox. omittit *nihil;* Aug. exhibet *praestantius habet;* et sic Edd. P. A. B. S. E. C. V. Rob. Steph. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. HWolf. Duo Oxx. Mon. 1. Aug. *expectat* pro *expetat. Mr.*

Quam honestatem] Vulgo *honestum.* Nos Msstis adhaeremus, quorum fidem ratam facit Charisius lib. II. col. 198. *D.*

Quàm honestatem,] Ita Codd. nostri omnes et Edd. ante Grut. Gebhardus vero, nescio unde, dedit *honestum,* quod receperunt, non inspectis libris, Ern. Oliv. Verb. Schz. Nobb. Tbn. quamquam Gebhardum iam reprehendit Gron. et de hoc loco et de servata prava lectione *ut hoc — natura non patiatur;* itemque miratus est Dav. in Ed. 1. receptam esse ab illo viro lectionem nulla plane auctoritate fultam. Ceterum ex collatione Codicum Oxx., ubi sex Oxx. dicuntur habere *honestas,* tres reliquos habere *honestum* coniicias. Sed neutrum fortasse verum est. In seqq. unus Ox. et Aug. habent *hisce ergo. Mr.*

pluribus nominibus unam rem declarari volo] Conf. Cic. de Finn. III. 4. 14: *si una virtus, unum istud, quod honestum appellas, rectum, laudabile, decorum, (erit enim notius, quale sit, pluribus notatum vocabulis idem declarantibus,) id ergo — si solum est bonum, quid habebis praeterea, quod sequare?* Amat autem noster eiusmodi vocabulorum cumulationes: sic de homine, de N. D. II. 7. 18: *illud autem, quod vincit haec omnia, rationem dico et, si placet pluribus verbis, mentem, consilium, cogitationem, prudentiam, ubi invenimus?* de deo, de Legg. I. 7. 21: *Dasne igitur hoc nobis — deorum immortalium vi et natura, ratione, potestate, mente, numine, sive quod est aliud verbum, quo planius significem, quod volo, naturam omnem regi?* — Unus Cod. Ox. pro *declarari* habet *declamare;* Gud. 2. verba *nominibus pluribus* omittit, quia idem vocabulum (*pluribus*) repetitum oculis librarii fraudem fecit. Gud. habet *declarare. Mr.*

Sed utor] Vulgo *utar,* quod ipsa res male se habere confirmat. licet ab eo stent Victorius et omnes fere Mss. In lectione, quam dedi, repraesentanda, Manucius, Lambinus, et J. M. Brutus praeivere. *D.*

Sed *utor*] Ita plures, ut videtur, Oxx. Gud. 2. Mon. 2. marg. Ven. Alteri, Edd. M. L. Car. Steph. Leod. Gryph. Boul. Sturm. Ald. Sylb. Lambb. Goth. Fabr. [hic certe probat in Ann.] Dav. Olivet. FAWolf. Koel. Schz. seqq. Scribitur *sed ita ut* in Mon. 1., *sed ita utar ut* in Edd. Ven. nostr. Asc. 1. HWolf. *Ita* est etiam in marg. Crat. Reliqui *sed utar.* Probant tamen Bouh. et Ern. receptum ab aliis *utor. Significem* explicat FAWolf. in scholis *significanter loquar.* Vind. 1. habet *pluribus significem. Mr.*

Volo autem dicere — laudabile:] Pro *homini* est *homine* in Codd Reg. Gud. 1. 2. In Gud. est *hominem:* idem habet *illud dicere* pro *dicere, illud.* Mox unus Ox. et Gud. 2. *perfectum,* ex male lecto compendio; et sic erat etiam a l. m. in Gud. 1. Verba *profectum* —

optimum esse, quod ipsum sit optandum per se, a virtute profectum, vel in ipsa virtute situm, sua sponte laudabile: quod quidem citius dixerim solum, quam non summum bonum. Atque ut haec de honesto, sic de turpi contraria: nihil tam taetrum, nihil tam aspernandum, nihil homine indignius. Quod si tibi persuasum est, (principio enim di- 47.

---

ipsa virtute Veneta Alteri nonnisi in marg. habet: errore ex repetito *virtute* orto. Vind. 1. et Gud. habent *et sua sponte*. *Mr.*

Volo autem dicere — laudabile] Hunc locum profert Charisius lib. II. col. 123. *D.*

Quod quidem citius dixerim solum, quam non summum bonum.] „Secutus sum et olim et nunc libros vulgatos [edendo *quam summ. b.*]. Fateor autem scripturam antiquam esse veriorem. MSS. autem omnes habent *quam non summum bonum*. Quid autem intersit inter has duas scripturas, paucis verbis expediam. Vulgatae haec sententia est, sane quam facilis et acuta: Ita virtutem et quidquid ab ea profectum sit, bonis omnibus antepono, ut eam ausim dicere solum bonum esse potius, quam summum bonum. Antiquae, haec: tantum virtuti et ei bono, quod ab ea profectum sit, tribuo, ut, si quis neget esse summum bonum, aut dicat aliquod esse maius aut superius, ausim dicere solum esse bonum: hoc est, si quis mihi non concedat, quod a virtute proficiscitur, id esse summum bonum: tantum abest, ut hoc aequo animo feram, ut potius contenderim esse solum bonum.“ *Lambinus*. Victorius solus edidit *quam non summum bonum*, ut legitur in Gryphii libro. Est autem haec huius loci sententia: tantum abest, ut summum bonum id esse negem, ut citius solum esse, quam non summum bonum sim dicturus. Solum esse Stoici aiebant, multo plus, quam alii, honesto tribuentes; Summum ita esse Peripatetici fatebantur, ut in bonis alia fortunae, corporis, animi habenda censerent.“ *Brutus*. „Laudo scriptam lectionem *quam non summum bonum*. Ita fere lib. II. Finium [c. 14.]: *atque haec contra Aristippum, qui eam voluptatem non modo summam, sed solam etiam dicit*.“ A. *Schottus* Nodd. Cic. p. 327. „*Non s. b.* Haec est MSS. Codd. etiam Lambino teste, scriptura: quam etiam praefert Victorii editio, Pal. quart. Pith. Vat. Ulr. nuper Schottus [l. c. II. 13.]“ *Gebhard*. Non recte intellecta Lambini explicatione, quam nimis argutam appellat, Bouhierius deletum volebat *non*, cum non sit in duobus Codd. Leidd. in veteri, qua utebatur, Ed. et in Manutianis: merito reprehensus a Nissenio. Nec melius Bouhierio Reiskius loci sententiam intellexit, cum *non*, quod a suis Edd. abesse vidisset, deletum vellet. Habent autem probam scriptionem Codd. quinque Oxx. Reg. Gryph. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Gud. Vind. 1. 2. Marb. Edd. Vict. Rob. Steph. Brut. Sylb. Gebh. Gron. Lall. Ern. Oliv. sqq. Pro *quam* unus Ox. habet *quod*. *Mr.*

Atque ut haec de honesto, etc.] Ad *atque ut* v. Handii Turscllin. I. p. 509. Pro *haec* est *hoc* in duobus Oxx. Edd. P. A. B. S. E. C. V. Rob. Steph. Ven. nostr. et Alt. [sed in hac correctum est *haec*] Junt. Asc. 1. 2. et ex Reiskianis, praeter laudatas, Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Bouhierius in seqq. infeliciter tentat: *Si de turpi contra; nihil tam tetrum* etc. Cod. Marb. habet *nihil tam contrarium*. Unus Ox. *nihil tanta erunt*. Gud. 2. *nihil tam amarum, nil* — Duisb. *vel tam asp.* In marg. Crat. legitur *tam asperum*. *Mr.*

Quod si tibi persuasum est,] Duo Oxx. omittunt *est*. In Ed. Ven. Alt. est *dixi*, sed in marg. correctum *dixisti*. Cod. Aug. habet *decore* pro *dedecore*. Post h. v. Ed. Fr. Fabr. addit *esse*. *Mr.*

xisti plus in dedecore mali tibi videri, quam in dolore;) reliquum est, ut tute tibi imperes: quamquam hoc nescio quo modo dicatur, quasi duo simus, ut alter imperet, alter
21 pareat. Non inscite tamen dicitur; est enim animus in partes tributus duas, quarum altera rationis est particeps, altera expers. Quum igitur praecipitur, ut nobismet ipsis

---

ut tute tibi imperes:] Unus Ox. *virtute tibi.* Marb. *ut tibi tute.* Gud. *ut te tibi.* — *Tibi* abest ab Ed. P. *Tute* habet noster etiam de Off. III. 2, 6: *ut — tute tibi defuisse videare.* Monet Or. ad W. scholas *dicatur* non pendere a *quanquam* sed a *nescio quo modo*: recte. Illud etiam addiderim, illud *quamquam* non prospicere ad sequens *tamen*, neque ea ita sibi opponi, ut protasis et apodosis: sed propositio a *quanquam* incipiens respicit ad antecedentia inservitque ei quasi explicandae et corrigendae. Quod vero sequitur *Non inscite tamen dicitur*, ita excusat antecedens (*ut tute tibi imperes*), ut cum sequentibus potius iungendum sit, quae rationem eius excusationis reddunt. Quare nolui post *pareat* minorem distinctionem ponere cum plerisque, neque maiorem post *dicitur*. Pro *duo* et *inscite* Gud. 1. a. pr. m. habet *duos* — *insite*. *Insite* est etiam in uno Ox. In alio *inscie*. Verba *alter pareat* desunt in Ed. P. Cod. Aug. habet *at alter imperet*: facilius feras *at alter pareat*: quamquam ne hoc quidem velim. Unus Ox. habet *pereat*. *Mr.*

Cap. 21. *Est enim animus in partes tributus duas*] Ostendimus ad lib. I. cap. 10. animam a Platonicis in tres partes fuisse divisam; iidem tamen philosophi duas aliquando solas adsignant. Tertullianus de Anima cap. XIV. *Dividetur* (anima) *in partes, nunc in* duas *a Platone* etc. Et cap. XVI. *Plato* bifariam *partitur animam, per rationale et irrationale.* Maximus Tyrius Diss. XXVI, 4. *Καὶ μὴν τῆς ψυχῆς ΔΙΧΑ νενεμημένης ὡς Πλάτωνός φησι λόγος, ἧς τῷ μὲν τῶν μερῶν ὄνομα λόγος, τῷ δὲ πάθος.* Nimirum, ut ait idem Diss. XXXIII, 5. *Ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ νενέμηται ΔΙΧΑ κατὰ τὴν πρώτην νομήν, καὶ τὸ μὲν αὐτῆς ἐστι λόγος, τὸ δὲ πάθος.* Rursus autem *μέρος ἄλογον* in *θυμικὸν* et *ἐπιθυμητικὸν* distinguitur. Vide Platonem lib. IV. de Rep. pag. 302. et Heraclidem Ponticum Alleg. Homer. p. 431, 432. *D.*

c. 21. *Est enim animus in partes tributus duas*] Gud. 2. *parte.* Habent *tributus* Codd. quatuor Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Rehd. Vind. 2. Gryph. septem Gebhardi, Edd. Vict. Rob. Steph. Gebh. seqq. In reliquis est *distributus*, nisi quod Mon. 2. habet *distribuere*, certe ita est in nostra collatione. Verbum simplex insolitum videbatur librariis et editoribus, quare ei glossam substituerunt. Eo usus est Crat. 33. 116: *quae sint eius generis sive formae sive partes, ut in eas tribuatur omnis oratio.* Ad rem cf. de Off. I. 28. 101: *duplex est vis animorum atque natura, una pars in appetitu posita est, quae est ὁρμὴ graece: — altera in ratione:* ubi Beierus nostrum locum laudavit. Add. de Off. I. 36. 132: *Motus autem animorum duplices sunt: alteri cogitationis, alteri appetitus.* Ciceronis de animo sententias collectas habes in Plexiaci Lex. Philos. c. IX. p. 60 — 70. praesertim p. 64. Plura dabit Ochsner. ad h. l. Eclogg. Cic. p. 113 sq. ed. 3. — Cod. Rehd. habet *est rationis*. *Mr.*

Quum igitur praecipitur, ut nobismet ipsis imperemus,] Unus Ox. *Quum vero.* Gud. 2. *percipitur*: unus Ox. omittit *ut.* Ad seqq. monet Ursinus: Videri Marcum respexisse ad Homericum illud de Ulysse: *τέτλαθι δὴ κραδίη.* [Odyss. XX. 18.] „*Ipsi* pro *ipsis* Latinitas postulat: et ante est *tute tibi imperes.* In vulgatis male est *nobismetipsis.*“

imperemus, hoc praecipitur, ut ratio coërceat temeritatem. Est in animis omnium fere natura molle quiddam, demissum, humile, enervatum quodammodo et languidum. Sed

---

Ern. Neutrum h. l. ineptum esse monuerunt Nissen. FAWolf. in Scholis, Ochsner. l. c. p. 114. Melius tamen scribi *ipsis*, quod tuentur libri ad unum omnes, contendit idoneo argumento allato Kühnerus dicens: „quum vocula *met* pronomini personali affixa est, pronomen *ipse* apud Ciceronem semper in eodem casu adiungitur, quo positum est personale.“ Recte. Significat idem Zumptius in Gramm. Lat. §. 131. Non igitur quaeritur h. l. utrum bene dicatur *nobis ipsi* et *nobis ipsis*, cum aliqua sententiae differentia: re vera enim utrumque bene dicitur: sed de eo, an possit nominativus poni (*ipsi*) post *nobismet*: quod negandum est. De illa differentia vid. nos ad Cic. de Fato 11, 26. p. 611 sq. add. Beneke ad Cic. Cat. I. 2. 4. p. 29. E. Wunder. in Praef. ad Varr. Lectt. Cic. p. LXIX—LXXI. Steuber. in Jahnii Annall. Philoll. etc. I. 1. 1. p. 125. Hoffmann. in Jahnii Annall. 1828. II. 1. p. 33 sqq. — Pro *coërceat* est *coherceat* in Cod. Marb. Ad v. *temeritatem* cf. Cic. de Div. I. 29. 61: *temerariis animi partibus compressis, ut illa — pars rationis et mentis eluceat. Mr.*

Est in animis omnium fere molle quiddam] Haec verba usque ad primam syllabam vocis *enervatum* desunt in Cod. Marb. Pro *omnium* duo Oxx. et Cod. Gud. habent *hominum*. Gud. 2. *fere omnium*. Scribitur *In animis omnium est fere* in Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. HWolf. In Cod. Mon. 1. post *natura* repetuntur verba *ut nobismet ipsis imperemus, hoc praecipitur*. Cod. Duisb. habet *natura* post *molle*. Rehd. *quoddam*. Aug. *demissum*. Gud. omittit *humile*. Unus Ox. habet *nervatum*, alius *languendum*. Gud. omittit *et*. Duisb. habet *et* post *languidum*. In Aug. legitur: *et enervatum quodammodo languidum et senile si aliud nihil esset in homine deformius*. De constructione *Est in animis omnium*, sine particula, vid. Gernhard. ad Cic. de Off. I. 28. 101. p. 114 sq. Cf. Tusc. III. 6. 12: *Est natura fere in animis tenerum quiddam atque molle. Mr.*

languidum, senile. Sed aliud nihil esset homine deformius] „Utut corrupta lectio est, placuit cum fide illam ex Gryphii libro repraesentare praesertim cum vocem *senile* Victorius retineat. Equidem a vulgata lectione non recedens, ex duobus verbis *si nil* et prima insequentis vocis *esset*, *senile* factum puto. Haesisse autem in manuscriptis, quod visum sit post vocem *languidum* non incommode *senile*, affine verbum, posse collocari, cum effetum et caducum significet.“ *Brutus*. „Maluimus pendere a Victorio [qui exhibet *languidum, senile. si nihil aliud: nihil —*] quam aliorum coniecturis et ludibriis obedire: praesertim ita iubentibus Pall. quatuor prioribus.“ *Gebhard.*

Si nil esset *aliud, nihil esset homine deformius*] Gebhardus Victorium secutus edidit, *senile. Si nihil aliud, nihil esset homine deformius*. At Cantab. habet, *languidum*. Et si nihil *aliud, nihil esset homine deformius*. Non male quidem. Plures vero Codices exhibent, *senile. Sed aliud, nihil esset homine deformius*; unde facile nascitur ea, quam amplexi sumus, lectio; nam *senile sed* prono Librariorum lapsu ἀντὶ τοῦ *si nil esset* scribebatur, ut animadvertit J. M. Brutus. Praeivere Manucius, Lambinus, alii. *D.*

et languidum, senile etc.] „*Senile* est etiam in ed. nostra vet.; tum: *sed aliud nihil esset*, sicut in Cod. Reg. Unus Leid. habet *languidum. sed aliud nihil homine*, alius: *nisi quod senile habet*, alius: *nisi quod nihil esset*. Credo legendum esse: *si nil aliud, nihil esset homine deformius*.“ *Bouhier*. „*Senile* abest libris quibusdam, et est

si aliud non esset, nihil esset homine deformius. Sed praesto est domina omnium et regina ratio; quae, connixa per se et progressa longius, fit perfecta virtus. Haec ut imperet illi parti animi, quae obedire debet, id videndum

---

sane parum commodum, arbitror bene deletum esse a Davisio.“ *Ern.* „Pro *senile*: *si nihil aliud*, unus e regiis habet: *sed si nihil esset aliud*, quod fortasse praeferendum vulgato.“ *Lallemannus.* „*Senile* deleri volunt. Puto legendum *servile*, in quo copula non desideratur: siquidem per *et* iungitur *languidum* non cum *humile*, sed cum *enervatum*.“ *Nissen.* *Languidum* pro glossemate habet Nodell. Act. lit. Traiect. I. p. 155; merito improbante Ochsnero l. c. p. 115. Deleverunt *senile* M. L. Goth. Brut. Car. Steph. Boul. Leod. Sylb. Ald. Sturm. HWolf. et, post Davisium, FAWolf. Schz. Koel. seqq. eaque vox abest a Codd. duobus Oxx. Duisb. et antiquissimo Gud. 1. Cum Nissenio faciunt exhibentes *servile* Codd. Rehd. (supra lin. in contextis *senile*) Gud. Post *senile* pergunt *sed si aliud non esset.* Codd. Reg. Rehd.; *sed aliud nihil esset homine deformius* est in quatuor Oxx. Gud. 1. 2. Marb. Bern.; *sed aliud nihil est h. d.* unus habet Ox. Mon. 2.; *quo nisi aliud nihil esset h. n.* unus Ox.; *et si nihil esset aliud, nihil esset h. d.* Vind. 1; *sed aliud inesset* unus Ox.; *sed aliud nihil hom. est def.* Mon. 1.; Edd. A. C. V. Leod. Gebh. Ern. *si nihil aliud, nihil esset h. d.* Ed. P. *sed aliud nihil esse h. d.*; Ven. nostr. Asc. 2. Gebh. Lall. Ern. *si nihil aliud, nihil esset*, ut Vict. et Rob. Steph.; Edd. B. S. E. *sed nihil aliud esse in h. d.*; Ed. Asc. 1. *sed aliud nihil esse in h. d.* FAWolf. Schz. Or. Nobb. *si nihil esset aliud, nihil esset h. d.* Sola Ed. Tbn. ex Cod. Reg. *Sed si aliud non esset, nihil esset h. d.* Quem nos quoque sequendum duximus. *Mr.*

Sed si aliud non esset. — Sed praesto est] Noli offendi repetita, paucis interiectis, coniunctione *sed*. Prius opponitur Praedicatis, quae dicunt, (*molle — languidum*): posterius toti enuntiationi, qua dicitur *esse ea in animis hominum*, opponit quasi quoddam in diversam partem momentum, quo mali illius vis tollatur. Similiter habes repetitum *sed* de Legg. I. 14. 40. I. 15. 43. de Finn. V. 29. extr. et 30. prc. Locutione *praesto esse* de auxilio et adiumento praesente utitur noster etiam paullo inferius, circa finem huius libri (37, 67.): *Etice te de navi: praesto est, qui excipiat.* — Vocem *ratio* omittit unus Ox., qua oratio carere non potest. *Mr.*

quae, connixa per se et progressa longius,] „Ed. Vict. cum quinque Pall. Fab. Pith. exhibet *connexa*, ut et Vat. Ulr.“ *Gebh.* „*Connisa*, inquit Manutius, erat aptius ad sententiam et in Lucullo etiam dixit: *nisa et progressa ratio*.“ *Fr. Fabr.* [II. 14. 44: ubi ipsum illud *nisa* Manutii debetur ingenio, cum antea fuerit editum *visa*] Ceterum legitur *connexa* etiam in quatuor Oxx. Vind. 1. Marb. Duisb. Gud. 1. 2. Aug. Edd. P. A. C. Rob. Steph. Junt. In Cod. Reg. et Mon. 2. legitur *conexa*, in uno Ox. *connessa*. Bene interpretatur Kühn.: *suis ipsa viribus sustentata. Connitendi* verbo usus est Tullius alibi quoque v. c. de Off. III. 2. *animo conniti*; in Verr. III. 56. de Finn. V. 15. Pro *fit* unus Ox. habet *sit*. duo *animae* pro *animi*. Pro *debet* Ern. malebat *debeat*, praeter necessitatem, sed pro suo more, quo iusto plures subiunctivos obtrusit Ciceroni. Mon. 1. habet *dolet*. Unus Ox. pro *id videndum* habet *invidendum*. Eo sensu, quo hic ponitur *videndum est* (pro *curandum est*) saepe sequitur apud Ciceronem *ne*, ut sit i. q. *cavendum est*: sequente *ut* est de Off. II. 21. *videndum erit, ut suum quisque teneat.* — Pergit Cod. Mon. 1.

est viro. Quonam modo? inquies. — Vel ut dominus 48.
servo, vel ut imperator militi, vel ut parens filio. Si turpissime se illa pars animi geret, quam dixi esse mollem: si se lamentis muliebriter lacrimisque dedet; vinciatur, et constringatur amicorum propinquorumque custodiis. Saepe enim videmus fractos pudore, qui ratione nulla vincerentur.

Quemadmodum, Gud. 2. *Quomodo*. Post *inquies* Marb. pergit *est velut* etc. *Mr.*

Vel ut *dominus*] Vulgo *velut*, hic et postea. Sed in Balliol. ea vox divisim scripta legitur, ut fieri debere Cl. Bentleius vidit. *D.*

Vel ut dominus etc.] „Necessaria videtur Bentleii emendatio: nam haec tria et hoc capite et sequente explicantur.“ *Nissen.* Separatim scribitur ter *vel ut* in Codd. duobus Oxx. Mon. 2. et fortasse etiam in aliis; tum in Edd. inde a FAWolfio omnibus. Ern. hanc quoque emendationem pridem factam, ut multas, neglexit. Mox Mon. 1. *Sed turpissime*, Gud. *si turpisse*. Unus Ox. omittit *se*. Duisb. habet *pars illa*. Gud. *illa animi pars*. Rehd. omittit *esse*, eius loco Mon. 1. habet *etiam*. Gud. 2. omittit *se illa*. Aug. habet *dixi se esse*; Marb. *molem*. *Mr.*

Si se lamentis muliebriter lacrimisque dedet] Hic locus apud Charisium lib. II. col. 185. sic legitur, *si se lamentis muliebriter lacrimisque dedecoret*: receptam vero scripturam praestant cum libri manu exarati, tum verbum futuri temporis quod antecedit, ut ex nostro corrigendus sit iste Grammaticus. *D.*

si se lamentis muliebriter etc.] Unus Ox. *muliebribus*, quod est correctoris. Marb. *lacrimis*, omisso *que*. Vind. 1. ante *dedet* inserit *esse*. Gud. habet *dederit*, unus Ox. *dedit*. Aug. *dedat*. Gud. omittit *vinciatur*, Rehd. *et*. Unus Ox. habet *vincatur*; tum Vind. 1. *obstringatur*. In Cod. Marb. est *et propinquorum*. Ad verba *constringatur — custodiis* vid. Doederlein. Lat. Synon. IV. p. 283. Orell. ad Wolfii scholas laudat Legg. XII. Tabb. V. [Fragm. 7. apud Dirksenium p. 369—380:] SEI FOVRJOSOS AVT PRODJCOS ESCJT ADCNATOROM CENTJLJOMQVE EJVS POTESTAS ESTOD. AST EJ CVSTOS NEC ESCJT. p. 24. Ed. Zell. [Ed. Funccii p. 249—253.] *Mr.*

Constringatur] „*Confringatur* in marg. Gryph. legitur, nota apposita, qua fides fiat, in aliis ita legi. Etsi autem post verbum *vinciatur* aptius videtur *constringatur* constitui; movet tamen me, ne alienum ab hoc loco putem, id quod mox sequitur: *Saepe enim videmus fractos pudore, qui ratione nulla vincerentur. Brutus.* Hanc rationem nullam esse nemo non videt. *Mr.*

Vidimus *fractos*] Sic Eliens. sec. et ita reposuit Cl. Bentleius. Vulgo *videmus*. *D.*

Saepe enim videmus] „Bentl. propter *vincerentur* necessarium existimabat *vidimus*: quod mihi secus videtur.“ *Bouhier.* „Recte Bentl. *vidimus*: nam sequitur *fractos*, non *frangi*. Et sic habet MS. Guelf.“ *Ern.* Recte autem Or. in Obss. p. 174 sq.: „Generalis haec debet esse sententia, non historica quodammodo oratio; neque impedit *fractos dolore* (ubi recentiorum plerique dixissent *frangi dolore*) quo minus in loco communi recte se habeat praesens tempus. Quocirca nolui cum recentioribus recipere Eliensis sec., Cod. ubique interpolati, perfectum *vidimus*.“ Receperunt *vidimus* Ern. FAWolf. Schz. Nobb. auctoritate librorum admodum dubia, ratione et necessitate nulla. Nostri libri (exceptis Aug. Rehd. Gud.) tuentur *videmus*. Ego autem de lectione ita existimo: Nulla plane est causa, cur ab optimorum librorum lectione recedamus, cum Praesens tempus sen-

Ergo hos quidem, ut famulos, vinclis prope ac custodia: qui autem erunt firmiores, nec tamen robustissimi, hos admo-

---

tentiae generali sit accommodatissimum. Quod si vero optimi libri exhiberent *vidimus*, nec de huius lectionis veritate esset dubitandum. Quod enim fieri solet, Perfecto etiam significari potest, addito etiam *saepe*, ut Graeci solent Aoristum ponere in talibus sententiis; sicut est in illo vetere proverbio: *saepe etiam est olitor valde opportuna locutus*. Sic nostro loco dici poterat: *Saepe enim homines pudore fracti sunt, qui ratione nulla vinci se paterentur*. Cf. Ramshorn. Gr. Lat. §. 164. 6. b. p. 401. Goerenz. ad Cic. de Finn. I. 15. 49. p. 67. — Pro *fractos* unus Ox. habet *infractos*, quod, ut participium, eadem sententia dici potuit, nec semel a Cicerone dictum est. *Mr.*

vinclis prope ac custodia arceamus] „Codex vetus *coërceamus*. Toletanae tamen membranae Verbo carebant, et ad sequentia, *oportebit dignitatem tueri*, referebant." *Schütz.* Nod. Cic. II. 13. p. 327 sq. „Abest etiam *arceamus* a Pal. quart. Vatic. Meo animo paenissime abesset." *Gebhard.* „*Prope* vulgo abest: sed habent Vict. quatuor Pall. Pith. Vat." *Idem.* Abest illud *prope* ab uno Ox. Edd. A. B. C. V. Reiskianis Ven. I. Med. 2., Ven. Alt. Asc. 1. Car. Steph. [qui in vet. Cod. *prope* reperiri ait] Rob. Steph. Brut. Ald. Boul. Leod. Sylb. Lamb. Goth. Sed tuentur eam particulam libri fere omnes, nisi quod unus Ox. et Duisb. loco eius habent *coërce*. Pro *ac custodia* duo Oxx. *custodiam*, MS. marg. Asc. nostr. 2. et Edd. S. E. *a custodia*. Cod. Gud. 1. *ac ad custodia*, Reg. Gud. 2. *ac ad custodiam*, sed *m* erasa in Gud. 2.; Aug. *ac custodiri*. Lamb. Fr. Fabr. FAWolf. Ed. 3. *et custodia*. Rehd. *vinclis ac custodia prope*. Vind. 1. *ac custodia propinquorum:* quod est correctoris ad superiora respicientis. De scriptione *ac custodia*, in qua offendit Lambinum illud *c* in fine prioris et initio posterioris vocis, vid. O. M. Müller. de Vi et Usu Verbb. Latt. p. 8. Handii Tursellinum I. p. 457. (qui recte contra Heusingerum et Wolfium disputat, *ac* ante *c*, *q*, *x* poni negantes:) Graefenhan. in A. Schul-Ztg. 1830. II. 44. p. 345—350. praesertim p. 347. *Mr.*

Vinclis prope ac custodia] Vulgo additur *arceamus*. Sed illam vocem nesciunt Reg. Pithoean. Vatic. Med. aliique Codices, nec eam postulat oratio. *D.*

vinclis prope ac custodia] „*Arceamus* non habet Cod. Reg. in quo est *prope ad* [est *ac ad*] *custodiam*. Veram lectionem, ni fallor, habet mea Ed. vet. *vinclis prope coërceamus ac custodia*. Videtur imitatus esse nostrum locum Horatius Epist. II. 2. 62: *Animum rege, qui nisi paret, Imperat. Hunc fraenis, hunc tu compesce catenâ.*" *Bouhierius.*

vinclis prope ac custodia coërceamus] „*Hos*, sc. molles et turpes, de quibus ante dixerat. *Coërceamus* dedimus ex ed. vet. ap. Buh. pro vulgato *arceamus*, quod est ab h. l. alienum. In MS. Guelf. verbum plane deest." *Ern.* „Vocem postremam cum alii non praestent, alii habeant quidem, sed loco alio, in aliis *arceamus* compareat; probe vides insititiam esse, qua carere bene possimus." *Nissen.* Merito eiecerunt verbum, quod et ab optimis abest, et apud alios vel variat vel sede vaga positum reperitur. Non habent duo Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Bern. (quamquam in marg. additum est a 2. m. *coërceamus*, ut et inde glossa appareat); abiecerunt post Davisium FAWolf. et seqq. Rehd. habet a pr. m. *cohercercemus*, sed literae *cer* punctis notatae sunt. Reliqui habent *arceamus*. Restitutum vult *arceamus* Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. IV. p. 423 sq.

nitu oportebit, ut bonos milites, revocatos dignitatem tueri. Non nimis in Niptris ille sapientissimus Graeciae saucius lamentatur, vel modice potius:

Pedetentim (inquit) *et sedato nisu,*

---

dicens glossatorem potius scripturum fuisse ex praecedentibus *constringamus*. *Mr.*

hos admonitu oportebit,] Post *admonitu* addunt *simili* quinque Oxx. (quorum unus habet *admoniti*) Mon. 1. 2. tres Gebhardi Edd. vett. ante Gebh. In Vind. 1. Aug. 1. legitur *simili admonitu*. Optimi plurimique libri non agnoscunt. Gud. 2. habet *oportebit admonitu*. In Ven. 2. et Med. 1. Reiskii est *admonitus*, et sic etiam in Ven. nostr. Bouhierius, qui in uno Leid. et sua Ed. vet. item reperisset *simili*, id vel abiiciendum, vel in *senili* (vel simile vocabulum) mutandum censebat. Pro *revocatos* voluisse alios *evocatos*, militare vocabulum, refert Schottus l. c. p. 328: quibus se non ait assentire. Merito. *Mr.*

Non nimis in Niptris ille] Cod. Vind. 1. *Num in Neptris nimis*. Marb. *non minus iniptris* (sic). *Minus* habent etiam Rehd. Gud. unus Ox.; alius *minis*. *In* omittunt duo Oxx. et Aug. Unus Ox. pergit *non imperiis ille*, ubi vides librarium veram verborum scriptionem pro aliorum verborum compendio habuisse. Dicebatur illa Sophoclis fabula: *Νίπτρα ἢ Ὀδυσσεὺς ἀκανθοπλήξ*. Argumentnm fuit mors Ulixis pastinacae (piscis) radio (*τρυγόνος κέντρῳ*) icti a Telegono filio, ut ait Brunck in Fragmm. Sophocl. Pacuvius eam fabulam latinam fecit. Post *Graeciae* Cod. Duisb. pergit *graviter saucius*. Unus Ox. pergit *lamentabatur*. Gud. 1. 2. Aug. Marb. *lamentator*. *Mr.*

Pedetentim etc.] „Pacuvius in Niptris citatur a Festo in *Serilla* et *subscudes*.“ *Fr. Fabr.* Dav. in Ed. 1. secundam vocem glossam esse existimabat, scribebatque *ac* pro *et*, ut laudat locum Charisius. Secundam intelligit vocem verbum *ite*, quam tertiam appellat in Edd. 2. et 3. „Mihi quidem non videtur delendum *ite*, neque Anapaesticos agnosco versus, sed Trochaicos, metrum in tragoediis frequentissimum: quamvis etiam G. J. Vossius in ann. ad Fragmm. Tragg. p. 100 sq. Anapaesticos esse velit cum Camerario. Sine dubio in hac scena metrum fuit unum idemque: atqui infra sunt manifesti trochaici; hic vero obliterati omissis aliquot voculis, quae nihil fere faciunt ad sententiam. Veri igitur est simile ita fuisse scriptum a poëta:

— — — — *pedetentim ite, et heu, precor,*
Sedato nisu; ne succussu arripiat maior dolor:

ad quae ii, qui gestabant Ulixem, respondent:

Tu quoque, Ulysses, quamquam graviter cernimus te ictum, nimis
Paene animo es molli, consuetus in armis aevum degere.

Equidem minore hacc mutatione verborum constitui, quam alii viri Critici. *Ulysses*, Vocativo casu, aeque bonum est, quam supra *Patrocles* c. 16. quidquid dicat Bentleius. Unus Leid. habet *qui es consuetus*, manifesto glossemate.“ *Bouhierius.* „*Sapientissimum* intellige Ulyssem.“ *Ern.*

Pedetentim (inquit) *et sedato nisu*] Vulgo locus ordine continuo scribitur, legiturque, *Pedetentim* (inquit) *ite et sedato nisu, ne succussu arripiat maior dolor*. At Charisius Inst. Gramm. lib. II. col. 190. initium sic laudat, *pedetentim ac sedato nisu*. Recte quidem et vere, quod ostendit metrum; nam versus Anapaestici sunt, ut edidi-

Ne succussu arripiat maior
Dolor. . . . .

49. (Pacuvius hoc melius, quam Sophocles: apud illum enim perquam flebiliter Ulixes lamentatur in vulnere:) tamen huic leviter gementi, illi ipsi qui ferunt saucium, personae gravitatem intuentes, non dubitant dicere,

---

mus, distinguendi. Sententiae complendae vox tertia ἀχολιαστικῶς fuit adiecta. *D.*

Pedetentim — et sedato nisu] „Hos versus ita mihi legam, cuivis tamen meliora afferenti facile cessurus:

— — — — *pedetentim accedite*
Et sedate, ne succussu me arripiat maior dolor.
Tu quoque, Ulysses, quamquam graviter cernimus te saucium,
Nimis es paene animo molli, qui consuetum armis aevum egis.“ *Nissen.* Hoc vero est hariolari. Verbum *ite* habent Codd. plerique et Edd. (praeter Dav. FAWolf. et seqq.) omnes: sed abesse videtur a tribus Oxx. et abest ab uno Ox. qui eius loco habet *a te*, a Gud. sec., ubi est *ut et*; in Gud. est *te et*. Scribitur *peditentē* in Gud. 1.; *peditentum* in Gud. 2.; *pedetemptim* in Reg. et Rehd. Bene monet Kühn. illud *ite* ortum esse posse a verbis *inquit et*, et retentum esse, quia sententiae supplendae inserviat. *nixu* habet unus Ox. et Cod. Aug. et Ed. Asc. 2. (sed marg. MS. *nisu.*) unus Ox. *nissu*; Gud. 1. a pr. m. *nisi*, supra lin. *v.* Mon. 1. pergit *nec* pro *ne*. Ad v. *succussu* vid. Hieron. Mercurial. de Arte Gymn. p. 369. Legitur in tribus Oxx. Marb. Rehd. Gud. *successu*, in Duisb. et uno Ox. *succussū*, in Gud. 2. *succo sic. Mr.*

Pacuvius hoc] Sic Reg. Pithoean. Eliens. et Balliol. probante Cl. Bentleio. Vulgo *haec. D.*

Pacuvius hoc melius, quam Sophocles:] Laudat Bouhierius, cui duae fabulae eiusdem argumenti videbantur *νίπτρα* et *Ὀδυσσεὺς ἀχανθοπλήξ*, de mortis genere Ulixis Meziriacum ad Ovidii Heroidas p. 113. ed. pr. De literarum sono in his versibus ad ipsam vim tragicam nonnihil conferente, vid. Marantae Lucullian. Quaestionn. p. 159 sq. Adhibet nostrum locum suo de Pacuvii ingenio atque indole iudicio Stieglitz. in libro de Pacuvii Duloreste p. 16. *Hoc* dedimus cum Dav. ex quinque Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Gud. Mon. 1. 2. Rern. duobus Lallemanni Edd. Ven. Alt. M. L. Sturm. Car. Steph. Ald. Sturm. Boul. Brut. Leod. Sylb. Goth. FAWolf. Schz. Or. Tbn. Reliqui habent *haec. Mr.*

Apud illum enim perquam flebiliter Ulixes] *Illum* ad proximum, Sophoclem, referendum esse iam Bentleius monuit. Pacuvium videlicet probat: Sophoclem improbat. Rehd. habet *apud enim illum*, Duisb. *Ulixes perquam flebiliter*. Mon. 1. et Aug. habent *per quem*. De usu vocum *perquam* et *sane quam* vid. Doeleckii Gramm. Germ. Lat. p. 77 sq. De inverso usu verborum *huic, illum* v. G. Billroth: Latein. Syntax f. d. obern Klass. p. 35. (Lips. 1832.) *Mr.*

Tamen huic] Sic quidem Codices. At inter se comparari Sophoclem et Pacuvium satis quidem constat: quapropter Cl. Bentleius bene rescribit *apud hunc*. Forte vero Tullius scriptum reliquit *Pacuviano huic leviter* etc. Librarii nomina propria miris modis passim deformarunt. *D.*

tamen huic leviter gementi] Recepit Dav. in Ed. 2. Bentleianam emendationem: *apud hunc*: addit vero in annot.: „forsan tamen ad receptam lectionem proxime reponi possit *at in hoc*, vel etiam, si mavis, *in hoc* nam *tn* et *in* facile confundi possunt. Sane *legi-*

Tu quóque, Ulixes, quamquám graviter p. 186.
Cernímus ictum, nimi' paéne animo es a.
Molli, qui, consuetús in armis

---

mus in Platone tam Latine dicitur, quam *apud Platonem*. Vid. modo Hieronymum in Rufin. Lib. III. p. 537." Verbo moneo, ex annott. Or. (ad Wolfii scholas) et Bill. facile aliquem suspicari posse Bentleium pro *apud illum* voluisse *apud hunc*; quod secus est. Ne vero quis Bentleio assentiat pro *tamen huic* corrigenti *apud hunc*, is reputet, verbis *Pacuvius — vulnere* in parenthesi positis tolli id, quod offendebat Bentleium, *huic* vero recte ad Ulixem referri. Unus Ox. habet *tunc huic*, Mon. 1. *tamen ut huic*. Duo Oxx. *leniter*, unus *graviter*; quae sunt correctoris. De confusione vocum *leniter* et *leviter* vide Beierum in Jahnii Annall. Philoll. 1827. I. 3. p. 16. sq. Pro *ferunt* Gud. 1. a. 1. m. *fuerunt*. Verba *personae gravitatem* Kühn. bene explicat de partibus, quas in vita egerat Ulixes, in qua semper ostenderat gravitatem. Pro *dubitarunt* cum Lall. FAWolfio, Schz. Or. Tbn. ex duobus Regiis apud Lallemannum (in quibus vetustissimus noster) et Rehd. recepi, sententia postulante, *dubitant*, quod ultimae syllabae lineâ temere superscripta, facile potuit legi a librariis *dubitarunt*, qui, cum de re dudum praeterita sermo sit, Perfectum praeferre non dubitarent. Solus Gud. habet *dubitarent*. *Mr.*

Tu quoque etc.] „Hos ego versus anapaesticos sic perscribendos puto:

— — — — *tu quoque, Ulysses,*
Quamquam graviter cernimus ictum,
Nimis es paene animo molli, qui
Consuetus in armis aevum agere. **Camerarius.** Eodem modo hos versus disponendos censuit G. J. Vossius ad Fragmm. Tragg. p. 101. quem in 1. ed. sequendum duxit Dav. Dispositi sic etiam sunt in Ed. nostra Aldina. In Sturm. Car. Steph. Brut. Boul. Sylb. eodem verborum ordine scribuntur, sed ut duo versus, quorum prior desinit in *ictum*. Sic etiam Gebh. et Ern. cum Oliv.; sed *es* ponitur post *animo*. Leod. a Quercu edidit, ut Ald., sed *es* habet item post *animo*: quod cum etiam fecerit Verb., duos ultimos versus sic scripsit: *Nimis paene animo es molli, qui con —*
Sueris in armis aevum agere: ex sententia Bentleii. *Mr.*

Tu quoque, Ulixe] Cl. Bentleium sic hosce versus disponentem sequimur. Rationem, quam probavit G. J. Vossius, vide sis in eius notis ad Fragm. Tragic. pag. 101. *D.*

Tu quoque etc.] Scripsi *Ulixes*, pro Davisiano *Ulixe*, cum FAWolfio, Schz. Or. Nobb. Tbn. ut est Acadd. II. 28. 89: qua de re praecipit K. L. Schneider. in Gr. Lat. II. Formenl. I. p. 42: qui non negat Vocativum etiam scribi *Ulixe*. Pro *ictum* est *ictu* in Gud. 1. 2. *Nimi'* scripsi cum Ed. Tbn. versus gratia. Gud. 1. habet *poenae*, Duisb. *paene nimis*. Ante *paene* habent *es*, praeter Vict. Rob. Steph. Leod., Edd. vett. omnes: Codd. non item. *Mr.*

Molli, qui, consuetus in armis] Unus Ox. *mollis*. Post *qui* distinxi, ut significarem, deesse verbum finitum, ad quod spectat Relativum. Illud verbum cum desiderarent multi, Ern. quidem, parum curans vel libros vel versus rationem, delari volebat *qui*: unus Ox. cum Mon. 1. habet *qui ea consuetus*, Rehd. *qui consuetus ea*, (in uno Ox. est *qui et consuetus*): HWolf. in marg., nescio unde, *qui consueris*, dudum certe ante Bentleium, qui idem ex unius Codicis Davisiani lectione *consueueris* (in qua ego manum agnosco correcto-

Aevom ágere, ...

Intelligit poëta prudens ferendi doloris consuetudinem esse non contemnendam magistram. Atque ille non immoderate
60. magno in dolore,

Retinéte, tenéte! opprimit ulcus:
Nudáte. Heu me miserum! excrucior.

Incipit labi: deinde illico desinit,

---

ris) scribendum esse coniecit, quod recepit FAWolfius in Ed. 2. 3. indeque Schz. In prima Ed. Wolfius contra metrum scripserat *consuetu's*, quod ipse retractavit in scholis, sed cupidius arreptum est a Koel. et Bill. quorum posterior ita ictibus ornavit versum: *Molli, qui consuétu's in armis*, in annot. autem dicit versum esse paroemiacum: in quo dubius haeres, utrum versus scriptionem, an annotationem magis mireris. Pro *agere* in fine versus MS. in marg. Verb. et Cod. Duisb. *gerere*. — In seqq. Codd. Gud. 1. 2. *ferrendi* pro *ferendi* Codd. Gud. 1. 2. Unus Ox. habet *consuetudinis*. Pergit Vind. 1. *magistram esse non contemnendam*. Voci *ille* in Cod. Vind. 2. superscriptum est *Ulixes*. In Gud. 2. scribitur *atque vero imm.* Aug. omittit *ille non*; duo Oxx. omittunt *non*. Aug. pro *magno* habet *nimio*. Duisb. habet *in magno*. Rehd. post *dolore* addit glossam *inquit*. *Mr.*

Retinete etc.] „Habebis Trochaeos, si ita scripseris:

— — — — retinete, tenete, opprimit
Ulcus. Nudate, heu, miserum me! Excrucior — — —

Et in seqq.:

— — operite, abscedite, iam iam dimittite.
Nam attrectatu et quassu saevum amplificati' dolorem mihi.

Lego *dimittite*, ut est in nonnullis MSS. et uno Leid. Addidi *mihi* solummodo ut significem, hoc vel simili vocabulo posse versum expleri." *Bouhierius.*

Retinete — opprimite] „i. e. humum *me dimittite*. *Verto:*

Haltet, haltet, laſst mich nieder!

Versuum haec ratio videtur:

Retinete, tenete, opprimite, ulcus
Nudate. heu miserum me! excrucior. —
Operite, abscedite, iam iam me
Mittite. Nam attrectatu et quassu
Saevum amplificatis dolorem." *Nissen.*

Retinete, tenete, opprimite] Pithoeanus Codex *opprimit te*, unde Janus Gulielmius legebat, *opprimit* heu *Ulcus*; at illi quidem metricae leges adversantur, pro quibus, praeeunte Joach. Camerario, sic distinguas velim:

Retinete, tenete, opprimi te, ulcus
Nudate; heu miserum me! excrucior.

V. C. G. J. Vossius Fragm. Tragic. pag. 101. interpunctione mutata, reponit:

Retinete, tenete, opprimit *ulcus,*
Nudate etc.

Non autem video, cur a libris scriptis abeamus. *D.*

Retinete, tenete! opprimit ulcus: Nudate. Heu me miserum! excrucior.] Ita scripsi cum FAWolfio, Schz. et Or. distinctione tantum paullulum immutata. Corruptionem esse admodum vetustam in libris MSS., liquido demonstrat Cod. antiquissimus Gud. 1. in quo est: *retinete, :te .te : ne. opprimite ulc9*; Marb. exhibet *opprimit uulcus*, Vind. 1. *opprimite vulnus*; ubi agnoscis manum glossatoris, qui re-

— — *Operite, abscédite, iam [iam]*
Mittite nam attrectatu ét quassu
Saevom amplificati' dolórem.

Videsne, ut obmutuerit non sedatus corporis, sed castiga-

---

putaret, Graecum ἕλκος, unde est *ulcus*, significare apud poëtas saepissime *vulnus*: idem habet etiam Rehd. In Gud. et Aug. est *ultus*: erroris origine manifesto. Quod vero vulgo legitur *opprimite*, ortum est ex librariorum posteriora prioribus assimilandi studio, cum duo praecedant eius formae Imperativi. Quid vero intellexerint ii, qui servarunt *opprimite*, ipsi non facile dixerint. Pro *nudate* Gud. 1. exhibet *adiuvate*: quod est correctoris. *Nudate* inquit, sc. ulcus, ut obligetur. *Me miserum* scripsi ex Codd. Vind. 1. Duisb. cum Lall. FAWolf. Schz. eadem, qua Bentl., ratione ductus. Bothii de h. l. sententiam eiusque scriptionem v. in Poett. Scenn. p. 135. Pro *illico* est *ilico* in Gud. 1. 2. et fortasse etiam in Reg., cum Dav. in Ed. 2. ita dederit. Gud. habet *illo*. *Mr.*

Operite — dolorem] Vulgo, *Operite, abscedite, iam iam mittite: Nam attrectatu et quassu saevum amplificatis dolorem.* Versus eo quo fecimus modo disponendi sunt ut Anapaestici sint. Ultimo, ut putabat, fulciendo G. J. Vossius ad Fragm. Tragic. pag. 101. scribebat, *saevum* hunc *amplificati' dolorem*. Nihil opus est, cum, provocabulo omisso, ruina non sit metuenda; qua de re diximus ad huiusce libri cap. VII. *D.*

— — *operite, abscedite, iam [iam]*] Dav. in Ed. 1. de tertio horum versuum haec addit: „sic c. 7: *vis vulneris, ulceris aestus.* V. R. Bentleii Epistolam Malelae subnexam p. 27. Jo. Camerarius et uterque Manutius secundum versum sic exhibent: *Dimittite, nam attactu et quassu —*: sed melior est scriptura, quae MStorum fide nititur.“ Cod. Marb. habet *abscidite*, tres Oxx. Mon. 2. *abscindite*. Unus Ox. pro *abscedite iam iam* egregiam scilicet habet emendationem *obsedite ianuam*. Pro *iam iam* Grotefendio legendum videtur *iam*: Anapaesticis, ait, numeris magis convenire videtur *iam* semel positum: quare alterum uncis inclusi.“ Idem placet etiam Kühnero, qui vero initio versus *operite* repeti vult, ut numerosior decurrat:

Operite, operite, abscedite, iam —

Ego utrumque ita probo, ut tamen contra libros nihil demere, nihil addere voluerim. — Pro *mittite* est *dimittite* in tribus Oxx. Pak pr. Mon. 1. Vind. 1. Edd. Ven. Alt. (in marg.: nam contextus habet *dimitte*, ut unus Ox.) A. B. S. E. C. M. L. a Reiskio collatis omnibus (praeter Junt.) itemque nostris ante Gebh. Solus Cod. Aug. habet *ianuam immittite*. *Mr.*

nam attrectatu et quassu] Cod. Aug. *nam at tractu*, unus Ox. *nam attractu*, duo *nam obtrectatu*, alius *nam adtrectatus*, Gud. 1. *nam atrectatu*; marg. Asc. 1. 2. Schur. *nam in attractu*: Edd. Ven. 1. Med. 2. Ven. nostr. et Alt. (sed haec ex corr.) *nam in attractatu*. Cod. Vind. 1. *nam attractatu*, Asc. 1. *nam in attrectatu*. M. et Ald. nostr. *nam attactu*. Pro *saevum* est *scevum* in Codd. Mon. 1. et Aug. Miris ictibus ornavit hunc versum paroemiacum, vel potius oneravit, Bill. scribens: *saevóm amplificati' dolorém*, in utraque Ed. *Mr.*

Videsne ut obmutuerit] *Ut* omittit Gud. 2. cum uno Ox. Cod. Vind. 2. *ut emicuerit*, in marg. *aliter: obmutuerit*. In seqq. Vind. 1. *extremis neptris*, Marb. *extr. myptris*, Aug. *extr. tprbus Niptris*. Cogitabat videlicet monachus, antequam accuratius inspiceret librum, de *extremis*, quae dicunt, mundi *temporibus*. Scribitur *isque mo-*

tus animi dolor? Itaque in extremis Niptris alios quoque obiurgat, idque moriens:

Cónqueri fortúnam adversam, nón lamentari decet.
Id viri est officium: fletus múliebri ingenio áddit'st.

Huius animi pars illa mollior rationi sic paruit, ut severo imperatori miles pudens.

22 51. In quo vero erit perfecta sapientia, (quem adhuc nos quidem vidimus neminem; sed philosophorum sententiis,

---

riens in Cod. Vind. 1., marg. Vind. 2. Edd. Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Asc. 1. 2. [haec in marg. MS. *idque*] Junt. P. A. B. C. Cod. Duisb. *idque movens.* Mox Cod. Mon. 1. *fortunam versam.* Pro *decet* duo Oxx. *dolet.* Est *docet* in Edd. B. Ven. nostr. Asc. 1. 2. [sed haec in marg. MS. *decet*] et in Codd. Vind. 1. Aug. Tum Vind. 2. *officium est.* Ed. P. *est officiosum.* Placet, quod dederunt Dav. in Ed. 2. Lall. FAWolf. Koel. Schz. Or. Tbn. *additu'st,* pro *additus,* ut habent fere omnes: cum pro forma librariis minus cognita ii homines notiorem inferre soleant. Scribitur *est additus* in Cod. Rehd., *est addictus* in duobus Oxx., *adductus* in uno. Gud. 1. habet *additis,* sed ab eadem manu *v* superscriptum est. *Mr.*

Huius animi pars illa mollior] „i. e. *apud hunc Ulixem* pars illa mollior animi. *Huius* cave referas ad *animi:* quare post *huius* distinxi." FAWolf. in scholis. Fecit idem Or.: sed vereor ut recte. Interpretatio FAWolfii ceteroquin est verissima. Duo Oxx. habent *melior,* unus *molliter.* Vind. 1. *sic rationi.* Vind. 2. et Gud. *pareat.* In fine Capitis habent *prudens* Gud. 1. (a 2. m.) Duisb. (a pr. m.) Oxx. octo, Vind. 2. Aug. Gud. Edd. vett. ante Grut. (praeter Lamb. Brut. Sylb. Fr. Fabr.) omnes, itemque aliquot Gebhardi libri. Hic tamen recte Crepund. III. 3. p. 110. (470. in Schminckii Syntagm.) „Quid, ait, *prudentia* in milite agat, praesertim in parendo, non potui discernere. Placet ergo, quod alii et MS. tertius Pal. invenerunt, *miles pudens:* in quam sententiam vergit etiam Guilielmus. *Pudens* miles, *αἰδήμων,* metuens reprehensionem atque iram imperatoris. Hanc verecundiam militibus Homerus iniungit Il. N. [122.] *ἀλλ' ἐν φρεσὶ θέσθε ἕκαστος αἰδῶ καὶ νέμεσιν.* Sallust. Iugurth. 7. *modestissimi parendo.*" *Mr.*

Cap. 22. *In quo* vero] Vulgo *viro.* Nos Cl. Bentleio credimus, id quod postulat nexus orationis. *D.*

In quo vero] Recepi *vero* pro *viro* post Dav. Ern. FAWolf. Bip. Koel. Schz. Nobb. Tbn. ex Codd. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. Idque nunc etiam probat Or. ad Wolfii scholas, cum in ann. Edit. Opp. Cic. Bentleiana correctione nihil opus esse dixisset. Existimabat enim V. Cl. locutione *ἀσυνδέτῳ* oppositionem intendi, et vocem *viro* cum efficacia (emphasi) poni pro viro forti, viro vere hoc nomine digno: coll. §. 57. *vix eum virum dixerim.* Philipp. II. 14. *virum res illa quaerebat.* Vellei. II. 24. 4: *in exsequendo virum,* al. Ruhnk. Sed recte nunc sententiam mutavit, nam illi oppositioni et efficaciae hic nullus est locus. Ego vero, nisi aliquantulum obstaret *κακοφωνία,* qua fortasse aliquis offendatur, malim utraque lectione coniuncta: *in quo vero viro erit perfecta sapientia.* Accedunt Bentleio Bouh. Ern. Schz. Kühn. in annott. *Vero* et *viro* ferconiunguntur de Off. III. 1. 1. *Magnifica vero vox et magno viro ac sapiente digna.* Pro *quam* unus Ox. *quo.* Pergit Vind. 1. *adhuc quidem nos.* Aug. omittit *nos,* Gud. 2. *nos quidem.* *Mr.*

adhuc nos quidem vidimus neminem] Ita Codd. tres Oxx. Rehd

qualis hic futurus sit, si modo aliquando fuerit, exponitur:) is igitur, sive ea ratio, quae erit in eo perfecta atque absoluta, sic illi parti imperabit inferiori, ut iustus parens probis filiis; nutu, quod volet, conficiet, nullo labore, nulla molestia: eriget ipse se, suscitabit, instruet, armabit; ut, tamquam

---

Aug. Guelf. Vind. 1. 2. unus Leid. Edd. vet. Bouh. S. E. Lamb. Fr. Fabr. HWolf. Dav. in Ed. 1. Verb. Oliv. Ern. seqq. In Ed. 2. et 3. Dav. recepit *videmus*, nimirum ex Cod. Reg. quem saepissime tacite sequitur. Ad sententiam cf. de Off. I. 15. 46: *vivitur non cum — hominibus plane — sapientibus, sed cum iis, in quibus praeclare agitur, si sunt simulacra virtutis.* Contrario errore scriptionis §. 48. Dav. edidit *saepe vidimus* pro *saepe videmus. Mr.*

Qualis hic *futurus sit*] Vulgo *qualis futurus sit.* Secunda vox fide Reg. Med. et Balliol. adiicitur. *D.*

qualis hic futurus sit] Habent *hic* Codd. septem Oxx. (unus, isque octavus, *hoc*) Reg. Gud. 1. 2. Aug. Bern. Marb. Duisb. Gud. Mon. 1. 2. Vind. 1. Ed. vet. Bouh. Dav. FAWolf. Koel. Schz. sqq. Formulae huius exempla vid. ap. Spalding. ad Quintil. I. 10. 4. p. 211. — Gud. 1. habet *futuris*, supra lin. *v.* Pergit Mon. 1. *si modi. Mr.*

si ea ratio quae erit] Editionem Victorii praetulimus, vulgo *sive ea ratio.* Quae tamen omnino disparent in Fabr. Pal. quart. *ratio si vera quae erit. Gebhard.*

Is igitur sive *ea ratio*] Vulgo *si ea ratio.* Sensu duce, nos alteram legendi rationem cum Erasmo Lambinoque recepimus. Eam repraesentant Reg. Med. Pithoean. Bak. Petrens. Balliol. et Eliens. tert. *D.*

sive ea ratio] Habent *sive* octo Codd. Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Bern. Vind. 1. 2. Mon. 1. 2. Edd. P. A. B. S. E. L. Ven. nostr. Asc. 1. marg. MS. Asc. nostrae 2. Boul. Car. Steph. Sturm. Brut. Goth. Sylb. Leod. Dav. Alt. FAWolf. Lall. Schz. seqq. Reliqui habent *si*, nisi quod in uno Ox. et Cod. Duisb. pro *is igitur sive ea ratio* nihil est quam *ea igitur.* De anacoluthо, quod inest in hac periodo, cuius causa est in parenthesi longiore, vid. Otto in Excurs. ad Cic. de Finn. p. 394. Nissen. probabat *si*, quia ratio non coëat cum *erigit ipse se*: quasi non respiciant haec ad subiectum primarium *is igitur*, cuius verba *ea ratio* etc. non sunt nisi explicatio. Rectius in scholis FAWolf. *si* ne iustum quidem verbum habiturum ait, quo referatur. Post *absoluta* Cod. Duisb. additum habet *sapientia:* nimirum, ut lectio *ea igitur* habeat, quo jungatur: sed tum quidem haeret constructio in verbis *eriget ipse se.* In eodem Cod. est *inferiori imperabit*, et omittitur *probis.* Unus Ox. pro *sic* habet *sit*; alius pro *quod volet* exhibet *que loco*, Duisb. *quolibet*, Mon. 1. *quod nolet*; tum Gud. 2. *efficiet*, quod debetur sive interpreti sive correctori. Pergit Marb. *nullo dolore.* Duo Oxx. *erigit*, unus *eris et* pro *eriget. Mr.*

suscitabitur] „Sic Vict. Pall. tres priores Fabr. Vat. Vulgo *suscitabit.*“ *Gebh.*

Suscitabit, *instruet*] Victorium et e suis Msstis nonnullos male secutus Gebhardus, edidit *suscitabitur*, hoc enim modo parum Latina fit oratio. Nos igitur veterem lectionem reduximus, quam dant Med. Bak. et Pall. quart. quint. *D.*

suscitabit] Ita recte Dav., quamvis Codd. Reg. duo Leidd. et mea Ed. vet. habeant *suscitabitur.*“ *Bouh.* „Non bene Vict. Junt. et MS. Guelf. *suscitabitur.* Melius Edd. prr. *suscitabit*: nam in hoc

hosti, sic obsistat dolori. Quae sunt ista arma? Contentio, confirmatio, sermoque intimus, quum ipse secum, *Cave turpe quicquam, languidum, non virile.* Obversentur species
52. honestae animo: Zeno proponatur Eleates, qui perpessus

---

verbo, ut in sequentibus, intelligi debet *se*: alias dissimilitudo orationis oritur." *Ern.* Probam lectionem *suscitabit* habent unus Ox. Gud. 2. Rehd. Duisb. Gud. Vind. 1. 2. Edd. M. L. marg. Crat. Asc. 1. Car. Steph. Ald. Brut. Boul. Goth. Sylb. Leod. Verb. Dav. Lall. Ern. sqq. Passivum defendit Wakefield. ad Lucret. IV. 318. Unus Ox. et Aug. habent *sciscitabitur*. Pro *instruet* est *instituet* in Edd. P. A. B. C. Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Junt. Asc. 1. 2. Ven. nostr. In Vind. 2. est *amabit* pro *armabit*. Proximum *ut* abest ab uno Ox. Aug. habet *et*. Unus Ox. pergit *quam*, alius omittit *hosti*, Gud. habet *hostis:* Gud. 2. *obstat*. Unus Ox. habet in seqq. *M. comtemptio*, alius idem sine *M.* quod cum in uno Leid. reperisset Bouh., recipi volebat, dicens *contentionem* nihil aliud significare, quam, quod proxime sequitur, *confirmationem:* esse vero apud Cic. de Off. III. 33: *fortitudo est dolorum laborumque contemptio*, et Tusc. II. 26: *omnes labores contemnendo fiunt tolerabiles* (ubi male Bentleius correxerit *contendendo*) et c. eod. *amplitudo animi eminet contemnendis et despiciendis doloribus*. Contra quem recte Nissen.: *qui contemnit dolorem, is eum iam vicit, nec ut ei resistat opus habet*. Nec certe unum idemque sunt *contentio* et *confirmatio*. Proxime unus Ox. *sermoque intuitus;* alius *tum ipse;* Aug. *tunc ipse*; idem cum Mon. 1. *secum canet turpe*. Ad v. *quum ipse secum* Wolfius in scholis: sc. *aliquis*. Or. laudat I. 38. 92: *non modo ipse:* ubi v. nostr. annot. Tres Oxx. habent *cavet*, unus *tempore* pro *turpe*. Gud. *quidquam turpe*. Marb. *non vile* pro *non virile*. *Mr.*

Obversentur species honestae animo] Cod. Vind. 1. Gud. marg. Ed. Ven. Alt. *observentur:* perperam. Cic. Acadd. II. 45: *nonne ipsa veritas — et recta ratio mihi obversetur?* Reg. Gud. 1. 2. *obversetur species honeste vero Zeno*. Marb. *obversetur species. Honeste vero Zeno*. Gryph. *obversentur species honestae vero Zeno*. Est etiam *obversetur* in uno Ox., alius habet *observetur — vero Z.* Quinque alii cum Mon. 1. 2. item habent *vero* pro *animo*. Aug. *Sed obversetur species honesto animo*. Gud. *spes* pro *species*. Vind. 1. *species honesti:* quod videtur correctoris, qui magis etiam significare vellet, quod nos dicimus: Muster vel etiam Ideale von sittlicher Würde v. Kraft. Vocem *animo* omittit Cod. Duisb. neque eius loco habet *vero*, ut alii. Goth. quidem in marg. ad lectionem veterum Codd. *vero* simpliciter addit: „mendose;" sed vereor ut hoc iudicio res sit confecta. Quid? si potius mendum inesse suspicemur in lectione recepta, quamquam optimam exhibet sententiam? Vetustissimorum librorum scriptio ulcus h. l. esse arguit, obtectum potius, quam sanatum. Quale sit, non liquet: sufficiat indicasse: nolo hariolari. *Mr.*

Zeno proponatur Eleates] Marb. *Eteno*. Vind. 1. *praeponatur*. Marb. *Elephantes*, Mon. 1. *Eleacus*, Aug. *Cleantes*. Vind. 1. *Eleantes*. Cum Aug. faciunt quinque Oxx. De constructione *potius, quam*, pro *potius, quam ut* vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. IV. 14. extr. p. 471. qui laudat ad Att. VII. 7: *Depugna, inquis, potius, quam servias*. Goer. perperam, operarum errore, *de pugna:* Add. Kritz. ad Sall. Iug. 106. p. 574. qui explicat: quam *id egit*, ut —. *Mr.*

Zeno proponatur Eleates] De hac re sic Suidas: *Καθελεῖν δὲ θελήσας Νίαρχον οἱ δὲ Διομέδοντα τὸν Ἐλέας τύραννον, ἑάλω· καὶ ἐρω-*

est omnia potius, quam conscios delendae tyrannidis indicaret. De Anaxarcho Democritio cogitetur, qui quum Cypri in manus Nicocreontis regis incidisset, nullum genus b.

τώμενος ὑπ' αὐτοῦ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ ἐνδακὼν καὶ ἀποτεμὼν προςέπτυσε τῷ τυράννῳ καὶ ἐν ὅλμῳ βληθεὶς συντρίφθη πτισσόμενος. Et Tyranno quidem Nearchi nomen indunt Philostratus vit. Apoll. lib. VII. cap. 2. Diodorus in excerpt. Peiresc. pag. 250. et Valerius Maximus lib. III. cap. III, 3. extern. Modo tamen nonnihil diverso rem narrant, cuius etiam meminere Philo Iudaeus in libro *quod omnis probus, liber* pag. 681. Eusebius Praep. Ev. lib. X. cap. 14. Theodoretus Therap. VIII. pag. 120. Boëtius Cons. lib. II. Pros. VI et Plutarchus de Garrul. Tom. II. pag. 505. licet, quis fuerit Tyrannus ille, non indicant. At hic de Repugn. Stoic. pag. 1051. et adv. Colot. pag. 1126. eum Demylum vocat. Sane Tyrannum *οἱ μὲν Νέαρχον, οἱ δὲ Δημύλον προσαγορεύουσιν*, ut observat Clemens Alexandrinus Strom. IV. pag. 589. Horum locorum nonnulla iam laudarunt Henr. Valesius ad Ammiani Marcellini lib. XIV. cap. 9. et Aeg. Menagius ad Laertii IX, 26. Ab hisce vero diversus abit Tertullianus Apol. cap. 50. *Zeno Eleates*, inquit, *consultus* a Dionysio, *quidnam philosophia praestaret? cum respondisset, contemptum mortis, flagellis Tyranni subiectus sententiam suam ad mortem usque signabat.* At cum Zeno noster CL circiter annis Dionysio fuerit antiquior, Rigaltius voces *a Dionysio* suppositicias esse censuit; Menagius autem legit *a Demylo*. Sed doctissimos illos viros fugit locus e libri de Anima cap. 58. *Respice*, inquit, *ad Zenonis* (animam) *cum illam Dionysii tormenta praetereunt.* Adeo ut nihil in Tertulliano sit mutandum, ipsique, non Librariis, error sit imputandus. Pariter etiam Nemesius de Nat. hom. cap. XXX. pag. 233. *Ζήνων ὁ ἀποφαγὼν ἑαυτοῦ τὴν γλῶτταν καὶ ἀποπτύσας ΔΙΟΝΥΣΙΩι τῷ τυράννῳ ὑπὲρ τοῦ μηδενὶ αὐτῷ* (Leg. *μὴ αὐτῷ*) *ἐξειπεῖν τὰ ἀπόῤῥητα.* [Wopk. emendabat: *ὑπὲρ τοῦ μηδενὶ αὐτὸν ἐξειπεῖν.* C. F. Matthaei in Ed. Hal. 1802. edidit: *ὑπὲρ τοῦ μηδόλος* (i. e. *μηδ' ὅλως*) *αὐτῷ ἐξειπεῖν*· ubi vid. annot. p. 266. conf. p. 395. Mr.] Ibi sane pudendus est *ἀναχρονισμός*, eius tamen culpam subeat oportet Episcopus Emesenus. Hippiam Tyrannum in hac re memorat Seneca de Ira II, 23. Sed Leaenam meretricem cum Zenone, nisi fallor, confudit. Vide Tertullianum ad Martyres cap. IV. *D. quum conscios delendae tyrannidis indicaret.*] Cod. Marb. *conscius.* Gud. 1. idem, sed compendio *conscio*. Rehd. habet *socios*. Duo Oxx. omittunt *delendae*. Pergit Gud. 1. *Denaxarco* (sic) *Democricio*. Gud. 2. *De naxartho*. Aug. *de Nasarco*, Marb. *de naxarcho*. Quatuor Oxx. Aug. Mon. 1. Marb. Ed. C. *Democrito*. Ed. nostr. Ven. habet *de Anaxacro*. Ad rem cf. Cic. de N. D. III. 33. extr. *Anaxarchum Democritum a Cyprio tyranno excarnificatum accepimus: Zenonem Eleae in tormentis necatum*: ad quem locum cf. Wyttenbach. in Cr. et nostr. Ed maj. p. 797 sq. Ed. nostr. min. p. 229. Nemesium l. c. p. 266. ed. Matthaei. Fabric. Bibl. Gr. II. p. 642 sq. Unus Ox. pro *cogitetur* habet *cogitur*. *Mr.*

qui quum Cypri in manus Nicocreontis] „Ita Victor. cum omnibus fere nostris MSS. Sed illi tamen germano consensu *Timocreontis*, ut et Pith. Vulgo: *qui cum in manus Cyprii Nicocr.*" *Gebhard.* „Veritas historica iubet nos *Timocreontis* illocci facere." *Verburg.* „Utrumque (*Cypri in manus Nic.* ut est in Cod. Col., et *in manus Cyprii Nicocr.*) bene scribitur. Nam et Nicocreon, qui a Plutarcho in Alexandro *Νικοκρέων ὁ Σαλαμίνιος* nominatur, Cyprius rex seu *Κύπρου τύραννος* fuit, et Anaxarchus post mortem Alexandri, invitus

supplicii deprecatus est neque recusavit. Calanus, Indus, indoctus ac barbarus, in radicibus Caucasi natus, sua vo-

---

Cyprum delatus, a Nicocreonte comprehensus fuit, ut Laërt. libro IX. scribit." *Fr. Fabric.* Apud Jo. Valensem, quem non semel laudavimus, in Compendiloquio p. 208. a. scribitur hic locus: *Democritus cum in manus hostis incideret, nullum genus supplicii deprecatus est nullumque recusavit*: ex memoria videlicet parum fideli. Duo Oxx. habent *cum Cyri*, unus *Cirrii*, unus cum Reg. Gud. 1. 2. *Cyrri*, Aug. *Cyprii*, Marb. *tyrri*. Scribitur *in manus Cyprii Nicocr.* in Edd. E. C. M. L. Aldina Reizii, Car. Steph. Boul. Brut. Goth. Ald. HWolf. Leod. Sylb.; *in manus Cypri Nic.* Med. 2. Junt. B. S. Asc. 1. 2. (haec in marg. MS. *Cypriî*) S.; est etiam *Cypri* in Cod. Vind. 1.; Edd. Ven. 1. 2. P. A. Med. 1. habent *in manus Cyri Nic.* Veram scriptionem *Nicocreontis* habere videntur sex Oxx. habent Gud. Col. Rehd. Mon. 1. 2. In Aug. Marb. uno Ox. est *Tymocreontis*, in uno Ox. *Thymocreontis*; in reliquis Codd. est *Timocreontis*: qui error fortasse est ipsius Ciceronis, certe antiquissimus. Similiter peccatur in eodem nomine apud Valer. Max. III. 3. 4. ext. ubi Torrenius p. 272. „Etiam hoc nomen, ait, varie corruptum in MSS. exstat, ita ut pauci verum servent, plerique una aut altera, nonnulli etiam pluribus literis aberrent." *Mr.*

In manus Nicocreontis *Regis*] Omnes quantum constat Mssti dant, *in manus* Timocreontis *regis*. Sed recte se habet recepta lectio, quam tuentur Valerius Maximus lib. III. cap. III. 4. ext. Nemesius nat. Hom. cap. XXX. pag. 233. aliique tantum non innumeri. Vide Menagium ad Laertii IX, 59. et Gatakerum ad Antonini VIII, 37. Origenes tamen in Celsum lib. VII. pag. 368. *Γινναῖος μὲν οὖν ὁ Ἀνάξαρχος, λέγων τῷ τῆς Κύπρου τυράννῳ ΑΡΙΣΤΟΚΡΕΟΝΤΙ, Πτίσσε, πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον.* Aristocreontem memoriae vitio, prout videtur, pro Nicocreonte posuit. Nonnus quidem ad Gregorii Nazianzeni Stelit. I. hist. 15. et Elias Cretensis ad Orat. III. hunc Tyrannum vocant Archelaum, cum quibus facit Apostolius Proverb. Cent. XVI, 92. Sed ii

— *οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ*

sunt habendi. Adi sis porro Joan. Harduinum ad Plinii H. N. VII, 23. *D.*

nullum genus supplicii] Unus Ox. *ergo* pro *genus*. Tum Gud. *nec recusavit*, Gud. 2. *nullum recusavit*: fere ut Jo. Valensis. Ad v. *deprecatus est* in marg. Lambb. et Goth. scriptum est *παρητήσατο*. *Mr.*

Calanus, Indus, indoctus ac barbarus,] „Gymnosophistae philosophi sunt Indorum nudi, qui ab exortu ad occasum contuentur solem immobilibus oculis, insistentes toto die pedibus alternis. Ex numero istorum fuit *Calanus*, proprio nomine *Spines* dictus. Verum cum pro salute *χαλὲ* diceret omnibus obviis, Calanus a Graecis nominari coepit. — Hic postea semet ultro cremavit: de cuius morte haec traduntur: Secutus Alexandrum M. extra Indiae fines, cum apud Pasargadas aegrotare coepisset, se ipsum extulit anno aetatis LXXIII. Facta enim pyra et aurea lectica superimposita in ea combustus est stramentis opertus." *Beroaldus.* Add. Brodaei Miscellann. I. c. 11. Creuzeri et nostram annot. ad Cic. de Div. II. 22. 47. p. 119 sq. ibid. Davis. qui in prima Tusc. ed. ex MS. Norvic. ederat *Calanus, Indus, vir indoctus*: in seqq. illud additamentum delevit, probante Bouh. Ernestus tamen vel *vir* vel *ille* ante *indoctus* desiderabat. Illud receperunt Bip. „In quo, ait Niss., causam video.

luntate vivus combustus est. Nos, si pes condoluit, si dens, — sed fac totum dolere corpus, — ferre non possumus.

---

necessitas non apparet. Infra 27, 65: *barbari quidam et immanes.*" Scribitur *Callanus* in uno Ox. Marb. Bern. (a 2. m.); *Callandus* in Vind. 2; *Calenus*, operarum errore, in Ed. Ern. Rehd. omittit *Indus*, Gud. 2. verba *indoctus ac barbarus*. Vind. 1. habet *Caucasi montis natus*. Ad nomen Caucasi recte monet Bill. latissimo id sensu hic usurpari. Pergit unus Ox. *sua voluptate* pro *s. voluntate*: de qua confusione monui ad Cic. de Rep. I. 2. p. 13. add. Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 244. ed. 3. Idem Codex Ox. habet *doluit* pro *condoluit*, quod est correctoris, qui non concoqueret, quomodo *pes* dici possit *condolere*. Is sine dubio etiam correcturus erat de Or. III. 2. 6. *tum latus ei dicenti condoluisse — audiebamus*: neque passus esset Masinissam *collacrimare*, quod fecisse narratur in principio Somnii Scipionis. *Mr.*

Vivus combustus *est*] Eliens. sec. *vivus* sepultus *est;* quae quidem scriptura reiicula est habenda, cum de vivicomburio germanus sit Auctorum consensus. Vide Plutarchum in Alex. Tom. I. pag. 703. Aelianum V. H. lib. V. cap. 6. Lucianum Peregr. Tom. II. pag. 576. Strabonem lib. XV. p. 1045. aliosque bene multos. *D.*

sed fac totum dolere corpus] „Enormis est diversitas sec. Pal. *si tactum dolore corpus*. Vatic. *sed fac totum corpus*. elegantius." *Gebhard.*

Si tactum dolore corpus] Vulgo, *sed fac totum dolere corpus*. Pithoean. *sed factorum dolore corpus*. At Pal. sec. lectionem, quam damus, exhibet. *D.*

Si tactum dolore corpus.] Sic e MSS. quibusdam [ex uno, dicendum fuit] edidit Dav. bene. Consentit MS. Guelf. Vulgatum *fac totum dolore* [scr. *dolere*] *corpus*, non aptum est sententiae, quae ad levem dolorem pertinet. *Ern.* Eadem plane fuit sententia Bouhierii. Wolfius quoque in scholis ineptam dicit vulgatam: probat item Davisii lectionem Kühnerus. Ego vero, re accuratius ponderata, ad optimorum eorumque vetustissimorum librorum lectionem redeundum censui, iis potissimum rationibus permotus, quas ad scholas Wolfii ita exposuit Orellius, vir nobis amicissimus: „Non sine causa defendit Reiskius hanc Codd. Reg. Duisb. Gud. [add. Oxx. Marb. Gud. 1. (quamquam in hoc legitur *sed facto tum dolore* c.) Gud. 2. Mon. 1. 2. Vind. 2.] lectionem. Sententia est: wenn uns ein Fufs, ein Zahn schmerzt, so können wir es nicht ertragen; stelle dir vollends vor, der ganze Körper empfinde Schmerzen: wie gebärden wir uns dann? Ista in fine posita languerent: in Parenthesi vigent. Partibus corporis opponi debet totum corpus, ut III.-§. 82: *ut medici toto corpore curando minimae etiam parti-medentur*. Quid autem differre dicamus verbum *condoluit* et *tactum dolore?* Neque *tactus* simpliciter dictum significat *leviter tactus*. Respicias modo formulam *fulmine tactus*. Omnes huius loci corruptiones, mirae quidem, ortae videntur ex scriptione antiqua *set* pro *sed*: ut est in Gud. et Duisb. Vind. 1. habet: *si dens si faux, ac si tactum corpus dolore*, Rehd. *si tactum doleret corpus*: [Ven. Alt. in marg. *si fractum totum dolore corpus:* solus Aug. cum Pal. secundo facit et cum Guelf. suntque hi recentissimi: Edd. ante Dav. omnes, et post eum Lall. Oliv. Verb. Alt. in vulgata conspirant.] Neque veri est simile ortam esse scriptionem plane Ciceronianam (Orat. §. 31. *fac alium alio-delectari*), quam habent Codd. fere omnes, ex ea, quam nimis fere perspicuam dixeris, *si*

Opinio est enim quaedam effeminata ac levis, nec in dolore magis, quam eadem in voluptate: quam quum liquescimus fluimusque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non
53. possumus. At vero C. Marius, rusticanus vir, sed plane vir, quum secaretur, ut supra dixi, principio vetuit se alligari: nec quisquam ante Marium solutus dicitur esse sectus. Cur ergo postea alii? Valuit auctoritas. Videsne igitur opinionis esse, non naturae malum? et tamen fuisse

---

tactum dolore corpus." Ego his nihil habeo quod addam, nisi hoc: si vel maxime Ciceronis essent haec, quae Dav. recepit, verba, sententia certe, ne Cicero balbutiret, requireret *si tactum totum dolore corpus. Mr.*

Opinio est enim] Duo Oxx. Marb. Rehd. Gud. omittunt *enim.* Duisb. exhibet *opinio n. est:* (*opinio enim est*). Vind. 1. et Aug. *et levis.* Posterior pergit *quam nec in dolore. Opinionem* explicat FAWolf. in scholis *φαντασιαν. Mr.*

quam eadem in voluptate] „*Eadem* videtur esse alieno loco, reponendumque post *magis: nec in dolore magis eadem, quam in voluptate.* Sed melius delebitur, nec est in MS. Guelf." *Ern.* Defendit *eadem* Nissen. laudatis locis III. 5. 10: *eandemque dementiam* et *eademque dementia*; IV. 13. 31: *quae eadem ingenii etiam laus habetur.* „Recte. Poterat laudare Ernestus, si libros inspicere voluisset, Lambinum et Fr. Fabr., qui ante ipsum omiserunt *eadem*; abest etiam a Codd. Aug. et Vind. 1. Ernestum secuti sunt Bip.; uncinis eam vocem inclusit Nobb. Sed recte eam defendit etiam FAWolf. in scholis: Contrario, ac supra, errore unus Ox. habet *in voluntate* pro *in voluptate.* Ad verba *liquescimus fluimusque* v. Doederlein: Lat. Synon. u. Etymol II. p. 3. In Cod. Marb. est *fluimusque laetitia mollitia,* sed *laetitia* punctis notatum est; Vind. 1. habet *molliti e.* Ern. abesse volebat *mollitia,* non reputans, ait Or., legi etiam ap. Vellei. I. 6. 2: *mollitiis fluentem* et II. 88. 2: *mollitiis fluens.* Quorum locorum posteriori ipsum nostrum locum adhibuit Ruhnkenius: conf., qui ibidem laudatur, Drakenb. ad Liv. VII. 29. 5. p. 235. ed. Stuttg. ibiq. laudd. — Pro *apis* unus Ox. *apud,* Gud. 2. *acpis. Mr.*

C. Marius — se alligari] Profert haec Charisius Instit. Grammat. lib. II. col. 191. Vide supra cap. XV. §. 35. Hominem vero, *qui, dum varices exsecandas praeberet, legere librum perseveravit,* memorat Seneca Epist. LXXVIII. *D.*

At vero C. Marius, rusticanus vir,] *Vero* omittit Gud. 2. Scribitur *G.* (Gaius) pro *C.* in Codd. Gud. 1. 2. Aug. Vind. 1. Marb.; q̃. in Cod. Mon. 1. quo compendio alibi significatur *quae* in eo Cod. Ad v. *rusticanus vir* Beroaldus: Arpinatem fuisse Marium, obscuris natalibus, novum hominem, aratorem, quis ignorat? qui in agro Arpinate, nulla civilitate, ut auctor est Plutarchus [in Mario c. 3 ubi v. Leopold. p. 11.], vitam diu vixit rusticam plane et agrestem, procul ab urbanis munditiis. — In seqq. unus Ox. *in principio.* Verb. ex MS. nescio quo enotavit *illigari.* Pergit alius Ox. *nec ut quisquam:* idem omittit *solutus,* cuius loco unus Ox. habet *solitus:* Rehd. exhibet *dicitur sectus esse.* Pro *ergo* est *ego* in Mon. 1. et Aug. Pergit Dav. *alii postea,* quod ego reperi in Codd. nonnullis recentioribus, Aug. Gud. Duisb. Marb. Sed cum reliqui, et Edd. omnes servent *postea alii,* quamquam hiatus paullo est insuavior, retinui. Pro *videsne igitur* Gud. 2. habet *vides igitur. Mr.*

acrem morsum doloris, idem Marius ostendit: crus enim alterum non praebuit. Ita et tulit dolorem, ut vir; et, ut homo, maiorem ferre sine causa necessaria noluit. Totum igitur in eo est, ut tibi imperes. Ostendi autem, quod esset imperandi genus. Atque haec cogitatio, quid patientia, quid fortitudine, quid magnitudine animi dignissimum

---

opinionis esse, non naturae malum?] Scribitur *esse opinionis* in Edd. P. A. B. S. E. C. V. Rob. Steph. Ven. nostr. Asc. I. 2. Junt. HWolf. Codd. nihil variant, nisi quod Duisb., in quo frequentissimae sunt verborum transpositiones, habet *opinionis, non naturae, esse malum.* Vocem *malum* omittunt duo Oxx. corruptissimi. Pergit Vind. 1. *Et enim*, cum Aug. Cod. Gud. *et tantum fuisse acerrimum. Mr.*

Crus enim alterum non praebuit.] Rem ita narrat Plutarch. in Mario c. 6. p. 20. Leopold.: Τῷ δὲ Μαρίῳ καὶ σωφροσύνην μαρτυροῦσι καὶ καρτερίαν, ἧς δείγμα καὶ περὶ χειρουργίαν ἐστί. Ἰξῶν γὰρ μεγάλων ἀνάπλεως ἄμφω τὰ σκέλη γεγονώς, καὶ τὴν ἀμορφίαν δυσχεραίνων, ἔγνω παρασχεῖν ἑαυτὸν ἰατρῷ· καὶ παρέσχεν ἄδετος θάτερον σκέλος, οὐδὲν κινηθείς, οὐδὲ στενάξας, ἀλλὰ καθεστῶτι τῷ προσώπῳ καὶ μετὰ σιωπῆς ὑπερβολάς τινας ἀλγηδόνων ἐν ταῖς τομαῖς ἀνασχόμενος. Τοῦ δ' ἰατροῦ μετιόντος ἐπὶ θάτερον, οὐκέτι παρέσχε, φήσας· ὁρῶ τὸ ἐπανόρθωμα τῆς ἀλγηδόνος οὐκ ἄξιον. *Mr.*

Ita et tulit] Cod. Marb. *ita extulit.* Unus Ox. *Et ita*, alius *ita enim et.* Mox Cod. Gud. et Ed. Fr. Fabr. *et homo*, omisso *ut.* Ut h. l. sibi opponuntur *vir* et *homo*, similiter apud Herodotum VII. 210: ὅτι πολλοὶ μὲν ἄνθρωποι εἶεν, ὀλίγοι δὲ ἄνδρες: ubi multa contulit Valckenarius, nec nostri loci oblitus. In seqq. Cod. Aug. omittit *necessaria*: satisfacere fortasse videbatur correctori *sine causa. Causam necessariam* Cicero dixit etiam de Fato 10, 44. p. 643 sq. ed. nostr. *Mr.*

Ostendi autem, quod esset imperandi genus] Cod. Aug. omittit *autem.* Dav. in Ed. 2. refert Bentleium velle: *quot essent imperandi genera.* Quam emendationem postea silentio pressit. Merito. Gud. 2. exhibet *quid imperandi genus*, omisso *esset.* Unus Ox. habet *imperandum.* Vind. 1. et Aug. *genus imperandi.* Reiskius coniecit: *quod esset te dignum imperandi genus.* Vides non recte intellexisse eum Ciceronis usum. Vult Marcus: *ostendi, quomodo et qua ratione sapiens sibi imperare et possit et debeat.* — Pergit Cod. Gud. 2. *at haec.* Mon. 1. 2. habent *cogitatio haec. Mr.*

dignissimum sit] „Ita Gryph. et Victor. Alii *dignum.* non inusitatum quidem est Ciceroni ita loqui.“ *Brut.* „Adstruunt hanc lectionem Vict. edit. reliquaeque, quinque Pall. Fab.“ *Gebhard.* Solus Cod. Vind. 1. ex omnibus MSS. habet *dignum*: hoc vero Edd. fere omnes occupat ante Gebh., praeter Vict. Rob. Steph. Brut. Sylb. et marg. Crat. In Cod. Marb. est *indignissimum. Mr.*

Non modo animum comprimit] Legendum videtur *componit*, ut olim monuimus ad Epitom. Lactantii cap. XXXV. pag. 82. Ita certe passim loquuntur auctores. Seneca de Ira lib. III. cap. 39. *Contigit iam nobis, Novate, bene* componere animum. Idem Epist. IV. *Quo diutius frui* emendato animo *et* composito *possis.* Sic etiam Epp. XI. et LXXXIX. Petronius Satir. cap. IV. *Ut sapientiae praeceptis* animos componerent. Ambrosius de Offic. lib. I. cap. XXI. n. 97. Animos *nostros ratio* componat. Vide et Tacitum Annal. III, 1. IV, 42. *D.*

sit, non solum animum comprimit, sed ipsum etiam dolorem, nescio quo pacto, mitiorem facit.

23 54. Ut enim fit in praelio, ut ignavus miles ac timidus, simul ac viderit hostem, abiecto scuto fugiat quantum pos-

---

non solum animum comprimit,] Operarum, sine dubio, errore est in Ed. Grut. *comprimet*, qui tamen transiit etiam in Edd. Gron. Reisk. Wippel. Davisium coniecisse *componit* non ita mireris, quam plane non esse intellectam vocem *animum* a Bentleio, qui eo errore inductus coniecit *confirmat*: cum tamen *animus* sit h. l. id quod affectibus perturbationibusque agitatur, quod omnino est *comprimendum* i. e. coërcendum et compescendum. Commode confert Kühn. IV. 15: *animus perturbatus et incitatus nec cohibere se potest, nec, quo loco vult, insistere*: Orellius vero Plautum Trinumm. II. 2. 32:

Si animus hominem pepulit, actum'st: animo servit, non sibi:
Sin ipse animum pepulit, vivit, victor victorum cluet.

Verum vidit iam Bouh., qui *comprimere animum* eodem modo dici ait ut *comprimere audaciam, ferocitatem, laetitiam, furores*. Confert Horat. Ep. I. 2. 62: *Animum rege: qui nisi paret,*

Imperat. Hunc fraenis, hunc tu compesce catena.

Cic. ad Att. XII. 46: *vincam animum.* — Mirum quod Dav. in Ed. 2. et 3. in lemmate annotationis scripsit *non modo animum*, cum tamen in contextis dederit *non solum*, ut reliqui. Post *solum* Cod. Duisb. habet *ehim animum*. Vind. 2. et Duisb. *sed etiam ipsum*. In fine cap. Cod. Aug. *nescio dolorem quo pacto*. Gud. *minorem* pro *mitiorem*: quod vel glossatori debetur vel correctori. Nec vero opus est, ut afferam locos, quibus Cicero *animi motum mitigare* dixit, *tristitiam, labores mitigare*, cum ubique sint obvii. Ceterum vid. de locutione *animum comprimit* etiam Wopkensium infra ad IV. 28. 61. ad v. *prementem*. *Mr.*

c. 23. *timidus, qui simul — ob eam causam*] „Vulgg. *timidus, simul — ob eamque causam.*“ Davis. Ed. 2. Ex ann. Ed. 3. vides utramque unius vocis iniectionem (*qui* et *si*) ideo a Davisio esse factam, quia in Cod. Reg. et Pith. pro *eamque* est *eam*. Abest eadem coniungendi particula a Cod. antiquissimo Gud. 1: in nostra autem Codicis Reg. collatione nullum eius omissionis vestigium apparet, quam tamen certam esse ex lectione Cod. Gud. 1. manifestum videtur. Nec vero ea nos persuasio permovit, ut, ne syllaba una adderetur scriptioni illorum codicum ex reliquorum consensu, integram etiam vocem Ciceronis verbis adiiciendam censeremus. Loco vocis *ac* est *ut* in uno Cod. Ox. Abest *ac* ab Edd. A. Ven. 1. 2. Med. 1. Ven. nostr. *Mr.*

Timidus, si — ob eam causam] Vulgo, *timidus — ob eamque causam*. At Reg. et Pithoean. habent *ob eam causam*: secunda vero vox a nobis est addita; nec difficulter excidere potuit, cum sequentem ordiantur eaedem literae. *D.*

Abiecto scuto] „Neque enim retento scuto fugere poterant, neque abiecto pugnare. Itaque *διψάσπιδας* dixere, qui e praelio fugissent.“ *Camerarius*. In Cod. Marg. a pr. m. est *pfugiat*; sed *p* a 2. m. deletum. Vocem *corpore* omittit unus Ox. Mox A. *venerit*, unus Ox. *evenit* pro *evenerit*. — Quod h. l. dicitur *abiiciunt se* aliam paullo habet sententiam, quam Paradox. I. 3: *sic te ipse abiicies atque prosternes, ut nihil inter te atque quadrupedem aliquam putes interesse?* aliam etiam, quam habet loco, huic primo adspectu simillimo, Or. Catil. II. 1: *iacet ille prostratus, — et se perculsum atque abiectum esse sentit:* sed ita ponitur, ut *animum abiectum* non-

sit, ob eamque causam pereat, nonnumquam etiam integro corpore, quum ei, qui steterit, nihil tale evenerit: sic, qui doloris speciem ferre non possunt, abiiciunt se, atque ita afflicti et exanimati iacent: qui autem restiterunt, discedunt saepissime superiores. Sunt enim quaedam animi similitudines cum corpore. Ut onera contentis corporibus facilius p. 187. feruntur, remissis opprimunt: simillime animus intentione a. sua depellit pressum omnem ponderum, remissione autem

---

nunquam dixit Cicero v. c. Lael. 16, 59: unde *animum abiicere* dixerunt recentiores: Cicero non item. Pro *afflicti* Cod. Vind. 1. *affecti*. Sequens *et* omittunt Codd. Rehd. et Marb. *Mr.*

Qui autem restiterunt,] Merito non obsecuti sunt editores Bentleio ex Vict. et uno Cod. Davisii *restiterint* corrigenti. Quamquam est *restiterint* in duobus Oxx. et nostro Mon. 1: praeterea in Edd. Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Junt. S. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Sturm. H. Wolf. Lall. Neque est, qui nesciat, quam saepe in Codd. in flexionis, quas dicunt, syllabis turbetur. Habent praeterea duo Oxx. *resistant*, unus *resisterent*. Gud. *steterunt*. Pergit Vind. 1. *decedunt*, Gud. 2. *descendunt*, cum duobus Oxx. *Mr.*

Sunt enim quaedam animi etc.] Lamb. dedit: *et (sunt enim quaedam animi similitudines cum corpore) ut onera* etc. Et sic Fr. Fabr. hac annotatione addita: „Hoc modo haec sunt distinguenda: quum enim alteram similitudinem a corpore ad animum inferre ingrederetur, rationem generalem de similitudinibus animi cum corpore per parenthesin interponit.“ Nullus vero Cod. MS. consentit. Unus Ox. omittit *enim*. *Mr.*

Ut onera contentis corporibus etc.] In marg. Ed. Ven. Alt. haec leguntur: „Ovidius in libro de Ponto: [ex Ponto II. 7. 77 sq.]

Sustineas ut onus nitendum est vertice recto [l. *pleno est*]:
Et [l. *At*], *flecti nervos si patiare, cadet.*

Cod. Marb. omittit *ut*. Voci *ut* pro *sic* in seqq. respondet *simillime*, ut infra V. 3. ponitur *ut — alii — peterent: item nos — servire:* quod observavit Kühn. Add. Or. pro Cluent. 24, 66. *ut — me audistis: item — audiatis*. Brut. 53: *Ut Crassus — exorsus est: similiter Scaevolam* etc. de N. D. III. 12: *Ut — nihil esset —: similiter — esse potest* etc. Unus Ox. habet *contemptis*. Aug. *ferunt*. *Mr.*

remissis opprimunt] „Hic vitium est: nam sibi membra non respondent. Corrige: *onera cont. corp. fac. feruntur. remissa* (sc. corpora) *opprimunt.*“ *Ern.* „*Remissis opprimunt* sc. ferentes. Nec correctione opus Ernesti *remissa*. Nam *contentis corporibus* item sunt ablativi absoluti.“ *Nissen.* In eandem sententiam disputat Schützius Opuscc. p. 211 sq. addens: verba *feruntur* et *opprimunt* vel absolute posita, vel cum ellipsi quadam satis frequente, q. d. ut onera contentis corporibus facillime *feruntur* sc. *a nobis*, remissis *opprimunt* sc. *nos*. Praeterea Ernesti correctio duplici incommodo laborat. Primum insuavem vocalium hiatum parit, *remissa opprimunt:* deinde ambiguitatem quoque gignit structurae, quod qui legerit: *ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissa opprimunt*, ambigere potest, utrum participium *remissa* ad *onera*, an ad *corporibus*, referendum sit. Ceterum Codd. Vind. 1. Marb. Aug. duo Oxx. *opprimuntur*. Mox Duisb. *in contentione*, unus Ox. *contemptione*. *Mr.*

depellit pressum omnem ponderum] „Imo *repellit*.“ *Ern.* Quod non est necessarium. Habent *pressum depellit* Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. In Cod. Vind. 2. est *omnem pressum*.

55. sic urgetur, ut se nequeat extollere. Et, si verum quaerimus, in omnibus officiis persequendis animi est adhibenda contentio. Ea est sola officii tamquam custodia. Sed hoc idem in dolore maxime est providendum, ne quid abiecte, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid serviliter muliebriterve faciamus; in primisque refutetur ac reiiciatur Philoctetaeus ille clamor. Ingemiscere nonnumquam viro

---

Vind. 1. habet *pressuram*, qua forma Cicero non est usus. *Pressus* legitur etiam de N. D. II. 42. et supra II. 9. utroque loco in versu; in pedestri oratione est de Or. III. 11. extr. Vid. de hac voce J. Gebhardi Crepund. I. 8. p. 22 [p. 357. in Schminckii Syntagm.] De sensu vocis *remissio*, qui hic obtinet (ut sit abiectio debilitatioque animi in doloribus, et opponatur intentioni i. e. virtuti et constantiae virili) vid. Mencken. Obss. L. L. p. 853. — Gud. 1. a pr. m. habet *remissio*. Utrum scribendum sit *urguere*, ut dedit Dav., an *urgere*, ut Or. de eo vide, donec novam edet Orthographiam, quam nuperrime promisit fere absolutam, E. Wunderus, Cellarii Orthogr. p. 387. ed. Harles. Noltenii Lex. Antibarb. p. 193. Mox Cod. Gud. *si vero quaerimus*. *Mr.*

in — officiis persequendis] Scribitur *persequentis* in Codd. Reg. Gud. 1. 2. uno Ox. Gryph. Ad quam lectionem Brutus: hoc est: *non desistentis sequi*: quod huic loco perbelle quadrat. In qua sententia merito neminem obsequentem nactus est. Tum Vind. 1. *est habenda*. Duo Oxx. *contemptio*: quorum unus cum alio pergit *Et ea*; Aug. *eaque*; Gud. 2. *ea enim est*, omisso *sola*. Duo Oxx. *officiis*. *Mr.*

Sed hoc idem] Codd. Reg. Gud. 1. 2. septem Oxx. Gud. Duisb. Pall. pr. sec. tert. quart. Marb. [qui habet *sic* pro *sed*] exhibent *idem* pro vulgato *quidem*. Illud recepit Dav. in Ed. 2. ex Reg. quem sequendum duximus, cum tot bonae notae libri assentiant. Quam saepe *idem* Demonstrativo adiungat Cicero, non est quod doceam: v. modo Epp. ad Famm. I. 9. §. 58. Pro *maxime* est *maximum* in Codd. Gryph. et Marb. quod non debebat placere Bruto. In Gud. 1. scribitur *maximi* (sic). *Mr.*

Est providendum — faciamus] Haec habet Charisius lib. II. col. 182. *D.*

ne quid abiecte, ne quid timide] Duisb. haec habet ordine inverso posita; posteriora (*ne quid timide*) absunt ab uno Ox. Unde Beierus, ad normam criticae artis in Laelio factitatae, haec, ut glossam, abiicienda censuisset. Pro *in primisque* est *in primis* in Codd. quinque Oxx. et Mon. 2. Vind. 1. *et* pro *ac*. Idem cum Marb. *reiciatur*. *Mr.*

Philoctetaeus ille clamor.] Ita quinque Oxx. Reg. Gud. 1. Gud. Rehd. Duisb. Vind. 2. et recte: nam est a *Philocteta*: et sic Gebh. Verb. Alt. Lall. Ern. Bip. Nobb. FAWolf. in Ed. 2. Plerique *Philocteteus*: sed v. Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 29. 91. p. 263. *Philoctetis* est in tribus Oxx. Mon. 2. Edd. Ven. 1. 2. Med. 1. Junt. Asc. 1. 2. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. HWolf.; *Philocteticus* in Vind. 1; *Philolectetus* in uno Ox.; *Philoctetus* in Cod. Bern. a pr. m.; supra lin. *-teus*; *Philoteus* in Aug. et Mon. 1; *Phylocteus* in Gud. 2. In Cod. Rehd. est *clamor ille*, in Duisb. *ille Philoctetaeus clamor*. *Mr.*

Ingemiscere nonnunquam viro concessum est,] Cod. Gud. 1. *ingemescere*, unus Ox. *viro nunquam*, Gud. *viro nonnunquam*. Duisb. *permissum est*. Scriptionem *idque* sibi non placere dicit Ern., nulla plane ratione addita. Cui Schützius Opuscc. p. 211: necessario,

concessum est, idque raro: eiulatus ne mulieri quidem. Et hic nimirum est fletus, quem duodecim tabulae in fune-

---

respondet hoc servandum. Ac ne quis putet adiectum *raro* h. l. frigere propter antecedens *nonnunquam*, observandum est, utrumque non ad idem verbum referri. *Nonnunquam* enim cum *concessum est, raro* cum *ingemiscere* iungendum. Nimirum nonnunquam conceditur viro, ut ingemiscat, modo gemitus non crebros, sed raros edat." Pro *idque* unus Ox. *id quod*, alius *idemque*. Tum *eiulatus* in solis Edd. Lamb. et Fr. Fabr. mutatum est in *eiulare*, scilicet ut respondeat verbo *ingemiscere:* putida sane et supervacanea diligentia. Pergit Gud. 2. *nec mulieri*, Marb. *ne muliebri*. *Mr.*

Et hic nimirum] Codd. ad unum omnes (nisi forte Bern., de quo tamen dubito, Wolfio assentit) tuentur *et*, quod tamen FAWolf. tacite delevit. Pro *nimirum* est *nimium* in Cod. Marb. Perperam. *Mr.*

est fletus,] „Non *fletus* in vetustis libris, sed *lessus* legitur." *Muretus*. Varr. Lectt. IX. 19. p. 221. Ruhnk. — „Quod sicubi in Cod. vetusto legitur, docti est glossatoris, qui significare vellet, quid Cicero intellexerit. Nec vero Cicero legis XII. tabb. verba, sed sententiam, exponere voluit." *Bouhier*.

Hic nimirum est lessus] Vulgo *fletus*. Sed nos M. A. Muretum sequimur. Si enim illi Var. Lect. lib. IX. cap. 19. credimus, in antiquis Codd. legitur *lessus*; eaque vox est XII. Tabularum. Noster de Legg. lib. II. cap. 23. Mulieres genas ne radunto, neve *lessum* funeris ergo habento. *Hoc veteres interpretes S. Aelius, L. Acilius non satis se intellegere dixerunt, sed suspicari vestimenti aliquod genus funebris: L. Aelius*, lessum, *quasi lugubrem eiulationem, ut vox ipsa significat*. Sic *lessum facere filio* dixit Plautus Trucul. Act. IV. Sc. II, 18. *D.*

est fletus,] Muretum secuti sunt, praeter Dav., Lallem. Ern. Bip. Nobb. Admodum veri est simile, in nullo Cod. MS. *lessus* legi, et Muretum sive finxisse lectionem (quod saepe faciebant viri docti illius seculi) sive vetustos libros editos voluisse significare: quamquam ne hoc quidem verum videtur, cum ex omnibus, quas Reisk. Or. quasque nos contulimus Edd. vett. ne una quidem eius lectionis vestigium exhibeat. Restitui igitur *fletus* cum FAWolfio et seqq. (excepto Nobb.). Probat quidem *lessus*, Mureti potissimum auctoritate nisus, Dirksenius, vir nobis amicissimus, in libro de XII. Tabb. (Uebersicht d. bisherigen Versuche z. Krit. — der XII. Tafel-Fragmente) p. 669; probat item Kühnerus et Mureto non satis diffidens et perperam existimans Goerenzium (ad Cic. de Legg. p. 196.) ita reperisse in suis Codd., cum tamen contrarium dixerit G. Quas vero alias addidit rationes K., non eae sunt eiusmodi, ut omnium librorum auctoritatem labefactare possint. Nam quod ait lege dicta non *fletum*, sed *lamentationem* (i. e. lessum) prohibitum fuisse: non attendisse videtur vir doctissimus, non dici nostro loco universe *fletum* vetuisse adhiberi XII tabulas, sed *hunc fletum* i. e. *hoc fletus genus*, quibus ipsis verbis Cicero significare potius *lessum*, quam scribere se voluisse monstrare videtur. Ceterum ad *lessum* v. Lil. Gyrald. de Sepel. Ritu p. 753. P. Merula de Legg. Romm. p. 105. Kirchmann. de Funerib. Romm. II. 6. p. 97. Doederlein. Lat. Synon. u. Etym. III. p. 151. et 327 sq. J. N. Funccium ad Leges XII. Tabb. p. 437. Turneb. ad Cic. de Legg. II. 23. p. 683. ed. nostr. et Cr. et, quem laudat ibid. p. 345. Creuzerus, *Pouqueville Voyage de Morea à Constantinople* Vol. I. c. 30. p. 233 sqq. ed. Germ. — Cod. Gud. omittit *est*. In seqq. unus Ox. pro *vetuerunt* habet *metuerunt*.

56. ribus adhiberi vetuerunt. Nec vero umquam ne ingemiscit quidem vir fortis ac sapiens, nisi forte ut se intendat ad firmitatem: ut in stadio cursores exclamant, quam maxime possunt. Faciunt idem, quum exercentur, athletae: pugiles vero, etiam quum feriunt adversarium, in iactandis cestibus ingemiscunt: non quod doleant ani-

---

Fuisse, qui vellent, *voluerunt*, refert Muretus l. c. nescio quos: sed merito improbat. *Mr.*

Nec vero unquam ne ingemiscit quidem] Post *unquam* omittunt *ne* Edd. A. B. S. E. Junt. Ven. nostr. unus Ox. Mon. 1. Vind. 1. (in quo etiam abest *quidem*) Rehd. MS. in marg. Asc. 2. cum Vind. 1. faciunt Rehd. Aug. Eius loco habent *nec* octo Oxx. Gud. 1. 2. Duisb. Gud. Marb. Edd. P. Asc. 1. *Quidem* omittit etiam Vind. 2. Mox Mon. 2. *fortis vis*. Gud. *et* pro *ac*. *Mr.*

Vir fortis ac patiens] Vulgo *ac sapiens*, nec aliter Mesti. At *patiens* et *sapiens* inter se passim confunduntur, sensusque vocem, quam reposuimus, omnino postulat, ut olim diximus ad Epit. Lactantii cap. XXXV. pag. 82. Noster supra cap. 17. *Virorum esse fortium et magnanimorum et patientium, et humana vincentium, toleranter dolorem pati*. Et cap. 21. *Haec cogitatio, quid patientia, quid fortitudine, quid magnitudine animi* etc. Seneca de Tranq. animi cap. 3. *Quid patientia, quid fortitudo, quid mortis contemptus*. Vide sis et de vita beat. cap. 25. *D.*

vir fortis ac sapiens] Restitui lectionem librorum omnium: neque quemquam obsequentem habuit Dav. — Wopkensius vero p. 62 sq. [p. 87 sq. Hand.] neque in Lactantii Epitome c. 35. aliter esse legendum ait, quam: *Virtus mala omnia sapientissime perfert*, neque nostro loco quidquam esse mutandum. Cum enim, inquit, patientiam contineat sapientia, adque patientiam veram omnino necessaria sit sapientia; sapienter perferri potest dici, quod perferatur patienter, sapiensque appellari, qui sit patiens. Hinc passim sapientia nominatur, ubi de fortitudine animi perferendisque rebus adversis sermo fit, ut Fam. V. 16: *non est iam gravitatis ac sapientiae tuae* (— dicere potuit *patientiae tuae* [?] *ferre immoderatius casum* etc. ep. 17: *homines sapientes turpitudine, non casu commoveri*. Epp. IX. 12: *tu velim animo sapienti fortique sis*. Senec. de Ira III. 38: *tulit hoc ille leniter ac sapienter*. Arnob. III. p. 116. *sapientes ac fortes viri solvunt decreta constantiae, virilitatis vigore mollito*. Laudat Bünemannus ad Lactantii l. c. Cic. Cat. m. 1. *sapienter ferre onus senectutis*. Tacit. Ann. XVI. 9. 2. *indignissimum casum sapienter tolerans*. Plura addere non videtur necessarium. — In seqq. Cod. Aug. *ut se incendat, ut si stadio*. Male. Gud. 2. Marb. *et in stadio*. Gud. *et ut in stadio*. Unus Ox. *studio*; alius *declamant*. *Mr.*

Pugiles vero] Tres Oxx. omittunt *vero*, cum Cod. Rehd.; *etiam* abest a Cod. Gud. 2; *ubi ferunt* habet Cod. Gud.; *ferunt* unus Ox. Dav. scripsit *caestibus*; cum vero sit a χεστὸς sc. ἱμάς, cum plerisque scripsi *cestibus*. Ad marg. Cod. Vind. 2. adnotatum est: „Cestus coria, cum quibus pugiles se concaedebant. Vel cestus lora, quibus mala plumbea ligabantur, cum quibus pugiles ludebant.“ Gud. 1. habet *ingemescent*. Ad rem cf. Hier. Mercurial. de Arte Gymn. p. 153. 213. 363. ed. Amst. 1672. 4. *Mr.*

non quod doleant animove succumbant,] Ad constr. *non quod* vid. O. M. Müller. ad Cic. de Or. I. 6. 23. p. 19. ibiq. laud. A. Matthiae Prolus. de Anacoluth. in Cic. [Wolfii Anal. Lit. II. p. 4.] Ochsner.

move succumbant, sed quia profundenda voce omne corpus intenditur, venitque plaga vehementior.

Quid? qui volunt exclamare maius, num satis habent la- 24
tera, fauces, linguam intendere, e quibus eiici vocem et fun-

---

ad Cic. Eclogg. p. 81 sq. et p. 488. ed. 3. In seqq. Codd. duo habent *animone*, unus *animo*. Ed. P. *doleant animo, ne* etc. *Mr.*

quia profundenda voce] Ita optimi, Reg. Gud. 1. (a 2. m.) Gud. 2. quatuor Oxx. Rehd. Duisb. Vind. 2. Mon. 1; Edd. Vict. Leod. Gebh. seqq. (praeter Lall. et Oliv.) *In profundenda* habent Cod. Mon. 2. Edd. rell.; *profunda*, unus Ox. Gud. 1. (a pr. m.) Aug. Gud. Marb.; Vind. 1. exhibet *in fundenda*. Unus Leid. *profundendo*, unde Bouh. scribi vult vel *profundendo vocem* vel cum Edd. vett. *in profundenda voce*, ignarus videlicet, eam, quam nos exhibemus lectionem usui Ciceronis esse accommodatissimam. Unus Ox. pro *intenditur* habet *extenditur*. *Mr.*

c. 24. *Quid? qui volunt exclamare*] Unus Ox. *quod qui*, alius *quid quod*, Marb. *quicquid*. Mon. 1. *ex clamore*. *Mr.*

Cap. 24. *Qui volunt exclamare* maius] Eliens. sec. *magis*, nec incommoda videtur ea lectio. Vulgata tamen non est deserenda. Plautus Mostell. Act. II. Sc. II, 57.

Atque ille exclamat *derepente* maximum.

Sic *magnum loqui, et longum clamare* dixit Horatius Art. Poet. vss. 180, 459. Graeci similiter ἀναβοᾷν παμμέγεθες. Vide Lucianum Contempl. Tom. I. pag. 356. *D.*

exclamare maius] Unus Ox. omittit *maius*. Vind. 2. habet *maius exclamare*. Marb. *exclamare manus cum satis*. FAWolf. in scholis ait *magnum exclamare* Ciceronem fortasse non fuisse dicturum: Comparativum autem in Ciceroniana oratione minus habere offensionis. Aug. et unus Ox. habet *non* pro *num*. Gud. 2. *cum*, ut Marb. *Mr.*

e quibus eiici vocem et fundi videmus?] „Sic habent duo Codd. MSS. quos sequor. Ita enim loquuntur Latini, *eiicere* et *mittere* et *fundere vocem*: quod Graeci dicunt ἀφιέναι φωνήν: itaque legendum esse apud Lucretium et M. Tull. in Oratione pro M. Coelio ostendimus. In vulgatis mendose legitur *elici*, quod minus probo." *Lambinus.* „Utrumque Latine dicitur, verum significatione diversa: nam *elicit*, qui, ut vox mittatur, efficit, et vocem quasi exprimit: *eiicit*, qui ipse mittit, ut pro Coelio: *Nonne ipsam domum metuet, ne quam vocem eiiciat*, ubi vulgo quoque *eliciat* legitur, sed in duobus MSS. est *eiiciat*, et Euripides, ut Muretus Variar. Lection. Lib. II. c. 17. observavit, μήποτε φθόγγην ἀφῇ dixit. Sic homines docti apud Lucretium l. III. legunt:

Nam verae voces tum demum pectore ab imo
Eiiciuntur: et infra: *Quod semina vocis*
Eiiciuntur et ore foras glomerata feruntur:

Quum utroque loco *eliciuntur* libri probent. Sed Lucretius etiam verbo simplici ita utitur: ut lib. 4:

Sex etiam aut septem loca vidi reddere voces,
Unam quum iaceres.

Porro, quum apud Ciceronem *fundi* sequatur, quin *eiici* rectum sit, nemini dubium fore putamus." *Fr. Fabricius.* „*Elici* est in omnibus MSS. tum nostris, tum Gulielm. denique Ed. Victorii reliquisque. Lambinus ex duobus, ut ait, MSS. *eiici*, quia etc. Sed quid hac novitate opus?" *Gebhard.*

E quibus elici *vocem*] Lambinus ex duobus Msstis reponit *eiici*

di videmus! Toto corpore atque omnibus ungulis, ut dicitur,
57. contentioni vocis asserviunt. Genu, mehercule, M. Antonium

---

vocem. Omnes vero nostri receptam lectionem praestant, nec ab ea videtur discedendum. Lucretius III, 57.

Nam verae voces *tum demum pectore ab imo*
Eliciuntur.

Noster pro Caelio cap. XXIV. *Nonne ipsam domum metuet, ne quam* vocem eliciat? Sic utrobique Codices, licet Lambinus et Gifanius id mutent. Josephus Iscanus Bell. Troi. I, 208.

— *Gratas plebs obvia* voces
Elicit —

Haec, nisi fallor, id quod volumus probant. *D.*

eiici vocem] „Bene dicitur *elici* vox: sed h. l. sermo est de edenda voce. Itaque melior est altera lectio a Lamb. reperta, *eiici*." *Ern.* In Ed. 2. Dav. dederat *eiici*, addideratque: „ita Lamb.; ut videtur, recte. Vulgo *elici*, ut nostri quoque Codd. Sed ea ratione neminem locutum puto." Recepi *eiici*, quod sententia postulat; videlicet verbum, quo contentio significetur, qua vox edatur vel emittatur. Verum vidit in aestimanda utraque lectione iam Fr. Fabr. In utraque annotatione erravit Davisius. Assentit Lambino Cod. Vind. 1; Rehd. habet *ellici*, Gud. *eliti*. Habes verae scriptionis vestigia in stribligine Edd. Ven. 2. Med. 1. Ven. nostr. *eliici*. In reliquis est *elici*: sed *eiici* receperunt Ern. FAWolf. Schz. (qui perperam Lambinum ex 2. Codd. *elici* dedisse refert) Koel. Bip. seqq. Pro *fundi* Vind. 1. *effundi*, Rehd. *fondi*, Mon. 2. et tres Oxx. *profundi*. Solus Gud. 2. *vocem elici*, inverso ordine. Verba *e quibus — videmus* omittit Ed. Ven. 1. Unus Ox. *toto corpore* ante *videmus* habet. *Mr.*

omnibus unguiculis] „Ita legitur in antiquo pro *ungulis*." *Ursin.* „Idem mihi legendum semper visum est: nam ungulae dicuntur de quadrupedibus." *Lambin.* Davisius, quamquam in Ed. 2. eandem habet annotationem, quam in tertia, ibi tamen recepit in contextum *unguiculis*, nimis cupide obsecutus Bentleio, iam castigatus in Miscellann. Obss. Amstelod. T. I. p. 410. Lambino et Bentleio respondet Ern. in Clav. Cic. v. *ungula*, in proverbiis haec non nimis subtiliter esse iudicanda (videlicet quod dixerant illi *ungulis* hominibus non convenire). Recte autem Or. in ann. ad Wolfii scholas *ungulas* commode h. l. dici μεταφορικῶς, ab equis, qui arduo ascensu omnibus ungulis enituntur. *Unguiculos* de hominibus tantum dici in notissima illa locutione *a teneris unguiculis*, de qua h. l. minime cogitandum. Ceterum vid. de hac locutione proverbiali Erasmi et aliorum Adagia p. 583. ed. Frcf. 1656. Hemsterhusius quoque ad Lucian. Dial. Mort. XI. p. 379. ed. Amst., ubi Graecum proverbium ὀδοῦσι καὶ ὄνυξι explicat, scriptionem *unguiculis* reprehendit. Lallemannus item Bentleio obsecutus est. Unus Ox. habet *aut dicetur*, duo *contentione*. In Cod. Aug. est *totoque*, in eodem et Vind. 2. *omnibus, ut dicitur, ungulis*. *Mr.*

Omnibus ungulis] Lambinus se cum iis facere testatur, qui legunt *unguiculis*, et ita in suo Codice scribi dicit Fulv. Ursinus. At eius fides est fluxa. Certe vulgatam lectionem servant omnes nostri, nec satis est causae, cur ab ea recedamus. Isidorus de partibus hominis Orig. lib. XI. cap. 1. *Ungulas ex Graeco vocamus, illi enim has ὄνυχας dicunt.* Rufinus Invect. II. in Hieronymum Tom. IX. pag. 150. ed. Victor. *Nam quis est qui, cum morbo regio laboret, — magnopere clamet quod non leve παρωνύχιον pedis aut perfacilis ungulae suae offensa curetur?* Plautus Pseud. Act. II. Sc. II, 47.

vidi, quum contente pro se ipse lege Varia diceret, terram tangere. Ut enim balistae lapidum, et reliqua tormenta

— *Nunc certe scio*
Hoc, febrim tibi esse, quia non licet hoc iniicere ungulas.

Iterum Act. III. Sc. II, 63.

An invenire postulas quemquam coquum
Nisi milvinis aut aquilinis ungulis?
An tu coquinatum te ire quoquam postulas,
Quin ibi constrictis ungulis *coenam coquas?*

Sic et alibi; sed ex hisce satis constat, ungulas de solis bestiis non semper usurpari. *D.*

contentioni vocis asserviunt.] Quod fieri solet iu *ἅπαξ λεγομένοις*, ut correctores et glossatores licere sibi aliquid existiment, hoc quoque loco factum est: habent Vind. 1. Aug. et, ut ex Bentleii annot. apparet, unus Davisii, *deserviunt*, idque recepit Lall. ex cuius annot. facile aliquis, eandem lectionem in Cod. Ursini reperiri, perperam existimare possit. Cod. Marb. habet *aserviunt*, quia scriptor repereriebat in antiquiore ASERVIVNT. Or. suspicatur scriptum fuisse a Cic. *inserviunt. Mr.*

Genu, mehercule, M. Antonium vidi, cum] Vind. 1. Aug. *me hercle.* M. Antonium insignem illum oratorem intellige, quem in libris de Oratore loquentem inducit Cicero. Multos ille se vidisse disertos dictitabat, eloquentem neminem. Verba *vidi, quum* omittit unus Cod. Ox. *Mr.*

contente pro se ipse] Cod. Gud. *contentione;* duo Oxx. *per*, cum Cod. Gud. 2. Scribitur *ipse pro se* in Edd. ante Gebh. Sed Codd., etiam Gryph. apud Brut., ut nos edidimus, nisi quod in Duisb. est *pro se ipso*, in Vind. 1. *ipsa lege.* Ex marg. Verb. suspiceris abesse ab aliis Edd. vocem *ipse*: sed negligenter ille tantummodo veterum editionum lectionem, quam retuli, enotavit. *Mr.*

Cum contente pro se ipse Lege Varia *diceret*] Hunc locum illustrabit Valerius Maximus lib. III. cap. VII, 9. *Contra M. Antonius ille disertus; non enim respuendo sed amplectendo causae dictionem, quam innocens esset, testatus est. Quaestor proficiscens in Asiam, Brundusium iam pervenerat; ubi literis certior factus est incesti se postulatum apud L. Cassium Praetorem, (cuius tribunal propter nimiam severitatem scopulus reorum dicebatur) cum id vitare beneficio legis Maximiae liceret, quae eorum, qui Reip. causa abessent, recipi nomina vetabat, in urbem tamen recurrit; quo tam pleno fiduciae bonae consilio cum absolutionem celerem, tum profectionem honestiorem consecutus est.* Eiusdem rei meminit lib. VI. cap. VIII, 1. Eliens. sec. *lege agraria.* Perperam. Lex Varia a Q. Vario tribuno plebis fuit lata. Vide Cic. in Bruto capp. 56, 89. *D.*

lege Varia,] De ea lege vid. quae monet Ern. in Clav. Cic. Indice Legum s. v. *Varia* p. 42. Scribitur in Cod. Marb. *levaria*, supra lin. addito *ge*, unus Ox. habet *leges vana*; idem *tangeret*, alius *esse tangere. Mr.*

ut enim balistae lapidum, et reliqua tormenta telorum — emissiones habent,] Dav. adiuvandae constructionis causa, post *balistae* et post *tormenta* distinxit, videlicet ut verba *lapidum* et *telorum* ad *emissiones* referantur, ut diserte scripsit in Ed. 1. Contra eum Bouh. „*balistae lapidum* non minus commode iungi ait, quam apud Plautum Poenulo I. 1. 73. *balista infortunii*, et *tormenta telorum*, ut apud Petronium 118. *sententiarum tormentum.*“ Quam rationem mireris uni ex recentissimis horum librorum interpretibus placuisse. Neque Da-

telorum eo graviores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius: sic vox, sic cursus, sic plaga hoc
b. gravior, quum est missa contentius. Cuius contentionis quum tanta vis sit, si gemitus in dolore ad confirmandum animum valebit, utemur: sin erit ille gemitus elamentabilis, si imbecillus, si abiectus, si flebilis; ei qui se dederit, vix eum virum dixerim. Qui quidem gemitus si levationis aliquid afferret, tamen videremus, quid esset fortis et animosi viri: quum vero nihil imminuat doloris, cur frustra turpes esse
58 volumus? quid est enim fletu muliebri viro turpius? Atque

---

visii opus est distinctione vel potius periodi quasi comminutione, ut iusta, quam ipse volebat, prodeat sententia. Unus Ox. habet *ea* pro *eo*, idem *in missiones* pro *emissiones*. *Mr.*

atque adducta vehementius.] Est *educta* in Cod. Vind. 1; *deducta* in Edd. B. Asc. 2. [marg. MS. ut nos] Junt. *Adductus* eadem sententia posuit Cicero de Div. I. 54. 123. p. 269. ed. nostr. Verba *sic vox — contentius* absunt ab uno Ox. Lambinus edidit *sic cursus, sic vox.* Mon. 1. habet *sic plaga, sic cursus.* Fr. Fabr. cum Cod. Gud. omittit *hos.* Idem Cod. cum duobus Oxx. et Mon. 2. habet *gravior est.* *Mr.*

Cum *est missa contentius*] Vulgo *quo*, contra Mss. fidem. *D.*

quum est missa contentius.] Ita scripsi cum Dav. et Lall. ex Codd. optimis vetustissimisque, Reg. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Duisb. Gud. Marb. tribus Oxx. In talibus enim libri sequendi sunt. Iidem si haberent libri *quo*, lubens recepissem: nunc illam oppositionem non desidero. Pro *missa* unus Oxx. unus Leid. Vind. 1. Rehd. Gud. habent *emissa*. Aug. *esset* pro *est*. *Mr.*

Sin erit ille gemitus elamentabilis,] Ita rursus e Codd. Reg. Gryph. Bern. Gud. 1. 2. Aug. Duisb. Marb. unus Leid. unus Ox. Pal. quart. Fabr.; unus ap. Gebhard. *elementabilis*, alius *clamentabilis*. Quare receperunt eam lectionem Gebh. Dav. Rsk. FAWolf. seqq. Ern. malebat sequi Edd. vett. scribens *lamentabilis*, parum reputans, nunquam librarios, si a Cicerone vox illa consueta fuisset profecta, ἅπαξ λεγόμενον inducturos fuisse. Plures voces ita compositas collegit Cunningham. Animadvv. in Horat. Bentleii p. 252. Gud. omittit *ille* post *erit*. Aug. Rehd. habent *imbecillis*. Verba *si abiectus* absunt a Cod. Gud. 2. *si obiectus* est in Cod. Mon. 1. In Vind. 1. desunt omnia inde a v. *flebilis* usque ad v. *ambitionibus* in c. 26. Ad saepius repetitum *si* cf. de Div. I. 39. 84. Post *qui* abest *se* in Cod. uno Ox. Dav. in Ed. 2., nescio unde, *dediderit*, in ann. dicens vulgo legi *dederit*. Illud unde hauserit nescio: ex Cod. certe Regio in nostra collatione nihil enotatum est, neque habent ii Codd., qui plerumque cum eo consentiunt. Pro *dixerim* Cod. Gud. *dixerimus*. De constructione vid. C. A. Thortsen. de Coniunctivo Modo p. 87. (Havn. 1827. 8. Pergit Cod. Gud. 1. *Quae quidem*: idem habet *adferent*, Mon. 1. 2. Gud. 2. Aug. Marb. *afferrent*, quod est correctoris, qui existimaret *qui — gemitus* Pluralem esse numerum. Unus Ox. habet *asserveret* Gud. 2. pergit *si tamen*, Aug. *tum*, unus Ox. *tamen videmus quid non esset*. Duisb. *fortis atque*. Mox tres Oxx. Mon. 1. 2. Edd. Junt P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. HWolf. *imminuatur:* Duisb. *imminuat*, MS. in marg. Verb. et marg. Crat. *immutat;* Cod. Gud. 2 *minuat dolor*. Codd. Gud. 1. 2. Marb. *turpe esse*. Aug. *quid enim est*. Rehd. *quid est flete enim*. Gud. 2. *enim in fletu*. Rehd. omittit *atque* ante *hoc*. *Mr.*

hoc praeceptum, quod de dolore datur, patet latius. Omnibus enim rebus, non solum dolori, simili contentione animi resistendum est. Ira exardescit, libido concitatur; in eandem arcem confugiendum est: eadem sunt arma sumenda. Sed quoniam de dolore loquimur, illa omittamus. Ad ferendum igitur dolorem placide atque sedate plurimum proficit *toto pectore*, ut dicitur, cogitare, quam id honestum sit. Sumus enim natura, ut ante dixi, (dicendum est enim saepius) stu-

---

Omnibus enim rebus] „*Rebus* non placet, quia nimis generale est. Legerim *tumoribus*. Literae *tum* facile sunt ab *enim* absorptae.“ *Nissen*. Hoc vero est criticam factitare. Rehd. omittit *solum* post *non*, Gud. 2. habet *nec solum*. MS. in marg. Asc. 2. *dolori non solum*. Verba *Ira* usque ad *confugiendum est* absunt ab uno Ox. oculo scriptore ab antecedente *est* aberrante ad posterius. *Mr*.

Ira exardescit, libido concitatur;] Est locutio conditionalis pro *si ira — si libido* etc. ubi post utrumque verbum interrogandi signum posuit Dav. idemque fieri volunt Ruddimann. Inst. Gr. Lat. II. p. 356. et Thortsen. l. c. p. 74. Sed v. Stallbaum ad Ruddim. l. c. p. 356. in annot. qui laudat in primis Heindorf. ad Horat. Sat. I. 1. 45. qui Graecorum etiam scriptorum eundem usum illustrat. — Scribitur *excitatur* in Codd. duobus Oxx. Mon. 1. 2. Gud. Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. [in qua est *ita* pro ira] Asc. 1. 2. Pro *arcem* male scribitur *artem* in Cod. Aug.: idem habet *arma sunt*. In seqq. Gud. 1. *de* ante *dolorem* supra lin. additum habet, sed ab sad. m. Unus Ox. exhibet *quando* pro *quoniam*. Pro *omittamus* solus Cod. Reg. *omittam:* excidit compendium vocis *us* [9]. Pergit Gud. 2. *afferendum*. *Mr*.

placide atque sedate] Ita dedit Dav., sine dubio ex Cod. Reg.: nam ita habent Gud. 1. Bern. Gud. 2. Aug. Mon. 1. Rehd. Gud. Duisb. Marb. Vind. 2. Receperunt idem FAWolf. Koel. Or. Tbn. Reliqui *placide et sedate*. De locutione *plurimum proficit* vid. Madvig. Emendatt. in Cic. Philosophica I. p. 184. ubi et alia huius usus exempla afferuntur. Ad seqq. conf. Cic. de Legg. I. 19. 49: ubi item est *toto pectore, ut dicitur:* ad quem locum vid. annot. nostr. p. 120. ed. nostr. et Cr. Add. Gernhard. ad Cic. Lael. 26. 97. p. 193. Verba *ut dicitur* absunt a Cod. uno Ox. Gud. ea habet ante *toto pectore*. Ernestus cum non reputaret, *proficit* idem esse, quod *prodest*, coniecit aliquando *cogitans* pro *cogitare*: quod in ann. ad h. l. retractavit. In seqq. duo Oxx. *a natura*. Ad sententiam conf. III. 1. §. 2: *sunt enim ingeniis nostris semina innata virtutum*. Mox Gud. *dicendum enim est*. Gud. 2. omittit *est*. *Mr*.

Dicendum est enim *saepius*] Leg. *autem*. Nemo fere nescit, quam crebro Librarii voces hasce miscuerint. *D*.

Dicendum est enim saepius] „Dav. substitui huic posteriori *enim* vult *autem*. Sed *enim* passim adhibetur, ubi, quamvis obscurius, aliqua tamen antecedentium ratio redditur. Ita hic causa refertur, cur haec repetantur: quod essent dicenda saepius. Supra c. 11. *ad ineptias redis: illud enim, quod me angebat, non eximis*. Divin. II. 26. *An illae aves, nisi quum vicerint, canere non solent? At tum canebant, nec vicerant: id enim est, inquies, ostentum*. de N. D. III. 4: *multis argumentis deos esse docere voluisti. Mihi enim unum sat erat*. Cf. Finn. I. 2. Cort. ad Famm. IX. 21. Ad haec et multa talia, in quibus *nam* et *enim* relationem ad superiora incommodiorem habeant, conticuit Dav., qui tamen et h. l. litem movit et I. 49: N. Deorr.

diosissimi appetentissimique honestatis: cuius si quasi lumen aliquod aspeximus, nihil est, quod, ut eo potiamur, non parati simus et ferre et perpeti. Ex hoc cursu atque impetu animorum ad veram laudem atque honestatem illa pericula adeuntur in proeliis. Non sentiunt viri fortes in acie vulnera: vel si sentiunt, se mori malunt, quam tantillum

---

III. 15. et 37. et 38. Quod vero h. l. ad repetitionem coniunctionis *enim* attinet, similis exstat Acadd. II. 18. N. D. III. 38. et 39. Tusc. IV. 17." *Wopkens.* p. 89. ad quae Handius: Quam saepe *enim* in eiusmodi locis fraudem fecerit criticis, ut de correctione cogitarent, notum est. Idem factum in Graeco γάρ, de quo egregie praecepit Hermann. ad Viger. n. 343. p. 846. Tamen in utroque vocabulo facilis erat librariorum error. Nam compendia verborum *autem* et *enim*, δὲ et γὰρ, magnam habent similitudinem. De illis nuper dixit Wunderus in Var. Lectt. Cod. Erf. p. 38. Praef." *Mr.*

appetentissimique honestatis,] Cod. Mon. 1. *appentissimique,* unus Ox. *appetentissimi attentissimique,* duo Oxx. *attentissimique.* Ad locutionem cf. O. M. Müller. de Vi et Usu Verbb. Latt. p. 6. Plurima idem nunc exempla collegit Genitivi cum Participiis iuncti in Cur. Sec. ad Cic. Or. pro Sest. p. 94 sq. Fr. Lübker. de Participiis. Gr. Latinisque Comm. (8. Alton. 1833.) p. 10. 12. Cic. Lael. 14, 50: *Nihil est — appetentius similium sui, — quam natura.* Mox unus Ox. *huius* pro *cuius.* Ed. Junt. omittit *si.* Unus Ox. habet *si quando.* Ad v. *ferre et perpeti* vid. Doederlein. Lat. Synon. u. Etym. IV. p. 261 sq. ib. laudd. *Mr.*

aspeximus] Edd. quidem ad unam omnes *adspexerimus.* Sed, quod nos exhibemus, habent et plurimi, et vetustissimi, et optimi Codd., Reg. Gud. 1. 2. Vind. 2. Aug. Mon. 1. 2. Marb. Rehd. Gud. Duisb. quinque Oxx. In seqq. Cod. Aug. habet *ut ea patiamur.* Sequitur in eod. *sumus,* omissis verbis *non parati.* Duisb. habet non *parciam,* omisso *simus.* Scribitur praeterea *sumus* in duobus Oxx. et Mon. 1. Gud. 1. (a pr. m.) et Gud. 2. Ad v. *et ferre et perpeti* Reiskius: „novi, ait, alias quoque a Cicerone coniungi *ferre et perpeti*; mallem tamen hic *facere et perpeti.*" Non male. Sed sine libris in talibus nihil mutandum. Pergit unus Ox. *Et hoc cursu,* alius *ex occursu,* Duisb. *ex occusu* (sic). Pergit Gud. 2. *aliorum ad.* Gud. 1. habet: *at* (a 2. m. *ad*) *veram laudem adque* (sed *d* ab al. m. puncto notatum). *Mr.*

Impetu animorum ad veram laudem atque honestatem] Mssti Colon. et Cantab. annectunt *tendente.* Mihi vero dubium non videtur, quin ea vox a librario quodam semibarbaro sit addita. *D.*

impetu animorum ad veram laudem atque honestatem]. Nullus plane Codex, qui sat multi ad manum sunt, habet illud *tendenti.* Sola Ed. Fr. Fabr. habet in margine: „Macens [?] addit: *tendenti.*" Ad locutionem *pericula adeuntur* vid. quae congessit A. Matthiae ad Cic. pro Sextio X. 23. p. 83. Scribitur *adeunt* in Cod. Marb. Pro *in acie* Mon. 1. habet *inane.* *Mr.*

vel sentiunt, sed mori malunt] „Elegantem habet pleonasmum Pal. 2. *vel si sentiunt, se mori malunt.* Ita Sallustius, ita alii, quae cumularunt docti, meum non est recoquere. Si sano Ciceronem infra Tuscc. III. 27. *quod si qui forte, cum se in luctu esse vellent,* etc. ex tribus. MSS. Pall." *Gebhard.* in Crepund. p. 470 sq. Idque placet Bouhierio. Dav. in Ed. 2. dedit *vel sentiant:* „sed, ait Wopk., bene adhibetur indicativus, dummodo subaudias *quidem.* V. Cort. ad

modo de dignitatis gradu demoveri. Fulgentes gladios hostium videbant Decii, quum in aciem eorum irruebant. His levabat omnem vulnerum metum nobilitas mortis et gloria. Num tum ingemuisse Epaminondam putas, quum una cum sanguine vitam effluere sentiret? imperantem enim patriam 59. p. 188. a.

Sall. Cat. 52, 28." Vetat assentire Handius, probatque lectionem ab Edd. novissimis receptam. Cod. Mon. 1. cum Dav. Ed. 2. facit. *Mr.*

vel si sentiunt, se mori malunt,] „Sic Edd. veteres et MS. Guelf. item *mori se malunt.* Aldus induxit vulgatum hodie *vel sentiunt, sed mori malunt:* quod probari non potest." *Ern.* Habent hanc lectionem sex Oxx. Aug. [nisi quod exhibet *mori se*] Marb. Edd. A. B. S. E. C. Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Junt. Asc. 1. 2. Ven. nostr. HWolf. In uno Ox. pro *vel si* est *nihil*, alius omittit ea verba. Reliqui, in quibus sunt antiquissimi, habent *vel sentiunt, sed mori malunt*: quos essem secutus, nisi nimis elegans esset lectio a nobis post Ern. et seqq. recepta, quam quae librariis deberi videretur. Ceterum de Constructione verborum desiderandi cum Acc. c. Inf., quae Ciceroni est frequentissima, monui supra ad I. 41. 98. Gud. 2. a pr. m. *maiori* pro *mori*. *Mr.*

quam tantillum modo] Ita, si fides nostrae collationi, Cod. Reg.; certe unus Leid. quinque Oxx. Edd. M. L. Car. Steph. Brut. Boul. Ald. Leod. HWolf. [sed hic omisso *modo*] Dav. Lall. Oliv. Or. Tbn. Reliqui *quam tantum modo*, nisi quod a Marb. abest vox media, in Gud. 2. scribitur *quantum modo*. Probat *tantillum* etiam Kühnerus. Sive hoc scribas sive illud, sententia ab eo, qui loquitur, significari existimanda videtur gestu manuum: praetuli tamen *tantillum*, quamvis Ciceroni alibi dictum non videatur, tum Codicum, quos dixi, auctoritate, tum quod minus ambiguitatis in hac forma inest. Ceterum de simili formula *est tanti* vid. Interpretes ad Cic. Catil. I. 9. 22. Mox Duisb. *de gradu dignitatis*. Sequitur in Codd. Gud. Duisb. Aug. Mon. 1. [habet hic *dignitati* pro *dignitatis*] Edd. P. A. B. S. E. C. V. W. nostris vett. omnibus ante Gebh. et post eum etiam in Ed. Oliv. *dimoveri*, eodem errore, quo saepissime scribi solet *Diminutivum* et *diversorium*. V. O. M. Müller. Cur. Sec. ad Or. pro Sest. p. 98. *Mr.*

videbant Decii] Gud. 1. a pr. m. *videbat*. De *Deciis* monui supra ad I. 37. 89. Vocem *eorum* omittit Gud. 2. Pro *His* est *iis* in Edd. P. S. E. et in Codd. Mon. 2. Rehd.; *hiis* in Gud. Duisb. Posterior habet *metum et vulnerum*. Gud. *et mortis gloria*. *Mr.*

num tum ingemuisse] Dav. in Ed. 2. *tu*. Ita dederunt etiam Ern. Bip. Schz. Nobb. Tbn. Bentleianam esse correctionem *tu* monet Wopkens. p. 32. [23.] ut ὁμοιοτέλευτον [*num tum*] evitetur: eamque is, cum multa sint eiusmodi apud Cic., non necessariam existimabat. Accedit Bentleii rationi Cod. Gud. Reprobat *tu* Kühn. nulla addita ratione. Ego vero idem recepissem, si optimorum librorum auctoritas accederet. Est enim elegans illud *tu* et Ciceroni in simili locutione haud infrequens, et *tum* facile intelligitur. Pro *effluere* duo Oxx. habent *fluere*. Marb. habet *imparantem*. Quod sequitur *enim* respicere ait E. Wunder. ad Cic. Or. pro Planc. p. 221. ad omissam sententiam *non ingemuit*. Recte. Simile exemplum notavimus ad Cic. de Div. I. 54. 123. p. 269. ed. nostr. — Cod. Marb. habet *haec autem solatia;* duo Oxx. post alterum *haec* repetunt *sunt*, quorum unus omittit *fomenta*, alius *summorum*. Eandem locutionem habet noster de Finn. II. 29. *fortitudinis fomentis dolor mitigari solet. Mr.*

Lacedaemoniis relinquebat, quam acceperat servientem. Haec sunt solatia, haec fomenta summorum dolorum.

25 60. Dices, quid in pace? quid domi? quid in lectulo? Ad philosophos me revocas, qui in aciem non saepe prodeunt. E quibus homo sane levis, Heracleotes Dionysius, quum a Zenone fortis esse didicisset, a dolore deductus est. Nam

---

c. 25. *Quid domi?*] Unus Ox. *quid domo?* Omittunt utramque vocem Edd. A. B. Ven. nostr. Unus Ox. habet *A philosophis*. Unus Ox. *in acie* omisso *non*. Habent etiam *acie* Edd. Ven. nostr. et Junt. Eadem translatione de disputatione utitur Cicero in Or. 13, 42: *nos autem iam in aciem descendamus*. Cod. Rehd. habet *redeunt*. *Mr.*

Heracleotes Dionysius] Unus Ox. Gud. 2. *eracleontes*, duo Oxx. *Heracleontes*, Vind. 2. *Heracleuntes*. Heracleotes dicitur, quia eius civitatis fuit municeps: is quum inter nobiliores Zenonis discipulos celebratus esset, a Stoicis tamen ad Cyrenaicos descivit. Gud. 1. a pr. m. habet *Zeno*, supra lin. *ne*. *Mr.*

a dolore deductus est] „Sic habent omnes MSS., quos quidem viderim. *Deductus est* autem, subintellige *de sententia* seu *de eo, quod didicerat*. *Devictus est*, quod est in plerisque vulgatis, suppositum, ideoque reiiciendum." *Lambinus*. *Deductus est*, ut legitur in Gryphii libro et in Vict. Ed. certa ratione adducti edidimus. Ita enim et paullo post: *quem*, inquit, *cum Cleanthes condiscipulus rogaret, quaenam ratio eum de sententia deduxisset* etc. *Devictus* alii habent, quam lectionem non improbo." *Brutus*. Lambino et Bruto assentit etiam Wolfius, qui tamen et ipse prope abfuit a Bentleii emendatione, in commentario ita scribens: „*Didicerat* ille verba instar psittaci, rem ipsam non expertus: cuius scilicet *doctrina* gravior fuit, quam Zenonis, a quo degenerarat. — Candidus ergo et ingenuus magis, quam *levis*: qui, quod sensit, elocutus est." *Mr.*

A dolore dedoctus *est*] Sic optime praestantissimus Bentleius. Vulgo *deductus*. *D.*

a dolore dedoctus est] Probavit Bentleii emendationem a Davisio receptam primus Bouhierius, tum Lallemannus, qui eam recepit. Probavit item, quamquam non recepit, Ernestus: placuit etiam Valckenario ad Herodotum VIII. 63. p. 134. ed. Schwgh. T. VI. 2. Receperunt Bipontini, FAWolf., qui eam Bentleii emendationem in optimis huius viri correctionibus posuit, et seqq. exceptis Edd. Nobb. et Tbn. Ad eam Schützius in Opuscc. p. 212: Primum oppositio venustatem habet, quae est inter *didicisset* ac *dedoctus est*; deinde in phrasi *a dolore dedustus est* ambiguitas est quaedam, quia cum supplendum sit *de sententia* vel simile quid, aliquantulum haerere potest auditor, dum dubitat, an *a dolore deductus* ita dictum sit, ut dicitur aliquis *a mente et consilio deduci*. Denique quum statim sequatur *quaenam ratio eum de sententia deduxisset*, Cicerone, qui variare verba studiosissime solet, multo dignius est, paulo ante aliud verbum poni." Ego vero fateor me in tanto librorum consensu servaturum fuisse *deductus*, nisi existimarem, antiquam eam esse correctionem hominis, qui nostrum locum sequenti (*quaenam ratio eum — deduxisset*) accommodandum eoque Ciceroni subveniendum esse opinaretur. Ceterum pro *deductus* duo Oxx. habent *ductus*. Rehd., manifesta item correctione, *evictus est*; Vind. 2. *diductus*. *Mr.*

Nam quum ex renibus laboraret,] „Sermo est de Dionysio illo, quem Graeci appellarunt μετατιθέμενον [l. μεταθέμενον], tanquam *transfugam*, quod Stoicos deseruisset et ad Cyrenaicos se transtulisset.

quum ex renibus laboraret, ipso in eiulatu clamitabat, falsa esse illa, quae antea de dolore ipse sensisset. Quem quum Cleanthes condiscipulus rogaret, quaenam ratio eum de sententia deduxisset, respondit, *Quia, quum tantum operae philo-*

Causam ei fuisse huius inconstantiae Cicero ait morbum renum, dissentiens et a se ipso et a Diogene Laertio: nam et ipse in ultima parte quinti libri de Finib. sic scribit: *Nobis* etc. [v. ann. Dav.] Et Laërtius in vita Zenonis, cum eius auditores recenseret, inquit *Διονύσιος ὁ μεταθέμενος κ. τ. λ.* [v. ann. Dav.] nec non in vita Herilli idem confirmavit *Διονύσιος δὲ ὁ μεταθέμενος τέλος κ. τ. λ.* [v. ann. Dav.] Quod autem Cicero varie de eodem tradiderit, accidere potuit, quia fortasse alii etiam Graeci scriptores aliter de eo locuti sint: vel fuit *μνημονικὸν ἁμάρτημα*. Cuiusmodi errores et parvi omnino momenti sunt, et ab eo, qui multa scribat, aegre vitari possunt." *Victorius.* Comm. Anonym. ap. Leodeg. a Qu. „Cum hoc loco, ait, scribat Cicero nephritide Dionysium laborasse, alio loco *ὀφθαλμίᾳ*, fortasse fuit is utroque morbo correptus." „Aut Cicero erravit aut locus corruptus est. Nihil decerno. Neque inceptum tamen putem, si coniecerim scriptum fuisse: *nam cum extremum visu laboraret.*" *Nissen.* Sufficiunt ea, quae Victorius dixit, scriptores varia fortasse de eo philosopho tradidisse: quae fuit etiam sententia FAWolfii. — Codd. Gud. et Rehd. omittunt *ex*, Vind. 2. *in*. Gud. et Duisb. habent *in ipso*. Posterior post *illa* addit *omnia*. Egregiam in seqq. exhibet Cod. Rehd. emendationem: *quae ante a doctore ipse sensisset*. Ed. P. habet *quae de dolore ante sensisset:* omittit *ipse* etiam unus Ox. — Edd. A. B. S. E. C. V. Junt. Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Rob. Steph. HWolf. habent *sensisset ipse*. *Mr.*

Ex renibus laboraret] Recte monuit Pet. Victorius, Ciceronem ab aliis et a se ipso dissentire: nam lib. V. de Fin. cap. 31. sic ait: *Nobis Heracleotes ille Dionysius flagitiose descivisse videtur a Stoicis propter oculorum dolorem.* Laertius in Zenone lib. VII. §. 37. *Διονύσιος ὁ μεταθέμενος εἰς τὴν ἡδονήν· διὰ γὰρ σφοδρὰν ΟΦΘΑΛΜΙΑΝ ὤχνησεν ἔτι λέγειν τὸν πόνον ἀδιάφορον· οὗτος ἦν Ἡρακλεώτης.* Et §. 166. *Διονύσιος ὁ μεταθέμενος τέλος εἶπε τὴν ἡδονὴν διὰ περίστασιν ΟΦΘΑΛΜΙΑΣ.* Hanc quidem *μετάθεσιν* memorant, eius vero causam non tradunt, Lucianus bis accus. Tom. II. pag. 227. et Athenaeus lib. VII. pag. 281. ac lib. X. pag. 437. *D.*

Quem quum Cleanthes condiscipulus] Est idem, cuius egregium habemus Hymnum in Iovem (Poett. Gnomicc. ed. Brunck. cur. Schaef. p. 203 sq.). Saepius de eo loquitur Cicero, cuius locos collectos vides in Schützii Lex. Cic. I. p. 137. Fuit Cleanthes Zenonis successor. — Pro *quum* habet *dum* Edd. P. A. B. S. E. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Unus Ox. *tamen*. Rehd. habet *discipulus*. Post *condiscipulus* addunt *eius* Edd. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 2. HWolf. In multis est *Cleantes*. Unus Ox. omittit *eum*, alius verba *de sententia*. Rehd. habet *a sententia*, correctione plane supervacanea: nam *deducere de* — multo frequentius dixit Cicero, quam *ded. a*. *Mr.*

Quicumque — dedisset, dolorem tamen ferre non posset] Vulgo, *quia, cum — dedissem, dolorem tamen ferre non possem*. Sed ipsius Syllogismi ratio certam reddit celeberrimi Bentleii *διόρθωσιν*. *D.*

Quia, quum tantum operae etc.] Bentleiana ratio placebat Bouhierio. Ernestus „Non bene, ait, cohaeret locus. Conieci legendum esse: *Si quis — — dedisset, d. ferre non posset:* idque puto melius esse Bentleiana ratione. Hoc quidem certum est, in his de Dionysio non esse sermonem. Debet enim hic res universe enunciata esse."

***sophiae dedissem, dolorem tamen ferre non possem, satis esset argumenti malum esse dolorem. Plurimos autem annos in philosophia consumpsi, nec ferre possum: malum est igitur dolor*: tum Cleanthem, quum pede terram percussisset, versum ex Epigonis ferunt dixisse,**

Nissen. vulgatam defendit. *Quia*, ait, apte interrogationi respondet: *tantum* in universa enunciatione non potest admitti, ubi sequitur *plurimos annos*. Hoc cum ferant Bentl. et Ern., totum etiam, etsi non e regulis dialecticis dispositum sit, ferendum. Schützius in Opuscc. p. 212 sq. Bene, ait, se habent vulgata. Stoici enim conclusio extra colloquii constructionem ita enuntiaretur: *Cum tantum operae philosophiae dederim, dolorem tamen ferre non possim, satis est argumenti malum esse dolorem. Plurimos autem annos in philosophia consumsi, nec ferre possum; malum est igitur dolor*. Iam propter nexum quaestionis a Cleanthe propositae consecutio temporum postulabat, ut, pro *dederim — possim — est*, scriberetur *dedissem — possem — esset*, totique propositioni praefigeretur *quia*. Post *satis esset* supplendum *id*. Itaque Cleanthi quaerenti, *Quaenam vero ratio te de sententia deduxit?* recte ad normam latinae constructionis respondebat Dionysius: *Quia, cum tantum operae philos. dedissem, dolorem tamen ferre non possem, satis[id]esset argumenti malum esse doloremr Plurimos autem* etc. Itaque syllogismus est instar hypothetici, nec adeo opus erat, ut, quod Ern. putabat, eius propositio (*maiorem* dialectici vocant) universe enuntiaretur. Kühnerus, si Cic. Dionysii sententiam ipsius verbis reddere voluisset, eum fortasse dicturum fuisse ait: *quia, quum — dederim — non possim, satis est argumenti* etc. Suspicatur igitur legendum esse: *Quia, quum — dedisset, — non posset, satis esset argumenti* etc. ut deinde Cic. ab oratione obliqua ad rectam transierit. Or. denique ad Wolfii scholas nihil, ait, esse mutandum; referre Dionysium Cleanthi respondentem, quid ipse prius de ea re senserit: verba autem fortasse ad literam esse translata e Graecis: quod vero scribat *satis esset argumenti* per breviloquentiam ita dici pro *censebam satis esse argumenti*. Et in hoc quidem adhuc acquiesco, quamquam nec mihi plane probatur scriptio vulgata, praesertim illud *satis esset*. Ceterum non concordant libri, ut existimabat Bouhier. Reg. habet cum Gud. 1. 2. uno Ox. *Qui quum*, Gud. 1. unus Ox. Gud. *tanto opere*, Mon. 1. *Quid cum tantoperae*, Cod. Aug. item *tantopere*. Gud. 2. *cum tanta opere*, Reg. *cum tantum opere*. Unus Ox. *tanta opera*. Marb. Duisb. *cum tantam operam*, Rehd. *cum tantopere philosophiae operam dedissem*. Mon. 1. 2. duo Oxx. *ferre non possum*. Ed. Ven. nostr. Codd. Aug. Marb. unus Ox. *satis est*. Edd. P. S. E. L. *satis esse*, cum uno Oxon. In Mon. 1. est *satis etiam argumenti*. Duisb. *plurimos annos*, omisso *autem*. Reg. *nec ferre possum malum. Est igitur dolor. Mr.*

quum pede terram percussisset] Cod. Gud. 1. *Tunc*. Cod. Rehd. *terram pede*. Marb. *percusisset*. Codd. Mon. 1. 2. quatuor Oxx. Pal. pr. *ex Epigonis*; quatuor reliqui Pall. Gud. 1. 2. Aug. Fabr. Pith. Vat. Marb. *Epigoneis*, unus Ox. *Epigonies*. De Epigonis, quorum nomen gerebat Aeschyli fabula, vid. Hygin. Fab. LXXI. *Mr.*

Ex Epigonis] Erat Aeschyli Tragoedia, quam laudat Scholiastes Pindari ad Isthm. VI, 10. eamque videtur Attius in linguam Latinam vertisse. Vide Nonium cum alibi, tum in *mactare*. Falluntur ii, qui Euripidis drama fuisse censuerunt. [Beroaldus, Manutius nepos et Leod. a Quercu.] *D.*

Audisne haec Amphiaraë, sub terram abdite?
Zenonem significabat, a quo illum degenerare dolebat. At 61.
non noster Posidonius: quem et ipse saepe vidi, et id dicam, quod solebat narrare Pompeius: se, quum Rhodum venisset decedens ex Syria, audire voluisse Posidonium: sed quum audisset eum graviter esse aegrum, quod vehementer eius

---

Audisne haec Amphiaraë,] De Amphiarao vate, hiatu terrae absorpto, vid. Hygin. Fab. LXX. LXXIII. CCL. Ceterum vides Cleanthem usum esse hoc Aeschyli versu, nt significaret Zenonem *iam mortuum*, quem percontatur, an audiat, quod loquatur Dionysius discipulus, victus a dolore, prorsus degenerans a praeceptore. — Scribitur in Cod. Aug. *hoc* pro *haec;* in Marb. *Amphiara*, Gud. 1. uno Ox. *Amphiare;* in Aug. *Amphiarae*, Gud. *Amphiarae et sub.* Rehd. *sub terra*: quod est correctoris. Unus Ox. *abditae*, alius Ox. *significabant. Mr.*

At non noster Posidonius:] sc. degeneravit, dolore victus. Cicero in Hortensio p. 482. ed. Orell. *Vidi in dolore podagrae nihilo ipsum vel omnium maximum Stoicorum, Posidonium, quam Nicomachum Tyrium, hospitem meum, fortiorem.* — In multis Codd. est *Possidonius.* Ad rem cf. J. Bakii librum de Posidonio Rhodio (Lugd. Bat. 1810. 8.) p. 16 sq.: qui locum ex Hortensio a nobis laudatum detrahere laudem Posidonio, quae nostro ei loco tribuitur, existimat: caute tamen addit: nisi statuamus Nicomachum fortiter dolorem tulisse." Quid vero impedit, quo minus hoc statuamus? Imo vero ita statuendum videtur necessario. — Scribitur in Cod. Aug. *At vero non sic noster;* in Gud. 1. *At non nr̃t Possid.*, in Gud. 2. *At non et noster.* Idem *quem et ego ipse.* Edd. vett. (exceptis Vict. Rob. Steph. Leod.) habent *saepe ipse*, Codices non item: unus Ox. omittit *saepe.* Cod. Rehd. studiose disiecta atque interpolata exhibet Ciceronis verba sequentia: *quod ita saepe Pompeius narrare solebat, qui se dicebat quum Rhodum* etc. Pro *se* unus Ox. *ipse. Mr.*

decedens ex Syria] „Casaubonus ad Strabonem XI. p. 492. contradicere ait sibi invicem hunc Ciceronis et illum Strabonis locum: quando quidem Strabo hoc Pompeii et Posidonii colloquium factum esse referat, cum Pompeius piratis bellum esset illaturus. Fortasse autem Pompeius eo tempore ex portubus Syriae colligebat naves Romanas, deinceps Rhodiorum classem sibi adiuncturus, quo facto aggressus est piratas." *Bouhierius. Decedens*, ait Wolfius in Scholis, est Participium verbi infecti, de toto itinere ex provincia in urbem intelligendum. Conf. Kritz. ad Sall. Jug. 10. p. 50 sq. ad verbi significationem vid. eund. ib. 20. p. 126. *Decedendi* verbum proprium est in hac re. Conf. Cic. Philipp. II. 5. *consulatum meum Cn. Pompeius probavit — decedens ex Syria.* Cf. Schütz. Lex. Cic. II. 2. p. 24. Gud. habet *discedens.* Duisb. *e Syria.* Aug. et Marb. *a Syria.* Mox Rehd. *quum eum audivisset.* Multi habent *audivisset:* sed *audisset* est in Codd. Gud. 1. 2. Aug. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. et sine dubio etiam in Cod. Reg. cum ita dederit Dav. qui eum saepissime tacite sequitur. Et habent ita etiam Vict. Rob. Steph. Leod. Sed *audiret* est in Ven. 1. 2. nostr. Med. 1. 2. Asc. 1. 2. Junt. P. A. B. S. E. C. HWolf. Mox unus Ox. *et quod.* Ed. Fr. Fabr. *voluisset tamen.* Cod. Gud. 2. *laborarant*, Aug. *laboraret*; cum Rehd. et Duisb. idem mox *nobilissimum philosophorum.* Pro *visere* est *videre* in Codd. Marb. uno Ox. marg. Lambb. Goth. Verb. *Mr.*

Quem ut vidisset et salutavisset,] „Haec non cohaerent, nec sunt

artus laborarent; voluisse tamen nobilissimum philosophum visere: quem ut vidisset et salutavisset honorificisque verbis prosecutus esset, molesteque se dixisset ferre, quod eum non posset audire: at ille, Tu vero, inquit, potes: nec committam, ut dolor corporis efficiat, ut frustra tantus vir ad me venerit. Itaque, narrabat, eum graviter et copiose de hoc ipso, Nihil esse bonum, nisi quod esset honestum, cu-
b. bantem disputavisse: quumque quasi faces ei doloris admoverentur, saepe dixisse, Nihil agis, dolor: quamvis sis mo-

---

sine vitio. Primum legerim: *quem cum vidisset*, nam *ut* postulat *viderit:* deinde pro *at ille, tum illum*, deleto post *inquit.*" *Ern.* Priore ego emendatione nihil ego magis vidi supervacaneum. Ad posteriorem non magis necessariam Nissen. l. c. p. 69. „Obliqua, ait, oratio in rectam mutatur, et Marcus, quae ex ore Pompeii protulit, ea, ut e sua persona, continuat. Ita I. 24. 58. quae Socrati tribuerat, ipse explicans pergit. Contra in superioribus recta oratio in obliquam mutatur, ubi *tum Cleanthem — dixisse* erat pro *tum Cleanthes dixit.*" Defendit item vulgatam eadem ratione J. Bakius l. c. p. 17. add. ibid. Wyttenbach. p. 264. — Post *vidisset* omittunt *et* Cod. Mon. et unus Ox. *Honorificis*, omisso *que*, habet Gud. 2. *et honorificis* Vind. 2. *Mr.*

molesteque se dixisset ferre] Dav. in Ed. 2. dedit *moleste se dixisse ferre*, nihil addens, nisi vulgo legi, ut nos exhibemus. In Ed. 3. tacite vulgatam restituit: merito. Cod. Rehd. habet *molestumque dixisset ferre*. Unus Ox. *dixisse*, unde fortasse Dav. ansam corrigendi arripuerat. *Putas ne comittam* habet unus Ox.; tres cum Reg. Gud. 1. 2. Aug. *nec omittam:* quamquam nihil certius est vulgata. Eiusdem locutionis exempla collegit Beierus ad Cic. de Off. III. 2. 6. p. 194. ubi est: *neve committas, ut — tute tibi defuisse videare*. In seqq. Cod. Gud. habet *ut dolor ita corpus afficiat*, ubi agnoscis manum sive interpretis sive interpolatoris. *Itaque* ponitur pro *et ita*, recteque monuit Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 392. post eam vocem esse distinctionem ponendam minorem. *Mr.*

eum graviter et copiose] Unus Ox. Mon. 2. *tum graviter*; duo Oxx. Mon. 1. Ed. P. iuncta utraque lectione. *tum eum graviter*. Duisb. habet *copiose et graviter*. Tum Gud. 1. a pr. m. *nihil est bonum*. Mox est in plurimis Edd. *honestum esset;* sed *esset honestum* exhibemus cum Dav. ex Codd. Reg. Gud. 1. Aug. Marb. Duisb. Gud. Mon. 2. *Esse honestum* habet Mon. 1. Utramque vocem omittit Gud. 2. *Esset* abest a duobus Oxx. et Cod. Rehd. *Cubare* saepe dicitur pro *aegrotantem iacere*. Sic Horat. Sat. I. 9. 18: *Trans Tiberim longe cubat is prope Caesaris hortos*. Unus Ox. habet *cubantemque*. — Scripsi *disputavisse* ex Codd. (excepto Aug.) omnibus, itemque Edd. Vict. Rob. Steph. Leod. Sylb. Gebh. seqq. In reliquis est *disputasse*. Duo Oxx. omittunt *quasi*. *Mr.*

faces ei doloris admoverentur] Plane ita Cic. de Off. II. 10: *dolorum quum admoventur faces:* infra V, 27. 76: *dolor — ardentes faces intentat.* quos locos laudavit Kühner. Ochsnerus laudat de Finn. II. 28. extr. *quum omnes artus ardere viderentur;* V. 31. extr. *quum arderet podagrae doloribus*. Duisb. habet *admonerentur*. Post *dixisse* unus Ox. omittit *nihil*. Ad locutionem *nihil agis* laudant Epp. ad Famm. XI, 28. 3. extr. p. 267. ed. Orell. *metu nobis extorquere conantur. Sed nihil agunt.* — Vocem *dolor* omittit Gud. 2., *sis* abest a Gud Idem habet *confitebor te esse*. Unus Ox. omittit *esse*. *Mr.*

lestus, numquam te esse confitebor malum. Omninoque omnes clari et nobilitati labores contemnendo fiunt etiam tolerabiles. 62.

Videmusne, apud quos eorum ludorum, qui gymnici 26

Omninoque etc.] Cod. Gud. 2. *Omnino omnes.* Gud. *clari nobilitatique.* Marb. *amores labores,* sed prior vox punctis subscriptis notata. *Mr.*

Contemptu fiunt etiam tolerabiles.] „Ita Gryph., cui assensi ita excudendum curavimus. Etsi enim semper fere Cicero *contemptio* utitur; quando tamen nemo potest infitiari, quin et haec ipsa vox latina sit, et latini sermonis consuetudini optimi exemplaris auctoritas suffragatur, non sum veritus hanc lectionem vulgatae praeferre: praesertim cum duriuscule *contemnendo* patiendi significatione sumptum videam, atque adeo etiam si me non fugit hoc ipsum nonnunquam usurpari classicis scriptoribus solitum.“ *Brutus.*

contendendo fiunt etiam tolerabiles] „Ita unus e regiis, ut voluit Bentleius, pro *contemnendo,* cui voci nullus hic locus.“ *Lallemannus.*

contemnendo] Servavi hanc scriptionem, quamquam non admodum satisfacit. Velim *dolore* additum, quod vel praecedente *labores,* vel ultima syllaba verbi *contemnendo* absorberi potuit. De *contemnendo* autem *dolore* loqui velle Marcum, et ex antecedentibus patet [*nec committam* etc. *Nihil agis, dolor* etc.] et ex consequentibus [*nullum - devitari dolorem — nullum fugiunt dolorem:*] ipsumque illud *Omninoque* demonstrat, ad antecedentia his verbis respici, iisque transitionem fieri ad sequentia: quasi dicat: Sicuti vero doloris contemptione *vicerunt* viri sapientes corporis dolores, ita etiam ii labores fiunt *contemnendo dolore* tolerabiles, quibus, qui impigre et summo animi ardore incumbunt, nobilitari solent et clari fieri. Ita, ut hoc utar, videmus etc. Nullus plane liber ex nostris omnibus cum Bentleio facit; nam quod ex Reg. ad Lallemanni editionem collato nihil varietatis enotatum est id me non movet, ut eum *contendendo* habere existimem. Habent *contemptu* Duisb. unus Ox. Gud. 2. Bern.; Gud. 1. *contempno ficunt.* Ed. P. habet *cotedo*; Gud. 2. *fuerunt.* Aug. *etiam fiunt.* Marb. *esse tolerabiles.* Duisb. *etiam tolerabiliores.* Receperunt Bentleii emendationem post Dav. et Lall. FAWolfius, Bip. Koel. Schz. Or. Librorum lectionem restituerunt Nobb. et Tbn. Ceterum verum est, quod ait FAWolf. in scholis, non bene dici *claros labores contemnere:* sed nostram rationem si sequaris, tollitur, quod offendit. Neque Nissenio probabatur coniectura *contendendo:* nam, ait, de contentione in ferendis laboribus adhibenda supra dictum est. *Mr.*

c. 26. *Videmusne, apud quos eorum ludorum*] Verb. ex Cod. Reg. enotavit lectionem *ut apud quos,* cuius in nostra collatione nullum est vestigium. Nobis tamen certum est, eum ita exhibere, cum ita sit in Gud. 1. 2. Bern. qui proxime in plurimis ad eum accedunt, praeterea in quatuor Oxx. Aug. Rehd. Duisb. Marb.; ut aliquid mendi in vulgata lectione inesse videatur. Gud. 2. *Vidimusne:* Mon. 1. omittit *ne*; unus Ox. habet *id apud quos.* Corradus in Quaestora p. 348. correxit *ut apud magistros,* quod recepit Ern. et post eum Bip. Solus Nobb. dedit *apud quos magistros.* Nihil opus ea interpolatione. Aliam habet Cod. Rehd. post *ludorum* addens *laus viget,* ex glossa verborum: *magnus honos sit,* vel potius aberrante librarii oculo ad sequentia. *Mr.*

nominantur, magnus honos sit; nullum ab iis, qui in id certamen descendant, devitari dolorem? apud quos autem venandi et equitandi laus viget, qui hanc petessunt, nullum fugiunt dolorem. Quid de nostris ambitionibus, quid de

---

qui gymnici nominantur,] De ludis Gymnicis vid. Hoffmanni Lex. Universale T. II. p. 439. s. v. Vocem *qui* omittit Cod. Aug. Cod. Duisb. habet *qui gymnici uocantur*, quod ortum est ex compendio *noīantur*. Pergit Cod. Vind. 2. *magnus sit honos*. Sola Ed. P. habet *honor*. Cod. Duisb. habet *qui descendunt in id certamen*. Est etiam *descendunt* in Aug. Vind. 2; minus bene. Mon. 1. habet *descendat*. Rehd. omittit *id*. De quaestionis genere hoc obiter monemus *Videmusne* poni pro *nonne videmus*, ut Acad. II. 18: *videsne, ut in proverbio sit ovorum inter se similitudo?* de Sen. 10. *videtisne, ut apud Homerum Nestor de suis virtutibus praedicet?* Ad quem locum vid. quae monet quosque laudat F. V. Otto p. 78. — Pro *devitari* Cod. Aug. habet *devitare:* unus Ox. habet *laborem*. *Mr.*

apud quos autem venandi etc.] Post *venandi* Rehd. omittit *et*. In uno Cod. Ox desunt verba *apud quos autem — fugiunt dolorem*. — Pro *viget* est *vigeat* in quatuor Oxx. et ita dederunt Lamb. et Olivet. *Mr.*

petessunt,] „Expetunt. Plautinum est, ex Trinummo." *J. Pagninus.* „Verbum vetus, ut *impetrassere, conciliassere, commonstrassere:* qualia apud Plautum plurima, qui ait in Trinumo: *Utram potius horum mihi artem expetessam.* [II. 1. 6.] *Beroaldus.* „Cic. de Div. I. 11. scripsit *petessit* et eod. cap. *petisset* v. *petissens*, ut correxit Giphanius Indic. Lucret. v. *petissere* [p. 394.] Sed recte Dav. apud Festum et alibi corrigendum esse ait *petessere*. Ita illo Ciceronis loco legerim *petessens*, et *appetessis* in Attii versu, quem laudat Non. Marcell. v. *altum*: *Cum vetera tam ex alto appetissis discidia*. Legerim etiam apud Lucret. III. 648. *caedesque petessit* et V. 808. *aurasque petessens*. Male igitur nostro loco Lambinus, contra librorum auctoritatem, *petissunt.*" *Bouhier.* Iam vid. Forbiger. ad Lucret. III. 648: *corpore cum reliquo pugnam caedeisque petessit*. Scribitur cum Glossa in Edd. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. HWolf. *qui hanc gloriam petessunt* [Ven. *potessunt*, duo Oxx. *potes sunt*. Cod. Marb. *poctes sunt*. HWolf. *petissunt*. marg. Crat. *petescunt*, Aug. *gloriam poscunt.*] *Mr.*

nullum fugiunt dolorem. Dav. in Ed. 2. *fugere*, in ann. addens vulgo legi *fugiunt*. Ad quam correctionem Wopkens. p. 65. [91. Hand.]: „Qui legunt *nullum fugere laborem* [sunt ii, praeter Dav., qui in Ed. 3. restituit vulgatam, Lamb. et Fr. Fabr. qui habent *nullum eos fugere*]: hi mirum est quomodo non viderint ulterius esse procedendum, et porro legendum *apud quos — laus vigeat, qui hanc petessant* [Hoc non necessarium esse, recentior doctrina demonstrat Lambino non incognita. *Hand.*] Quod autem oratio ex obliqua fit directa, id nihil in Tullio novi. Sic infra IV. 10: *intelligatur igitur perturbationem in motu esse semper: cum autem — inveteravit — tum existit* etc. de N. D. II. 52: *dicunt — discedere: ita et nascuntur* etc. ib. I. 27. *corpus — non est, sed* etc. *sic — esse.*" Ern. quoque improbat *fugere*, et, si verum esset, desiderat *vigeat*. Addit tamen: „sed est novae orationis et formae initium in his: *apud quos autem* etc." Recte. In Cod. Marb. est *nullum laborem fugiunt:* supra lin. *l. dolorem*. — *Ambitiones* intellige honorum petitiones, ut proxima explicant. Alia est sententia huius vocis de Off. I. 30. 9. ibiq. Heusinger. sed cf. ad eundem locum Beierum. *Mr.*

quid de cupiditate honorum loquar?] Ern. *bonorum*, nulla

cupiditate honorum loquar? Quae flamma est, per quam non cucurrerunt ii, qui haec olim punctis singulis colligebant? Itaque semper Africanus Socraticum Xenophontem in manibus habebat: cuius in primis laudabat illud, quod diceret, *eosdem labores non aeque graves esse imperatori et militi*,

---

plane. librorum auctoritate: neque cum ea lectione concordarent, quae sequuntur: *qui haec olim punctis singulis colligebant*. Sed est operarum vitium, qualia multa ex repetitionibus Lambinianis in Schützii etiam deinceps esse editionem propagata ait Or. Hic vero repetitio Lambiniana, quae penes me est [Argentor. 1581.] sine vitio habet *honorum*. Ediderunt tamen *bonorum* Bip. Schz. et, quod mireris, Nobb. et Tbn. Pro *loquar* Mon. 1. habet *loquor*: idem: *quae fama est*. Ad vocem *flamma* J. Pagninus: μεταφορικῶς nullum periculum recusari dicit ab ambitiosis, dum voti compotes fiant. Unde eleganter Sallustius [Catil. X. 5.] *Ambitio multos mortales falsos fieri subegit* etc. Est autem proverbiale *per flammam currere*. Quale etiam est illud Terentii [Eun. 13, 2, 38.] *E flamma petere te cibum posse arbitror*. Et Horatius [Epp. I. 1. 46.] *per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes*. *Mr.*

per quam non cucurrerunt] Revocavi scriptionem Codd. Rehd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Duisb. Gud. Marb. duorum Oxx. cum Edd. Dav. et Tbn., dictumque existimo, quasi ponatur: *per nullam non flammam cucurrerunt*: quamquam fateor me, si optimi addicerent libri, recepturum fuisse coniunctivum *cucurrerint*, qui est in reliquis, nisi quod unus Ox. habet *concurrerunt*, duo *currerent*, unus *concurrerentur*. Pro *haec* duo Oxx. *hoc*, Ed. P. *hic*. *Mr.*

Punctis singulis] Suffragiis quae olim punctis notabantur. Ad eundem morem respicit Horatius Art. Poet. vs. 343. *D.*

punctis singulis colligebant] Vide interpretes veteres et recentiores ad locum Horatii a Davisio laudatum; praeterea interprr. ad Cic. Or. pro Plancio 22. pro Mur. 34. Monet FAWolf. in Scholis: „Ante tabellas institutas suffragia ad uniuscuiusque candidati nomen punctis adscribebantur. Scholiastae Horatiani explicatio falsa est.“ *Mr.*

Socraticum Xenophontem in manibus habebat] Commendat Cicero Xenophontis de Cyri disciplina librum, eumque ab Africano nunquam de manibus poni solitum ait in Ep. ad Q. Fr. I. 2. 8. Conf. Ep. ad Famm. IX. 25. Laudat Kühnerus Weiskii Praef. ad Xenoph. Cyrop. p. CXXIV. et de sententia, quae sequitur, Freinshem. ad Curtium VII. 3. 17. Add. Aug. Maj. ad Cic. de Rep. p. 113. ed. nostr. — Verba *in manibus* absunt ab uno Ox. Pro *eosdem* idem habet *eos*. In Cod. Duisb. legitur *id laudabat in primis*. In seqq. Codd. Reg. et Gud. 1. *non esse aeque graves esse*, sed in Reg. prius *esse* ab eiusdem librarii manu deletum est, unde cum Dav. hunc ordinem recepi, quem exhibet etiam Duisb. Reliqui *non esse aeque graves*. Unus Ox. *atque* pro *aeque*. De constructione *aeque — et* vid. Handii Tursellin. I. p. 190. — Cod. Aug. habet *leviorem laborem*, unus Ox. *laborem leniorem*. *Mr.*

laborem leviorem faceret imperatorum.] „*Imperatorium* Gryph. non male.“ *Brutus*. „*Imperatorium* Victor. Pall. tert. quint. Fabr. Pith. mihi tamen magis placet quarti scriptura, *leviorem faceret imperatori*. vulgo *imperatorum*.“ *Gebh*. In Ed. 2. Dav. edidit *imperatori* ex Pal. quart. et Eliens. praesertim cum in Xenophontis loco [q. v. in ej. ann.] sit τῷ ἄρχοντι. Meritò, ait Bouh., restitutum esse a Dav. in Ed. 3. *imperatorium*, quod confirmari dicit ab omnibus fere Codd. quamquam duo Leid. habeant *imperatorum*. *Mr.*

63. ***quod ipse honos laborem leviorem faceret imperatorium.*** **Sed tamen hoc evenit, ut in vulgus insipientium opinio valeat honestatis, quum ipsam videre non possint. Itaque fama et multitudinis iudicio moventur: quum id honestum putent, quod a plerisque laudetur. Te autem, si in oculis sis multitudinis, tamen eius iudicio stare nolim, nec, quod illa putet, idem putare pulcherrimum. Tuo tibi iudicio est utendum:**

Laborem leviorem faceret imperatorium] Xenophontis haec sunt verba: *Τῶν ὁμοίων σωμάτων οἱ αὐτοὶ πόνοι οὐχ ὁμοίως ἅπτονται, ἄρχοντός τε ἀνδρὸς καὶ ἰδιώτου· ἀλλ' ἐπικουφίζει τι ἡ τιμὴ τοὺς πόνους τῷ ἄρχοντι.* Extant Cyropaed. lib. I. pag. 32. *D.* [Cyrop. I. 6. 25.]

imperatorium] Ita quinque Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Duisb. Vind. 2. Edd. A. S. E. C. V. Gebh. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Sturm. Oliv. Lall. Ern. sqq. *Imperatori* est in Cod. Gud. marg. Crat. et, ut dixi, Dav. 2. Solus Vind. 1. *facit imperatorum*, reliqui *faceret imperatorum*. Confr. Garaton. ad Cic. pro Balbo p. 205. [p. 2902. ed. Hal.] *Mr.*

Sed tamen hoc evenit,] Reisk. coniecit: *sed tamen hoc boni evenit.* Praeter necessitatem. Pro *hoc* Gud. 1. a pr. m. *haec*; Marb. *venit*. Cod. Rehd. *insipientum*, quod erat etiam a pr. m. in Cod. Gud. 1. in quo item a pr. m. scriptum erat *valet*. Pro *videre* est *videri* in Codd. Marb. Gud. 1. 2. In Marb. deest *non*. Scribitur *possunt* in uno Ox., *possit* in Edd. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 2. Junt. HWolf., nimirum ut numerus verbi cum subiecto concordet. Pro *Itaque* Cod. Gud. habet *ita*. Gud. *moveantur* pro *moventur*. *Mr.*

quum id honestum putent] Ita optimi Codd. pro vulgato *ut*. Habent enim *cum* Reg. (teste Bouhierio, cui magis confido, quam nostrae collationis silentio: neque quem optimum ex regiis habere *ut* ait Lallemannus, regium nostrum *κατ' ἐξοχήν* esse existimo:) unus Ox. unus Leid. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Duisb. Gud. Bern. Edd. Vict. Rob. Steph. Dav. Gebh. Ern. Olivet. Schz. Nobb. et Ed. vet. Bouh. Quod Verb. in marg. Ed. suae adnotavit Regium habere *ut*, id inde factum est, quod ita Dav. in Ed. 1. ediderat. Sed ipse Dav. in Ed. 2., ubi contextum accuratius ad illius codicis lectionem refinxit, dedit *cum*. *Mr.*

quod a plerisque laudetur] Duo Oxx., in interpolationibus lacunisque plerumque consentientes „habent *a philosophis*: quod ne ut glossa quidem probari potest: debebat enim esse *a vulgo*. Scribitur *laudatur* in Codd. Duisb. Mon. 1. Vind. 2. Minus bene. Pergit Cod. Rehd. cum Ed. vet. Bouh. *Tu autem — stare noli*. Pro *si* est *etsi* in Codd. quatuor Oxx. duobus Leidd. Mon. 1. 2. Ed. vet. Bouh. Unus Ox. habet *Tu*, nec vero *noli*. Gud. *noli*, nec vero *tu*. In Rehd. scribitur *iudicio eius*. Ad sententiam cf. Or. pro Planc. 4. 9: *Non est consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia: semperque sapientes ea, quae populus fecisset, ferenda, non semper laudanda duxerunt.* Pro *nec* duo Oxx. habent *ne*. Ad locutionem cf. Beier. ad Cic. de Off. III. 30. 110. *Mr.*

idem putare pulcherrimum.] Duo priora verba omittuntur in Gud. 2. medium in Aug. Scribitur *idem te putare* in Codd. Vind. 1. Duisb. Edd. vett. ante Gebh. exceptis P. et, teste Gebh., Lamb. quod etiam dicitur in marg. Lambb. Sola Ed. Alt. *reputare*. Nolim ex hac varietate quisquam coniiciat *deputare*, laudatis locis de Div. I. 22. Tusc. III. 27: utroque enim loco in versu ponitur illud verbum, a Ciceronis usu alioquin alienum. Pergit Vind. 1. *tibi tuo*: minus

tibi si recta probanti placebis, tum non modo tete viceris, quod paullo ante praecipiebam, sed omnes et omnia. Hoc 64.
igitur tibi propone, amplitudinem [animi] et quasi quandam exaggerationem quam altissimam animi, quae maxime eminet

---

bene: Gud. 2. habet *tuo igitur iudicio*. Aug. omittit *est*. Duisb. habet *si tibi*, non melius, quam *tibi tuo*. Aug. *sic recta*; unus Ox. *probanto*. *Mr.*

tu non modo tete] „Vulgg. *tum non modo tu te*:“ *Dav.* in Ed. 2. *Mr.*

Tum non modo tete] Vulgo, *tum non modo* tu *te*. Nos Reg. et Pithoean. sequimur. Med. habet, *tu non modo te viceris*. *D.*

tum non modo tete] Ita Codd. Reg. Gud. 1. 2. Bern. quatuor Oxx. unus Leid. Mon. 2. Edd. vet. Bouhierii Dav. FAWolf. Koel. Schz. sqq. *Tute* habent reliquae Edd. Cod. Duisb. quatuor Oxx. Scribitur *tamen* pro *tum* in uno Ox.; *tunc* in Edd. A. B. S. E. C. V. Rob. Steph. Junt. Asc. 1. 2. Ven. nostr. In Cod. Vind. 1. *Tu non modo viceris te*, Aug. *tum non modo vinceris te*, Duisb. *tum non modo certe viceris*, Rehd. Vind. 2. unus Ox. *tum non modo te viceris*. Mon. 1. omittit *tum*. Lamb. habet *tum tu non modo te viceris*. *Mr.*

Hoc — amplitudinem] „*Plenitudinem animi* pro *amplitudinem* habet Gryph. optimo sensu, ni fallor: qua voce utitur Auctor ad Heren. IV. et Columella IV. 30. Plin. alii. Est autem haec perfecta atque absoluta virtutibus omnibus animi vis quae cum ita est instructa atque munita, facile, adversus dolorem invicta, difficillima quaeque atque asperrima contemnit. Quae quamquam ita sint, nihil tamen muto.“ *Brutus*. Merito nihil mutavit: nam *animi plenitudo*, ea sententia, quae hic requiritur, Cicero dicere non potuit. Codd. Guelf. Aug. *Haec igitur*. Duisb. *Hoc ergo*. Rehd. *praepone*. Marg. Lambb. Goth. ex vet. cod. *propone tibi*. *Mr.*

amplitudinem animi] „Hoc etiam loco et post τὸ *altissimam* inserunt Victor. quinque Pall.“ *Gebhard.* Credas eos libros bis inserere vocem *altissimam*, sed inserunt *animi* post *amplitudinem* et post *altissimam*. Similis error est in ann. Dav. in Ed. 2. 3. et partim etiam recentissima Oxoniensi, ubi legis Codd. Pall. et Davisii omnes exhibere *altitudinem animi*, cum tamen nullus plane ita exhibeat, sed omnes *amplitudinem animi*. Hoc quoque falsum est, quod, sine dubio ex perperam intellecta perversa illa Gebhardi annotatione refert, Verb., in Ed. Vict. et MSS. scribi *altissimam amplitudinem animi, quae* etc. *Mr.*

Altitudinem et quasi quandam exaggerationem quam altissimam animi] Pall. nostrique Codices exhibent, *altitudinem* animi *et quasi quandam exaggerationem quam altissimam* animi: nec aliter edidit Gebhardus. At cum putida sit et inelegans *animi* repetitio, nos a veteribus editis stamus. *D.*

amplitudinem [*animi*] *et quasi* etc.] Restitui *animi*, sed, cum FAWolf. et Or. uncinis inclusi: hoc faciendum fuit, quia, quicquid scripserit Cicero, certe non ita scripsit: illud, ne vestigia optimorum plurimorumque Codicum plane delerentur. Est enim *animi*, in octo Oxx. [quorum in uno praecedit *a multitudine*] Reg. Gud. 1. 2. Aug. Bern. Marb. Gud. Rehd. Duisb. 1. 2. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. Edd. P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Sturm. De hoc usu vocis *amplitudo* vid. Mencken. Obss. L. L. p. 50. Mox unus Ox. *quadam exaggeratione*. Pro *altissimam* unus Leid. habet *altissimi*, ut solent librarii adiectiva proximis substantivis accommodare. *Mr.*

quae maxime eminet] Dav. in Ed. 2. dedit *qui*, nulla addita an-

contemnendis et despiciendis doloribus, unam esse omnium rem pulcherrimam, eoque pulchriorem, si vacet populo, ne-
p. 189 a **que plausum captans se tamen ipsa delectet. Quin etiam mihi**

---

not. nisi vulgo legi *quae*. Male eum habuisse ait Wopkens. p. 66. [p. 92. Hand.] quod hic *amplitudo animi*, et non ipse potius *animus*, contemnendis et despiciendis doloribus dicatur *maxime eminere*: sed necessitatem emendandi sibi quidem ait apparere nullam: allatis, quos existimat, locis similibus, quos vel frustra tentaverit vel intactos reliquerit Dav. Quorum tamen non eandem plane rationem esse contendit Handius: nec male se habere *qui maxime eminet*, quasi dicatur *in eo animo, qui maxime eminet*: sed recte etiam dici de ipsa animi amplitudine, *quae maxime eminet*. Et tuentur *quae* Codd., quantum constat, omnes. Est tamen *qui* in Edd. A. B. S. E. C. V. Rob. Steph. Junt. Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Frustra Ernestus „*Eminet*, ait, profecto non pertinet ad *altitudinem* [vides et hunc ex lemmate annot. Davisianae perperam hanc vocem pro vera arripuisse] aut *exaggerationem*, sed ad *animum*. Itaque hic scribendum est *qui*, ut et edidit Davisius." Sed ipse Dav. in tertia Ed. restituit *quae*. Ediderunt tamen *qui* cum Ern. Schützius, Bip. Nobb. Nissen. *quae* praefert, *eminet*, dicens pertinere ad similitudinem a munitionibus ductam. Pro *maxime* est *maxima* in Edd. M. Boul. Ald. Brut. Sylb. Car. Steph. Eleganter: sed *maxime* dicitur, quia aliis quoque rebus amplitudo animi cernitur, ut recte ait Nissen. l. c. p. 62. *Mr.*

Contemnendis et despiciendis doloribus] Praeponitur his verbis *in* in Edd. A. B. S. E. C. V. Rob. Steph. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Sturm. HWolf. quod non est necessarium nec ab ullo exhibetur Cod. Respiciebant sine dubio editores illi locos, quales sunt Partit. Orat. 23, 78: *Atque hae quidem virtutes cernuntur in agendo*. De Legg. I. 19. 52: *At in voluptate quidem spernenda et repudianda virtus vel maxime cernitur*. De Off. I. 20. 67: *id autem ipsum cernitur in duobus*. Sed in eiusdem capitis initio est: *Omnis fortis animus et magnus duabus rebus maxime cernitur*. Gud. 2. habet *contemplandis*. Gud. 1. a 1. m. *dolores*. *Mr.*

unam esse omnium rem pulcherrimam] Abest *unam* ab uno Ox. Scribitur *rerum* in Cod. Rehd. quod est correctoris Ciceronem loqui docentis. Gud. habet *unam esse rem pulcherrimam omnium*: Aug. *unam esse rem. omn. pulch.* Uterque certe elegantius, quam in Vind. 1. scriptum est: *unam rem esse omnium pulcherrimam*. Marb. omittit *omnium*. De constructione superlativorum addito *unus omnium* et alii monuerunt et nos in Prolusionibus scholasticis, quas inscripsimus Symbolae Criticae: I, v. p. 8 sq. II. VII. p. 10 sq. Conf. horum librorum locos II. 18, 43. III. 16. 34. III. 33. 81. V. 23 — 66. IV. 25. 55. *Mr.*

si vacet populo] „*Vacare populo* est operam dare populo et inservire. Aliter *vacare populo* significat liberum esse a populo popularique iudicio: in quem sensum videtur hoc dici a M. Tullio, amplitudinem scilicet animi pulchriorem fore, si non sit subiecta populi iudicio, sed vacua ab eo et libera, se ipsa contenta non captans plausus et auram popularem." *Beroaldus*. Explicat Kühnerus ex seqq.: si sine populo teste recte agat. Pro *si vacet* unus Ox. habet *quod*. *Mr.*

neque plausum captans se tantum ipsa delectet.] „Id est: *plausumque non captans se tantum ipsa delectet*. Hoc si cui paullo dictum videtur obscurius, quod tamen interdum usitatum est, legat cum Sigonii libro [sine dubio interpolato. *Mr.*]: *Neque plausum captet, sed se tantum ipsa delectet*. Ego nihil mutarem." *P. Manutius*.

quidem laudabiliora videntur omnia, quae sine venditatione et sine populo teste fiunt: non quo fugiendus sit; (omnia

---

Se tamen *ipsa delectet*] Vulgo *tantum*. Lectionem, quam recepimus, tuentur nostri Codices, eaque omnino est proba. *D.*

neque plausum captans se tamen ipsa delectet.] Recepi *tamen* cum Dav. ex optimis plurimisque Codd. Reg. Gud. 1. 2. duobus Leidd. tribus Oxx. Marb. Duisb. Mon. 2. Edd. vet. Bouh. P. Sententia est: *et quamquam vulgi plausu caret, quem minime captat, ipsa tamen se ipsâ delectet* v. *se tamen ipsa delectetur*. Malim certe (in quam coniecturam incidi, antequam Ernestum idem sensisse vidi) *delectetur* pro *delectet*. Pro *captans* unus Ox. *captatis*. Codd. Gud. et Aug. *si* pro *se*. Gud. 1. a pr. m. et unus Ox. *sed*. Duisb. *ipsa tamen*. Gud. *ipsam*. *Mr.*

Quin etiam mihi quidem etc.] *Quidem* abest a Cod. Gud. 2. Pro *venditatione* est *vendicatione* in Ed. Ven. nostra, tribus Codd. Oxx. et Aug. *venditione* in Marb. Lael. 23, 86: *Quamquam a multis ipsa virtus contemnitur, et venditatio quaedam atque ostentatio esse dicitur.* Iungitur etiam *venditare et ostentare* in libris ad Herenn. II. 30. 47. Cod. Aug. omittit *et*. *Mr.*

et sine populo teste fiunt] „In Nonii libris, ubi huius loci testimonio docet, veteres *venditationem* pro *ostentatione* posuisse; legitur *sine populo recte fiunt.*“ *Fr. Fabric.* Placuit hoc *recte* primum Davisio: postea, nulla addita ratione, sententiam mutavit: fortasse cum in Ed. Nonii 1614 [Parisiis, nuper repetita Lipsiae ap. Hahn. 1826.] reperisset *teste:* quae lectio fortasse ex Edd. Cic. fuit recepta. Quod si quaerit Bentl. [v. eius ann.] quid sit *sine populo* [videlicet si legas *recte*:] respondeo: idem quod supra *si vacet populo*. Quod si legis *teste*, vox *populo* erit satis supervacanea: sufficiebat dicere *sine teste*. Reliqua Bentleii subtiliora videntur quam veriora. Neque tamen vulgatam plane reprobo.“ *Bouhier.* Non inepte loquitur Bouh. Sed praestat Bentleii ratio. Cod. Gud. *sine populo et sine teste*. Vides correctorem. *Mr.*

non quo fugiendus sit;] „Vetus liber: *non quod fugiendus sit.*“ *Ursinus.* Recepit FAWolfius *non quod*, in scholis contendens *non quo* ubique falsum esse, nisi cum ponatur pro *non ut eo*. Et habent *quod* Gud. Vind. 1. (qui addit *omnino*) Edd. Ven. nostr. Lamb. Fr. Fabr. Sed erravit Wolfius. Id tantum verum est, *non quod* dici non posse, si sententia sit *non ut eo* vel *non eo consilio, ut* —. Sed promiscue ponitur *non quo* et *non quod*, ita ut vix admittenda videatur Ramshornii distinctio paullo subtilior, ut *non quod sit* nicht etwa weil, *et non quo* i. q. nicht als wenn, nicht als ob. Ceterum vid. Ochsner. ad Cic. Ecl. p. 81 sq. ibiq. laudd. O. M. Müller. ad Cic. de Or. II. 18. 74. p. 234. Krüger: Gramm. Untersuch. III. p. 260. et 297 sq. Gernhard. ad Cat. maj. 23, 84. p. 161. in primis ad eundem locum Otto p. 217. Kühnerus *non quo* per attractionem natum esse ait ex *non eo quod*, ut Graecum ἐφ' ᾧ et ἐφ' ᾧτε pro ἐπὶ τούτῳ, ὅ: praeeunte Krügero l. c. Add. nos ad Cic. de Rep. III. 27. p. 390. Pro *fugiendus* est *fugiendum* in Edd. Ven. nostr. Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Asc. 1. 2. Junt. HWolf. P. A. B. S. E. quod placebat Reiskio, qui, *fugiendum*, dicit, h. e. *aufugiendum* et secedendum ex hominum luce et societate, ἀναχωρητέον. *Fugere* sic nude dictum est ἀναχωρεῖν, et oppositum τῷ *versari in re publica.*“ Ita in cassum disputare solent viri docti, qui Codd. MSS. inspicere vel nolunt vel non possunt. In Cod. Aug. additur, quod intelligi debet, *populus*. Idem solus habet *quō* pro *quo*. *Mr.*

enim bene facta in luce se collocari volunt) sed tamen nullum theatrum virtuti conscientia maius est.

27 65. Atque in primis meditemur illud, ut haec patientia dolorum, quam saepe iam animi intentione dixit esse firmandam, in omni genere se aequabilem praebeat. Saepe enim multi, qui aut propter victoriae cupiditatem, aut propter

---

Omnia enim bene *facta*] *Recte facta* dat Augustinus hunc locum citans lib. XIV. C. D. cap. 18. et ita loquitur noster infra lib. III. cap. 2. *D.*

in luce se collocari volunt] Cod. Rehd. *in lucem*. Abest *se* ab Ed. P. Notissima est Ciceroniana constructio verborum *volo*, *nolo*, *malo*, *cupio* et similium cum accusativis *me*, *se* et infinitivo: v. nos supra ad I. 41. 98. II. 3. 7. Add. Obbarium in Jahnii Annalibus Philoll. et Paedagg. 1830. I. 1. p. 70. Ochsner. l. c. p. 82. — Pro *collocari* est *collocare*, quod est inepti correctoris, illam constructionem ignorantis, ut lectio Ed. P. De anacolutho locutionis vid. Otto ad Cic. de Finn. p. 394. *Mr.*

nullum theatrum virtuti conscientia maius est.] *Theatrum* intellige spectatores, ut supra I, 44. 196. ubi vid. annot. Scribitur *virtutis* in tribus Codd. Oxonn. Vind. 1. scilicet ut habeat *theatrum* Genitivum obiecti. In Duisb. est *virtuti*, superscripto *e*, in Gud. *virtute et conscientia*: quod est correctoris, qui *theatrum* non intelligeret: *Commode* confert Ochsnerus Senecae Epist. VII. extr. *Epicurus, haec, inquit, ego non multis, sed tibi: satis enim magnum alter alteri theatrum sumus.* Solus Cod. Aug. habet *conscientiae*. *Mr.*

C. 27. *ut haec patientia dolorum*] Cod. Aug. *patientia haec*. Scribitur *doloris* in Edd. P. A. B. S. E. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. HWolf. *Iam* omittunt Codd. Mon. 2. Aug. Vind. 1. Edd. A. B. S. E. C. Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Orta est ea omissio ex similitudine compendiorum *iā* et *āi* (*iam* et *animi*). *Mr.*

animi intentione] Cod. Gud. *iam in animi intentione*. Mon. 1. *an. intensione*, Duisb. *intentione animi*. Dav. in Ed. 2. dedit *contentione* ex Cod. Baliol. et Eliens. sec. addens: „Perinde est: nisi quod hoc ad aures cadat iucundius.“ Accedit unus Ox. Sed ipse Dav. in Ed. 3. ad vulgatam rediit: in Ed. tamen 1. cum scripsisset: „Leg. cum Norvic. *animi contentione*, quod ad aures cadit iucundius, praeterquam quod hanc vocem in eodem sensu adhibuit Tullius, ubi hac de re verba superius fecit;“ statim obsequentem habuit Lallemannum. Bouh. vero perperam, in nullo Cod. reperiri *contentione*, scripsit. *Mr.*

in omni genere se aequabilem praebeat] Verb. in marg. ex MS., nescio quo, *aequabiliter*. Codd. Mon. 1. Gud. quatuor Oxx. *aequalem*. Similis nostro locus est quod ad verba, de Rep. II. 37: *status — in omnes ordines civitatis aequabilis*. In seqq. Dav. in ed. 2. dedit *per victoriae*, nulla ratione addita: accedit ei solus noster Mon. 1. pui habet *p. victoriae*. *Mr.*

aut propter gloriae,] Ita Codd. Reg. Gud. 1. Aug. sex Oxx. Gud. Duisb. Guelf. Marb. Bern. Vind. 2. Edd. V. M. L. Rob. Steph. Car. Steph. Sturm. Boul. Fr. Fabr. Brut. Lambb. Goth. Ald. Sylb. Leod. Dav. (ed. 3.) Gebhard. Lall. Oliv. Or. Nobb. [sed hic *amorem* uncinis inclusum habet additum] Tbn. *Amorem* addunt reliquae Edd. vett. itemque Ern. et Bip. et exhibent Codd. Vind. 1. unus Leid. tres Oxx. Mon. 1. 2. *Gloriam* dedit Dav. in Ed. 2. ex coniectura, ut videtur, eumque secuti sunt FAWolf. Koel. Schz. Duram esse ait Ern. scriptionem *aut propter gloriae*, ideoque se addidisse ex Edd.-ante Ald. [quanquam iam Vict. *amorem* omisit] substantivum *amorem*: fa-

gloriae, aut etiam ut ius suum et libertatem tenerent, vulnera exceperunt fortiter et tulerunt, iidem omissa contentione dolorem morbi ferre non possunt. Neque enim illum, quem facile tulerant, ratione aut sapientia tulerant, sed studio potius et gloria. Itaque barbari quidam et immanes ferro decertare acerrime possunt, aegrotare viriliter non queunt. Graeci autem

---

tetur tamen posse intelligi ex antecedente *cupiditatem*. Commode huius omissionis exempla affert Nissen. III. 32. 77: *Si quid sit de ipsius* (conditione vitae), *qui maereat, disputandum;* et IV. 31. 65: *videamus nunc de bonorum* (opinione). *Mr.*

aut etiam ut ius suum et libertatem tenerent,] Legitur et *tuerentur* in vet. cod. Eadem varietas est lib. II. de Off. *hanc — ob causam — ut sua tenerent, respublicae — constitutae sunt* [II. 21. 73.] ubi quidam libri habent *tuerentur.*" *Fr. Fabric.* Confunduntur illa verba etiam de Off. I. 31. prc. vid. ib. Heusinger. Iunguntur de Off. II. 7. 23: *opes tueri ac tenere,* ubi vid. Beier. et sic Cod. Duisb. *tuerentur vel tenerent,* ubi manifesto varians lectio ex margine in contextum irrepsit. Scribitur nostro loco *tuerentur* in uno Ox. et Vind. 1; in Vind. 2. est *retinerent.* Est etiam *tuerentur* in marg. Edd. Lambb. Goth. et Verb. In Vind. 1. scribitur *ius summum.* Sequitur *vulnera acceperunt* in Codd. Marb. Vind. 1. Aug. marg. Ed. Verb. ex MS. nescio quo. Pro *iidem* duo Oxx. Marb. Gud. 1. 2. Aug. Mon. 1. *idem,* veteri scribendi more. Unus Ox. *idem est;* Vind. 2. *omissa intentione;* Mon. 1. 2. *non possint.* Vind. 1. *Non enim.* Duisb. omittit *enim;* Aug. habet: *ne ille, quem facile.* Pro *illum, quem* unus Ox. *nullum quidem;* idem omittit *facile.* Verba *ratione aut sap. tulerant* desunt in Codd. Duisb. et uno Ox.; Rehd. habet *et* pro *aut;* Vind. 1. *tulerunt,* cum quatuor Oxx. posteriore loco pro *tulerant. Mr.*

sed studio potius et gloria] Ad v. *studio* Nissen. intelligit: „iuris et libertatis tenendae." Mihi videtur ἓν διὰ δυοῖν. *Mr.*

Barbari quidem] Sic Eliens. tert. et ita dedit Erasmus. Vulgo *quidam. D.*

Itaque barbari quidam et immanes] Restitui *quidam* primum ex optimorum Codd. auctoritate: est enim *quidem* tantummodo in Gud. 2. Edd. S. E. tum quia *barbari* et *immanes* non commode ita poni possunt ut substantiva: denique, quod recte monuit Nissen., non omnes barbari intelligendi; Graeci enim homines, qui barbaris opponuntur, item sunt quidam Graecorum. Reiskins coniecit *et immanes omnes;* mire. Cod. Duisb. habet *etiam* pro *et,* quod videtur correctoris, qui eo vellet *immanes* ut adiectivum apponere substantivo videlicet *barbari.* Solus Cod. Pith. habet *barbariae immanes.* Tum Vind. 2. *decertare ferro.* Ad sententiam vid. Wyttenbach. ad Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 700 sq. ed. Ox. p. 28 sq. ed. Lips. T. II. — Pro *non queunt* Cod. Ursini itemque Aug. Rehd. Vind. 1. *nequeunt,* Duisb. *non possunt.* Aliquoties Cicero nostro verbo, praesertim in Epistolis, usus est. *Mr.*

Graeci autem homines non satis animosi,] Cod. Rehd. *Graeci homines autem:* quae lectio hoc certe habet boni, quod iunguntur verba, quae non erant separanda a Wolfio scribendo: *Graeci autem, homines non* etc. quod recte animadvertit Kühnerus. Contemptim loquitur, nimirum de Graecis suae aetatis: veteres enim sine dubio non negabat cum doctrina, tum maxime etiam virtute et fortitudine eminuisse: ut commode significat P. O. van der Chys in Responsione ad Quaestionem Gandavi propositam super Ciceronis de Graecorum na-

homines non satis animosi, prudentes, ut est captus hominum, satis, hostem adspicere non possunt: eidem morbos toleranter atque humane ferunt. At Cimbri et Celtiberi in proeliis exsul-

---

tione iudiciis (Gandavi 1826. 4.) p. 58. Nec vero necessaria est coniectura Valckenarii Opp. T. II. p. 274. coniicientis *Graeci autem hodie non satis animosi*, quam nimis cupide recepit Billerbeckius. *Mr.*

prudentes, ut est captus hominum, satis,] Ante *prudentes* addunt *sed* Codices minus boni; Lallemannus, nescio unde *at*. Omissa est coniunctio, ut sono intelligatur, adversativa in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Leid. quinque Oxx. Rehd. Gud. Mon. 1. 2. Aug. Vind. 2. Edd. P. M. L. Goth. Car. Steph. Boul. Brut. Ald. Leod. Sylb. Gebh. Dav. Ern. seqq. Non opus est exemplis. Sequitur in Cod. Gud. *ubi est ex̄citus hoīem hominum*. Mon. 1. *caput* pro *captus*. Mireris sane haud paucos interpretes verba *ut est captus hominum* ita intellexisse, quasi sit: *ut est humanae naturae captus*, cum tamen additum *satis*, quod pertinet ad *prudentes*, (quamquam in Ed. Grut. nulla est post *satis* distinctio) docere possit, de Graecis loqui Marcum, eosque satis prudentes esse, quippe quibus id naturae dono contigerit, plane ut libro I. §. 15. dixit: *Epicharmi, acuti nec insulsi hominis, ut Siculi:* ubi vid. nostr. annot. Conf. Caesar. de B. G. IV. 3: *ut est captus Germanorum*, ubi recte vertit interpres Graecus *ὥς γε κατὰ Γερμανούς*. Gud. 2. omittit *hostem*. Kritzius ad Sall. Jug. 107. p. 580. ad verba loci nostri: *ut est captus hominum* intelligit: *non est autem magnus*, contra ea Tusc. I. §. 15. *ut Siculi* intelligit: *ut omnes Siculi sunt:* laudatque de Off. III. 14. 58. de Or. II. 1. 2. *Mr.*

eidem morbos etc.] „Sic omnes nostri libri vett. *Eidem* antique pro *iidem* positum est.“ *Lambinus.* in curis sec. „*Sed iidem* editur [ita M. L. 1566. Sylb. Car. Steph. Goth. Boul. Ald. Gryph. HWolf.]. Sed quare mutarunt, quod rectum erat, *eidem morbos* — ? Frustra monuerat Lambinus *eidem* antique pro *iidem* dictum esse: frustra eandem scripturam manu scriptorum auctoritate ab istis munierat, quibus nihil nisi vulgatum sapit, qui dum ad sensum suum omnia revocant, etiam hunc locum contaminarunt. nam refert superesse, refert, si quae supersunt, vetustatis notas conservari, apud eos praesertim scriptores, quibus rariores eae adspersae sunt.“ *Sylburg.* Recepit *eidem* Gebh. ex quatuor Pall. (unus exhibet *et inde*): post eum Verb. et Olivet. nosque idem recipiendum duximus ex Codd. Reg. Gud. 1. Duisb. Marb. *Et iidem* est in Edd. A. B. S. E. C. V. Rob. Steph. Ven. nostr. Asc. 1. 2 Sturm. Jnnt. Ven. 1. 2. Med. 1. 2. *Eisdem* exhibet Gud. 2. *Et idem* habent unus Ox. et Aug.; *idem* duo Oxx.; *iidem* reliqui. Mon. 1. exhibet *morbo*. Pergit Aug. *tulerant*, marg. Crat. *tolerant*. *Mr.*

atque humane ferunt] Gud. 2. omittit *ferunt*. Ad verba conf. Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 102. *A*: *ἀνθρωπίνως φέρειν τὸ συμβεβηκὸς*, cui loco Wyttenbachius et alios locos Graecos et Latinos adhibuit, et hunc ipsum nostrum: confert etiam Terent. Adelph. I. 2. 65. ubi ad v. *vix humane patitur* etiam Ruhnkenius nostri loci memor fuit. Pro sequente *At* duo Oxx. habent *Ac*. De Cimbris vid. quos multos laudat Moebius ad Caes. B. G. I. 33. p. 59 sq. *Mr.*

In praeliis exsultant, lamentantur in morbo] Ita se gerebant fortes illae nationes, non quod doloris stimulos metuebant; sed quia mortem in praeliis gloriosam et felicem, eorum autem excessum, qui morbo peribant, turpem ac miserabilem censuere. Valerius Maximus lib. II. cap. VI, 11. *Alacris et fortis Cimbrorum et Celtiberorum* (philosophia) *qui in acie exsultabant, tanquam gloriose et feliciter vita*

tant, lamentantur in morbo: nihil enim potest esse aequabile, quod non a certa ratione proficiscatur. Sed quum videas eos, 66. qui aut studio aut opinione ducantur, in eo persequendo atque adipiscendo, dolore non frangi; debeas existimare aut non esse malum, dolorem; aut, etiam si, quicquid asperum alie-

---

excessuri: lamentabantur in morbo, quasi turpiter et miserabiliter perituri. Hoc idem Graecis quoque nonnullis videbatur. Clemens Strom. IV. pag. 570. *Οἱ παλαιοὶ δὲ τῶν παρ' Ἕλλησι τῶν ἐν πολέμῳ ἀποθανόντων τὴν τελευτὴν ἐπαινοῦσιν, οὐ τὸ βιαίως ἀποθνήσκειν συμβουλεύοντες, ἀλλ' ὅτι ὁ κατὰ πόλεμον τελευτῶν, ἀδεὴς τοῦ θανεῖν ἀπήλλακται, ἀποτμηθεὶς τοῦ σώματος, καὶ οὐ προχαμὼν τῇ ψυχῇ, οὐδὲ καταμαλακισθείς, οἷα περὶ τὰς νόσους πάσχουσιν οἱ ἄνθρωποι· ἀπαλλάττονται γὰρ θηλυκευόμενοι καὶ ἱμειρόμενοι τοῦ ζῆν.* Hinc Heraclitus apud Theodoretum Therap. VIII. pag. 117. *Ἀρηϊφάτους οἱ θεοὶ τιμῶσι καὶ ἄνθρωποι.* Vide Platonis Menexen. pag. 403. quae laudat etiam Stobaeus Serm. XLVIII. pag. 353. Tacitum Hist. V, 4. Amm. Marcellinum XXIII, 6. XXXI, 2. et Lampridium in Alex. Severo cap. LXII. *D.*

in proliis exsultant] „Scribitur *proelio* in Edd. M. L. Goth. Car. Steph. Brut. Ald. Boul. In Codd. non item. In seqq. Dav. in Ed. 2. edidit *quo aut studio:* sine libris, ut videtur. Unus Ox. *videtis* pro *videas.* Mon. 1. *quia ut* pro *qui aut*, perperam divisis vocibus. De quo errorum fonte uberrimo vid. Scioppium de Arte Crit. p. 83 sq. ed. Amst. 1662. *Mr.*

Cum videas eos qui *aut studio aut opinione ducantur*] Reticenda non videtur Vaticani Codicis scriptura, qui repraesentat, *cum videas* quo quis *aut studio aut opinione* ducatur. Ut opinor, haud male. *D.*

eos, qui aut studio aut opinione ducantur,] Gebhardo placebat lectio codicis Vat. Ernestus haec: „Videtur in principio aliquid deesse: certe non satis definite hoc dictum videatur *qui aut stud. aut op. ducantur*, non addita re. — malim *cum videas eos, qui quo studio* vel *qui studio quo* etc.“ „*Eo* non esse, quo referatur, bene vidit Ern. Sed e *studio* et *opinione* intelligi potest, cui studeant, et quod bonum opinentur.“ *Nissen.* FAWolf. ex Vat. suam concinnavit lectionem scribens: *videas eos, qui quo aut st. - - ducantur; quo* in scholis vertit, wohin. Sed sufficit Nissenii defensio vulgatae. Wolfium secutus est Schz. Libri nostri non variant; unus Ox. habet *ducuntur.* Bill. recepit scriptionem Codicis Vat. *Mr.*

Debeas existimare] *Debes* dedit Dav. in Ed. 2. et ita est in tribus Codd. Leidd. Rehd. Mon. 2. MS. in marg. Asc. 2. Edd. E. M. L. Goth. Car. Steph. H. Steph. Leod. Boul. Brut. Ald. Sylb. Sed optimi libri non assentiunt: quamquam etiam FAWolfius Coniunctivi causam requisivit: quem, si non necessarium, excusabilem certe dixeris. Pro *etiam si, quicquid* unus Ox. habet *etiam siquid quid*, tres *eitam siquid*, unus *et si quidquid. Mr.*

Alienumque a *natura sit*] Sic Balliol. et veteres editi. Vulgo deest praepositio. *D.*

alienumque natura sit] Ita Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. Rehd. Gud. Mon. 1. Vind. 2. duo Oxx. vet. cod. in marg. Lambb. et Goth. Edd. Gebh. Verb. Ern. seqq. Cod. nescio qui in marg. Verb. *alienumque natum.* De constructione nostra vid. quae monui ad Cic. de Div. I. 38. 82. p. 188. coll. p. 753. Add. Ti. Gracch. ap. Gell. N. A. VII. 19: *alienum dignitate rei publicae.* Similiter dicitur de Off. I. 14. 43: *tantum abest officio*: ubi vid. Beier. p. 107. Pergit Cod. Duisb. *id placeat appellari.* Vind. 1. *id appellari licet:* Gud. 2. *placet. Mr.*

numque natura sit, id appellari placeat malum, tantulum tamen esse, ut a virtute ita obruatur, ut nusquam appareat. Quae meditare, quaeso, dies et noctes. Latius enim manabit haec ratio; et aliquanto maiorem locum, quam de uno
b. dolore, occupabit. Nam si omnia fugiendae turpitudinis adipiscendaeque honestatis causa faciemus, non modo stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunae contemnamus licebit: praesertim quum paratum sit illud ex hesterna disputatione per-
67. fugium. Ut enim, si cui naviganti, praedones si insequan-

---

tantulum tamen esse] Quod supra II. 24. 58. vindicavimus Ciceroni, *tantillum*, habent h. l. Codd. quatuor Oxx. Gud. Mon. 1. 2. MS. in marg. Asc. 2. unus Leid. Edd. P. S. E. HWolf. Lall. Oliv. Verb. Bip. Sed ii libri, quorum maxima est auctoritas, usitatiorem tuentur formam. Cod. Gud. habet *tamen est omme, ut.* Pro *dies et noctes* Gud. 2. exhibet *noctes et dies;* unus Ox. *mandabit* pro *manabit.* Codd. duo Oxx. *oratio;* Rehd. Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. *aliquando* pro *aliquanto;* perperam. *Aliquanto maior* est fere id, quod *multo maior.* Conf. nostr. annot. ad Cic. de Div. I. 5. 8. p. 23. Add. novum Forcellini edit. German. p. 133. c. In seqq. unus Ox. *maiore;* Marb. et Gud. 2. *occupavit.* Pro *faciemus* Vind. 1. *facimus,* Edd. A. B. S. E. C. V. Rob. Steph. Junt. Ven. nost. Asc. 1. 2. Junt. *faciamus. Mr.*

sed etiam fulmina fortunae] Unus Ox. post *etiam* addit *omnia;* alius habet *fulmina naturae,* Vind. 2. *fortunae fulmina,* Gud. *sed etiam fortitudine cont.* Adhibui nostrum locum Ciceroni de Rep. I. 4. p. 23. ubi est a 1. m. *gravissimis* (me) *tempestatibus ac paene fluminibus ipsis obvium ferre;* a. 2. *fulminibus,* quam lectionem nostrâ quodammodo firmari ait Or. Sunt tamen, qui ibidem praeferant *fluctibus.* Eum vero, qui nuper post A. Maium nobis commendavit *fluminibus,* missum faciamus. De harum vocum confusione vid. Forbiger. ad Lucret. I. 1002. p. 221. — Unus Ox. habet *contemnas.* Reg. *contemnamus. Licebit praesertim.* Gud. *praesertim licebit, quum illud paratum sit.* Omittitur *ex* in Edd. B. C. V. Rob. Steph. Junt. Asc. 2. Cod. Aug. habet *ex externa.* Scribitur *profugium* (quod vocabulum nullam adhuc videtur habere sedem certam) ex perperam lecto compendio, pro *perfugium,* in Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. 1. 2. nostr. Med. 1. 2. Asc. 1. 2. Junt. In Cod. Gud. est glossa *refugium,* alia in Vind. 1. *praesidium.* Respicit ad I. 49. 118: *portum potius paratum nobis et perfugium putemus:* ubi item sunt, qui legant *profugium.* Intelligi vero h. l. ἀντοχειρίαν, ex sequentibus quoque vides. *Mr.*

Ut enim, si cui naviganti praedones insequantur, deus quis dixerit: Eiice te navi:] „Sic fere est in quinque Pall. Vat. nam paullo devertit tertius, sed ut nostram stabiliat, ita: *insequantur, deus que quis dixerit.* Ceterum tres Pall. priores, Pith. Vat. pro *quis, qui.* Pal. quartus *Deus* omittit. Vulg. *ut enim si cui naviganti, quem praedones insequantur, deus quis dixerit: Eiice te de navi.*“ *Gebhard.* „*Si cui naviganti praedones insequantur deus quis dixerit:* sic edidit Janus Gebhardus. Ven. 1491. aliaeque vett. *si cui naviganti, quem praedones insequantur;* sed vocem *quem* non agnoscunt MSS. Pal. tert. ac Petr. *si cui naviganti praedones insequantur,* unde omnino legendum crediderim: *si quem navigantem praedones insequantur, deusque quis dixerit:* nam utramque correctionem firmant Codices.“ *Dav.* in Ed. 1. „*Si cui naviganti, praedones insequantur, deus qui*

tur, deus qui dixerit, »Eiice te navi: praesto est, qui excipiat, »vel delphinus, ut Arionem Methymnaeum, vel equi Pe-

---

dixerit: Eiice te navi] Pal. tert. El. tert. et Petrens. dant *deusque quis dixerit*. Illud *que* alieno loco positum est. Lege: *si cui naviganti, quem praedones insequantur, deus quis dixerit*: ut habent veteres editi." *Dav.* in Ed. 2. — In Ed. 3. Dav. nulla plane annotatione addita edidit, ut est in lemmate ann. ad Ed. 2. Wopkensius, si cum Edd. vett. legas *quem pr. ins.*, ulcus remanere existimabat: quare legi volebat: *ut enim, si cui naviganti, praedones si insequantur, Deusque dixerit Eiice te navi, praesto est qui* etc. *omnem omittat timorem*: *sic* etc. „Illudque, addit, *Deusque* tres Codd. diserte praestant, si verax est Dav. Erat autem quidam ex amicis meis, qui, quod minus ipsi placeret duplex illud *si*, malebat *praedones cum insequantur* etc. at praeterquam quod mea mutatio sit longe facilior, simili modo geminatur coniunctio *si* Acadd. I. 2. *existimavi si qui de nostris eius studio tenerentur, si essent Graecis doctrinis eruditi, Graeca potius quam nostra lecturos*." Bouhierius in Cod. Reg. legi ait ut est in Edd. vett., *quem pr. ins.* [quod falsum esse ex nostra collatione et lectione Cod. Gud. 1. apparet] eamque lectionem servari vult reiecta Wopkensiana. Menkenius Obss. L. L. p. 513. existimabat rariore h. l. constructione insequi cum Dativo coniungi, legendumque esse: *si cui naviganti praedones insequantur*. Ernestus cum Wopkensii amico volebat *quum praed. ins.* *Mr.*

ut enim, si cui naviganti, praedones si insequantur, deus qui dixerit: Eiice te navi] Recepi priorem emendationis Wopkensianae partem, quam probarunt etiam Or. et Hand., reiecta plane inutili et perversa altera, qua turbatur sententia et loci structura. Inter *s* autem et *i* quam facile excidere potuerit *si* non est quod doceam. Repetitum autem *si* monstravit iam Wopk. loco ex Acadd. allato commode ferri posse. Addit Hand. Cic. ad Famm. I. 9. 30: *si accusandi sunt, si qui pertimuerunt, magis etiam reprehendendi sunt, si qui se timere simularunt*. Quam veterem vulgatam dixit Wopk. vel vulgatam Gebhardus, eam habent etiam a nobis collatae edd. Primus omisit *quem* Gebh. deinde Verb. et Dav., ut dixi, in Edd. 2. et 3: neque vero fuit, qui eos sequeretur, cum nemini praeter Menkenium probaretur constructio verbi *insequendi* cum Dativo, neque quidquam proficeretur commate post *naviganti* posito, cum plane sic abrupte contra Ciceronis morem interiicerentur verba, quasi *παρενθέτως*, *praedones insequantur*. Codicum lectio haec est: pro *cui* unus Ox. habet *quem*, Duisb. *si quem navigantem*, Rehd. *si te navigantem*. Post *naviganti* abest *quem* a Codd. quinque Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Rehd. Mon. 1. 2. Ven. 2. Pro *deus* est *deusque* in Ed. D. quinque Codd. Oxx. Mon. 1. 2. Marb. Gud.; *qui* pro *quis* habent duo Oxx. Gud. 1. 2. Marb. et sine dubio etiam Cod. Reg. Sed praeter Ed. Dav. 2. et 3. Editio, ut videtur nulla. De scriptione *qui* i. e. *aliqui* (post *si*) pro *quis*, *aliquis* vid. Herzog. ad Caesar. de B. G. VI, 13. p. 319. Scribitur etiam veteri more *eice* pro *eiice* in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb.; *te navi* pro vulgato *te de navi*, habent Codd. quatuor Oxx. Mon. 1. 2. Reg. Gud. 1. 2. Vind. 2. Aug. Rehd. Edd. P. Gebh. Ern. Verb. Schz. In uno Ox. et Gud. est *te ex navi*, in Cod. D. *te e navi*: quae scriptiones argumento sunt praepositionem glossatori deberi. Sequitur in Edd. S. E. HWolf. *En praesto est, qui te excipiat*. De usu verbi *eiicere* v. Garaton. ad Cic. pro Mil. p. 325. ed. Orell. Pro *est* habet *esto* unus Ox. *Mr.*

Delphinus, ut Arionem Methymnaeum,] Nota fabula, quam tradunt

»lopis illi Neptunii, qui *per undas currus suspensos rapuisse* »dicuntur, excipient te, et, quo velis, perferent«: omnem

---

Herodotus I. 23. 24. Plutarchus in Conviv. septem Sap. pag. 161. Agellius XVI, 19. Ovidius Fast. II, 83. Augustinus C. D. I, 14. Lucianus in Dial. Neptuni et Delphinum Tom. I. pag. 250. aliique. Similem historiam ex Phylarcho refert Athenaeus lib. XIII. p. 606. *D.*

vel delphinus,] Ad rem iam vid. C. F. Baehrii nostri annott. ad locum Herodoti a Davisio laudatum p. 54 sqq. ibiq. laudd. Scribitur *delphin* in Cod. Vind. 1; *ut delphinus* in Cod. Aug. Illa forma Ciceroni non videtur fuisse usitata. In Cod. Marb. post *navi* statim sequitur *atarionem mecineum,* omissis interponendis. Unus Ox. omittit *ut;* Mon. 1. habet *Aryonem Metyneum,* Vind. 1. *Mitileneum.* Gud. 2. *qui Arionem metumneum;* unus Ox. *Methimneum,* alius *Metunneum,* alius *metymneum,* alius *Metineum. Mr.*

Equi Pelopis illi Neptunii] Pelops, ut Hippodamiam uxorem duceret, equos alatos a Neptuno ferebatur impetrasse. Pindarus Olymp. I, 139. post recitatas preces Pelopis ad Neptunum fusas sic infit:

— *Τὸν μὲν ἀγάλλων θεὸς*
Ἔδωκεν ὄφρον χρύσεον ἐν πτεροῖ-
σιν τ' ἀκάμαντας ἵππους.

Hinc Pausanias lib. V. cap. 17. *Οἰνόμαος διώκων Πέλοπά ἐστιν ἔχοντα Ἱπποδάμειαν· ἑκατέρῳ μὲν δὴ δύο αὐτῶν εἰσιν ἵπποι, τοῖς δὲ τοῦ Πέλοπός ἐστι πεφυκότα καὶ πτερά.* Eandem fabulam tetigerunt Euripides in Rheso vss. 187, 240. et Lucianus in Charid. Tom. II. pag. 793. Narrant Scholiastes brevis ad Iliad. A, 38. ac Tzetzes ad Lycophronis vs. 156. *D.*

equi Pelopis illi Neptunii] „*Pelopis illi, vel Neptuni* est in Edd. Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Scur. [Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt.]; *Pelopis illi Neptuni* in Ed. Ald. [Sturm.] Forsitan legendum: *vel equi Pelopis, illive, Neptuni qui currus* — ut *Neptuni* ad currus non ad *equos* referatur.“ *Reiskius.* Frustra. Optime habet vulgata. Ceterum scribitur in Reg. *Pelopis. ille Neptunii;* est etiam *ille* in Codd. Gud. 1. 2; in Aug. *Pelopsis;* in Vind. 2. Mon. 2. Aug. tribus Oxx. *Neptuni,* Mon. 2. *Neptumni,* Vind. 1. *Neptunni.* Ad rem cf. Creuzeri Symb. et Myth. II. p. 597 — 599. de Neptuno *Ἱππείῳ,* Epitom. nostrae operis Creuzerianii p. 424. Add. Klopfer. Lex. Mythol. II. p. 435 sq. *Mr.*

qui per undas currus suspensos rapuisse dicuntur] Gud. 1. a 1. m. *cursus.* Ad v. *currus suspensos* Ernestus: sc. in summa aqua, ut non mergerentur pondere suo. Ad rem cf. Boeckhium V. Cl. in annot. ad Pind. Ol. I. 67 — 87. p. 110 sq. Tafelium, virum nobis amicissimum, in Dilucidatt. Pindaric. I. 1. p. 47 — 53. Poeticum habere colorem haec verba nemo, opinor, non videt. Sed qui versum hexametrum heroicum in iis agnoverunt, ut recentissimi interpretes et Bill. qui edidit:

— *per úndas cúrrus súspensós rapuísse:*

hi vereor ut verum viderint: etiamsi enim unam, quae deest, syllabam in principio addideris, non tamen habebis versum bene compositum, quippe qui deficiente caesura legitima misere claudicet. Mihi quidem videtur ex veteri aliqua tragoedia depromtus, pars octonarii trochaici catalectici, in quo fortasse fuerit:

— *Pelópe — qui per undas cúrrus suspensós rapit*

qui tum versus a Cicerone constructioni orationis suae videri potest accommodatus. Cuivis eo lecto statim in mentem veniet is, qui supra est I. 44. 105. ex Attio:

omittat timorem; sic urgentibus asperis et odiosis doloribus, si tanti non sit ut ferendi sint, quo sit confu-

---

Mater, te appello, quae curam somno suspensam levas. Pro *excipient* Cod. Aug. habet *excipiant*. In Edd. S. E. est *qui te excipient*, in Ven. nostr. *te* repositum est ante *perferent*. In Cod. Duisb. et MS. in marg. Verb. legitur *et qua velis*. *Mr.*

Omnem omittas *timorem*] Vulgo *omittat*. Sed Reg. Pithoean. Eliens. tert. et Balliol. ut edidimus. *D.*

omnem omittat timorem] Vera lectio *omittat*, referenda ad superiora *si cui naviganti — deus qui dixerit*, mature obliterata fuit a librariis, qui ad proxima solebant respicere et proximis accommodare sequentia: quare reperitur etiam *omittas* in aliquot recens collatis. Sed tuentur veram scriptionem Codd. octo Oxx. Aug. Vind. 2. unus Ox. Edd. C. V. M. L. Rob. Steph. Asc. 2. Car. Steph. Ald. Boul. Brut. Leod. HWolf. Sylb. Gebh. Lall. Ern. Oliv. sqq. Unus Leid. habet *omittes*, unus Ox. Duisb. et MS. in marg. Verb. *omittamus*. *Omittat* legendum esse fuit etiam sententia Wopkensii l. c. p. 130. [182. Hand.] Bouhierii et FAWolfii, qui recte intelligit: *talis homo, cui deus dixerit*. Fuit, quum ex scriptione Codicum coniicerem *omittat is:* sed non est necessarium, si quis recte ad antecedentia attendat. Pro *urgentibus* unus Ox. *ingentibus*. Rehd. *asperisque odiosis*. *Mr.*

si tanti sint, ut ferendi non sint] „Sic legendum, non, ut in libris vulgatis, *si tanti non sint, ut ferendi sint*. Negatio scilicet loco suo mota fuerat, et in alienum translata.“ *Lambinus*. Probarunt Lambini emendationem Ursin. et Brut. quorum posterior eam in suam ed. recepit: idem fecit Fr. Fabric. Lambinianam lectionem ita explicans: „i. e. si sint intolerabiles, et maiores, quam ut ferri possint, aut etiam debeant, paratum est mortis perfugium.“ „Vulgatam exhibent MSS. plerique. at Victorius, Pal. quart. *si tanti sint, ut ferendi sint*. Lambinus temere mutavit, non expensa lectionis vulgatae acrimonia. Melius Gulielm. *si tanti non sit*, sed ex coniectura. Bouhierius refert a Davisio primum lectionem vulgatam ita fuisse expositam: *si dolores illos perferre non sit operae pretium:* eundem vero postea ex Bentleii sententia edidisse *si tanti non sit:* sibi vero ait Ursini et Lambini rationem probari. *Mr.*

Si tanti non sit] Vulgo *non sint*. Emendationem Gulielmianam, quam probavit etiam Cl. Bentleius, admisimus. Vide sis Euripidem Hec. vs. 1107. *D.*

si tanti non sit, ut ferendi sint.] Lall. Davisio adstipulatur, Ernestus Lambino, quamquam eius emendationem ut suam profert. Nissenio nihil interesse videbatur, utrum vulgatam sequens legas *tanti non sint*, an *ferendi non sint*, i. e. utrum negationem priore an posteriore loco ponas. „Nam, ait, *tantus* pro *talis* dicitur, aut, si malis, et *tam parvus* aeque, ac *tam magnus*.“ Satis perverse. Reiskius quoque in eandem, in quam Lamb., coniecturam incidit, eandemque post Ern. recepit Schützius. FAWolf. in scholis Gulielmianam praefert explicans: „wenn es eben nicht darauf ankommt, die Schmerzen auszuhalten; oder wenn es nichts so Wichtiges ist, daſs das Sittengesetz es zu tragen gebietet.“ In eandem sententiam recte Kühnerus: si non operae pretium sit dolores ferre s. si officium tanti non sit, ut etc. *Ferendi* igitur non est i. q. *tolerabiles*. Ceterum vulgatam lectionem, quae quomodo orta sit facile est ad intelligendum, habent plerique. Unus Ox. habet *ut ferendi omnia sint*, alius omittit verba *ut — sint*, duo cum Lam-

giendum, vides. Haec fere hoc tempore putavi esse dicenda. Sed tu fortasse in sententia permanes. A. Minime vero: meque biduo duarum rerum, quas maxime timebam, spero liberatum metu. M. Cras ergo ad clepsydram: sic

---

bino faciunt, Vind. 1. *si tanto sint ut ferendi non sint*, Aug. Rehd. a pr. m. *si tanti non sunt. Mr.*

Quo sit confugiendum, vides] Reg. et Pithoean. *ut vides.* Lege *tu vides*, ut habent Med. et veteres editi. *D.*

quo sit confugiendum, vides.] Unus Ox. *quod.* Gud. 2. *quo sint;* in Gud. 1. scriptum est ut legere possis v. *sint* v. *simul*; Marb. Gud. Vind. 1. duo Oxx. *fugiendum*, Gud. 2. *quum fugiendum:* idem habet *ut ut vides;* cum Reg. habet *ut vides* Gud. 1; quod inde corrigi volebat *tu vides* est in Cod. Vind. 2. marg. MS. Asc. 2. Edd. A. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. Explicat Ern.: sc. ad mortem, manibus sibi inferendis. In seqq. Cod. Gud. *in sententia fortasse.* Ea videlicet erat sententia, quam posuit Auditor II. 5. 14: *dolorem existimo maximum malorum omnium.* Pro *liberatum* Cod. Aug. *liberatum fore:* scilicet speramus (cogitabat librarius), quae futura sunt. *Mr.*

Ad clepsydram] Ad exercitationes Rhetoricas: nam clepsydra vas erat aqua plenum, ad cuius mensuram Oratores [et Rhetores cum discipulis in scholis] verba faciebant. Vide Scholiasten Aristophanis in Acharn. vs. 693. et Suidam. Hinc Demades de Demosthenis ὑδροποσίᾳ dixit, ὡς οἱ μὲν ἄλλοι ΠΡΟΣ ΥΔΩΡ ΛΕΓΟΙΕΝ, τὸν Δημοσθένην δὲ πρὸς ὕδωρ γράφειν. Exstat apud Lucianum in Dem. Encom. Tom. II. pag. 691. Eius saepe meminit Plinius in Epistolis; ad eam adludunt Synesius Dion. pagg. 54, 55. Themistius Orat. XXVI. pag. 314. aliique; eam denique descripsit Apuleius Metam. III. pag. 73. *D.*

Cras ergo ad clepsydram] Rehd. omittit *ergo;* duo Oxx. eius loco habent *vero.* In Gud. glossa, ex persona auditoris, extrusit scriptoris manum: est enim ibi: *cras ergo adde residua.* Respicit Marcus ad II. 3. 9; intellige: exercitationes rhetoricas ante meridiem continuabimus. *Mr.*

sic enim dicimus] „Veneti *duximus*, ut intelligendum sit *disputandum esse.* Sed priorem lectionem non puto improbandam." *Camerarius.* Gebh. edidit *duximus*, addens Pal. quart. Fabr. Vatic. habere *diximus.* „*Duximus*, ait Bouh., habet Cod. Reg.: Leidenses et mea Ed. vet. *diximus.* Vera lectio videtur esse, quae est in Edd. Ald. Rob. Steph. aliis, *dicimus.* C. 3. dixit: *cum ante meridiem dictioni operam dedissemus, post meridiem in Academiam descendimus.* Invitat igitur discipulum in posterum diem ad scholam rhetoricam (*cras ad clepsydram*), addens ita enim solemus, ita nobis mos et ratio est *dicendi* (*sic enim dicimus*)." *Mr.*

Sic enim diximus] Vulgo *duximus.* At Pal. quart. Fabric. Vatic. Eliens. tert. Petrens. et Bak. lectionem, quam recepimus, exhibent. Merito quidem; nam huic verbo constituendi potestas est tribuenda. Vide Nonium in *dicere. D.*

sic enim duximus] „Ita primariae quatuor Edd. nostrae [Vict. Man. Lamb. Grut.] Sed Buh. *dicimus;* neque id recusabit, qui meminerit, quod supra dixit Tullius, se, quamdiu in Tusculano *cum* amicis fuit, *ante meridiem dictioni*, utique ad clepsydram, *operam dedisse.* Hic igitur discipulum in crastinum ad dicendi exercitationem invitat. *Cras ad clepsydram* dicemus more nostro; *sic enim dicimus:* haec nostra ratio est. Davisius vero *diximus*, sensu valde commodo. *Sic enim diximus* facturos esse nos, et diem partituros. Nemo quaeret, opinor, quandonam id Cicero amicique dixerint. Sa-

enim dicimus: sed tibi hoc video non posse deberi. A. Ita

tis est hic significari fuisse dictum: neque enim omnia perscripta sunt, quae illis diebus in Tusculano dici potuere." *Olivetus.* „*Dicimus* scribo cum vulgatis, hac sententia: haec est enim nostra ratio, ut ante meridiem dictioni demus operam ad clepsydram." *Lallem.* „Vulgo *duximus*, sine sensu. Edd. vett. fere *dicimus* et MSS. plures ap. Davis. i. e. nam ita soleo facere in dicendo ac disputando. Dav. dedit *diximus*. Sed ubi dixerat, se id facturum?" *Ern.* „Lego *induximus*." *Nissen.* Schützius quoque Opusc. p. 214. praefert *dicimus*, addens: „Declamationibus autem pariter atque actionibus forensibus clepsydras adhibitas fuisse constat, ne unus forte declamatorum iusto longius verba faceret, aliisque tempus dicendi praeriperet. Sic de Or. III. 34. de Pericle: *At hunc non clamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat, sed, ut accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras — in maximarum rerum scientia.* — Quod vero in explicatione Ern. addidit „*ac disputando*, falsum est: in disputando enim clepsydra non utebantur. Expone: *Cras ergo* (*ante meridiem*) *ad declamandi exercitium redibimus, in quo ad clepsydram dicere solemus.*" — *Mr.*

duximus. Et tibi.] *Duximus sed tibi* Ven. 1. 2. Med. 1. 2. Asc. 1. Car. Steph., *dicimus, sed tibi* Junt. Scur. Ald. Ego puto *dicimus, sed tibi* bene habere. Sic autem distinguenda verba, ut *cras ergo ad clepsydram* verba sint eius, cum quo disputat Cicero, illa sequentia Ciceronis: *sic enim dicimus*: quasi dicat: recte ais *ad clepsydram*, sic enim dicere solemus. *Sed* video te ab hac nostra pomeridiana disputandi exercitatione non posse abesse." *Reiskius.* Recepi *dicimus* ex quinque Oxx. Edd. B. S. E. C. Asc. 2. HWolf. Ern. Schz. Nobb. Or. Tbn. Non enim *dixerunt* se ita facturos. Quod vero ait Olivetus neminem quaesiturum, quandonam id dixerint, cum non omnia perscripta sint, quae illis diebus in Tusculano dici potuerunt; id tum verum esset, si verum colloquium legeremus. In colloquio ficto si quis ait *ita diximus*, dictum esse debet. *Diximus* habent Bern. unus Ox. Marb. Mon. 1. Edd. Dav. FAWolf. Koel. P. In reliquis est *duximus*. *Mr.*

dicimus: sed tibi etc.] „Adr. Turnebus Adverss. IV. 18. legit *et tibi hoc*, quod particula adversatrix *sed* obscuret confundatque sententiam: ait enim crastino disputationem fore ad clepsydram, praesertim quum auditor cogat sibi rem solvi et repraesentari, neque deberi differrique sinat." Haec ille. Ego particulam adversatricem retinendam censeo: nam quum is, qui quaestionem posuit, primam et secundam disputationem approbasset, atque Cicero postero die, ex instituta ratione exercendi, dictioni operam dandam esse ad clepsydram dixisset; addit per correctionem, *Sed tibi hoc video non posse deberi*, i. e. video fieri non posse, quin et haec philosophica disputandi ratio post meridiem de rebus gravissimis pertexatur, et quod tibi quasi debemus, persolvatur. Sic Ep. 2. lib. 4. ad Atticum: *Itaque oratio iuventuti nostrae deberi non potest*: et in prooemio Topicorum; *non potui tibi saepius hoc roganti debere diutius:* et de Orat. 3. [5. 18.] *An me tam impudentem esse existimatis, ut vobis, hoc praesertim munus putem diutius posse deberi?*" *Fr. Fabric.* „*Non posse deberi* i. e. non passurum te, ut, quae tibi sum pollicitus, longius differam, sed exacturum statim, ut promissam disputationem absolvam." *Jan. Pagninus.* Dav. in Ed. 2. dedit: *sed tibi et hoc video*, nulla addita ratione; in ann. ait vulgo legi *sed tibi hoc video.* Bouhierius coniecit: *Et tibi hoc video non posse deleri* i. e. (ait) te hoc non esse obliturum Qua coniectura ego nihil vidi infelicius. Gebhardus Turnebum secutus

prorsus. Et illud quidem ante meridiem; hoc, eodem tempore. M. Sic faciemus, tuisque optimis studiis obsequemur.

---

edidit: *et tibi hoc.* Falsa, ait Or. in append., ut mihi quidem videtur, Turnebi lectio desumpta est ex lib. 2. de Legg. §. 7. *et tibi horum nihil deberi potest.* Idem loquendi modus exstat praeterea de Legg. III. §. 26: *Sensit enim, deberi non posse huic civitati illam potestatem:* ubi vid. Wyttenbach. p. 433. ed. nostr. et Cr. *Mr.*

Sed *tibi hoc video*] Sic Codices. Vulgo, *et tibi hoc video;* prout coniecit Hadr. Turnebus Advers. IV, 18. Forsan, *sed* et *tibi hoc video. D.*

sed tibi hoc video] Habent *et* nonnisi unus Ox. Vind. 2. Edd. Gebh. Ern. Lall. FAWolf. Koel. Schz. Nobb. Tbn. male, et contra optimorum plurimorumque librorum auctoritatem. Rehd. Gud. *set.* Recte explicat Or.: cras ergo prius ad clepsydram declamabimus: sic enim facere solemus: *sed,* hoc absoluto exercitio, statim debitum meum tibi persolvam, ut tecum philosopher. — Locis allatis adde Cic. ad Fam. VII. 19: *quod praesenti tibi prope subnegaram — id absenti debere non potui.* Cf. Wyttenbach. ad Cic. de Legg. II. 3. p. 173. ed. nostr. et Cr.; nos et Creuz. itemque Wyttenb. ad Cic. de Legg. III. 11. p. 433. — Edd. Junt. et Asc. 2. omittunt *hoc.* Rehd. habet *videtur.* Post *prorsus* Marb. tres Oxx. Aug. addunt *existimo. Mr.*

illud quidem — hoc,] Cod. Marb. *ut illudq.* „*Illud* est dictio ad clepsydram: *hoc* designat philosophicam collocutionem; *eodem tempore,* quo heri et hodie fecimus. Post *hoc* necessario distinguendum: quod neglexerunt editores.“ *Olivet.* Kühnerus verba *hoc — non posse deberi,* ita explicat, ut intelligendum sit: declamandi exercitium, quod tibi pollicitus sum. — In Cod. Mon. 1. legitur *antemeridie,* ut fingere voluisse videatur librarius adverbium oppositum ei, quod dicitur barbare *pomeridie.* Cod. Duisb. habet *et tuis* pro *tuisque;* unus Ox. Gud. *obsequamur.* Scribitur *obsequamur studiis* in Edd. P. A. B. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. *Mr.*

Hannoverae, typis fratrum Jænecke.